FRANCISCI MARIÆ

PITONII

ADVOCATI ROMANI,
deinde Epiſcopi Imeriæ,
ET BENEDICTI XIII. PONTIF. MAX.
AUDITORIS;

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM,

IN QUIBUS

FREQUENTIORA ECCLESIASTICI FORI LITIGIA
Unà cum Decretis tam Datariæ Apoſtolicæ, quàm Sacrarum Congregationum particularium, & generalium, necnon Deciſionibus SACRÆ ROTÆ ROMANÆ continentur.

PARS SECUNDA.

Opus non tantùm Judicibus & Curialibus, ſed etiam Epiſcopis & aliis Eccleſiarum Prælatis, apprimè utile ac neceſſarium.

VENETIIS, MDCCXLII.
Ex Typographia Balleoniana.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX ARGUMENTORUM,

Quæ in hac Secunda Parte

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM continentur.

DISCEPTATIO XXXV.

ARGUMENTUM.

In privilegio Camerali non cenſetur comprehenſa exemptio a Cathedratico, & ſubſidio charitativo, a quo Familiares Papæ non ſunt exempti.

DISCEPTATIO XXXVI.

ARGUMENTUM.

De requiſitis ad fundationes Conventuum, & an pro illis præſumatur, ubi agitur de fundatione facta cum licentia Ordinarii.

DISCEPTATIO XXXVII.

ARGUMENTUM.

De Caſibus in quibus Canonicus abſens lucretur fructus, & diſtributiones, & quando requiratur necne licentia Superioris.

DISCEPTATIO XXXVIII.

ARGUMENTUM.

De Prælatione debita in paritate vocum præſentato conſanguineo patroni extranei.

DISCEPTATIO XXXIX.

ARGUMENTUM.

De alimentis patrono extraneo præſtandis, quando Juſpatronatus fiat pro parte hæreditarium, & pro parte remaneat gentilitium.

DISCEPTATIO XL.

ARGUMENTUM.

An e valore Beneficii ſimplicis detrahenda ſint onera Miſſarum; Ordinatus Titulo ficti Beneficii an incurrat ſuſpenſionem ipſo Jure, & onera Miſſarum ſint detrahenda a reditu Beneficii, ad cujus titulum quis ſuit ordinatus.

DISCEPTATIO XLI.

ARGUMENTUM.

De Prælatione criminoſi redacti ad frugem melioris vitæ in Beneficiis Curatis, verbum *parentela* an includat illegitimos, Juſpatronatus Regium non cadit ſub Cenſura Concilii Tridentini, etiamſi tranſierit in potentem.

DISCEPTATIO XLII.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus an diſpenſare poſſit ad duo Beneficia ſub eodem tecto. Habenti unum Beneficium ſufficiens non poteſt conferri ſecundum ex Concil. Tridentino, cujus diſpoſitio habet locum etiam in Beneficiis de Jurepatronatus.

DISCEPTATIO XLIII.

ARGUMENTUM.

Abbas Eccleſiæ Secularis habens uſum Pontificalium, non poteſt uti Baldachino, dum pontificaliter celebrat in ſua Eccleſia.

DISCEPTATIO XLIV.

ARGUMENTUM.

Abbati Eccleſiæ Secularis pontificaliter celebranti non licet tenere Circulum Canonicorum ſacris veſtibus indutorum una cum octo pluvialibus.

DISCEPTATIO XLV.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur, an Archipresbyter in Eccleſia Collegiata habeat de Jure utranque Curam habitualem ſcilicet, & actualem.

DISCEPTATIO XLVI.

ARGUMENTUM.

Agitur de Congrua prætenſa ab Archipreſbytero habente Curam actualem: & quid in eam ſit imputandum.

DISCEPTATIO XLVII.

ARGUMENTUM.

Translationem penſionis Eccleſiaſticæ in invalide ac ſubreptitie tonſuratum nullam eſſe ſuſtinetur, reprobata contraria opinione *Cardinalis de Luca*, & penſionem, cujus commoditas alteri ceſſa ſit, poſſe transferri.

DISCEPTATIO XLVIII.

ARGUMENTUM.

Quando reſignanti competat regreſſus ad Beneficium reſignatum, ubi reſignatio eſt nul-

Digitized by Google

la ex facto procuratoris excedentis formam mandati, & profeſſio in Religione nulliter ſecuta eſt.

DISCEPTATIO XLIX.

ARGUMENTUM.

Quando indultum Cappæ, & Rocchetti concedatur, vel non, Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ.

DISCEPTATIO L.

ARGUMENTUM.

Quando ad funus parochiani defuncti invitantur Regulares pro aſſociatione, an invitari debeat Capitulum Cathedralis habens curam habitualem? ejus Canonicis an ſit dandus cereus major, quam Regularibus. & an duplum eleemoſynæ dari debeat Parocho pro cadaveribus tumulandis extra Parochiam? ad quæ onera teneatur Capitulum, Rector habitualis, & ejus Vicarius perpetuus habens actualem.

DISCEPTATIO LI.

ARGUMENTUM.

Xenia ſeu munera dari ſolita per Cardinales promotos Cubiculariis participantibus Summi Pontificis, utrum ſpectent ad Cubicularios Pontificis anteceſſoris, qui creavit Cardinales, & Bireta Cardinalitia tranſmiſit per Legatos, vel potius ad Cubicularios Pontificis ſucceſſoris, ſi tempore diſtributionis munerum Papa prædeceſſor mortuus fuerit.

DISCEPTATIO LII.

ARGUMENTUM.

Diſcutiuntur hic plura dubia matrimonialia ſignanter ſuper ſponſalibus, & matrimoniis conditionatis, & ſuper contractis prævia proteſtatione ſuper metu, & aliis caſibus, qui in corpore habentur.

DISCEPTATIO LIII.

ARGUMENTUM.

Examinantur aliquæ conjecturæ ad judicandum Juſpatronatus gentilitium, de cujus fundatione non conſtat.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Havendo veduto per la Fede di reviſione, ed approvazione del P. Fr. Tomaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro intitolato: *Franciſci Mariæ Pitonii Diſceptationes Eccleſiaſticæ, &c.* non eſſervi cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concediamo licenza, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli Ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 2. Giugno 1728.

Gio. Franceſco Moroſini Kav. Rif.

Alviſe Piſani Kav. Proc. Rif.

Agoſtino Gadaldini Segretario.

Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſs. degli Eſecutori contro la Beſtemia li 8. Luglio 1728.

Antonio Canal Nod.

DISCE-

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM FRANCISCI MARIÆ PITONII

ADVOCATI ROMANI,

deinde Epiſcopi Imeriæ,

ET BENEDICTI XIII. PONT. MAX. AUDITORIS.

PARS SECUNDA.

ARGUMENTUM.

In privilegio Camerali nòn cenſetur comprehenſa exemptio a Cathedratico, & ſubſidio charitativo, a quo Familiares Papæ non ſunt exempti.

SUMMARIUM.

1 *Cathedraticum datur pro honore Cathedræ in ſignum ſubjectionis.*

2 *Exemptio privilegii non retardat ſolutionem Cathedratici, niſi ſit clara in caſu.*

3 *Privilegium Camerale eximit a gabellis, non a Cathedratico.*

4 *Eximit ab impoſitionibus, ergo non a Cathedratico, quod non eſt impoſitio & numer.* 17.

5 *Cathedraticum non præſumitur Epiſcopo ſublatum per Papam, niſi per mentionem ſpecialem, & numer.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.

6 *Explicatur Coccin. deciſion.* 1274. *& vide numer.* 19.

15 *Cardinalis tenetur ſolvere procurationem Epiſcopo viſitanti Beneficium ab eo poſſeſſum.*

16 *Familiares Papæ non ſunt exempti a ſubſidio charitativo.*

18 *Diſtinctio inter privilegium reale, & perſonale in materia exemptionis.*

DISCEPTATIO XXXV.

Debetur Cathedraticum Epiſcopo, cum
enim Eccleſia, de qua agitur, exiſtat
in ejus Diœceſi, Beneficiatus, qui eam
poſſidet, tenetur perſolvere Jus Epi- 1
ſcopale, quale eſt Cathedraticum,
quod datur pro honore Cathedræ in ſignum ſubje-
ctionis, ut ex Decreto Sacrorum Canonum *in cap.
Conquerente de offic. ordin. c. cum olim de Cenſibus
Can. placuit, & Canon. inter cætera* 10. *q.* 3. com-
muniter ſcribunt Gratian. *diſcept.* 620. *n.* 1. Bar-
boſ. *de poteſtate Epiſcop. allegat.* 86. *n.* 44. *verſic.
ubi reſolvit* De Luc. ad Ventrigl. *in prax. part.* 2.
annot. 25. §. 2. *nu.* 1. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat.
lib.* 7. *t.* 18. *n.* 105. *verſ. eſt autem*, & noviſſime me
ſcribente. Rot. *in Caputaquen. Subventionis* 26. *Ju-
nii* 1702. coram Reverendiſſ. P. D. Tremoille.

Stante autem hac aſſiſtentia Juris, in qua idem
Epiſcopus habet intentionem plene fundatam, nihil
obſtare valet exceptio privilegii exemptionis, quo- 2
niam trita eſt regula, quod exceptio privilegii tunc
relevat, quando illud eſt clarum, & ſpeciale ad ca-
ſum, de quo quæritur, juxt. apertum *in Clem. prim.
de Cenſibus*, & melius in *cap. cum Inſtantia* eodem
titulo ibi – *niſi forte per ſpeciale privilegium Sedis
Apoſtolicæ ſit exempta* – Et in capit. *accedentes* de
præſcriptionibus ibi – *niſi per ſpeciale privilegium* –

Sed quando privilegium, vel eſt generale, & nullo
modo applicatur, vel ſaltem valde dubium eſt, an ejus
verba extendantur ad caſum, tunc nequaquam retarda-
ri poteſt ſolutio Cathedratici ob quaſi poſſeſſionem quæ
reſultat ab aſſiſtentia Juris, reſervata maturiori diſcuſ-
ſione in Judicio petitorio, ut diſponit Text. *in c. cum
perſonæ de privileg. in* 6. late Poſth. *de manutent. ob-
ſerv.* 45. *n.* 13. Rot. *poſt ipſum deciſ.* 157. *numer.* 5.

& *dec.* 211. *num.* 5. Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 1. *c.* 11. *num.* 23. & 24. Adden. ad Gregor. *dec.* 512. *ſub n.* 4.

Sane in caſu juſto allegatur Privilegium Camerale, quod nihil aliud continet, quam generalem exem-
3 ptionem, ſeu Franchitiam conceſſam Officialibus Cameræ ab omnibus gabellis, & vectigalibus, ut notat Card. de Luc. *de Regal. diſcurſ.* 48. *num.* 1. & *in Miſcell. Eccleſ. diſcur.* 47. *numer.* 2. Ideoque nihil commune habet cum exemptione a Cathedratico, quod non eſt gabella, ſed Jus Epiſcopale ſcriptum in corpore Juris, & competit ex lege Diœceſana in ſignum ſubjectionis, itaut ex diverſis illatio fieri non poſſit, ut arguit Pignarell. *conſult. Canon. tom.* 6. *conſult.* 8. *num.* 21. *verſic. Cathedraticum vero*, & Fagnan. *in cap. conquerente n.* 54. *de Officio Ordinarii*.

Neque adverſantur verba ultima Privilegii, ibi - *Nec non decimarum Seminarii, & aliarum quarumcunque impoſitionum ſubſidiorum ſuper Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Metropolitanarum, Cathedralium, Monaſteriorum & bonorum quocunque fructibus, redditionibus, proventibus, Juribus, obventionibus, & emolumentis dicta Camera Officialibus, & aliis quibuſvis Dominis temporalibus, & perſonis San. Rom. Eccleſia ſubjectis pro tempore debito*.

Quippe hujuſmodi verba neque per umbram violentari poſſunt ad effectum eximendi Camerales a Cathedratico, aut aliis Juribus Epiſcopalibus in corpore Sacrorum Canonum ſcriptis ex duplici fundamento.

Primo, quia Privilegium loquitur de impoſitioni-
4 bus, quæ fiunt ſuper Beneficiis ibi - *quarumcunque impoſitionum* - ergo procedit in extraordinariis impoſitionibus, quæ per Summos Pontifices fieri contingunt pro indigentiis fidei Chriſtianæ, aut Sedis Apoſtolicæ, vel aliis, de quibus apud Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 87. *n.* 56. & *ſeqq.* Non autem in Juribus Epiſcopalibus, quæ non ſunt impoſitiones, ſed Sacrorum Canonum leges perpetuæ, & Juris Communis diſpoſitiones, ut in puncto eſt optimus Text. *in Cap. cum Venerabilis de Cenſib.* Ubi cum Epiſcopus, retenta ſibi penſione, liberaſſet Eccleſiam ab impoſitione omnis alterius ſervitutis ibi - *Statuit, quod aliud ei ſervitium non imponeret* - Reſpondet ibi Innocentius III. quod hæc liberatio ab imponendo omni alio onere ſeu ſervitio non comprehenderet Jus Epiſcopale procurationis, ea ratione, *quod non intelligebatur quaſi novum imponi quod ab ipſa fundatione de communi fuerat Jure impoſitum* - ut ſunt verba Textus ubi Gloſſ. *in verb. de Communi* Barboſ. *numer.* 5. Vitalin. *in Clement. prima de Cenſib. num.* 74. Boer. *dec.* 133. *num.* 5. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. par.* 2. *l.* 3. *cap.* 42. *quæſt.* 11. *verſic. poteſt quoque*, Pax Jordan. *to.* 2. *lucubrat. l.* 7. *tit.* 18. *n.* 113.

Et ſecundo, quia Cathedraticum uti debitum ex
5 lege Diœceſana in ſignum ſubjectionis Eccleſiæ, & Beneficii in Diœceſi exiſtentis nunquam præſumitur fuiſſe Epiſcopo ablatum, niſi de eo facta ſit mentio ſpecialis, ut per Text. *in cap. Paſtoralis de Donat.* firmant in puncto Gratian. *diſcept.* 620. *num.* 11. Antonell. *de Jurib. & onerib. Clericor. l.* 2. *par.* 6. *cap. ultimo num.* 5. Fagnan. *in capit. conquerente de offic. ordinar. num.* 49. & *ſeqq.* Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 58. *num.* 44. *verſic. non enim*, Bottheus *de Synod. par.* 3. *numer.* 83. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annot.* 25. § 2. *numer.* 4. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 7. *tit.* 18. *numer.* 113. *verſic. Neque*, Piaſecc. *in Prax. Epiſcop. par.* 2. *c.* 2. *numer.* 11. Pignatell. *conſultat. Canon. tom.* 6. *conſult.* 8. *n.* 2.

Quod inevitabile motivum fruſtra declinatur cum *deciſ.* 1274. Coccin. ubi firmatur, quod pro exemptione a Cathedratico non eſt opus illi expreſſe derogare tanquam competenti ex Conſilio Bracharen. Provinciali, non autem Generali.

Hæc enim deciſio in ſuis terminis bene loquitur, ſed male applicatur ad caſum; ibi enim agebatur de
6 Eccleſia Regularium, qui de Jure ſunt exempti a Cathedratico, ut diſponit Concilium Bracharen. relatum *in Can. placuit*, & *Canon. inter cetera* 10. *quæſt.* 3. ibi - *Monaſteriorum tamen Baſilicis ab hac ſolutionis expenſione ſejunctis* - Et tradunt Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 86. *num.* 44. *in fine* Antonell. *de Jurib. & onerib. Clericor. ubi ſupra n.* 36. Lother. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 21. *num.* 53. Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 20. *numer.* 9. Et explicat Rota coram Merlin. *deciſ.* 902. *n.* 2. quæ eſt confirmatoria deciſionis Coccini.

Et ulterius ibi concurrebat privilegium Julii II. quod clare eximebat a Cathedratico in illis verbis - *ab omni &c. charitativo ſubſidio, nec non ab omnibus cenſibus ratione ſubjectionis Ordinariis debitis* - exemptio enim Eccleſiæ Regularis a cenſuratione ſubjectionis debito Epiſcopis eſt expreſſa, & literalis exemptio a Cathedratico, quod nihil aliud eſt, neque aliter vocatur, ſeu definitur, *quam cenſus debitus Epiſcopo in ſignum ſubjectionis*, ut fatetur eadem Rota coram Coccin. *d. deciſ.* 1274. *numer.* 5. & 9. *verſicul.* & *ceſſat. ex Gloſſ. in c. olim de cenſib.*

Ergo, ſtante literali expreſſione, cenſus ratione ſubjectionis debiti Epiſcopo bene firmavit Coccinus non eſſe opus derogatione ſpeciali Conſilio Bracharen. juxta illam concluſionem apud Coccin. *deciſ.* 2168. *num.* 3. & *alias*, quod Conciliis generalibus debet fieri derogatio in ſpecie, ut privilegium valeat, eo quia Concilium Bracharen. non eſt generale.

Sed iſte non eſt caſus noſter; non enim prætenditur debuiſſe derogari in ſpecie Concilio Bracharen. ſed dicitur in eo ſtare quæſtionem, an privilegium includat exemptionem a Cathedratico, in quo habemus punctualiſſimos Textus, & communem opinionem DD. volentium, quod nunquam præſuma- 7
tur privilegium voluiſſe tollere Cathedraticum proprio Diœceſano, niſi expreſſerit ipſum Cathedraticum in ſpecie, dicendo *Cathedraticum ſive cenſum ratione ſubjectionis Epiſcopo debitum, ſive Synodaticum*, ea ratione convincenti, quod non præſumitur in aliqua diſpoſitione ſublatum fuiſſe Epiſcopo Jus Diœceſanum propter monſtruoſitatem, quod Eccleſia ſita in Diœceſi remaneat ſine ſubjectione, ut in puncto ait Piaſec. *in prax. Epiſcop. par.* 2. *c.* 2. *n.* 11. nec non Barboſ. *dicta allegat.* 86. *num.* 44. ibi - *Non enim venit in generali diſpoſitione, unde licet pleno Jure liberaretur Eccleſia, adhuc non cenſeretur remiſſum Cathedraticum niſi expreſſe ponatur, nemo enim cenſetur eſſe ſine ſubjectione, alioquin cenſeretur Acephalus*.

Hæc communiſſima concluſio, quod nunquam Cathedraticum veniat in verbis generalibus probat Text. *literalis in cap. Paſtoralis de donat.* ubi diſ-
ponitur Cathedraticum non comprehendi in diſpo- 8
ſitione generali; niſi de eo facta fuerit expreſſa mentio, ut in puncto firmant ex gratia legendi Fagnan. *in d. cap. conquerente numer.* 49. & *ſeqq. de offic. ordinar.* & Pignatell. *d. conſultat.* 8. *num.* 20. *tom.* 6.

Probat ulterius Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *de reformat.* ubi cum ſtatuatur, ut Epiſcopus non poſſit in Viſitatione quicquam procuratio-
nis cauſa, aut alio quovis nomine exigere præter 9
id, quod debetur de Jure ex relictis piis, dicunt Doctores, Concilium in hac generalitate non ſubſtuliſſe Cathedraticum, quod requirit mentionem ſpecialem, ut ait Fagnan. *in d. cap. conquerente numer.* 49. & *ſeqq.* & Pignatell. *d. conſult.* 8. *n.* 20. Barboſ. *in d. cap.* 3. *ſeſſ.* 24. *num.* 38. & *allegat.* 73. *num.* 44. *in fin.*

Probat etiam ratio manifeſta, quia ſi Cathedraticum debetur ab Eccleſiaſticis in ſignum ſubjectionis, & ſic ex lege Diœceſana *Can. placuit*, & *Can. inter cetera* 10. *quæſt.* 3. Utique non eſt veriſimile, & nunquam præſumitur, voluiſſe Papam per ſuum privilegium auferre proprio Diœceſano hanc
nativam ſubjectionem, & reddere Eccleſiam Ace- 10
phalam, ut conſiderant Piaſec & Barboſ. *locis prallegatis*.

Et clare

Digitized by Google

Et clare videmus ex eo, quod Cathedraticum,
eſt impreſcriptibile, ne alias ſolvatur lex Diœceſana,
& Jus ſubjectionis, Gratian. *diſcept.* 620. *num.* 11.
11 *&* 12. Unde oritur, quod tale Jus dicatur inſigne
& privilegiatiſſimum, merito requirens mentionem
ſpecialem, maxime cum in eo conſiſtat non modi-
ca pars redituum Epiſcopalium, ut ait Fagnan. *in d.
cap. Conquerente n.* 49. ibi – *Cum de Jure communi
Epiſcopis Cathedraticum debeatur, & ſit adeo pri-
vilegiatum, ut in totum præſcribi non valeat, & in
eo frequenter pars non modica redituum Epiſcopalis
Menſæ dicatur conſiſtere, non eſt veriſimile ſublatum
fuiſſe Jus tam inſigne ſine nota, & mentione ſpeciali
&c. de quo eſt* Text. *in c. Paſtoralis de donat. Ubi
deciditur Cathedraticum non comprehendi in diſpoſi-
tione generali, niſi de eo fiat expreſſa mentio.* Ex to-
tidem verbis ſequitur Pignatell. *dicta conſultat.* 8.
n. 20. *verſic. & ſit adeo tom.* 6.

Ex qua ratione infertur, tale Privilegium eſſe o-
dioſiſſimum, uti ſolvens nativam ſubjectionem, &
legem Diœceſanam, ac extenuans meliorem ſubſtan-
12 tiam redituum Menſæ Epiſcopalis in præjudicium
Ordinariorum, & ideo quantum fieri poteſt reſtrin-
gendum ad ſonum verborum, itaut non liceat argue-
re ex generalitate illorum, ac etiam ab identitate
rationis, ſed requiratur mentio ſpecialis, ut late pro-
bat Arnayd. *in l. p. num.* 20. *Cod. de communit. ne-
mini concedun. l.* 10. Tiraq. *de retract. lignan. lib.* 1.
§. 1. *gloſ.* 7. *num.* 243. Dec. *conſ.* 213. *n.* 1. Ruin.
conſ. 112. *numer.* 7. *&* 8. *libr.* 5. Surd. *conſ.* 140.
num. 1. *& ſeqq. lib.* 1. Borell. *de præſtant. Reg. cap.*
33. *n.* 9. *& ſeqq.*

Et requiri mentionem ſpecialem tradit univerſa
ſchola Canoniſtarum antiquorum, & recentiorum,
13 ut ex antiquioribus docent, Archidiac. *in cap. p. de
Prabend. in* 6. *num.* 2. ibi – *In generali donatione
non intelligitur dimittere Cathedraticum, ſecus in
ſpeciali.*

Abbas in *cap. cum Venerabilis numer.* 3. *de Cen-
ſib.* ibi – *in verbis generalibus non videatur remiſſum
Cathedraticum.*

Joannes de Anania ibidem *num.* 2. ibi – *Nota,
quod generalis remiſſio &c. non extenditur ad pro-
curatorem, nec ad alia Jura Epiſcopalia &c. &
ſubdit hic* Hoſtien. *quod non obſtante tali remiſſione
poterit Epiſcopus petere Cathedraticum, & charita-
tivum ſubſidium.*

Et ex modernis tradunt novem punctuales aucto-
ritates Fagnan. & Pignatelli, nec non aliorum, de
quibus ſupra *num.* 5. & ſignanter conſiderabilis eſt
de Luca ad Ventrigl. qui loquitur in fortioribus de
diſpoſitione Papæ eximente Eccleſiam pleno Jure in
prax. p. 2. *annot.* 25. §. 2. *numer.* 4. ibi – *remiſſum
non cenſetur Cathedraticum niſi expreſſe dicatur,
unde licet à Romano Pontifice Eccleſia eſſet pleno
Jure libera, adhuc ſolvitur Cathedraticum.*

Pax Jordan. *lib.* 7. *tit.* 38. *numer.* 112. *&* 114.
ibi - *neque ſi fuerit liberata plene jure niſi ſpecificetur
ad illo.*

Gratian. *diſcept.* 620. *numer.* 11. ibi - *Ideo etiam
neque Cathedraticum venit in generali diſpoſitione.*

Piaſec. *in prax. Epiſcop. part.* 2. *libr.* 2. *numr.*
11. Antonell. *de jur. & oner. cleric. libr.* 1. *part.*
6. *capit.* 17. *numer.* 35. Si igitur in terminis diſpo-
ſitionis Papæ qui Eccleſiam aliquam liberaſſet *pleno*
14 *jure*, dicunt D. D. non cenſeri comprehenſum Ca-
thedraticum, multo minus cenſetur comprehenſum
in Privilegio Camerali, quod non eſt directum ad
liberanda Beneficia, & Eccleſias a poteſtate Epiſco-
porum, Ancharan. *in dict. cap. Paſtoralis num.* 5.
verſ. aut eam non eximit hinc leg. num. 20. *circa
fin.* Butr. *num.* 5. ſi enim Eccleſiæ poſſeſſæ per Ca-
merales privilegiatos remanent ſubjectæ Diœceſano
tanquam ſitæ in ejus Diœceſi, per conſequens re-
manent obnoxiæ Cathedratico, nam ſi remanet ſi-
gnatum hoc eſt ſubjectio, remanet & ſignum quod
eſt Cathedraticum, Imol. *in dict. capit. Paſtoralis
num.* 21. Anchar. *numer.* 3. Boich. *numer.* 4. *verſ.
& Cathedraticum*, Butr. *num.* 5. & in ſpecie quod
per hujuſmodi exemptiones ipſi etiam S. R. E. Car-
dinales non ſint exempti a charitativo ſubſidio quod
debetur ex lege Diœceſana ſicut Cathedraticum do-
cet Belleucin. *de Charitat. ſubſid. queſt.* 66. *per tot.*
Mandoſ. *ad Roman. conſ.* 498. *lit.* A. Dec. *in cap.
Eccleſia S. Mariæ numer.* 14. *de conſtit.* & in ter-
minis procurationis, ita reſolvit S. Congregatio *in
Nitriconen.* 13. *Septembris* 1630. apud Barboſ. *ad* 15
concil. ſeſſ. 24. *cap.* 3. *de reformat. numer.* 24. ibi –
*Procuratio ſolvenda eſt Epiſcopo viſitanti Beneficium
a Cardinali poſſeſſum, quia eſt onus reale ſuper Be-
neficio, non perſonale ſuper perſona Cardinalis*, &
in puncto familiarium Papæ tametſi habeant varias
Immunitates & exemptiones adhuc, quod non repe- 16
riantur ſpecialiter exempti a charitativo ſubſidio ex
Bellet. *diſquiſit. cleric.* §. 12. *num.* 26. *& ſeqq.* tra-
dit Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 25. §. *primo
numer.* 38.

Neque urget, quod *Text. in d. c. Paſtoralis* Ar-
chidiac. Abbas, Anania, de quibus ſupra *num.* 13.
procedant in conceſſione facta ab Epiſcopo, ubi ea-
tenus firmant non cenſeri comprehenſum Cathedra-
ticum ſub verbis generalibus, quatenus Epiſcopus
non poteſt illud abdicare a ſe, ideoque non habeant
locum in Privilegio Summi Pontificis, qui cum poſ-
ſit illud transferre, idcirco in ejus privilegio inclu-
ſum cenſeatur, etiam ſi concurrant verba generalia,
dummodo hæc ſufficienter exprimant voluntatem
concedentis, quia Canoniſtæ *in d. c. paſtoralis* hanc
concluſionem, quod Cathedraticum non veniat in
generali diſpoſitione, firmant etiam in terminis con-
ceſſionis Papa ſignanter *Innoc. n.* 2. *verſ. hoc quod
decif.* Anchar. *num.* 5. *verſ. quandoque*, Butr. *n.* 4.
Imol. *numer.* 20. *circa finem* de Luc. ad Ventrigl.
in prax. par. 2. *annot.* 25. §. 2. *numer.* 4. & ratio
eſt, quia cum illud ſit Jus inſigne & privilegia-
tum, non cenſetur concedens illud voluiſſe include-
re ſub generalitate verborum, & ſic quæſtio tota eſt
voluntatis, non autem poteſtatis; & voluntas deeſſe
dicitur, ubi Cathedraticum non fuit expreſſum in
ſpecie, ob inveriſimilitudinem quod concedens vo-
luerit Jus adeo notabile includere abſque mentione
ſpeciali, & in terminis Concilii Tridentini, de quo
ſupra *num.* 9. habentis eandem poteſtatem ac Papa
circa Cathedraticum, tradunt Fagnan. *in dict. cap.
conquerente num.* 49. *&* Pignatell. *tom.* 6. *conſult.*
8. *num.* 20. & generaliter loquendo in omni, &
quacunque diſpoſitione, Gloſ. *in d. c. paſtoralis in
primo notabili* ibi – *Nota quod quædam ſunt, quæ in
generali conceſſione non tranſeunt, inter quæ eſt Ca-
thedraticum.*

Minuſque relevat, quod privilegium Camerale ex-
imit a ſolutione decimarum Seminarii, necnon ſub-
ſidiis quibuſcunque tam realibus, quam perſonali-
bus, ſub quibus cum includatur ſubſidium charitati-
vum pertinens ad legem Diœceſanam, proinde ſtan-
te exemptione ab omni alio onere etiam incluſum
cenſeatur Cathedraticum ex Coccino *d. dec.* 1274. 17
num. 9. Quippe deciſio Coccini loquitur de privile-
gio, ubi expreſſe facta erat mentio de ſubſidio charita-
tivo ibi – *Charitativo ſubſidio*. Privilegium vero Ca-
merale, licet exprimat impoſitiones ſubſidiorum,
hæc tamen ſubſidia intelliguntur de extraordinariis
impoſitionibus ab homine factis, aut faciendis, non
autem de ſubſidio charitativo, quod non eſt impoſi-
tum ab homine, ſed eſt debitum nativum ob ſubje-
ctionem Diœceſanam, & quod non ſecus ac ipſum
Cathedraticum, requirit mentionem ſpecialem, Ana-
nia *in d. c. cum venerabilis de cenſ. numer.* 20. Pax
Jordan. *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 18. *numer.* 113. Ventrigl.
ubi proxime num. 38.

Et de quibus ſubſidiis loquatur Privilegium, patet
ex ultimis verbis ibi – *Cameræ officialibus, & aliis
quibuſcunque Dominis temporalibus, ac perſonis S.
R. E. ſubjectis pro tempore debito*, quæ demonſtrant
ibi agi de ſubſidiis, quæ debentur officialibus Ca-
meræ, Dominis temporalibus, ac perſonis S. R.
E. ſubjectis, & ſunt impoſita ſuper fructibus Be-
neficiorum, quæ ſubſidia legi poſſunt apud Barbo-
ſam *de poteſtate Epiſcopi allegation.* 87. *num.* 56.
& ſequenti; cum ergo verba Privilegii perneceſ-

Digitized by Google

ſe non inferant charitativum ſubſidium, immo illud non includere præſumantur copio, quod de eodem non faciunt mentionem ſpecialem, non poteſt applicari deciſio Coccini, quæ ab expreſſione ſpeciali ſubſidii charitativi trahit illationem ad Cathedraticum, nam ubi deficit antecedens, conſequens non procedit, *l. 1. §. hujus rei ff. de offic. ejus cui mand. eſt juriſdict. l. veteres ff. de itiner. actuq. privat.* & ſuſficeret, quod verbum illud *ſubſidiorum* expreſſum in privilegio eſſet generale, & æquivocum, nempe verificabile & interpretabile in aliis diverſis, & extraordinariis ſubſidiis, ad hoc, ut non intraret conſequentia ad Cathedraticum, cum non liceat arguere ab antecedenti æquivoco, dubio, & obſcuro, & ex tacito inferre ad tacitum, & per conſequens multiplicare præſumptiones, & ſpecialitates in hac re odioſiſſima, quæ uti deſtruens Jus notabile Diœceſanæ ſubjectionis nunquam præſumenda venit, niſi literis rotundis in privilegio exprimatur charitativum ſubſidium, necnon Cathedraticum, ut probant prææallegati, & Cardin. de Luca *de Juriſdict. diſc.* 38. *numer.* 49. ubi quod privilegium debet eſſe clarum incontinenti probatum.

Hinc extraneæ convincuntur auctoritates Felin. *in cap. cum inter ſub num. 4. de re judicat.* & aliorum, qui tenent per exemptionem factam a Papa *pleno jure*, tolli Jus Diœceſanum; etenim loquuntur in diverſa quæſtione, quando Papa eximit Eccleſiam *pleno jure* ab Ordinario, hic autem privilegium non dat exemptionem realem Eccleſiis poſſeſſis per Camerales eas pleno Jure eximendo, ac etiam diſmembrando a Diœceſi, ut requiritur ad
18 ſolvendum Jus Diœceſanum, juxta Lother. *lib. 4. q. 24. numer.* 128. *& ſeqq.* ſed concedit exemptionem perſonalem, cum incipiat a perſonis, Lother. *ubi proxime numer.* 11. ſeu etiam mixtam, remanentibus tamen Eccleſiis in Diœceſi, & ſub poteſtate Diœceſana, cujus ratione non poteſt dici conceſſa exemptio a Cathedratico uti conſecutivo ad legem Diœceſanam, quod eſt onus nativum infixum ipſis Eccleſiis a ſui primæva erectione & fundatione, quaſi Canon ſeu re alienum quicquid ſecus quoad onera impoſita ab homine; ultra quod etiam in terminis exemptionis realis non cenſetur ſublatum Cathedraticum, dum agitur de Eccleſia curata, ut tenet Cardinal. de Luca *de juriſd. d. diſc.* 38. *per totum*, neque per exemptionem Eccleſiæ factam a Papa ejuſque conceſſionem favore Prælati inferioris populus intelligitur exemptus, ut tradunt allegati, *diſcept.* 20. *numer.* 31. *in fine fol.* 351. *par.* 1. quod procedit, etiamſi exemptio Eccleſiæ emanaverit favore alterius Epiſcopi, ſeu Prælati Jus Epiſcopale habentis, & ſic capacis recipiendi, & exercendi Jura Epiſcopalia, niſi facta fuerit cum clauſula *pleno jure*, ut explicat Innocentius *in cap. in Lateranenſi de Preben. numer.* 4. *verſ. ſed ſi alii Epiſcopo*, Imola *in cap. de Monachis eodem Tit. num.* 7. & noviſſime Rota *in Firmana Juriſdictionis ſuper reſervatis* 15. *Aprilis* 1701. *§. verius cum ſequenti.* coram Reverendiſſimo Domino Molines Decano; & ſic quando populus non eſt exemptus, debetur Cathedraticum, cum detur ab omnibus Eccleſiarum præſertim Parochialium Rectoribus ratione Parochialitatis Epiſcopo tanquam Parocho majori, & in ſignum ſubjectionis, ut ait Cardinal. de Luca *de Juriſd. diſc.* 38. *num.* 5. *verſ. cum igitur.*

Nota ultimo, quod deciſio Coccini non bene loquitur, quatenus dicit, Doctores hallucinari in firmando, quod cum Cathedraticum fuerit inductum
19 ex Concilio Bracharen. idcirco non cenſeatur illi derogatum, niſi de eo fiat mentio ſpecialis, prout requiritur in Conciliis generalibus, quoniam Doctores nunquam dixerunt requiri derogationem ſpecialem Concilii Bracharen. ſed ſolum, quod cum Cathedraticum debeatur ex dicto Concilio, in diſpoſitione generali illud non cenſetur ſublatum ob inveriſimilitudinem, quod jus tam inſigne competens ex Concilio fuerit incluſum ſub generalitate verborum abſque mentione ſpeciali, quamvis enim admittant diſpoſitionem poſteriorem tollere primam etiam Conciliarem, & etiam non facta derogatione illius, tamen ſubjungunt, quod requiritur, ut diſpoſitio poſterior ſtatuat expreſſe contrarium ejus, quod diſponitur in prima Conciliari, Fagnan. *in d. c. conquerente numer.* 51. Pignatell. *d. conſult.* 8. *numer.* 20. *tom.* 6. ſicut videmus, quod licet in diſpoſitione Papæ non ſit neceſſarium derogare Concilio Tridentino, tamen requiritur, quod expreſſe diſponat contrarium ejus, quod diſpoſuit Tridentinum, & ſic aliud eſt requiri mentionem, & derogationem ſpecialem Concilii, aliud vero Jus debitum ex Concilio non præſumi ſublatum niſi de eodem Jure facta fuerit mentio ſpecialis, Pignatell. *conſ.* 187. *n.* 19. *tom.* 9.

Adde ad materiam caſum, quem diſputavi in Caputaquen. *ſubventionis in* Rota 26. *Junii* 1702. coram R. P. D. Tremoille; cum enim ex antiquiſſima conſuetudine Epiſcopus Caputaqueo. eſſet in poſ-
29 ſeſſione percipiendi a ſingulis Præsbyteris Diœceſis 13. carolenos annuos titulo ſubventionis, dicebam quod iſta præſumebatur introducta in recompenſam Cathedratici, quartæ decimarum, & mortuoriorum, quæ in ea Diœceſi Epiſcopo non præſtabantur, ex Zerol. *in praxi Epiſcop. in verb. Jus Cathedraticum verſ. ideo* Carol. Anton. de Luc. *de apoſt. regioq. aſſen. cap.* 197. *ſub numer.* 3. Ricc. *in prax. par.* 2. *reſol.* 182. *num.* 1. *in fine*, ſed motivum applicabatur ad Presbyteros beneficiatos in Eccleſiis receptitiis, qui participabant de decimis, & mortuariis, & a quibus Cathedraticum debebatur ratione Eccleſiarum in ſignum ſubjectionis, & bene in his terminis intrabat ſubrogatio annuæ ſubventionis in locum jurium Epiſcopalium vigore conſuetudinis quadragenariæ, ex Text. *in c. conſtituens de relig. Dom. ibid.* Gloſ. *in verb. juxta ratam*, Annana *n.* 18. Butr. *conſil.* 19. *ſub n.* 17. Cardin. de Luc. *de Paroc. diſc.* 18. *num.* 7. non autem quoad Presbyteros ſimplices, contra quos requirebatur immemorabilis, ſed Rota abſq. diſtinctione reſolvit ſubventionem non deberi ob non probatam immemorabilem Cathedraticum petere poteſt Epiſcopus a qualibet Eccleſia Diœceſis exceptis Monaſteriis, Gloſ. *in C. conquerente de offic. ord. in verb. duos ſolidos Abb. in C. Paſtoralis num.* 7. *de don. Ricc. ubi ſupra n.* 2.

ARGUMENTUM.

De requiſitis ad fundationes Conventuum, & an pro illis præſumatur, ubi agitur de fundatione facta cum licentia Ordinarii.

SUMMARIUM.

1 *Requiſita ad fundandum vide etiam num.* 7.
2 *In fundationibus extra Italiam non requiritur beneplacitum Apoſtolicum.*
3 *Conſenſus populi debet dari in Conſilio generali.*
4 *Facta fundatione Conventus præſumitur pro ejus requiſitis*, & n. 5. & 6.

DISCEPTATIO XXXVI.

Quamvis pro fundationibus Conventuum requiratur licentia Ordinarii, conſenſus populi,
Parochi, nec non Regularium circumadjacentium 1
in diſtrictu quatuor miliarium, ſeu in caſu eorum diſſenſus, quod conſtet eis novam fundationem non obeſſe una cum beneplacito Apoſtolico, quod tamen non requiritur in fundationibus extra Italiam, ſed
intra, Fagnan. *in cap. non amplius n.* 71. *de inſti-* 2
tut. in fine, Paſſerin. *in cap. unica num.* 7. 11. 46. *de exceſſibus Prælat.* Torrecil. *var. allegat. Tractat.* 8. *Concluſ.* 2. *difficult.* 1. *num.* 15. *&* 16. Pignatell. *conſul.* 91. *numer.* 13. *tom.* 10. Franceſ. *var. reſol. cap.* 27.

Digitized by Google

cap. 27. *num.* 55. ubi quod in Hiſpania non requiritur niſi conſenſus Ordinarii a Spiritu Sanct. *tract.* 2. *diſput.* 1. *ſect.* 4. §. 2. *n.* 187. *verſic. unde*, Donat. *in praxi tom.* 1. *tract.* 1. *tit. de Monaſt. ædific. quaſt.* 13. *&* 14. *per tot.* qui reprobant deciſionem in *Ceſaraugustana fundationis Conventus* 18. *Martii* 1657. coram Bevilaqua. Conſenſus autem
3 populi debeat eſſe datus in Conſilio generali, non autem ſufficiat in Conſilio particulari decurionum, & officialium, nec minus oſtiatim quæſitus, juxta Rot. *in dicta Ceſaraugustana ubi ſup.*

Tamen ſi prævia licentia Ordinarii fundatio eſſet facta, Ego in *una Vicen. fundationis Conventus* in Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regula-
4 rium ſuſtinui, nequaquam ſpectare ad Religioſos, qui fundarunt, probare dicta requiſita, ſed ad partem contradicentem, eorum probare negativam, eo quia, cum Apoſtolicæ Conſtitutiones reponant in Judicio Ordinarii admittere fundationes, præviis antedictis requiſitis, iſta præceſſiſſe præſumuntur poſtquam Ordinarius conſenſit, & fundatio eſt facta, etiam ſi de illis non conſtet ex actis, quia potuit Ordinarius moveri ex notitiis extrajudicialibus, Franceſ. *d. cap.* 27. *n.* 25. 27. & 30. Paſſerin. *in d. cap. unico num.* 53. *verſic. nam cum certa*, abſque neceſſitate citandi Regulares circumvicinos, aut requirendi eorum conſenſum, Franceſ. *ubi ſupr.* a Spiritu Sanct. *Conſult.* 105. *num.* 16. *& ſeqq. & n.* 26. Paſſerin. *ubi ſupra num.* 53. Ceſped. *de Exempt. Regular. cap.* 1. *dub.* 4. *numer.* 10.

Nam certa eſt concluſio, quod actus fieri pro-
5 hibitus abſque præviis certis ſolemnitatibus, & cauſis, ſi fuerit factus cum auctoritate Judicis, præſumitur pro ejus decreto, quod omnia rite ac recte proceſſerint, niſi contrarium oſtendatur, Picus *ad Stat. Urbis Gloſſ.* 21. *num.* 23. *& ſeqq.* Bich. *deciſ.* 58. *n.* 10. *& in Recen. dec.* 31. *n.* 1. *& ſeqq. part.* 18. *& dec.* 65. *num.* 2. *par.* 19.

Et ita obtinui in *d. Vicen. fundationis Conventus*, ubi, quia multa opponebantur, & probabantur ex adverſo ad excludendam exiſtentiam aliquorum ex
6 dictis requiſitis, quia tamen probationes erant turbidæ, & in dubio regula eſt pro validitate actus, & pro Reo, ac Poſſeſſore, Sacra Congregatio reſpondit ſub die 9. Septembris 1701. — *prævia ſanatione defectuum indulgendum, ut PP. fabricam perficiant* — agebatur enim de fabrica facta, ſed nondum plene perfectionata.

Advertendum in hac materia, quod conſenſus Parochi, ſi ceteroquin concurrant alia requiſita, ſup-
7 pletur per Sacram Congregationem, Card. de Luca *de Regul. diſcurſ.* 29. *num.* 14. Carolus Anton. de Luca ad Ventrigliam *in Praxi part.* 1. *annot.* 18. §. *unico num.* 5. *verſic. ceterum*, prout etiam conſenſus Ordinarii, ſi irrationabiliter denegetur, ſolet ſuppleri per Superiorem, Card. de Luca *d. diſcurſ.* 29. *ſub n.* 14. & in ſumma tota ſubſtantia hujuſmodi fundationum conſiſtit in conſenſo populi, quodque non concurrat præjudicium tertii, ſeu aliorum Regularium, qui in diſtrictu quatuor milliarium exiſtunt.

Conſenſus autem Epiſcopi, & Parochi nec non
8 aliorum intereſſe habentium ſufficit, quod interveniat etiam tacite, veluti quando introductio Religioſorum in novum Conventum facta fuiſſet ſolemniter cum proceſſione, aliiſque actibus publicis, & nemo reclamaſſet, ſed immo fundatio plauſum habuiſſet, Cardin. de Luca *de Regularibus diſcurſ.* 30. *n.* 6. a Spiritu Sancto *dicta conſult.* 105. *n.* 26. *in fine*, *&* 27. *cum ſeqq.*

Card. de Luca de *Regularibus diſc.* 65. probat, quod poſſit fieri introductio novi Conventus in loco, ubi adſunt Conventus aliorum Regularium, etiam iſtis diſſentientibus, quando iſtorum Conventus habent numerum exceſſivum Religioſorum, quia tunc magis expedit, quod in antiquis Conventibus reſecetur numerus exceſſivus, quam nova introductio Conventus impediatur, quæ opinio patitur difficultatem; nam antiqui Conventus habent Jus quæſitum in eo numero, cui præjudicari non debet, & Bullæ Apoſtolicæ ſimpliciter loquuntur de præjudicio Religioſorum in antiquis Conventibus exiſtentium, nec habent rationem numeri magni aut parvi, neque congruum eſt, quod unum altare diſcooperiatur pro altero cooperiendo, & durum eſt, quod quid facere poſſunt in ſpiritualibus antiqui Religioſi, cum ſuo numero, debeat eis auferri, ut aliis Religioſis concedatur; illa enim Religio, quæ habet unum Conventum cum numero exceſſivo Religioſorum, perinde reputari poteſt, ac ſi haberet in eodem loco duos, vel tres Conventus diſtinctos, quibus ſicut novus Conventus introducendus præjudicare non poſſet in alimentis, ita nec uni numeroſo habenti numerum, ac vicem plurium ejuſdem Ordinis Monaſteriorum, ultra quod, ſi ille numerus magnus antiqui Conventus eſt utilis populo in ſpiritualibus, quomodo vocari poteſt exceſſivus? ſi vero eſt exceſſivus, quomodo novi Religioſi, eo reſecato, loco illius intrare volunt in Civitatem? exceſſivitas enim conſiderari debet juxta neceſſitatem populi in ſpiritualibus. Aut enim eſt neceſſarius, & utilis Civitati ille numerum Religioſorum, qui adſunt, & non erit exceſſivus, aut vero non eſt neceſſarius, & multo minus neceſſarius erit, ſed ſuperfluus Conventus novus, idcirco non admittendus ad pompam, & cum damno aliorum.

ARGUMENTUM.

De Caſibus in quibus Canonicus abſens lucretur fructus, & diſtributiones, & quando requiratur necne licentia Superioris.

SUMMARIUM.

1 *Canonicus litigans cum Capitulo quando non perdat fructus, & diſtributiones, & numer.* 2.
3 *Stante cauſa juſta, & neceſſaria abſentiæ, an requiratur licentia Superioris, in Prælatis, & Curatis.*
4 *Quid in Canonicis, & Beneficiatis.*
6 *In cauſa ſtudii requiritur licentia.*
7 *Item ex cauſa litis ſuper Juribus beneficii.*
8 *Limita in cauſa abſentiæ neceſſariæ, coactæ, & violentæ, ac repentinæ.*
9 *Exemplificantur caſus.*
11 *Timor belli excuſat a reſidentia.*
12 *Item omne impedimentum non affectatum, nec removibile per diligentiam, vide alia infra* n. 13. & 14.
15 *Abſens ex cauſa peſtis quando lucretur diſtributiones.*
16 *Indultum ex cauſa ſtudii non debet concedi niſi ad triennium, vide alia* numer. 17. & 18.

DISCEPTATIO XXXVII.

CAnonicus litigans cum Capitulo ſuper Canonicatu, ſeu fructibus, qui injuſte denegantur, lucratur fructus, & diſtributiones etiam abſque licentia Superioris; & non obſtante exceptione, quod 1
potuerit litigare per procuratorem, ut *in deciſ.* 1095. *n.* 5. *dec.* 1131. *num.* 7. coram Seraphino, quæ reputantur in materia magiſtrales, Adden. ad Gregorium *dec.* 154. *ſub n.* 1. *verſ. hæc tamen*, Barboſ. *de Canonic. cap.* 24. *numer.* 24. Rota *in Calagurritana fructuum* 5. *Decembris* 1691. §. *Relevante*, coram bonæ memoriæ Benincaſa, idque oritur non quidem ea ratione, quod de Jure ſic abſens habeatur pro præſente, & intereſſente, ſed ratione refectionis damnorum & intereſſe, Cardinal. de Luca *de Canonic. diſcept.* 40. *numer.* 5. Royas *dec.* 173. *per tot.* Ubald. *dec.* 288. *num.* 4. *&* 10. Gonzal. *ad regul.* 8. §. 7. *proœm. numer.* 161. *in fine verſic. & hæc quinta*, Adden. ad Pamphil. *dec.* 458. *ſub num.* 10. *in fin.*

Digitized by Google

in fin. & deciſ. 726. *num.* 7. neque propterea ex iſto
caſu poteſt inferri ad alios, Card. de Luc. *ubi pro-
xime num.* 5.

Limita, ſi lis fuerit ſuper Jure votandi, & an-
2 niverſariis, ſeu ſuper minima parte fructuum, *de-
ciſ.* 288. *n.* 2. & 10. coram Ubald. poteſt enim tra-
ctari per Procuratorem, Lother. *libr.* 3. *quæſt.* 27.
n. 179. Barboſ. *de Canonic. cap.* 24. *n.* 26. *verſ. &
quamvis*, lis autem promota per Beneficiatos ſuper
participatione augmenti redituum Eccleſiæ eſt juſta
cauſa, quia reſpicit defenſionem Jurium, & bono-
rum Beneficii, Rot. coram Pamphil. *dec.* 726. *per
tot.* hoc enim caſu dicitur adeſſe utilitas Eccleſiæ,
Text. hoc probat *in cap. ex parte il* 2. *de Cleric.
non reſid.* Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 27. *num.*
177. Seraphin. *dec.* 662. *n.* 2. Pignatell. *deciſ.* 20.
annot. 3. *n.* 55. neque hic intrat ratio litigandi per
Procuratorem, quæ non procedit in lite ad utili-
tatem Eccleſiæ, ſed ad commodum proprium, Lo-
ther. *q.* 27. *n.* 180.

Ubi agitur de Prælatis, & aliis Curam anima-
rum habentibus, etiam ſtante cauſa juſta, & ne-
3 ceſſaria ad abeſſendum, peti debet licentia Superio-
ris, nam ita diſponit Concil. Trident. *cap.* 1. *Seſſ.*
23. *de reformat. verſic. has ligitime abſentiæ cau-
ſas &c.* & late probat Fagnan. *in cap. relatum de
Cleric. non reſident. numer.* 46. *verſ. nihilominus*,
excepto caſu abſentiæ propter aliquod munus, &
Reipublicæ officium Epiſcopatibus adjunctum, cu-
jus cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ,
ut ait Concilium *ubi ſupra*, ſuper quo videndus
eſt Fagnan. *in dict. cap. relatum num.* 33. *& ſeqq.
Signanter ſub numer.* 46. 47. *&* 48. ubi quod Cu-
rati licentiati a Jure ex cauſis legitimis expectare
debent judicium Epiſcoporum ſuorum ſuper neceſ-
ſitate, & qualitate earundem cauſarum, quodque
in caſu impotentiæ petendi licentiam, Curati, cum
primum potuerunt, debent Epiſcopos ſuos de ab-
ſentia, & cauſis facere certiores, nam ceſſantes in-
ciperent eſſe in culpa.

Aut vero agitur de Canonicis ſeu Beneficiatis, &
in iis caſibus, in quibus ſunt licentiati a Jure, non
requiritur licentia hominis ſeu Superioris, ut diſtin-
4 guendo inter Curatos, & Canonicos, tradunt Bar-
boſ. *de Canonic. cap.* 24. *num.* 26. *verſic. dicendum*
Pignatell. *conſult.* 36. *n.* 4. *tom.* 9. Rot. *dec.* 117.
num. 17. *& ſeqq. par.* 15. *recen.* Fagnan. *in dict. c.
relatum n.* 18. Gloſſ. *in cap. ſuper ſpecula de Ma-
giſtris in verb. de licentia*, Garz. *de benefic. par.* 3.
c. 2. *num.* 95. *& ſeqq.* Monet. *de diſtribut. q.* 10.
n. 3. 7. *&* 12.

Verum hæc opinio non videtur vera, ſi agatur de
cauſis abſentiæ voluntariæ, ut probat Text. *in dict.
5 inter quatuor de Clericis non reſident.* ſive cauſa ſit
expreſſa a Jure, ſive non, & probat etiam Text. *in
dict. c. relatum eodem tit. juncta ibi* Gloſſ. *in verb.
Prælatorum.*

Non obſtat, quod ea cauſa ſtudii non requiratur
6 licentia, propter Text. *in cap. licet de Præben. &c.
ſuper ſpecula de Magiſtris*, quippe ii, qui tenent hanc
opinionem, ſupponunt, quod Text. Alexandr. III. in
d. cap. relatum exponens licentiam in cauſa ſtudii,
fuerit correctus per Textum poſteriorem honoris *in
dicto cap. ſuper ſpecula*, ut ſignanter putat Garz. *de
benefic. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 94. *& ſeq.* Et tamen talis
correctio apud me non invenitur in *d. cap. ſuper
ſpecula*; nam circa quod docentes Theologiam in
abſentia percipiant fructus Beneficii ibi dicitur --
de licentia Sedis Apoſtolicæ, quæ verba non intelli-
guntur de licentia generali illius Canonis, ſed ſpe-
ciali obtinenda ab eadem Sede, quicquid aliter
putaverit Gloſſa. Circa vero ſtudentes, nihil dici-
tur de licentia, prout nihil exprimitur in *cap. licet
de Præbend.* ergo cum in lege poſteriori correctio
non ſit expreſſa, ea non debet præſumi, ſed unus
Textus cum alio conciliandus, & in hoc puto non
eſſe attendendum quod dixit Garzias *ubi ſup.* nec non
Rot. *deciſ.* 117. *num.* 19. *par.* 15. *rec.* & quotquot
alii, qui ſuſtinent pro cauſa ſtudii non requiri li-
centiam Superioris, & videmus ſuper hoc paſſim pe-
ti, & concedi Indulta, pro quorum moderatione
ſupervenit Reformatio S. M. Innocentii XII. de qua
infra *num.* 16.

Sic non obſtat, quod abſens ex cauſa litis ſuper
juribus Beneficii, & ſic in utilitatem Eccleſiæ non
habeat neceſſitatem licentiæ Superioris uti licentia- 7
tus a Jure *in c. & parte* 13. *de Cleric. non reſiden.*
Barboſ. *de Canonic. cap.* 34. *ſub numer.* 25. *&* 26.
Rot. *d. dec.* 115. *n.* 20. quoniam contrarium puto
verius, juxta Text. *in d. cap. relatum*, & firmat in
ſpecie Ciarlin. *controverſ.* 227. *num.* 25. *verſic. non
obſtat.*

Et ratio eſt, quia cum licentia requiratur ad
evitandum contemptum Superioris, ut ait Gloſſ. *in
d. c. Inter quatuor in verb. ſine juſta Cauſa* Lother.
& Ciarlin. de quibus *diſcept* 34. *num.* 25. idcirco
requiritur etiam in cauſis abſentiæ expreſſis in Ju-
re, quod nunquam intelligitur excludere ſolemnita-
tem præambulam ad actum in contemptum Præ-
latorum.

Hæc tamen concluſio procedit in abſentia volun-
taria ex cauſis expreſſis in Jure, nempe litis, pere-
grinationis, ſtudii, & ſimilibus; ſecus vero in ab- 8
ſentia neceſſaria, coacta, & violenta, ac etiam re-
pentina, quia tali caſu nullus ineſſe poteſt contem-
ptus, ut apud Rembold. *dec.* 132. *num.* 5. *&* 6. &
Ciarlin. *controv.* 227. *ſub n.* 25. & noviſſime, me
ſcribente, tenuit Rot. *in Varmien. fructuum Canoni-
catus* 1. *Decembris* 1702. §. *Ut quamvis* coram Re-
verendiſſimo Domino Molines Decano cum aliis
præadductis dicta *diſcepr.* 34. *n.* 23.

Caſus autem abſentiæ hujuſmodi coactæ, violen-
tæ ſunt, quando quis detinetur ab hoſtibus, ſeu la-
tronibus, ſeu auctoritate laica, aut privata expelli- 9
tur de facto, aut in exilium mittitur, ſeu carcera-
tur injuſte per Magiſtratum, ſeu propter bellum, aut
terræmotum fugit de loco, aut cui vi fluminis, ac
tempeſtatis impeditur reditus ad Eccleſiam, juxta ea
quæ habentur *in lib.* 2. *ff. ſi quis Cautionib.* aut in
lecto febri correptus detinetur, ut *in capit.* 1. *Cle-
ric. ægrotan.* aut ob inimicitias capitales cogitur
ſtatim diſcedere ad evitandum imminens periculum
mortis, aut generaliter in omni alio caſu repenti-
no, qui cogit ſtatim abeſſe, juxta Fagnan. *in d.
cap. relatum num.* 14. his enim caſibus non poteſt
adeſſe contemptus Superioris in animo ejus, qui ab-
eſſe cogitur invitus, & violenter, & ideo nulla ejus
licentia requiritur, Ciarlin. *d. controv.* 227. & alii
ſupra adducti *n.* 7.

Neque adverſatur, quod licentia nedum requira-
tur ad evitandum contemptum, ſed etiam ad effe-
ctum, ut Superior examinare valeat veritatem cau- 10
ſæ; nam hoc procedit in abſentia Prælatorum, &
Parochorum propter ſpecialem diſpoſitionem Sacr.
Concilii *ubi ſupra*, quod ita voluit, ſecus in Cano-
nicis, & aliis Beneficiatis, quorum reſpectu licentia
Prælati de Jure requiritur ſolum ad evitandum con-
temptum, cum quoad illos Concilium nihil diſpo-
ſuerit, ſed ſeſe remiſerit ad Conſtitutionem Boni-
facii in *c. unico de Cleric. non reſiden. in* 6. ut lege-
re eſt *in ſeſſ.* 24. *c.* 12. §. *de diſtributiones de refor.*
Rurſus ſuperflua eſt petitio licentiæ ob hujuſmodi
finem; nam aut cauſæ ſunt veræ & a Jure approba-
tæ, & ſatis eſt de earum veritate docere ea poſt fa-
cto apud Superiorem, vel Judicem; aut non ſunt
veræ, nec a Jure approbatæ, & tunc licentia etiam
ab initio petita, & obtenta nihil relevaret ad effe-
ctum lucrandi fructus ſeu diſtributiones.

Inſuper eſſet incongruum, ex. grat. quod jacens
in lecto ægrotus, aut carceratus, & ſimiles, qui
potius mille reſidentias amarent, ut evitarent ſuum
periculum, deberent perdere fructus, & diſtribu-
tiones habendo hanc novam afflictionem propter
omiſſam formalitatem petendi licentiam Prælati,
quando hæc voluntariæ non coactæ abſentiæ appli-
catur.

Timor belli eſt juſta cauſa non reſidendi, juxta
dec. 100. *n.* 1. *par.* 15. *& dec.* 336. *n.* 2. *part.* 17.
rec. pro quo facit dictum Senecæ Tragici -- *Pejor
eſt bello timor ipſe belli* -- amplia, ut iſte timor dica- 11
tur du-

Digitized by Google

tur durare etiam in treuga, nam hæc dicitur po-
tius bellum, quam pax, juxta doctrinam Guilielmi
de dictis in c. Raynutius *de teſtam. par. 2. §. Mor-
tuo itaque Teſtatore num.* 235. Rot. *d. dec.* 100. *n.*
7. *par.* 15. *& dec.* 141. *num.* 3. *par.* 17. *rec.* confert
ad hoc propoſitum inſigne dictum Taciti *lib.* 4. *Hi-
ſtor.* in principio ibi — *Bellum magis deſiderat, quam
pax cœperat* —

Omne denique juſtum impedimentum eſt cauſa
legitima abeſſendi, Text. *in d. cap. inter quatuor de*
12 *Cleric. non reſiden.* Gloſ. *in cap. fin. de Cleric. non
reſiden. in verb. excuſationem*, & ibi — *Gloſſella
Marginalis* Joannis Andreæ Ciarlin. *par.* 1. *controv.*
29. *n.* 5. *&* 19. ſed limita, quando impedimentum
eſt affectatum *dec.* 390. *num.* 7. *par.* 14. *recent.* &
quando poteſt per diligentiam de facili removeri
ex adductis ſupra *diſcept.* 34. *num.* 9.

Adde prædictis, quod lis reputatur juſta cauſa, ſi
tangat ſtatum perſonæ Beneficiati, Lotter. *d. q.* 37.
13 *n.* 177. Barboſ. *de Canon. cap.* 24. *num.* 26. *verſic.
vel ex perſona propria.*

Canonico quærelato, qui ad ſeſe defendendum in
14 cauſa criminali petiit Curiam, & obtinuit ſenten-
tiam abſolutoriam, deberi diſtributiones, ex Mar-
cheſano tradit Barboſ. *de Canon. cap.* 24. *n.* 42.

Abſens ex cauſa peſtis non lucratur diſtributio-
15 nes, niſi ea graſſetur, & probetur legitima conſue-
tudo, quod diſtributiones hujuſmodi dari conſueve-
rint abſentibus ex juſta cauſa, ut reſolvit Sac. Con-
gregatio apud Ciarlin. *cap.* 26. *num.* 22. Barboſ. *ubi
proxime num.* 40. ego miror, quomodo neceſſarium
ſit probare conſuetudinem in eo, quod competit de
Jure, ut fatetur Ciarlin. *d. cap.* 26. *num.* 17. *verſ.
Multi par.* 1. & ſicut in aliis juſtis cauſis abſentiæ
ſignanter ob rationabilem corporis neceſſitatem non
requiritur conſuetudo, juxta Text. *in d. cap. unico
de Cleric. non reſiden.* quare requiritur in cauſa pe-
ſtis? certe non invenio rationem; abſentem vero
ex cauſa peſtis, abeſſe ob rationabilem corporis ne-
ceſſitatem, quæ eſt una ex cauſis expreſſis *in cap.
unico de Cleric. non reſiden. in* 6. clare docent o-
mnes ſcribentes, & ſignanter Panimol. *dec.* 20. *an-
not.* 3. *num.* 62. *verſic. quinto.*

Indultum abeſſendi ex cauſa ſtudii non debet con-
16 cedi niſi ad triennium ad effectum lucrandi fru-
ctus, non autem diſtributionibus, niſi omnes fru-
ctus conſiſtant in diſtributionibus vel in eiſdem
una cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ, ut
in Reformatione S. M. Innoc. XII. impreſſa poſt
Antonell. *de Jur. & onerib. Clericór. poſt Indicem
fol.* 1. *§. Indulta*, ubi notandum quod illa verba —
una cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ — in-
telligi debent juxta ſuperius expoſita *diſceptat.* 34.
numer. 1. *&* 2. In eadem reformatione ſuperadditur
non eſſe concedendum hujuſmodi indultum majo-
ribus 25. annorum, immo ſi ex. gr. indultum ad
17 triennium fuiſſet conceſſum habenti ætatem 24. an-
norum, poſt annum expleta ætate 25. annorum, il-
lud expirare decernitur.

In cauſis levibus ſufficit litigare per procurato-
rem, ſecus in gravibus reſpicientibus ſtatum perſo-
18 næ ipſius Beneficiati, ſeu Beneficii, Lother. *d. lib.* 3.
q. 27. *n.* 1. 7. *& ſeqq.* ideo juſta eſt cauſa abſentiæ
pro hujuſmodi cauſa gravi.

ARGUMENTUM.

De Prælatione debita in paritate vocum præſentato conſanguineo patroni extranei.

SUMMARIUM.

Patet ex Argumento.

DISCEPTATIO XXXVIII.

VIdi dubitari, an in Beneficiis Patronatis præla-
tio debita in paritate vocum præſentato, qui
eſt de ſanguine fundatoris, juxta Gloſſ. *in Can. ne-
minem diſtinct.* 70. procedat in eo, qui eſt de ge-
nere ipſorum Patronorum ſeu præſentantium.

Ego ſupra *diſcept.* 22. *numer.* 38. affirmative re-
ſpondi, & in eadem opinione perſiſto, ea ratione,
quod ubi fundator reliquit Juſpatronatus extraneis,
iſti dicuntur electi loco illorum de ſanguine, & 1
ideo ob talem ſubrogationem fundatoris militat idem
favor, idemque teneo in caſu, quo Juſpatronatus de
familia fundatoris tranſiverit in extraneum titulo
hæreditario, vel ceſſionis, ſeu donationis, nam hic
etiam adeſt ſubrogationis, ac repræſentationis ra-
tio, alias eſſet maxima reſtrictio coarctare hanc
prælationem ad qualitatem ſanguinis, cum omnia
Jurapatronatus præſumatur hæreditaria, & etiam 2
gentilitia poſtea fiant hæreditaria, ut in alia quæ-
ſtione conſimili obſervat Carol. Anton. de Loc. *ad
ventrig. in prax. par.* 2. *annotat.* 4. *numer.* 2. *verſ.
Ego.*

Hinc Doctores favorem iſtum prælationis pari-
formiter attribuunt illis de familia fundatoris, ſeu
Patronorum, ut tradunt Adden. ad Pamphil. *dec.* 3
294. *num.* 31. Vivian. *de Jurepatron. lib.* 14. *cap.*
2. *num.* 64. Ubald. *dec.* 339. *num.* 7. nomen enim
Patroni verificatur, & prædicatur de quocunque
poſſidente, & habente Juſpatronatus, licet extraneo,
& non de ſanguine fundatoris, nec video reſtrictio- 4
nem hujus favoris ad Juſpatronatus mere gentili-
tium, ſeu mixtum, & licet Gloſſ. *in dict. Canon.
Neminem*, loquatur de conſanguineo fundatoris,
tamen non eſt accipienda taxative, ſed attendenda
ratio, quam allegat, nempe favoris debiti ei, qui
deſcendit a benefactore Eccleſiæ, quæ militat in
omnibus cauſam habentibus ab illo per ſucceſſio-
nem, translationem, ſeu per alios modos. A for-
tiori concluſio iſta procedit in præſentato, qui ſit
compatronus, Lambertin. *de Jurepatron. l.* 2. *par.* 3. 5
quæſt. 5. *artic.* 7. *per tot.* Barboſ. *de poteſt. Epiſcop.
alleg.* 72. *n.* 203. Rot. *dec.* 66. *num.* 5. *& dec.* 68.
num. 1. *apud* Vivian. *de Jurepatron. & in Mediola-
nen. Juriſpatronatus* 3. *Julii* 1684. coram Pauluccio
infra num. 7. quod tamen non procederet, ſi con-
curreret præſentatus de familia fundatoris, eſſet
enim præferendus in concurſu alterius de familia
Patronum præſentantium, ex Ventrigl. *in prax. par.*
2. *annotat.* 1. *§.* 3. *num.* 57.

R. P. D. PAULUCCIO

Mediolanen. Juriſpatronatus,

Lunæ 3. *Julii* 1684.

FUndavit, & dotavit uſque de anno 1474. Ste-
phanus de Cruce Beneficium ſeu Capellam in
Eccleſia Salvatoris Burgi Dairagi, & præſentatio-
nem per Patronos ea lege faciendam diſpoſuit.

*Et ad dictam collationem fiendam de ipſo Presby-
terio ad dictam Capellam facto, & inſtituo Patro-
nos Joanninam della Croce ſororem meam, Mutium
della Croce & Jo. Bertinum della Croce filium D.
Donati, & item Beneficiarium, & Rectorem ipſius
Eccleſiæ S. Salvatoris, & eorum heredes, & ſuc-
ceſſores maſculos, & heredes, & ſucceſſores uſque in
perpetuum.*

Vacavit hoc Beneficium anno 1580. per obitum
Caroli Franciſci de Gattis, & Rector Eccleſiæ S.
Salvatoris nominavit in Capellanum, & præſenta-
vit Petrum Antonium Longum, & Aloyſius de
Cruce tam nomine ſuo, quam tutorio Franciſci fi-
lii, quondam Joannis Antonii de Cruce D. Aloy-
ſium juniorem de Cruce, & excitata inter hoſce
præſentatos controverſia, ſuper alterutrius inſtitutio-
ne, Vicar. Mediolanen. Aloyſium inſtituendum per
ſententiam pronunciavit, a qua interpoſita appella-
tione per Petrum Antonium Longum, cauſaque mi-
hi commiſſa propoſui examinandum ſub dubio, *An
& cui ſit adjudicandum Beneficium in caſu &c.*

Et reſolutio fuit pro Aloyſio, non obſtante gra-
tia Apoſtolica per Petrum Antonium impetrata cum
derogatione medietatis vocum, & gratificatione ad

ejus

ejus favorem, quamvis autem per informantes aſſumpta fuerit diſputatio ſuper numero vocum, & an alter ex præſentatis habeat duas ex tribus vocibus a fundatore Juriſpatronatus ſtatutis, D. D. tamen huic inquiſitioni non cenſuerunt inſiſtendum, quando ea commiſſa tanquam innani ſolida aliunde poſſit haberi reſolutio.

Obſervarunt enim quod admiſſo etiam, quod pro
utroque præſentato ſtet medietas vocum, adhuc
7 Aloyſio in inſtitutione debetur prælatio, quia ul-
tra medietatem vocum hoc habet ipſe peculiare,
ut ſit unus de compatronis, & de familia fundato-
ris, & ideo etiam in paritate vocum præferendus,
Roch. de Curte *de Jurepatr. verbo Honorific.* q. 18.
Lambertin. *eod. tract. lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 4.
Vivian. *de Jurepatr. par.* 3. *lib.* 14. *c.* 2. *n.* 67. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 72. *n.* 202. Rot.
coram Mantica *dec.* 375. *n.* 2. coram Merlio. *dec.*
733. *n.* 6. coram Pamphil. *dec*, 294. *n.* 2. *ubi etiam*
Add. *n.* 11. Amayden. *de ſtylo Datariæ lib.* 1. *cap.*
15. §. 15. 36. Buratt. *deciſ.* 316. *n.* 12. Feret. *conſ.*
231. *n.* 4. Rota poſt Vivian. *de Jurepatr. deciſ.* 66.
num. 5. & *deciſ.* 68. Penia *deciſ.* 1583. *numer.* 8.
Burat. *dec.* 647. *num.* 16. & *in rec. dec.* 122. *n.* 1.
par. 11.

Quæ ratio facit, ne proviſio Apoſtolica cum de-
rogatione, & gratificatione poſſit Petro Antonio
8 ſuffragari non ſolum, quia hæc qualitas Aloyſii exi-
ſtentis familia Teſtatoris, & unius ex compatro-
nis non fuit expreſſa Summo Pontifici, quod ſi
fuiſſet expreſſum, aut retraxiſſet a conceſſione, aut
ſaltem eam difficiliorem reddidiſſet, ac proinde gra-
tia tanquam ſubreptitia redditur nulla *cap. poſtulaſti*
cap. ſuper literis de reſcript. cap. Conſtitutus, & *ibi*
Dec. *num.* 1. Coccin. *deciſ.* 1472. *num.* 1. ſed etiam
quia in literis Apoſtolicis legitur clauſula *dummo-
do non ſit etiam alteri Jus quæſitum*, quæ ex mente
Pontificis præſervat Jus, etiam alteri competens ex
præſentatione, præſertim ubi ea ſit præſentatio ut ex
ipſa veniat præſentatus omnino inſtituendus, Adden.
ad Pamphil. *d. dec.* 116. *n.* 20. Rot. coram Priol.
deciſ. 2. *numer.* 14. qualis eſt præſentatio Aloyſii
compatroni, & de familia fundatoris, poſita etiam
vocum paritate.

Ad declinandam vim hujus rationis, & evincendum, quod Aloyſio non adeſſet medietas vocum, duo opponebantur.

Alterum, quod fundator in erectione Juriſpatronatus nominans Patronos Mutium, ac Jo. Bertinum unam vocem ipſis conceſſerit, & aliam conſimilem Rectori Eccleſiæ S. Salvatoris, adeo, ut non ſint tres voces, ſed duæ, nec poſſit Aloyſius ſubinde aſſerere, ſe habere duas voces, ac præſentato a Rectore hoc nomine ſe eſſe præferendum.

Alterum, quod Aloyſius, qui ſe aſſerit compatronum non ſe probet deſcendere a Mutio, & Jo. Bertino, quibus Jus præſentandi fundator eſt elargitus.

Verum objectum primum tollitur relatis funda-
tionis verbis: *Inſtituo Patronos Mutium della Cro-*
9 *ce, & Jo. Bertinum della Croce, & item Rectorem*,
hæc enim ſingularis, & nominatim facta Patrono-
rum enumeratio, & deſtinatio in uno, & eodem
verborum contextu, ſicut inter hæredes operatur
datam unicuique virilem portionem *l. nunquam*
24. *ibi notavit* Cujac. *ff. ad Senat. conſ. Trebell. l.*
ſi hæredes nominatim 127. *ff. de leg. prim.* ita inter
Patronos aſſignatam unicuiq. ipſorum propriam, &
ſingularem vocem, Lother. *de re benefic. l.* 1. *q.* 21.
num. 128. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *num.*
67. Rot. coram Burat. *dec.* 481. *num.* 1. & *ibi* Adden. *lit. A.* & *deciſ.* 248. *num.* 2. & *ſeqq. part.* 16.
Rec.

Non attento quo adhibuerit fundator dictionem
item nominans Rectorem, quia cum dixerit, & *item*
10 præcedens copula inducit conjunctionem, & ſtat co-
pulative, ac ſi dixiſſet, & *ſimiliter*, quo caſu ſta-
re conjunctive dixit Rota coram Pamphil. *dec.* 706.
n. 1. & *deciſ.* 722. *num.* 3. *ejuſdem confirmatoria*,
neque enim ambigitur, quin dictiones *Item*, & *Similiter* ſint Synonymæ, Barboſ. *dict.* 80. *n.* 14. & quod dictio *Item* inducat conjunctionem, Gratian. *diſcept.* 563. *n.* 62. Priol. *dec.* 342. *n.* 70.

Quibus ſtantibus, non urget in oppoſitum Text.
in l. liber. homo §. Titius ff. de hæred. inſtituend. ubi 11
ex tribus inſtitutis hæredibus, duo conjuncti habent
ſemiſſem hæreditatis, tertius vero alium ſemiſſem,
cum ibi non conjuncta, ſed ſeparata eſſet oratio,
quæ operatur, ut tanta ſit portio unius disjuncti, quan-
ta plurium conjunctorum, Lother. *ubi ſupra n.* 126.
Burat. *deciſ. ubi ſupra n.* 2. & Rota *d. dec.* 248. *n.*
3. & 4. *part.* 16. *Rec.* quod non eſt in hoc caſu.

Quo vero ad deſcendentiam Aloyſii, compatro-
ni a Mutio, & Jo. Bertino primis vocatis pro fun-
danda qualitate ſua patronali, ſatis apparuit ex da-
tis *in præterito Summ. Longhi num.* 40. inde enim
conſtat Jo. Antonium de Cruce patrem Aloyſii præ-
ſtitiſſe conſenſum reſignationi controverſi Beneficii 12
tanquam compatronum, deſcendenti autem ab eo,
qui alias præſentavit, aut proviſioni Beneficii con-
ſenſit, tanquam Patrono non denegatur gratifica-
tio, licet non probetur præciſa deſcendentia ab eo,
qui fundavit Juſpatronatus *cap. Conſult. de Jurepatr.*
Rot. coram Ubag. *deciſ.* 24. *num.* 22. Bichius *dec.*
118. *numer.* 23. Rot. *deciſ.* 96. *num.* 10. *par.* 113.
recent.

Sicut nec officere fuit obſervatum, quod idem
Aloyſius non ſit actu Sacerdos, cum ex tenore fun-
dationis Sacerdotium actuale non requiratur ſed
tantum habituale, prout confirmat obſervantia, de- 13
ducta ab ultimo ſtatu, quo præſentatus fuit ante-
ceſſor in Beneficio, quamvis eſſet ſimplex Cleri-
cus, ut ex ejus literis reſignationis in *hodierno ſum.*
num. 2. unde qualitas Sacerdotalis enunciata in fun-
datione cenſetur ſtare tantum demonſtrative, Rot.
coram Mantica *deciſ.* 129. *num.* 14. Celſ. *dec.* 367.
num. 17. *rec.*

Demum notabilis eſt defectus in literis Apoſto-
licis pro Petro Antonio, quod non juſtificatur va-
lor Beneficii expreſſus in ducat. 24. cum tamen in
literis proviſionis ejuſdem Beneficii de anno 1646.
facta fuerit expreſſio in ducatis 70. & valor Bene- 14
ficii ſit præſumendus, qualis in *præcedentibus* gratiis
fuit narratus, Rot. coram Cerro *dec.* 711. *num.* 4. &
dec. 12. *n.* 15. *dec.* 266. *n.* 2. *part.* 17. *rec.*

Ideoque gratia omnino coincidit, Eminentiſſi-
mus Cerrus *dec.* 578. *n.* 2. Bich. *dec.* 253. *num.* 10.
& *dec.* 375. *n.* 18. *part.* 19. *rec.* ubi quod procedat
etiam in iis, quæ non retraxiſſent Pontificem a con- 15
ceſſione gratiæ, ſtante præſertim clauſula in literis
inſerta *ut aſſeris*, quæ obligat narrantem ad juſti-
ficandum aſſertum, ſi literis uti velit, Lother. *de re
benefic. lib.* 3. *q.* 29. *n.* 49. Bich. *d. deciſ.* 253. *n.* 9.
Dunoz. Jun. *dec.* 830. *n.* 2. & 3. & ita adjudican-
dum Beneficium Aloyſio concluſum fuit.

Utraque &c.

ARGUMENTUM:

De alimentis patrono extraneo præſtandis; quando Juſpatronatus fiat pro parte hæreditarium, & pro parte remaneat gentilitium.

SUMMARIUM.

1 *Jus alimentorum non tranſit in Patronum extraneum juxta* Lotherium.
2 *Contrarium reſolvitur cum* Lambert.
3 *In Jurepatronatus quando locum habeat Jus accreſcendi ſeu non decreſcendi.*
4 *Reſervatum extraneis cenſetur privative ad hæredes fundatoris.*

DISCEPTATIO XXXIX.

AMbigitur inter ſcribentes, an Jus alimentandi Patronum tranſeat in eum, qui non eſt de ſanguine fundatoris, ſed acquiſivit Juſpatronatus titulo hære-

hæreditario, translationis, ſeu donationis, negati-
vam ex Text. *in can. quicunque* 16. *quæſt.* 7. loquen-
te de conſanguineis fundatoris, defendit Lother. *de
re benef. libr.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 4. Gratian. *diſcept.*
177. *num.* 9. aliique quos refert Ventrigl. *in prax.*
2 *par.* 2. *annot.* 1. §. 4. *n.* 18. Dicas contrarium cum
Lamber. *lib.* 3. *quæſt.* 3. *artic.* 13. *num.* 2. & Carol.
Anton. de Luc. ad Ventrigl. *ubi ſupra* §. 4. *num.* 2.
per Gloſſ. *in Canon. conſiderandum* 16. *q.* 7. *verſ.
ego credo*, non obſtat ratio qualitatis Juris perſona-
liſſimi alimentorum ex Panorm. *in cap. præterea il*
2. *de Jurepatr. numer.* 11. ipſe enim dicit hoc Jus
cohærere in perſona Patroni, & eſſe Jus annexum
Patronatui; ergo retorquetur, quicunque erit Patro-
nus habebit hunc fructum Juriſpatronatus, ut notat
Carol. Anton. de Luc. *ubi ſupra n.* 3. *verſic. retor-
queri*, & ſolum Panorm. tenet non poſſe vendi ſpe-
cialiter Jus alimentorum remanente Patronatu pe-
nes vendentem, ut ex lectura, & tradit Lambert.
ubi ſupra artic. 15. *num.* 1. minus obſtat, quod do-
natio generalis Juriſpatronatus non comprehendit
alimenta ex Ricc. *in prax. part.* 3. *reſolut.* 189. *n.*
7. & Ventriglia *ubi ſupra*, quia ſi donatur Juſpa-
tronatus, quod eſt principale, pernecesse cenſentur
donati omnes fructus acceſſorii, quorum unus eſt
Jus alimentorum, Carol. Anton. de Luc. *ubi ſupra*,
Textus vero in d. *Canon quicunque* non loquitur ta-
xative, ne excludantur hæredes etiam extranei, ut
in *Canon. filiis* 16. *q.* 7. ubi gloſſ. *in verb. propin-
quis*.

Quodque ait Ricc. Patrono conſanguineo fun-
datoris pauperi etiam poſt translatum Juſpatronatus
in extraneum, qui ſi dives deberi alimenta, eſt fal-
ſum, ſi ſimpliciter intelligatur, cum Lambert. ab
eo citatus *d. art.* 13. *n.* 2. dicat ea non deberi prio-
ri Patrono, ratione Juriſpatronatus, quod non ha-
bet, nec virtute actionis ex eo inſurgentis, ſed de
æquitate repoſita in facultate, & voluntate Recto-
ris, quem dicit non poſſe compelli.

Juſpatronatus pro parte fit hæreditarium in ulti-
mo de familia, & pro parte remanet gentilitium,
ubi deficiente inſtrumento fundationis ex obſervan-
tia apparet diviſum in duobus Patronis, quorum
3 unuſquiſque formavit ſuam lineam, juxta *dec.* 798.
Merlin. ſecus quando ejus pertinentia inchoatur ab
unico ſtipite, ſeu ex fundatione apparet reſervatum
pro unica tantum linea, ſeu familiari deſcendentia
collective, & per modum unici ſtipitis contempla-
ta, vide ſupra *diſcep.* 26. *n.* 17. ubi allegavi Ton-
dut. & Card. de Luc. quibus adde Rot. *in Nolana
Beneficii p. Aprilis* 1686. §. *nullam cum ſeqq.* coram
bon. mem. Rondinino, vel quando fuit reſervatum
etiam pro diverſis familiis, & lineis ſubſtitutis ta-
men ad invicem per reciprocam linearem, vel con-
junctis mediante aliqua reali, vel perſonali conjun-
ctione, tunc enim non fit pro parte hæreditarium
in ultimo de una linea, ſed per Jus accreſcendi,
ſeu non decreſcendi vox lineæ deficientis devolvi-
tur ſeu conſolidatur in alia linea, ubi extant vo-
cati, Rot. *in d. Nolana ubi ſupra*, & in *Lucana
Juriſpatronatus ſuper Beneficio S. Apolloniæ* 5. *Apri-
lis* 1688. §. *Siquidem* & §. *Nihilominus*, cor. Eme-
rix.

Juſpatronatus reſervatum extraneis etiam ſine ta-
xativa, cenſetur reſervatum privative ad hæredes
fundatoris, ut dixi *diſcept.* 4. *n.* 68. & addo Lother.
4 *de re benef. l.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 22. Vivian. *de Jurepa-
tron. lib.* 3. *c.* 2. *num.* 37. quicquid dicat Panimoll.
dec. 10. *annotat.* 3. *n.* 19.

ARGUMENTUM.

An e valore Beneficii ſimplicis detrahenda ſint onera Miſſarum. Ordinatus titulo ficti Beneficii an incurrat ſuſpenſionem ipſo Jure, & an onera Miſſarum ſint detrahenda a reditu Beneficii, ad cujus titulum quis fuit ordinatus.

SUMMARIUM.

1 *Diſtinctio* ex Garzia, *quod onera Miſſarum ſint detrahenda e valore in Beneficio reſidentiali, non ſimplici.*
2 *Reprobatur* Garziæ *opinio.*
3 *Capellaniæ ſimplices de Jure communi ſunt reſidentiales.*
4 *Explicatur* Bich. dec. 255. n. 21.
5 *Onus tenendi ſacristam non detrahitur a valore.*
6 *Ordinatus ad titulum ficti Beneficii incurrit ſuſpenſionem ipſo Jure ſecundum Theologos.*
7 *Sententia Sac. Congregationis Concilii in hoc puncto.*
8 *Onera Miſſarum quando ſint detrahenda a reditu Beneficii, ad cujus titulum quis fuit ordinatus*; & n. 9.

DISCEPTATIO XL.

HAbetur ex Garz. *de benefic. par.* 5. *cap.* 3. *num.*
165. & *ſeqq.* quod de valore Beneficii dedu-
cenda ſunt onera Miſſarum, ſi agatur de Beneficio 1
ſimplici, in quo non adeſt obligatio celebrandi per
ſe ipſum; ſecus ſi agatur de Capellania Sacerdotali,
ſeu Beneficio Reſidentiali, & requirente ſervitium
perſonale, eumque ſequitur Caſtropal. *tract.* 13. *de
benefic. diſput.* 2. *punct.* 26. *n.* 9. Rot. coram Bich.
dec. 255. *n.* 22. & 23.

Hæc opinio non placet, quia in hac materia da-
tur diſtinctio inter onera neceſſaria, & voluntaria,
ut nempe neceſſaria ſint deducenda, non autem vo- 2
luntaria, ut apud Rot. coram Buratt. *deciſ.* 418.
num. 3. & 6. Card. de Luc. *de Benefic. diſcur.* 90.
num. 79. & *de Jurepatr. diſc.* 10. *numer.* 19. Ton-
dut. *de penſ. cap.* 14. *num.* 23. Roſa *de execut. lit.
Apoſtol. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 191. Panimoll. *dec.* 136.
n. 21. licet autem Beneficiatus non teneatur per ſe
ipſum celebrare, & ſervire, ſemper verum eſt quod
ſervitium illud, quod alteri committit, poteſt exer-
cere per ſe ipſum, & ſic eſt impenſa voluntaria ad
ſui exonerationem, non neceſſaria, ut bene Rot. cor.
Buratt. *dec.* 418. *n.* 6. Adden. ad Gregor. *dec.* 245.
n. 12. *verſ. hinc eſt*, & Card. de Luc. *de benef. diſc.* 90.
n. 80. ubi dicit eſſe voluntarium, quicquid datur
pro commoditate Titularis, ejuſque labore levan-
do; non enim ex eo, quod quis aliquid per ſe ipſum
explere non teneatur, ſequitur, quod non poſſit ſi
velit; quidquid ergo poteſt per ſe ipſum præſtari,
eſt voluntarium, ſi alteri committatur, Merlin. *dec.*
587. *n.* 7. *in fine* Panimoll. *ubi ſupra* Barboſ. *de Pa-
roch. cap.* 29. *n.* 20. *verſ. quarto*.

Rurſus quia etiam ſimplices Capellaniæ de Jure
communi reſidentiam requirunt, & ſolum ex con-
ſuetudine univerſali reſidentia exolevit, ut, me ſcri- 3
bente, deciſum fuit *in Valentina Beneficii ſuper gra-
tia ſubrogationis* 17. *Febr.* 1697. §. *nec obſtat cum
ſeqq.* cor. R. P. D. Olmo. Conſuetudo autem excu-
ſat ab onere reſidendi nolentem, ſed non immutat
qualitatem Beneficii, ejuſque primævam naturam,
quæ proinde ad hunc effectum conſiderari debet,
ut onus dicatur mere voluntarium, & habemus
exemplum in expenſa Prædicatoris, quæ non dedu-
citur de valore, dum onus prædicandi pertinet de
Jure ad Epiſcopum, licet ex conſuetudine univerſa-
li hoc munus per alium expleatur, Bich. *dict.* 313.
num. 26. & 27.

Ulterius quia nulla eſt differentia inter Capella-
niam ſimplicem, & Sacerdotalem in hoc puncto, 4
nam utroque caſu celebratio Miſſarum eſt ſervitium
Beneficii, ſolumque differunt in eo, quod Sacerdo-
talis requirit ſervitium per ſeipſum, ſimplex vero
poteſt etiam per alium exerceri, ſed exercitium per
alium non facit, quod illud deſinat eſſe ſervitium
Beneficii, quia qui per alium ſervit, per ſe ipſum
ſervire cenſetur, facit Rot. apud Garz. *ubi ſupra n.*
169. *in rec. dec.* 158. *n.* 19. *par.* 1.

Et denique, quia plus favoris haberet Beneficia-
tus ex conſuetudine exemptus a reſidentia, quam
qui

Digitized by Google

qui reſidet, quando tamen unum ſpeciale, nempe exemptio ab onere reſidendi, juxta conſuetudinem, non debet producere aliud ſpeciale ad regulam Text. *in l. 1. C. de dotis premiſſ.*

Caſtropal. non audet opinionem Garz. conſtanter amplecti, ſed dicit eam probabilitate non carere, Rot. coram Bichio *ubi ſupra* loquitur in caſu diverſo, ubi Teſtator reliquerat Parocho legatum ſcut. 28. cum onere quinque Miſſarum, quo caſu erant fructus, qui percipiebantur non Jure Rectoriæ, ſed Eccleſiæ per viam oneris, licet Rota applicet ad illum caſum doctrinam Caſtropal. quæ in his terminis bene procedit, ſed non in themate noſtræ quæſtionis; faciunt ad prædicta quod onus tenendi factorem non deducitur ex valore Beneficii tanquam non neceſſarium, Cavaler. *dec.* 462. *n.* 2. Barboſ. *de Paroch. c.* 29. *n.* 20. Adden. ad Gregor. *dec.* 245. *n.* 12. Bich. *dec.* 86. *n.* 14. *&* *dec.* 213. *n.* 28. Item onus Coad-
5 jutoris præciſe non neceſſarii, Card. de Luc. *d. diſc.* 90. *n.* 87. igitur celebratio Miſſarum, aut conſideratur uti onus, & eſt voluntarium, nec deducendum e valore, aut uti ſervitium Beneficii, & pariter non eſt deducendum, Rot. *deciſ.* 158. *numer.* 19. *par.* 1. *rec.* neque eſt verum aſſumptum Caſtropal. quod ſi Capellanus celebret per ſe ipſum, ſtipendium ei cedat non uti proventus Beneficii, ſed uti merces laboris perſonalis, quippe ſi Beneficium erectum fuit pro Miſſis celebrandis, ſtipendium earum eſt proventus Beneficii ad hunc finem inſtituti, immo Fundator in inſtitutione Capellaniæ cum onere Miſſarum dicitur aſſignare omnes reditus pro Miſſis, & licet Titularis per alium celebrari faciendo, ſolvat minus, & applicet ſibi reſiduum, tamen illud reſiduum non deſinit eſſe ſtipendium Miſſarum, ita, & taliter, quod unicus reditus aſſignatus Capellaniæ non poteſt ſcindi, & diverſo Jure cenſeri, licet pars ejus diſtribuatur deputato ad celebrationem Miſſarum ad exonerandum Titularem.

6 Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 21. *de reformat. c.* 2. ſtatuit, ne quis promoveatur ad Sacros Ordines abſque titulo Beneficii, quod poſſideat, & concludit, *Antiquorum Canonum pœnas ſuper his innovando*.

Quærunt Theologi, an ordinatus cum ficto titulo incurrat ipſo Jure ſuſpenſionem? ratio dubitandi eſt, quia in Jure antiquo ſunt aliqui Canones, ex quibus pœna ſuſpenſionis in ſic ordinatum emanat, aliqui vero ſunt correctorii, & ſolommodo transferentes in ordinantem debitum alendi ſic ordinatum.

Pro ſententia affirmative per Tridentinam Synodum innovatos eſſe illos antiquos pœnales Canones continentes ſuſpenſionem, ſtant omnes ſequentes Theologi, Layman *l.* 9. *tract.* 9. *tom.* 10. *n.* 7. Sanchez *de Matrimon. l.* 6. *diſpoſ.* 32. *n.* 8. Comitol. *in reſponſ. moralib. quæſt.* 38. Mendo *in Epitom. verb. ſuſpenſio numer.* 10. Bonaccin. *diſput.* 8. *quæſt. unic. de Sacrament. ord. punct. V. propoſit.* 2. *n.* 24. Filliucc. *tr.* 17. *&* 7. *de Cenſur. in particul. c.* 9. *n.* 89. Reginald. *l.* 32. *tr.* 2. *ſect.* 3. *n.* 72. Suarez *de Cenſur. diſp.* 31. *ſect.* 1. *n.* 33. Scipio de Rubeis *in Aphoriſmis Epiſcopalibus verb. ordo num.* 10. Dian. *par.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 182. qui licet adhæreat contrariæ opinioni tanquam benigniori, affirmativam tamen cenſet probabilem, & pro ea citat Joannem de Cruce *in direct. conſcient. par.* 2. *de Sacrament. ord. dub.* 6. *concl.* 2. *& part.* 2. *tr.* 16. *&* 2. *Miſcellan. reſol.* 6. *incipit difficilis quæſtio* Spino *in ſpecul. teſtam. Gloſſ.* 18. *n.* 75. Scortiam *in Pontif. conſtitut. epitom.* 14. *Theorem.* 149.

Sed quidquid ſenſerint Theologi, hodie certum videtur ſuſpenſionem non incurri ab ordinato ſine titulo, niſi deceperit ordinantem juxta ſententiam Sac.
7 Congregationis Concilii, de qua late Fagnan. *in cap. cum ſecundum a n.* 63. *uſque ad finem, de Præbend.* vel niſi talis pœna imponatur per aliquam legem peculiarem Diœceſis ad notata per Tamburin. *oper. mor. lib.* 7. *de ordin. cap.* 6. §. 4. *num.* 14. vide etiam in hoc puncto Gallemart. ad Concil. Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *in verbo antiquorum Canonum*.

Cum autem fuiſſet dubitatum in Sacra Congregatione Concilii *ſub die* 14. *Aprilis* 1669. *in una Signina Ordinationis*, utrum onera Miſſarum ſint detrahenda a reditu Beneficii, ad cujus titulum quis
petit promoveri ad effectum conſtituendi Summam 8
a Conſtitutione Synodali requiſitam, etiam in vim noviſſimæ Conſtitutionis Innoc. XII. quæ incipit *Speculatores &c.* fuit reſponſum — *detur decretum in Tiburtina* 8. *Jul.* 1690. tenoris ſequentis.

In Cauſa Tiburtina cum quæſitum fuiſſet, *An a Beneficio ad cujus titulum quis intendit ordinari, de-*
trahenda ſint onera Miſſarum &c. Sac. Congrega- 9
tio Concilii *negative* reſpondit, niſi quando in fundatione cautum fuerit, quod in caſu impedimenti teneatur Beneficiatus celebrare per alium. Et dummodo interim donec aſcendat ad Sacerdotium pro rata Miſſarum, aliunde habeat unde vivere poſſit, ad materiam hanc vide Alphonſ. de Leon. *de Capellan. quæſt.* 3. *ſect.* 5. Molpheſ. *in ſumm. tract.* 6. *cap.* 1. *n.* 27. *nec non* Pignatell. *tom.* 5. *conſult.* 77. *numer.* 32. ubi reprobatur Doctrina Pacis Jordani *tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 302.

ARGUMENTUM.

De prælatione criminoſi redacti ad frugem melioris vitæ in Beneficiis Curatis, verbum *Parentela* an includat illegitimos, Juſpatronatus Regium non cadit ſub Cenſura Concilii Tridentini etiamſi tranſierit in potentem.

SUMMARIUM.

1 *Nunquam criminoſus in Beneficio Curato præfertur olim criminoſo licet redactio ad frugem melioris vitæ ex* Lotherio.

2 *Auctor reprobat opinionem* Lotherii, *& ponit diſtinctionem*.

3 *Verbum* Parentela *includit Illegitimos Juſpatronatus Regium tale reputatur*.

4 *Etiamſi tranſierit in potentem*.

DISCEPTATIO XLI.

Lother. *de re beneſic. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 150. tenet,
quod in beneficio Curato debet præferri, qui 1
non habet ullam maculam circa mores, alteri qui fuit alias inquiſitus ſuper crimine; Tu diſtingue, quod ſi agitur de alias criminoſo, ſed redacto ad frugem melioris vitæ, tunc iſte præferri debet in Beneficio Curato, ſeu alias habente juriſdictionem in ſubditos, in concurſu alterius nullam maculam habentis; idque ratione majoris aptitudinis, quia ſcit melius compati, & commiſereri in ſubditos; ſecus in Beneficiis ſimplicibus, ubi hæc ratio ceſſat, Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 2. *par.* 3. *quæſt.* 5. *artic.* 14. *fol.* 951. Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annot.* 1. §. 3. *n.* 58. Vivian. *de Jurepatron. lib.* 12. *cap.* 9. *numer.* 27.

Ego in comprobationem addo in terminis Epiſco-
patuum, aut aliorum officiorum Juriſdictionalium, 2
quod aliquando melius ſe gerunt, qui in vita privata criminoſi fuerunt, quam qui antea innocentes deinde elati, quandoque degenerant; Etenim *Multos in Provinciis contra quam ſpes aut metus de illis fuerit egiſſe, excitari quoſdam ad meliora, magnitudine rerum, hebeſcere alios*, inquit Tiberius apud Tacit. *lib.* 3. *annal.*

Verbum *Parentela* eſt naturale, non autem ci- 3
vile; unde Juſpatronatus relictum illis de parentela comprehendit etiam illegitimos, Peregrin. de *fideic. artic.* 22. *n.* 89. quicquid contrarium dicant Garz. *de beneſic. part.* 7. *capit.* 15. *n.* 46. de Luc. *de Jur. legal. art.* 24. *num.* 25. nam tantum eſt dicere *illos de parentela*, quantum *propinquos, & conſanguineos*, *ut* firmat Rebuff. *in l. appellatione parentis ſi verſic. ex prædictis de verb. ſignific.* Alberic. *in diction. in verb. parentis appellatio*, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *Gloſſ.* 8. *numer.* 2. vocabulum autem *conſanguinei* eſt naturale non

civile

Digitized by Google

civile *dec.* 571. *num.* 3. *&* 4. *& dec.* 616. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 1. *& dec.* 361. *numer.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Royas *deciſ.* 254. *numer.* 19. Adden. ab Pamphil. *deciſ.* 237. *numer.* 12. Si autem Teſtator in inſtitutione hæredis requiſiverit legitimitatem, in ſubſtitutione autem Capellaniæ cum Jurepatronatus reſervato favore deſcendentium, eam non repetierit, ſed dixerit *conſanguineos*, *ſeu parentes*, quorum appellatione veniunt etiam illegitimi, eandem legitimitatem cenſetur noluiſſe, nec inducitur repetitio tacita, Peregrin. *conſil.* 54. *n.* 15. *lib.* 1. *& conſ.* 51. *num.* 14. *&* 18. *lib.* 5. Adden. ad Roman. *conſ.* 91. *n.* 18. *&* 19.

In Hiſpania ex conſuetudine illegitimi gaudent nobilitate parentum, ac veniunt appellatione illorum de agnatione, domo, & caſata, Azeved. *conſ.* 24. *num.* 27. *&* 39. Lother. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 152. Corriad. *dec.* 8. *nu.* 114. Fontanell. *dec.* 292. *num.* 27. Rot. *dec.* 361. *n.* 9. *& ſeqq. par.* 4. *tom.* 2. *Recent.* & cor. Royas *dec.* 254. *num.* 20. cum aliis *diſcep.* 7. *n.* 4. vide Barb. *Vot. dec.* 98. *n.* 57. *& ſeqq.* ex quo deducitur quod a fundatore imperito, Juris ſubtilitatum ignaro verba potius cenſentur prolata in ſenſu naturali, quam civili, etiamſi ea civilia dici poſſint.

Juſpatronatus Regium non ſubjectum formæ Con-
4 cilii ſtatutæ in potentibus, ſi tranſeat ad potentem
retinet idem Privilegium, quia attenditur origo,
Card. de Luc. *de Jurepatr. diſc.* 2. *num.* 21. *& in
Summa nu.* 74. idem ſi de privato tranſeat in potentem, Card. de Luc. *ubi ſupra & diſc.* 5. *nu.* 6. *& in annot. ad Concil. diſt.* 11. *n.* 6.

ARGUMENTUM.

Epiſcopus an diſpenſare poſſit ad duo Beneficia ſub eodem tecto. Habenti unum Beneficium ſufficiens non poteſt conferri ſecundum ex Concil. Tridentino, cujus diſpoſitio habet locum etiam in Beneficiis de Jurepatronatus.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus poteſt diſpenſare ad duo Beneficia ſub eodem tecto, ſi ſint difformia*, & n. 3. 4. & 5.

2 *Redarguitur in hac re* Garzias, & Pax Jordan.

5 *Habenti primum Beneficium ſufficiens non poteſt conferri ſecundum, & multo minus tertium.*

6 *Refertur pœna aſſequentis ſecundum Beneficium, qui habet primum ſufficiens, & retinet utrunque.*

7 *Diſpoſitio Tridentini ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reform. procedit etiam in Beneficiis de Jurepatronatus.*

DISCEPTATIO XLII.

QUæritur pro veritate in caſu mihi propoſito,
an Epiſcopus potuerit diſpenſare ad duo Bene-
1 ficia ſub eodem tecto, in quo articulo, eſt origi-
nalis diſtinctio Jo. Andreæ *in cap. literis de conceſ. Prabend. num.* 8. magiſtraliter firmantis, quod aut Beneficia in eadem Eccleſia ſunt conformia, puta duo Canonicatus, vel duæ Præbendæ, & Epiſcopus diſpenſare non poteſt, ſed requiritur diſpenſatio Apoſtolica; aut Beneficia ſunt difformia, puta Dignitas cum Canonicatu, vel Præbenda, & diſpenſat Epiſcopus. Quæ diſtinctio eſt communiter recepta apud omnes & late eam commendat Fagn. *in c. literas ex n.* 38. *ad plures ſeq. & in cap. cum jamdudum num.* 46. *& ſeqq. de Prabend.* Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 14. Card. de Luc. *de benefic. diſc.* 57. *n.* 6.

Quidquid male involvendo materiam in hac re diſcurrant Garz. *de Benefic. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 235. *& ſeqq.* Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 28.
num. 34. *&* 35. ſupponentes, quod Beneficia dif-
formia ſub eodem tecto ſint compatibilia, & quod 2
proinde nec minus ſit neceſſaria Epiſcopi diſpenſatio, alias ſuppoſita incompatibilitate iſtam non ſuffragari, ut concludit Pax Jordan. *num.* 34. *in fine*, quia quæſtio iſta proponitur, & examinatur de Beneficiis alias compatibilibus, ut ait Fagnan. *in d. c. literas num.* 38. *videndus*; & ſolum diſpenſatio requiritur ratione exiſtentiæ illorum ſub eodem tecto, in quo puncto ſufficit diſpenſatio Epiſcopi.

Cum igitur in caſu iſto agatur de Rectoria, ſeu
de Beneficio curato cum Capellania ſimplici in ea-
dem Eccleſia, ſequitur potuiſſe Epiſcopum diſpen- 3
ſare tanquam in duobus difformibus, ut in terminis terminantibus firmavit Lap. *allegat.* 113. *num.* 3. *verſ. in contrarium*, Navarr. *conſ.* 16. *Prabend.* Antonell. *ubi proxime n.* 15. Carol. Anton. de Luc. ad Ventrigl. *in prax. par.* 1. *annotat.* 17. §. 3. *n.* 3. Fagnan. *in d. cap. literas n.* 43. Frideric. de Senis *conſ.* 120. *per tot.* Marius Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 102. *caſ.* 68. Gonzal. *ad regul. Cancell. Gloſſ.* 10. *num.* 43. Pax Jordan. *lucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 28. *n.* 31.

Hæc tamen concluſio, quod Epiſcopus potuerit
diſpenſare, plures habet limitationes, quarum in-
ter alias prima eſt, quod Epiſcopus diſpenſaverit 4
expreſſe; ſecunda quod diſpenſaverit ex magna, & evidenti Eccleſiæ utilitate, aut urgenti neceſſitate, aut maxima prærogativa meritorum, alias diſpenſatio non valeret, propter quod Sacr. Congregatio Concilii ad quendam proviſum de duobus difformibus ſub eodem tecto ab Ordinario reſpondit petere debere novam proviſionem a Sanctiſſimo pro tuitione conſcientiæ dicendo ibi --- *quia licet Epiſcopus poſſit ex cauſa diſpenſare ad duo Beneficia ſub eodem tecto, tamen periculoſum eſſe, an cauſa ſubſit ea, quam Canones requirunt, ideo tutius eſſe adire Sanctiſſimum* -- ut plene docet Fagn. *in dict. capit. literas numer.* 47. *&* 48. *&* 68. ubi plures.

Et tertia limitatio eſt, quod primum Beneficium
non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem, ſecus ſi eſſet
ſufficiens; tunc enim Epiſcopus ex Concilio Tri- 5
dentino *capit.* 17. *ſeſſ.* 24. *de informat.* prohibetur conferre ſecundum multo fortius ſub eodem tecto, ut in puncto Fagnan. *in d. cap. cum jamdudum nu.* 50. *de Prab. & in dict. cap. literas n.* 50. *de Conceſſ. Prabend.* Marius Antonin. *de reſolut.* 112. *caſ.* 68. *verſ. bene verum eſt*, & Tondut. *quæſt. benefic. par.* 2. *cap.* 5. §. 6. *num.* 16. Caſtropal. *tract.* 13. *de benefic. diſput.* 6. §. 6. *punct.* 3. *n.* 8.

Applicando ad rem, ſuppono Epiſcopum expreſ-
ſe diſpenſaſſe, omiſſa vero cauſa diſpenſandi, de
qua notitiam non habeo, & quæ non præſumitur,
ſed eſt probanda circa ſufficientiam, ſuppono Re-
ctoriam, ſeu Prioratum eſſe pluſquam ſufficientem
ad honeſtam ſuſtentationem, & ideo per aſſecutio-
nem Beneficii ſimplicis, licet inſufficientis, vaca-
verit Prioratus ipſo Jure, & ſi utrunque Benefi-
cium retinere tentaverit, vacavit utrunque, juxta 6
declarationem Sacr. Congregationis Concilii apud Garz. *de Benefic. par.* 11. *cap.* 5. §. 3. *numer.* 301. Pax Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 28. *n.* 59. *&* 60. Fagn. *in d. cap. cum jamdudum num.* 43. *de Prabend.* bene verum eſt, quod Articulus Juris dubius videtur ſalvare pœnam ammiſſionis utriuſque, Card. de Luc. *de Benefic. diſc.* 119. *num.* 13. ſed poſſit privari legitime data illi electione, ſeu optione, ut alterum quod malueris, retineat, tenet communis opinio DD. apud Antonell. *ubi ſupra cap.* 3. §. 4. *num.* 23. Barboſ. *de Epiſc. alleg.* 62. *n.* 3. Gonzal. *Gloſſ.* 15. *num.* 26.

Dubitat tamen Marius Antoninus *d. caſ.* 68. *ubi
ſupra* an diſpoſitio Sac. Concilii *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 17. 7
de Reformat. locum habeat in Beneficiis de Jurepatronat. ut eſt caſus noſter, & non habere locum tenent allegati apud Panimoll. *deciſ.* 31. *n.* 21. & Rocc. *diſput. Jur. cap.* 190. *n.* 36.

Verum

Digitized by Google

Verum contrariam ſententiam, uti veriorem, tenent Aldan. *in compend. Canonic. reſolut. libr.* 3. *tit.* 10. *num.* 8.. Barboſ. *ad Concil. d. cap.* 17. *nu.* 8. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 180. *& ſeqq. & de Epiſcop. alleg.* 62. *numer.* 10. Garz. *de Benefic. d. par.* 11. *capit.* 5. §. 3. *n.* 280. Pax Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 28. *n.* 58. ubi refert ita ſe obſervaſſe in contingentia facti Panimol. ſe retractans *in Addit. ad dictam deciſ.* 31. *adnot.* 1. *num.* 42. Genuen. *in prax. Archiepiſc. cap.* 85. *in Addition. nu.* 15. ubi refert ita reſolutum per Sacr. Rotam, & loquitur in terminis præciſis caſus noſtri ibi -- *fuit reſolutum, quod habentem unum Beneficium non poſſit aliud obtinere etiamſi præſentetur ad Juſpatronatus* – Et in fine ſubdit rationem Sacri Concilii militare etiam in Beneficiis de Jurepatronatus, prout etiam idem firmat Pax Jordan. *ubi ſupra n.* 58. Rot. *deciſ.* 216. *numer.* 22. *par.* 6. *& plenius*, Card. de Luc. *de Benefic. diſc.* 119. *num.* 4. *& ſeq.* ubi reprobat contrarios Rot. *in Burgi S. Donnini Benefic.* 28. *Junii* 167. §. *at ceſſat*, coram Cardin. Taja.

ARGUMENTUM.

Abbas Eccleſiæ Secularis habens uſum Pontificalium, non poteſt uti Baldachino, dum pontificaliter celebrat in ſua Eccleſia.

SUMMARIUM.

1 *Inferiores Prælati, qui uſu Pontificalium fruuntur, poſſunt uti Baldachino*, & num. 2. 3. & 4.
5 *Contrarium reſolvitur*, & numer. 9. cum ſeqq.
6 *Appellatione Pontificalium non venit uſus Baldachini*, & n. 7.
8 *Baldachini uſus debet concedi in ſpecie per Privilegium*, & n. 12.

DISCEPTATIO XLIII.

SAnctæ mem. Alexander. VIII. conceſſit Abbati inſignis Collegiatæ Sanctæ Mariæ de Carignano Civitatis Januen. uſum Pontificalium de voto Sac. Congregationis Rituum. Cum autem in ſequelam hujus conceſſionis, quoties idem Abbas in Pontificalibus celebrat, uti ſoleat Baldachino more Epiſcopi, dubitatur propterea, an ei liceat ſibi arrogare hunc uſum Baldachini.

Cujus articuli examine mihi io ſenſu veritatis delegato prima fronte viſum eſt affirmative pro uſu Baldachini poſſe reſponderi.

Motivum inclinandi in hanc partem videtur literaliter deſumi ex generali Decreto Sac. Congregationis Rituum edito *die* 27. *Septembris* 1659. & approbato per S. M. Alexandrum VII. ubi pro tollendis abuſibus, qui circa Eccléſiaſticos Ritus irrepſerant quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium uſu fruuntur, ſtabilitum fuit, quod ubi illos
1 in Pontificalibus celebrare contingat, poſſint uti Baldachino in hanc formam ibi – *Baldachinum adhibere ſupra ſedem poterunt non pretioſum, aut aureum, ſed ſimplex, & eo, quod Altari ſuperimponitur materia, & opere inferius* – quod generale Decretum referunt, & per extenſum tranſcribunt Pignatell. *conſult. Can. tom.* 2. *Conſult.* 33. *n.* 9. & 12. Panimoll. *dec.* 30. *annot.* 1. *ſub n.* 7. Nicol. in Floſc. *in verb. Abbas ſub n.* 11. *verſic. Tertio*, unde ut habeat locum hujuſmodi Decretum permiſſivum Baldachini, ſatis eſſe videtur, quod Prælatus inferior habeat uſum Pontificalium.

Neque adverſati videtur, quod hujuſmodi Decretum loquatur de Abbatibus Regularibus, aut et-
2 iam ſæcularibus exemptis, & habentibus proprium Territorium, quoniam illud generale eſt pro omnibus, & quibuſcunque Abbatibus habentibus uſum Pontificalium, ut in prooemio apud Pignatell. ubi ſupra *num.* 9. ibi – *Quoad inferiores Prælatos, qui Pontificalium uſu fruuntur* – Prælatus enim inferior dicitur quicunque Abbas Secularis, ſeu Propoſitus, ſeu Archidiaconus, & ſimiles, idque clarius explicatur in eodem Decreto apud Pignatell. ubi ſupra *numer.* 13. ibi -- *Omnes & ſingulos uſu Pontificalium gaudentes tum ſeculares tum Regulares, quantumvis exemptos, & ſpeciali expreſſione indigentes* -- quæ verba literaliter demonſtrant, omnes Abbates eſſe comprehenſos etiam ſeculares, ac etiam minime exemptos, cum illa dictio — *Quantumvis* explicet caſum magis dubitabilem & implicet minus dubium, nempe extendendo diſpoſitionem etiam ad exemptos, præſupponat incluſionem non exemptorum, Gloſſ. *in Clement.* 1. *in verb. quamvis de re & in Clem.* 2. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Guttier. *practic. quæſt. lib.* 2. *quæſt.* 80. *num.* 8. *qu.* 85. *n.* 2. Conrad. *ſingul.* 88. *n.* 2. Monet. *de Commut. ultim. volunt. cap.* 8. *n.* 198.

Hunc intellectum ſuadent etiam ſequentia, & ultima verba ejuſdem Decreti apud Pignatell. ubi
ſupra *num.* 32. ubi ita diſponitur -- *Cumque nonnulli* 3
ex dictis Abbatibus & Prælatis proprium habere poſſint Territorium Juraque Epiſcopalia nulliſque ſubdantur Epiſcopis, qui eos coercere, ſi exceſſerint, valeant, eo caſu a Sedis Apoſtolicæ Nunciis ſi aderunt, ſin minus ab Archiepiſcopis tanquam a Sede Apoſtolica delegatis ad hujuſmodi Decretorum obſervationem omnino cogantur, ex quibus edocentur in d. Decreto comprehenſos fuiſſe Abbates etiam non exemptos, dum quoad nonnullos exemptos fuit facta proviſio, & expreſſio ſpecialis ex regula Text. *in l. quæſitum* §. *denique ff. de fund. Inſtruct.* Alex. *conſil.* 107. *numer.* 2. *libr.* 1. *& conſil.* 125. *numero* 4. *&* 5. *libr.* 2. Rot. cor. Seraph. *deciſ.* 980. *num.* 7.

Et generaliter, quod Abbates ſeculares, & Regulares habentes uſum Pontificalium poſſint uti Bal-
dachino in tribus tamen anni feſtivitatibus modeſte 4
ſine auro, & pompa communiter aſſerunt Pax Jordan. *tom.* 1. *lucubr. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 43. Pignatell. *conſult.* 44. *n.* 1. *&* 2. *tom.* 7. Bertacchin. *Vot.* 189. *num.* 2. Lezzan. *in verb. Baldachinum n.* 5. *in fine*, ubi dicit, quod contraria Decreta antiquiora S. Congregationis de anno 1606. & 1617. fuerunt hodie moderata, & Ceccoper. *lucubr. Canonic. lib.* 3. *nu.* 92. *verſic. antedict.* Card. de Luc. *de Juriſdiction. diſc.* 35. *ſub n.* 6.

His tamen non relevantibus, re diligentius examinata cenſeo, Abbatem non poſſe uti Baldachino,
cum pontificaliter celebrat, quippe indubitati Juris 5
eſt, quod ſolis Epiſcopis ob excellentiam eorum Dignitatis permiſſum eſt in Eccleſiis ſuæ Diœceſis erigere Thronum, ſeu Baldachinum, ut ex *Clement. Archiepiſcopo de privileg. in* 6. firmant Pignatell. *conſult. Can. tom.* 7. *Conſul.* 44. *n.* 9. *ante med. verſic. Cumque*, & ex Decreto Clement. VIII. de anno 1603. plene dedocent Lezzan. *in ſumma quæſt. regul. in verb. Baldachinum n.* 3. Novat. *in ſumma bullar. par.* p. *Comment.* 19. *n.* 1. *& ſeqq.* Laurent. de Franc. *de Controv. inter Epiſcop. & Regul. tit. de Baldachino par.* 1. *n.* 390.

Aliis vero Prælatis inferioribus tam ſecularibus,
quam Regularibus ſive exemptis, ſive non exem- 6
ptis Jus erigendi Baldachinum in eorum Eccleſiis generaliter, & indiſtincte prohibetur, etiamſi illis competat uſus Pontificalium; nam appellatione Pontificalium non comprehenditur uſus Throni ſeu Baldachini, ut ex duobus Decretis S. Congregationis Rituum editis die 28. *Januarii* 1606. *&* 18. *Martii* 1617. de quibus apud Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 80. *n.* 18. ubi quod Abbates pontificaliter celebrantes -- *contenti ſint, & eſſe debeant ſua propria, & convenienti ſede, quæ locata ſit, & eſſe debeat in plano Presbyterii cum duobus tantum gradibus parvis, & ſine ullo ſuppedaneo ſuggeſtu lapideo, ac ſine Baldachino* – *Et de Jur. Eccleſ. lib.* 1. *num.* 159. *in collect. dec. Apoſtol. collect.* 53. *num.* 7. Pellizzar. *in Manual. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 2. *numer.* 93. Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. pr. diſput.* 21. *quæſt.*
10. *num.*

10. *n.* 10. Lezzan. *in verb. Baldachinum num.* 2. Novar. *in ſumma Bullar. part.* 2. *Comment.* 17. *num.* 1. *& in Lucerna Regul. in verb. Baldachinum numer.* 3. Panimol. *dec.* 30. *annot.* 1. *num.* 3. Pignatell. *conſult.* 44. *num.* 15. *tom.* 3. Piſcar. *in prax. Ceremon. lib.* 1. *ſect.* 9. *cap.* 5. *num.* 2. ubi deſcribendo ſedem Abbatum pontificaliter celebrantium aſſerit eſſe ſedem cum Poſtergali abſque umbraculo, ſeu Baldachino.

Uſus nanque Pontificalium inferioribus Prælatis conceſſus ſolum comprehendit mitram, baculum Paſtoralem, anulum, tunicellam, dalmaticam,
7 ſandalia, chirothecas, & crucem pectoralem, quorum ſingula habent ſuum myſticum ſenſum, ut obſervat Tambur. *de Jur. Abb. tom.* 1. *diſp.* 20. *qu.* 1. *num.* 2. *ad* ii Paſſerin. *in cap. ut Apoſtolica n.* 1. *de privil. in* 6. Cheoping. *de Jur. inſig. cap.* 2. §. 6. *ſect.* 3. *membr.* 6. *num.* 407. præſertim *numer.* 426. ideoque ex conceſſione Pontificalium non poteſt fieri extenſio ad uſum Baldachini, quia tales conceſſiones, & privilegia in Prælatis inferioribus ſtricte intelliguntur, & ita operantur, ſicut genitalia in mulis, quæ ſunt ſterilia, & infructuoſa, ut notabiliter dixit Joan. Andr. *in cap. liter. Apoſtolica de privil. in* 6. *num.* 2. Gemin. *ibidem num.* 6. Portius *conſ.* 165. *num.* 8. Franciſcus Marc. *deciſ.* 1074. *numer.* 1. Ceccoper. *lucubrat. Canonical. lib.* 1. *numer.* 116.

Hinc abſolutum eſt Abbates, alioſque Prælatos inferiores licet plenarium uſum Pontificalium ha-
8 bentes non poſſe erigere Baldachinum, niſi hoc habeant ex privilegio ſpeciali, ut tradit Pellizzar. *in Manual. tom.* 3. *tract.* 8. *ſect.* 2. *n.* 93. ibi – *Quamvis uſus Baldachini de ſe non debeatur Abbati, niſi ſpeciali privilegio concedatur*, ubi refert privilegium conceſſum Abbatibus Olivetanis, Caſſinenſibus, Cœleſtinis, extenſum a S. Congregatione Rituum ad Canonicos Regulares S. Salvatoris, Barb. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 8. *num.* 19. *in fine*, ubi alios enumerat Abbates privilegiatos, *& in Collect. Apoſtolic. deciſ. in verb.* Abbas *num.* 26. *& Collect.* 53. *a numer.* 7. Novar. *in Lucern. Regul. in verb. Baldachin. numer.* 1. Tambur. *de Jur. Abb. conſ.* 1. *diſp.* 21. *quæſt.* 10. *num.* 10. Panimol. *deciſ.* 30. *annot.* 1. *num.* 3.

Non obſtat Decretum generale Sacr. Congregationis Rituum anni 1659. ſuperius in objecto ad-
9 ductum, quia licet loquatur generaliter de Prælatis, qui habent uſum Pontificalium, tamen intelligendum eſt de iis Prælatis, qui in privilegio Pontificalium habent comprehenſum etiam uſum Baldachini; nam alias eſſet abrogatorium decretorum præcedentium Sac. Congregationis de anno 1606. & 1607. *de quibus ſupra*, quod nullatenus dicendum eſt, dum proœmio præallegati Decreti dicitur illud fieri pro tollendis abuſibus, qui circa Eccleſiaſticos ritus irrepſerunt, ut apud Pignatell. *conſult.* 33. *numer.* 9. *tom.* 2. ibi – *Sacra Congregatio Rituum, tollendis, ac eliminandis circa Eccleſiaſticos Ritus, qui irrepſerunt abuſibus ſedulo intenta &c.* & conſequenter uti emanatum ad reprimendas fimbrias Prælatorum inferiorum circa abuſus in Eccleſiaſticis Ritibus non poteſt intelligi pro dilatandis eorum præeminentiis, & ſignanter pro concedendo uſu Baldachini, tunc temporis denegato per duo Decreta Sac. Congregationis.

Et hanc eſſe infallibilem veritatem probatur ex noviſſimo Decreto S. Congregationis edito *die* 3.
10 *Decembris* 1701. *in cauſa Nullius Guaſtalla Throni ſeu Baldachini*, ad relationem Eminentiſſimi D. Cardinalis Franc. Barberini, ubi cum Abbas Secularis Guaſtallæ prætenderet erigere Baldachinum in ſua Eccleſia Collegiata, & pro hujus prætenſionis fundamento allegaret Privilegium Pontificalium conceſſum in limine erectionis Collegiatæ, nec non privilegium exercendi in loco Juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem diſputato dubio ſub præfata die 3. Decembris 1701. – *an liceat Abbati Guaſtallæ Baldachinum erigere* – Sacra Congregatio tam in voce, quam in ſcriptis, partibus informantibus auditis, cenſuit reſpondere *negative*, ut legere eſt in Regiſtro Congregationis.

Quod punctualiſſimum, & ultimum Decretum, aut probat Decretum anni 1659. non loqui niſi de
Abbatibus privilegiatis in ſpecie ſuper uſu Balda- 11
chini, ut ſuperius prædixi; aut quatenus loqueretur indiſtincte de ſimplicibus Prælatis habentibus uſum Pontificalium fuiſſet revocatum per dictum noviſſimum Decretum anni 1701. Quod ſervandum hodie eſt, tanquam concordans cum antiquis Decretis annorum 1606. & 1617. quæ quatenus fuiſſent revocata per intermedium Decretum anni 1659. remanſerunt hodie reintegrata, & renovata ex ultima reſolutione, quæ ſola ſpectanda, & obſervanda venit, ad Text. *in l. ſed & poſteriores ff. de legib.*

Exinde facilis oritur reſponſio ad Doctores ſu-
perius adductos *numer.* 4. ſupponentes, quod Ab- 12
bates tam ſeculares, quam Regulares habeant uſum Baldachini in tribus anni feſtivitatibus, quia ex pluribus nihil adverſantur, aut attendi poſſunt.

Primo, quia nonnulli ex eis loquuntur de Abbatibus privilegiatis ſuper uſu Baldachini, in quibus terminis loquitur Pignatell. *Conſult.* 44. *num.* 1. *tom.* 7. Bertacchin. *vot.* 189. *num.* 2. ibi – *quæſitum fuit, an Abbates Regulares, qui habent uſum Baldachini poſſent eo uti occaſione exequiarum &c.* & in his terminis intelligendi ſunt Pax Jordan. & Card. de Luc. in objecto allegati.

Quatenus vero Lezzan. *in verb. Baldachinum n.* 5. *in fin.* ſupponit cum Tamburino fuiſſe moderata
antiqua Decreta S. Congregationis de anno 1606. 13
& 1617. ex reſtrictiva utendi Baldachino ter in anno, reſpondetur utrunque loqui de Abbatibus Caſſinenſibus, & aliis poſtea privilegiis ſuper uſu Baldachini; etenim Decreta prædicta de d. anno 1606. & 1617. prohibebant Abbatibus Caſſinenſibus uſum Baldachini; eo quia tunc temporis non habebant privilegium ſuper eo, poſtea vero illud obtinuerunt reſtrictum ad tres anni feſtivitates ſine auro, & pompa ex privilegio Urbani VIII. ut apud Barboſ. *de Poteſt. Epiſcop. alleg.* 80. *num.* 18. *&* 19. quod deinde Sac. Congregatio per viam extenſionis indulſit aliquibus aliis Abbatibus Regularibus; ergo Decreta prædicta remanſerunt in ſuo robore reſpectu aliorum Abbatum, qui non habent privilegium uſus Baldachini ter in anno, cum enim loquantur generaliter tam de Abbatibus Caſſinenſibus, quam etiam de aliis ibi – *Abbas prædictus, & ceteri omnes ſimiles Abbates ejuſdem vel alterius Ordinis &c.* utique ex privilegio conceſſo aliquibus per ſummum Pontificem, & Sac. Congregationem Rituum trahi non poteſt conſequentia generalis ad omnes alios Abbates non privilegiatos, ſicut male loquuntur Pax Jordan. & Ceccoper. *ubi ſupra.*

Secundo, quia prædictæ doctrinæ loquuntur de
Abbatibus exemptis habentibus proprium Territo- 14
rium, ut clare firmat Ceccoper. *d. lib.* 3. *num.* 92. *verſ. antedict.* Card. de Luc. *de Juriſdict. diſc.* 35. *ſub n.* 6. ergo non applicantur ad Abbatem Collegiatæ Secularis non exemptum, ſed Archiepiſcopo ſubjectum, ut per Panorm. *in capit. cum contingat ſub num.* 33. *verſ. unde de foro competent.* Ceccoper. *lucubr. Canon. lib.* 1. *ante num.* 116.

Tertio demum, quia prædicti Doctores in omnem caſum attendi non deberent, ſiquid contrarium firmarent, propter noviſſimum Decretum Sac.
Congregationis 3. Decembris 1701. quod pro le- 15
ge attendi, & ſervari oportet, maxime cum ſit in fortioribus terminis, dum Abbas Guaſtallæ habebat nedum uſum Pontificalium, ſed etiam ordinariam, & quaſi Epiſcopalem Juriſdictionem in loco, quam non habet Abbas Collegiatæ S. Mariæ de Carignano; & tamen S. Congregatio ei denegavit uſum Baldachini.

ARGUMENTUM.

Abbati Eccleſiæ ſecularis pontificaliter celebranti non licet tenere circulum Canonicorum ſacris veſtibus indutorum una cum octo pluvialibus.

SUMMARIUM.

1 *Circulus fieri non poteſt niſi proprio Epiſcopo.*
2 *Quid denotet.*
3 *Non congruit Abbati*, & num. 6.
4 *Fieri poteſt etiam Prælato inferiori habenti Territorium proprium cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali.*
5 *Abbas Eccleſiæ ſeculari non exempta eſt caput numerale, non principale Capituli.*
Exercet Juriſdictionem in Canonicos uti ſingulos, non uti capitulariter congregatos, ibid. & ſub n. 3.
7 *Solemnitas habendi aſſiſtentiam cum octo pluvialibus non congruit Abbati*, & n. 9.
8 *Ex privilegio aliquando conceditur Abbati Apparatus Epiſcoporum.*

DISCEPTATIO XLIV.

QUoties Abbas Collegiatæ S. Mariæ de Carignano civitatis Januen. in Pontificalibus celebrat vigore privilegii S. Mem. Alexandri VIII. arrogat ſibi circulum omnium Canonicorum Sacris veſtibus paratorum, inter quos adſunt octo pluvialia, licet in Collegiata nulla Dignitas exiſtat.

Quæritur proinde in ſenſu veritatis, *An Abbati pontificaliter celebranti liceat tenere circulum omnium Canonicorum ut ſupra indutorum una cum octo pluvialibus*, ſuper quo dubio ego requiſitus quid verius de jure ſentiam, cenſeo omnino negative reſpondendum.

Et ſane diſcurrendo quoad circulum ad formam ceremonialis *lib. 1. cap. 21.* Indubitati juris eſt il-
1 lum fieri non poſſe niſi proprio Epiſcopo, eique tantum competere, ut in ſpecie firmat Piſcar. *in prax. Ceremonial. lib. 1. ſection. 8. cap. 5. numer. 6.* ibi – *circuli tantum proprio Epiſcopo &c. fiunt, nulli prorſus alii* Cecoper. *lucubr. Canonical. lib. 3. nu. 8.* ibi – *porro præd. circuli non fiunt niſi proprio Epiſcopo*, Balud. *in cærem. par. 5. cap. 21. n. 9.*

Ea ratione evidenti, quod hujuſmodi circuli denotant membrorum unionem ad ipſum caput, ut notat Ceccoper. *ubi proxime num.* 88. ibi – *circuli denotant membrorum unionem ad ipſum caput* – &
2 propterea ſolummodo applicantur Epiſcopo, qui una cum Canonicis ſuis format unum corpus, cujus Canonici ſunt membra, Epiſcopus autem caput, *per text. in novit. de his quæ fiunt a Prælat.* Piſcar. *in prax. cærem. lib. 1. ſection. 8. cap. 1. n. 6.* Ceccoper. *ubi ſupra n. 88.* & dixi ego *diſcept. Eccleſ. 15. num. 2. verſ. accedebat*.

Nullatenus autem congruere poteſt Abbati Collegiatæ, licet enim iſte ex Bulla S. M. Gregorii XIII.
3 fuerit conſtitutus Dignitas principalis, qui aliorum caput exiſtat, nihilominus hoc caput non dicitur principale, cujus Canonici ſint membra, ſed dicitur caput numerale, cum quo Canonici non formant unionem, ac unicum corpus, ut optime diſtinguendo inter caput numerale, & principale tradit Ceccoper. *lucubr. Canonic. lib. 4. num. 9.* ibi – *Reſpondeo hujuſmodi caput duplex eſſe, nempe principale, & numerale; principale eſt Epiſcopus ſive alius Prælatus habens Territorium, & Juriſdictionem, quaſi Epiſcopalem; Numerale eſt prima Dignitas Collegiatæ omnino Epiſcopo ſubjectæ, quod cum ſit caput in ordine, & unicum Capitulo venit ſub nomine Capituli, & Canonici non dicuntur membra hujuſmodi capitis.*

Ex cujus Doctrina dilucide patet, ſolum Epiſcopum ſeu Prælatum habentem Territorium proprium cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali eſſe caput principale, ſecus vero Prælatum Collegiatæ Epiſcopo ſubjectum prout eſt Abbas Carignani, qui non eſt 4
exemptus, & uti caput numerale Capituli non habet Canonicos ſibi unitos tanquam membra, nec juriſdictionem exercet in eos, niſi uti ſingulos extra Capitulum, non autem uti capitulariter congregatos, Rot. *dec. 30. num. 18. par. 12.* Ceccoper. 5
lib. 4. lucubr. Canonic. num. 5. in fine verſ. & *quamvis*.

Neque propterea iſti debent ei pontificaliter celebranti facere circulos in Eccleſia, ut in puncto diſtinguendo inter Prælatum habentem Territorium cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali, & inter Prælatum Collegiatæ non exemptum, ſed Epiſcopo ſubjectum, firmat idem Ceccoper. *Canonical. lucubr. lib. 3. n. 66.* ibi – *Canonici Collegiatarum, qui tantummodo ſuo principali Prælato ſubduntur, tenentur ei Miſſas ſolemnes decantanti miniſtrare, ut ſupra, & dum Divinis aſſiſtit, aſſiſtentiam facere, necnon ad circulos accedere prout ſuperius de Epiſcopo explicavimus &c. qui circuli non conveniunt Præpoſito Collegiatæ Diœceſis, ac Civitatis, qui ſit ſubditus Epiſcopo*, & ita etiam procedit Piſcar. *in prax. Cæremon. lib. 1. ſeſſ. 9. cap. 6. n. 3.* quatenus dicit, quod Canonici ſeu Monachi parati faciunt circulum Abbati, tanquam loquens de Abbate Regulari exempto & habente proprium Territorium, cum juriſdictione quaſi Epiſcopali, confert Gavant. *in Manual. in verb. Abbas in addit. n. 12.*

Et hanc infallibilem veritatem comprobant decreta S. Congregationis Rituum, in quibus Abbatibus, etiam habentibus uſum Pontificalium cum 6
Baldachino, prohibetur habere aſſiſtentiam paratorum in ſedibus Choralibus more Canonicorum Epiſcopo aſſiſtentium, ut ex decreto regiſtrato apud Peyrin. *ad conſt. Minim. tom. 2. in decretis noviſſimi S. Congregationis decreto* 8. *fol. mihi* 441. & ex d. decreto generali anni 1659. apud Pignatell. *conſult.* 33. *num.* 16. *tom.* 2. idque non alia ratione, quam quia debet eſſe differentia inter Epiſcopum, & Abbatem pontificaliter celebrantem, ut egregie ponderat Card. de Luc. *de Juriſdict. diſcurſ.* 31. *ſub num.* 6. ſicut ergo debet eſſe differentia inter functiones Epiſcopi, & inferiorum circa aſſiſtentiam in ſedibus, ita conſequenter non poteſt Abbas Collegiatæ Carignani arrogare ſibi circulum Canonicorum, more Epiſcopi in ſua Cathedrali pontificaliter celebrantis, quando ei eſt ſubjectus, ne alias detur confuſio in Ordine Eccleſiaſtico, & in eadem Civitate appareant duo capita quaſi monſtrum, Pignatell. *conſultat.* 44. *num.* 2. *verſic. quod probatur tom.* 2.

Quo vero ad ſolemnitatem adhibendi omnes Canonicos ſacris veſtibus paratos, necnon octo pluvialia, ſine ullo dubio arbitror id Abbati non licere, ſed eſſe manifeſtum exceſſum; quippe in Decreto Generali S. Congregationis Rituum edito de 7
anno 1659. & approbato per S. Mem. Alexandrum VII. Abbatibus pontificaliter celebrantibus præſcripta fuit certa forma nempe ibi – *Præterea duos Sacrificii Miniſtros Diaconum nempe Evangelii, & Subdiaconum Epiſtolæ; duo alii tantum Diaconi, cum dalmaticis, & unicus Presbyter, cum pluviali eis aſſiſtant, duo inſuper Capellani, qui de Mitra, & Baculo, ac totidem Acolythi pro Candelabris inſerviant, præterea ſex alii Canonici, vel Monachi, duo ſcilicet pluvialibus, duo planetis, totidemque tunicellis induti Divinis hujuſmodi intereſſe valeant, qui tamen non in ſedibus, ſeu ſtallis Choralibus, ſed in ſcamnis abſque poſtergalibus panno viridi laneo coopertis, ſive congruo accommodatis maxque illinc removendis conſedeant*, ut legitur apud Pignatell. *conſul.* 33. *n.* 16. *tom.* 2.

Idemque diſpoſitum fuerat per antea in vetuſtioribus Decretis, ſeu Privilegiis S. Mem. Urbani VIII. apud Barboſ. *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 80. *num.* 19. & Peryn. *ad conſtit. Minim. tom.* 2. *in Decretis noviſſ. Sac. Congr. Decret.* 8. *fol. mihi* 440. & 441.

Ad limites ergo hujus Decreti Abbas Collegiatæ Carignani

Digitized by Google

rignani conformare ſe debet, & omittere apparatum, quem hactenus practicavit tanquam nimis exceſſivum, & qui nec minus Epiſcopis conceditur cum octo pluvialibus: & tamen certiſſimum eſt Prælatum inferiorem, dum celebrat, uti debere apparatu differenti, & minori illo, qui ab Epiſcopis adhibetur, & hæc fuit intentio Sac. Congregationis in allegatis Decretis, ut ait Card. de Luc. *de Juriſdict. diſcurſ.* 31. *ſub num.* 9. ibi – *Itaut aliqua conſtituatur differentia inter Pontificales functiones Epiſcoporum, ac iſtorum inferiorum Prælatorum.*

Niſi concurrat ſpeciale privilegium Summi Pon-
tificis, qui aliquando concedere ſolet Abbatibus,
8 etiam ſecularibus jus peragendi functiones Pontifi-
cales cum toto apparatu more Epiſcoporum, &
quandoque cum reſtrictivis, ut advertit Ceccoper.
*lib. 3. lucubr. Canonic. num. 90. verſ. ex privilegio
tamen Apoſtolico.*

Eoque magis incongruus videtur apparatus qui
9 præſtatur Abbati cum octo pluvialibus, quando in
Collegiata Carignani nulla reperitur Dignitas, cui
conveniat aſſiſtentia cum pluviali, ut per Piſcar.
in prax. Cærem. lib. 1. ſect. 8. cap. 7. n. 5. & 8.

ARGUMENTUM.

Diſcutitur, an Archipresbyter in Eccleſia Collegiata habeat de Jure utranque Curam habitualem ſcilicet, & actualem.

SUMMARIUM.

1 *Archipresbyter in Collegiata an habeat in ſe utranque curam actualem, nempe, & habitualem, vide etiam* n. 2. & 3. & 4.
5 *Ex circumſtantiis arguitur, Archipresbyterum, non habere niſi curam actualem.*

DISCEPTATIO XLV.

QUæſtio eſt de jure communi, an Archipreſ-
byter habeat in ſe utranque curam, nempe
1 actualem ſimul, & habitualem, itaut ſit Parochus
abſolutus, cui de jure ſpectare debeant omnia emo-
lumenta, & fructus Parochiæ, in quo articulo mul-
tum diſcordare videntur ſcribentes. Etenim pro af-
firmativa, quod ubi Collegium habet Prælatum,
ſeu Caput, qualis eſſe ſupponitur Archipresbyter in
hac Eccleſia Collegiata, tunc omnis cura in eo
reſideat, ex Zabarella *conſ.* 30. *n.* 1. firmavit Loth.
de re benefic. libr. 1. *quæſt.* 14. *num.* 104. & 105. Pi-
gnatell. *conſult.* 169. *num.* 7. *tom.* 9. Corad. *in prax.
beneficial. lib.* 2. *capit.* 2. *ante num.* 42. Rot. coram
Seraph. *dec.* 839. *num.* 4. & coram Celſo *dec.* 135.
num. 10.

Contrariam vero ſententiam, quod Archipresby-
2 ter ſit quidem Curatus in actu, ſed apud Collegi-
um exiſtat cura habitualis, tenuit Jo. Andr. *in cap.*
1. *de Elect. in* 6. quem refert, & ſequitur Calderio.
conſ. 18. *num.* 1. *verſic. unde dicunt de Præbend.* Ro-
man. conſ. 325. *num.* 3. Oldrad. *conſ.* 67. *ſub num.* 1.
verſic. ergo dicam Gabriel. *conſ.* 190. *n.* 7. *lib.* 2. Lap.
allegat. 5. *n.* 7. *verſic. & ſolum in Collegiatam*, Pi-
gnatell. *conſ. Canon. tom.* 9. *conſult.* 169. *num.* 16. &
conſult. 16. & 180. *num.* 1. & *ſeq. eod. tom.* 9. Rot.
dec. 340. *num.* 1. *verſ. in Eccleſia autem part.* 2. &
deciſ. 316. *n.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Utranque opinionem diſtinguendo conciliat Rot.
coram Cero *deciſ.* 450. *n.* 2. quod nempe, ubi agi-
3 tur de Eccleſia Cathedrali, tunc utraque, ſeu to-
talis cura pertineat ad Archipresbyterum *juxta de-
ciſ.* 480. coram Merlio. ſecus vero, ubi agitur de
Eccleſia Collegiata, in qua cura habitualis de ju-
re ſpectat ad Capitulum, & ſolum actualis ab Ar-
chipresbytero exercetur.

Quamvis hujuſmodi diſtinctio videatur pati dif-
ficultatem, ex quo allegati pro affirmativam opi-
4 nione loquuntur in ſpecie, etiam de Collegiata,

dicendo, quod de jure communi cura totalis pertinet ad Archipresbyterum, ut coram Seraphin. *deciſ.* 839. *n.* 4. & coram Celſ. *deciſ.* 135. *n.* 101. Nihilominus mihi videtur verior ſententia, quod in Eccleſia Collegiata de jure regulariter cura habitualis reſideat penes Capitulum ſeu Collegium, ea ratione, quod Archipresbyter in Collegiata eſt uti caput Collegii, & non uti Parochus, & exercet curam nomine Collegii tanquam ipſius caput, cum nequeat Univerſitas, ſeu corpus Collegii exercere curam actualem de per ſe, ſeu debeat eam explicare per unum, qui repræſentet vices Univerſitatis, ut eſt Decanus, Prior, ſeu Archipresbyter, ut notat Pignatell. *dict. conſult.* 150. *num.* 3. *tom.* 9. ad differentiam Archipresbyteri in Cathedrali, ad quem ſpectat exercitium curæ ejuſdem Cathedralis, & ſic Parochus ibi cenſetur, juxta Text. *in cap.* 1. & *cap. Officium de officium de offic. de Archipresb.* Merlin. *d. dec.* 480. *num.* 5. & firmavit S. Congregatio in Firmana 4. *Julii* 1654. apud Pignatell. *ubi proxime num.* 16.

Idque extra difficultatem procedit, ubi ex cir-
cumſtantiis conſtat curam habitualem eſſe penes
Collegium; quando ſcilicet decimæ fuiſſent incor- 5
poratæ Maſſæ communi, & Capitulum participa-
ret de funeribus, nec non ſupportaret expenſas ra-
tione curæ neceſſarias, quo caſu, etiam ſecundum
illos, qui negant, curam habitualem de Jure pe-
nes Collegium exiſtere, planum eſt Archipresbyte-
rum non reputari niſi ſimplicem Vicarium haben-
tem duntaxat curam actualem, ut dicunt Pignatell.
dict. Conſult. 169. *numer.* 10. *tom.* 9. Seraph. *deciſ.*
839. *num.* 4. & *ſeqq.* Celſ. *dict. deciſ.* 135. *num.* 3.
& 5.

ARGUMENTUM.

Agitur de Congrua prætenſa ab Archipreſbytero habente Curam actualem: & quid in eam ſit imputandum.

SUMMARIUM.

1 *Habenti curam actualem debetur congrua.*
2 *Quid ſi adſit conſuetudo immemorabilis percipiendi duntaxat præbendam; diſtributiones, & incerta Parochiæ, vide* n. 2. 3. & 4.
5 *Quid ſit imputandum in congruam,* & n. 6. 7. & *ſeqq.*

DISCEPTATIO XLVI.

IN hoc articulo, qui concernit congruam ab
Archipresbytero prætenſam ejus intentio videtur
plene fundata *tam in Jure communi capit. extir-
pandæ 8. qui vero de præbend.* quam in diſpoſi- 1
tione Sac. Concilii Tridentini, nec non Bullæ B.
M. San. Pii V. 47. in ordine in quibus decernitur
congrua Vicariis exercentibus curam actualem in
Eccleſiis, ut tradunt in terminis Archipresbyteri
Card. de Luc. *de Paroch. diſc. per tot.* Rot. coram
Seraph. *deciſ.* 839. *num.* 1. & coram Coccin. *dec.*
734. *num.* 14. & *in rec. dec.* 347. & 392. *utrobi-
que n.* 1. *par.* 13.

Solumque obſtare videtur conſuetudo immemo-
rabilis, qua attenta Archipresbyter nihil aliud un-
quam conſecutus eſt, quam Præbendam, & diſtri-
butiones, necnon incertas obventiones ſpirituales,
an autem hæc obſervantia eum repellere valeat,
eſt quæſtio non levis, quia quod Archipresbyter 2
nihil plus prætendere poſſit, eo quod fuit ſibi da-
ri ſolitum, & conſuetum, firmat Rota coram
Celſ. *deciſ.* 135. *n.* 4. loquendo præciſe quando Ar-
chipresbyter ſolitus eſt percipere tantum emolumen-
ta provenientia ratione ſtolæ, nempe ex ſidibus
mortuorum, baptizatorum, matrimoniorum, &
aliorum hujuſmodi, & concordat Pignatell. *d. con-
ſult.* 150. *n.* 6. & Tondut. *q. benefic. par.* 1. *cap.* 58.
n. 1. *verſ. quod verum eſt.*

Contrarium vero tenuit Rot. coram Coccin. *dec.* 734. *per tot.* quæ loquitur in terminis caſus noſtri, firmando, quod prædicta emolumenta incerta non computantur in congruam.

Abſque eo quod relevet obſervantia in contrarium, juxta quam Archipresbyteri pro tempore vixerunt cum emolumentis, & Præbenda ſibi aſſignatis manutenendo etiam Coadjutorem curæ, cum id non poſſit præjudicare ſucceſſoribus in Dignitate, ut reſpondet Rot. coram Seraph. *dec.* 839. *ſub num.* 4. *verſic. neque obſtat*, ubi etiam ſubjungit, quod onus manutenendi Coadjutorem potuit ſubiri ſponte ab Archipresbytero, Rot. *dec.* 347. *n.* 3. *par.* 13. *rec.*

Ulterius, quia diſtinctio eſt in hac materia, quod aut Archipresbyter poteſt cum Præbenda ſeu con-
3 grua ſibi aſſignata commode vivere, & ſupportare onera, & tali caſu ſibi imputare debet ſi tenue Beneficium acceptavit: aut vero non poteſt vivere cum congrua ſolita, & tunc non juvat conſuetudo contraria, ſed ei ſuccurritur per viam reſtitutioni in integrum, quia non agitur de præjudicio ſuæ perſonæ tantum, ſed Ordinis Clericalis, & ne detur occaſio Curatis delinquendi in officio ob nimiam egeſtatem committendo ea, quæ committere non debent, ut firmat Rot. *dec.* 120. *n.* 5. *par.* 1. *Recent.* *dec.* 347. *n.* 2. *& dec.* 392. *n.* 4. *&* 5. *par.* 12. *rec.* & coram Coccin. *dec.* 734. *n.* 7. *& ſeqq. & dec.* 2046. *n.* 5. *& ſeqq.* Tondut. *q. beneſ. cap.* 58. *n.* 7.

His tamen non obſtantibus, cenſeo, Archipresbyterum nihil plus prætendere poſſe, eo quod hactenus percepit ab Eccleſia, non enim impugno regulam, quod Archipresbytero debeatur congrua ex
4 diſpoſitione Sac. Canonum, nec non Concili Tridentini, & Bullæ B. M. S. Pii V. nec minus controverto, quod congrua non debeat eſſe minor quinquaginta ducatis monetæ illarum partium, in quibus exiſtit Eccleſia juxta tenorem ejuſdem Bullæ Pianæ, quæ habet locum etiam in Eccleſia Collegiata, ut firmat Coccin. *in punctual. dec.* 734. *n.* 14.

Sed ſolum controverto, & nego, quod Archipresbyter ex emolumentis percipi ſolitis ab Eccleſia non habeat hujuſmodi congruam ſufficientem, ad quod oſtendendum neceſſarium eſt ſcire quid percipiat Archipresbyter, quid ſit illi in congruam imputandum.

Percipit igitur ſuam Præbendam valoris Ducatorum 24. de Camera, quæ ſine ulla difficultate ipſi imputari debet in congruam tanquam conſiſtens
5 in fructibus certis, ut in terminis præciſis Archipresbyteri habentis exercitium curæ reſolutum fuit per Rot. in Murana Congruę *dec.* 347. *&* 392. *par.* 13. *rec.* Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 20. *n.* 2.

Percipit etiam diſtributiones quotidianas, ſicut percipiunt alii Canonici Divinis intereſſentes, & iſtæ etiam veniunt imputandæ in congruam ſtante lite-
6 rali diſpoſitione Bullæ B. M. S. Pii V. quæ ita mandavit ibi - *Computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus communiter percipi ſolitis* - & firmant communiter Gonzal. *ad reg.* 8. *n.* §. 7. *Proœmial. n.* 185. Ventrigl. *in prax. par.* 1. *adnotat.* 20. §. *Unico n.* 19. Barboſ. *de Paroch. cap.* 2. *n.* 54. *& de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 44.

Alia tamen eſt quęſtio per Doctores ſuper intelligentia hujus Bullæ in hac parte; etenim plures aſ-
7 ſerunt emolumenta incerta, de quibus ea loquitur intelligi de illis emolumentis, quæ habent quandam certitudinem, ut ſunt decimæ frumenti, & vini, qui licet ſint incerti ratione ſummæ, ſunt tamen certi circa hoc, quod percipi debent; ſecus vero de illis omnino incertis, prout ſunt funeralia, & diſtributiones, quæ non imputantur in congruam, cum iſta dependere non debeat ab incerto, nec venter patiatur dilationem, ut in terminis firmat Panimoll. *dec.* 15. *annot.* 2. *n.* 6. Rot. coram Coccin. *dec.* 2047. *n.* 3. *&* 4. Tondut. *d. cap.* 58. *num.* 3. *& ſeq.* Barboſ. *de Jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 44.

Verum hæc difficultas non obſtat, quia nec Coccinus, nec alii loquuntur de diſtributionibus quotidianis, ſed ſolum de obventionibus omnino incertis provenientibus ratione ſtolæ, Panimolla vero *d. dec.* 20. *annot.* 3. *n.* 6. loquitur ſine ulla auctoritate conſarcinando in confuſo inter incertas obventiones, etiam diſtributiones quotidianas, quod eſt æquivocum clarum, cum iſtæ non ſint incertæ, ſicut obventiones ſpirituales.

Major eſt dubitatio circa motivum, quod diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus Beneficii, ſed merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum 8
inſervienti, pro quarum non imputatione reſolvit Rot. *in d. Murana Congrue deciſ.* 347. *num.* 7. *&* 8. *& dec.* 392. *par.* 13. *rec.* nec non idem reſolvit S. Congregatio Concilii in *Firmana* 4. *Julii* 1654. apud Pignatell. *d. conſult.* 169. *n.* 23. *&* 29.

Hoc tamen non relevante pro imputatione, cenſeo reſpondendum mediante diſtinctione, quod aut participatio diſtributionum oritur ratione ſervitii in Choro abſque alio onore celebrationis Miſſarum pri- 9
vatarum pro Anniverſariis, ac piis legatis, & tunc veniunt imputandæ, eo quia ſervitium Parochiæ ſuccedit loco ſervitii in Choro, itaut præſentia, & intereſſentia ficta ſufficiat ad eas lucrandas; aut vero participatio diſtributionum oritur etiam ex admixto onere celebrationis Miſſarum privatarum, & tunc non veniunt imputandæ, eo quia in iſtis requiritur præſentia vera, & ſervitium actuale, nec ſuffragatur adimplementum fictum, ſicut ſuffragatur pro intereſſentia in Choro, ut diſtinguendo firmat Card. de Luc. *in d. Murana Congrue diſc.* 20. *ſub n.* 7. *&* 8. *de Paroch.* & firmavit ſe declarando eadem Rot. *in eadem Murana Congrua deciſ.* 392. *num.* 10. *& ſeqq. par.* 13. *rec.* ubi dicit eſſe habendam rationem obventionum, quas percipit Archipresbyter ratione ſuæ Dignitatis, quatenus tamen eas percipiat non interveniendo in Choro.

Applicando igitur ad rem, cum Archipresbyter diſtributiones percipiat ratione intereſſentiæ fictæ non interveniendo in Choro, & ſine ullo ſervitio, aut labore perſonali, dubitari non poteſt, quin eas imputare debeat in congruam juxta firmata per Card. de Luc. *d. diſc.* 20. *de Paroch. ſub n.* 8. quod repetit in eodem tractatu de *Paroch. diſc.* 17. *ſub num.* 6. *verſ. d. vera participatio*, & Rota *in allegata deciſ.* 392. *n.* 10. *&* 11. *par.* 13. *recent.*

Hinc patet reſponſio ad reſolutionem S. Congregationis apud Pignat. *d. Conſul.* 169. *n.* 23. *&* 29. quia nempe ibi Archipresbyter interveniebat in Choro, & ſic debeat percipere diſtributiones titulo laboris, & ſervitii, & non ratione Beneficii, ſeu Dignitatis Archipresbyteratus, & ſic non applicatur ad caſum, percipue, quia viget contraria immemorabilis conſuetudo, & poteſt dici cum Tacito *lib.* 4. *Hiſtor.* ibi - *nihil eveniſſe cur antiquitus inſtituta exoleſcerent* - hoc eſt nullam cauſam ſubeſſe, quare impinguari debeat burſa Archipresbyteri contra antiquam, & inveteratam conſuetudinem Eccleſiæ.

Percipit demum Archipresbyter alia emolumenta incerta ratione ſtolæ, obventiones ſcilicet pro Baptiſmis, confirmationibus matrimonii, & denunciationibus, quæ licet non imputentur in congruam 10
juxta communiorem opinionem, de qua Campanil. *in diverſ. Jur. Canon. Rubric.* 7. *c.* 6. *n.* 120. *in fin.* Leo *in Theſaur. for. Eccleſ. c.* 16. *n.* 6. Ventrigl. *annot.* 15. §. 2. *n.* 6. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 44. Rot. coram Coccin. *d. dec.* 2046. *n.* 4. *& deciſ.* 420. *n.* 2. *par.* 1. *rec. & dec.* 449. *n.* 5. *par.* 2. nihilominus diſtinguendum eſt inter illa incerta, quæ ſunt mere eventualia, & voluntaria, quæ pendent a ſola populi devotione, quorum non eſſe habenda rationem pro congrua, ita declarando contrarios firmat Card. de 11
Luca *de Paroch. diſc.* 18. *n.* 12. & inter illa alia incerta ſolvenda occaſione Sacramentorum, vel ſepulturæ, quæ ſunt aliqualiter certa, quorum proinde ratio haberi debet, cum non poſſit populus non mori, non naſci, non baptizari, & non contrahere matrimonia, ut ſubjungit idem Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 18. *n.* 12. ubi etiam notat, quod in pleriſque Parochis, nullum alium reditum habentibus iſta ſola emolumenta ob populi numeroſitatem adeo magnum reditum conſtituunt, quod ſufficiat etiam ad ſuſtentationem Collegii, cujus beneficia adeo pinguia reperiantur, ut etiam penſionibus graventur.

Quod

ricalis, ut ſcribit Pariſ. *de reſignat. lib.* 4. *q.* 2. *n.* 59. *&* 60. ubi diſtinguendo utrunque caſum hæc ait -- *licet imprimatur character, tamen non habet executionem, & eſt ſuſpenſus quoad ſe, quia irrita eſt collatio Clericatus, quoad executionem* -- Gabriel. *conſ.* 291. *n.* 8. *lib.* 2. ubi quod in hoc conſentiunt omnes Doctores ibi – *Omnes Doctores conſentiunt in locis prædictis tradentes, ſolum quoad executionem irritam eſſe Clericatus collationem, & conſ.* 189. *n.* 5. *&* 6. *eodem lib.* 2. *verſic. omnes aſſentiunt.*

Quod tamen dictum ſit ex abundanti, cum non ſit neceſſarium habere rationem de his emolumentis pro Congrua Archipresbyteri, cum ſuperabundent præbenda, & diſtributiones quotidianæ, & licet doctrina Card. de Luc. *d. diſc.* 18. *n.* 12. *de Paroch.* videatur contra communem, obſervando tamen Bullam Pianam loquentem de omnibus obventionibus incertis, & non ſine aliqua violentia reſtrictam per Doctores, & obſervando demum conſuetudinem immemorabilem Eccleſiæ, quantum ad præſentem deciſionem hujus caſus, non videtur inimica rationi, & congruitati, & propterea amplectenda.

ARGUMENTUM.

Tranſlationem penſionis Eccleſiaſticæ in invalide ac ſubreptitie tonſuratum nullam eſſe ſuſtinetur, reprobata contraria opinione *Cardinalis de Luca*, & penſionem, cujus commoditas alteri ceſſa ſit, poſſe transferri.

SUMMARIUM.

1 *Penſio nulliter transfertur in eum, qui illegitime ac invalide fuit tonſuratus.*

2 *Tonſura nulliter collata imprimit characterem.*

3 *Non tamen transfundit capacitatem Clericalem ſeu executionem Ordinis, & numer.* 4. *&* 15.

5 *Reſpondetur reſolutioni* Conimbricen. *S. Congregationis Concilii.*

6 *Reprobatur* Card. de Luca *contrarium tenens.*

7 *Laicus eſt incapax Penſionis Eccleſiaſtica.*

8 *Pari paſſu ambulant Beneficia, & penſiones circa requiſitum validitatis Clericatus, & num.* 10.

9 *Non debet qui deliquit in extorquenda nulliter Tonſura, præmium habere, vide alia n.* 11. *& ſeqq.*

DISCEPTATIO XLVII.

SI penſio Eccleſiaſtica transferatur in eum, qui
1 fuerit ſubreptitie, illegitime, ac nulliter tonſuratus, translatio eſt nulla, ut tradunt communiter Lother. *de re benefic. libr.* 1. *quæſt.* 40. *numer.* 145. Gabriel. *conſ.* 189. *ſub numer.* 6. 7. *&* 8. *libr.* 1. ubi loquuntur de illegitimo, qui ſine præcedenti diſpenſatione fuit nulliter tonſuratus, & ſequuntur Tondut. *de penſion. capit.* 31. *numer.* 4. *&* 5. Pariſ. *de Reſignat. libr.* 4. *quæſt.* 2. *numer.* 59. *& ſeq.* Garz. *de Benefic. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 143. Rot. *in Cæſaraugustana Penſionis* 9. *Martii* 1598. coram Orano *impreſſa apud Gar. ubi ſupra*, in qua declarata fuit nulla penſio ob nullitatem Tonſuræ. Gratian. *diſcept.* 181. *numer.* 11. Azor. *inſt. moral. par.* 2. *lib.* 8. *capit.* 6. *quæſt.* 9. *ſub lit. C.* & D. Cæſar. de Graſſ. *dec.* 87. *numer.* 4. *ſeu deciſ.* 87. *numer.* 4. *ſeu deciſ. Unica num.* 3. *de præſumpt.*

Non obſtat, quod Tonſura etiam nulliter collata imprimit characterem indelebilem juxta opinionem Canoniſtarum contrariam opinioni Theologo-
2 rum, itaut propter characterem translatio penſionis fuerit bene facta tanquam in Clericum, quia diſtinguendi ſunt duo caſus, & duo effectus, nec ad invicem conferendi.

Primus eſt, an Tonſura nulliter collata imprimat characterem non obſtante nullitate, & quod ad hunc effectum non negatur Tonſuram ſubſiſtere, & in his terminis loquuntur Bonaccin. *de Irregularit. diſput.* 7. Caſtropal. Pax Jordan. & alii.

Alter caſus eſt, an ex impreſſione hujus characteris transfuſa fuerit in recipientem habilitas, & ca-
3 pacitas Clericalis, quæ apud Doctores vocatur *Executio Ordinis*, ſeu *characteris*, & in hoc nemo diſſentit, circa quod Tonſura ſit omnino nulla quoad transfuſionem hujus habilitatis, ſeu capacitatis Cle-

Et in terminis Irregularis ob vitium corporis, qui ſine diſpenſatione ab Irregularitate ſe fecit tonſurare, quod Tonſura ſit invalida, & nulla firmatum fuit per Rot. coram Seraph. *in una Romana Penſionis*, quæ eſt deciſio 625. *per totam*, ubi ex defectu diſpenſationis in fine concludit, ibi -- *Et ita concluſum pro invaliditate Clericatus*, & optime Tondut. *q. benef. tom.* 1. *cap.* 9. *n.* 4. *&* 5. ubi quod irregularitas non diſpenſata per antecedens, inficit Tonſuram, ac totum ſtatum Clericalem, & bene Suarez. *tom.* 1. *par.* 3. *de Cenſur. diſput.* 7. *q.* 2. *punct.* 2. *n.* 28. Diana *reſolut.* 88. *per tot.* ubi teſtatur de vera, & communi opinione, Rot. *dec.* 73. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ.* Paſqual. *q. moral. juridic.* 201. *n.* 8.

Facta hac diſtinctione evidentiſſime patet, quod ad effectum capacitatis penſionis non facit ad propoſitum ſola impreſſio characteris, quia Clericatus pro obtinenda penſione Eccleſiaſtica, requiritur in effectu, & executione, quod nempe transfundat habilitatem, & capacitatem Clericalem, quæ conſiſtit in habendo capacitatem ab obtinenda Beneficia, & penſiones; dum ergo male, & nulliter tonſuratus non acquirit capacitatem, & habilitatem iſtam Clericalem, ex quo Tonſura eſt nulla, & irrita quoad
executionem ipſius, & quoad effectum ex ea derivan- 4
tem, ſequitur, quod nulliter tonſuratus ſit incapax penſionis perinde, ac ſi non haberet characterem, ſed eſſet purus Laicus quoad effectus ſibi proficuos, ut firmat Card. de Luca *de penſion. diſcurſ.* 81. *num.* 17. ibi - *Operatur ut ſecluſa impreſſione Ordinis, ſeu characteris quoad alios effectus ſibi proficuos Clericus habeatur pro non Clerico*, & eſt notabile dictum Card. Zabar. *in Clementin. ut hi de ætat. & qualit. n.* 21. & in ſpecie Gabriel. *conſil.* 181. *n.* 5. *&* 6. *lib.* 2. ibi – *ſed ordinatus non habet executionem, & eſt ſuſpenſus quoad ſe, ideoque nec beneficia ei conferri, nec penſiones reſervari poſſunt – & conſil.* 189. *n.* 3. 6. *&* 10. *eod. lib.* 2. ibi - *quod executionem irritam eſſe Clericatus collationem &c. & quia irrita eſt quoad executionem, idcirco collatio beneficii, aut reſervatio penſionis &c. eſt nulla &c. Nam qui contra præcepta Juris characterem habet reſpectu habilitatis obtinendi Beneficia, & penſiones, perinde eſt quaſi non habens* – idem tenent Garz. *de Benef. par.* 1. *c.* 5. *n.* 142. *& ſeqq.* Paſqualig. *quæſt. moral. Juridic.* 201. *n.* 8. qui ſequitur Gabrielium.

Quibus non obſtat reſolutio S. Congregationis Concilii in *Conimbricen Penſionis* de anno 1674. quia loquitur in terminis differentiſſimis a caſu no-
ſtro; ibi enim nonnulli fuerant bona fide promoti 5
ab Ordinario non ſuo, & concurrebat etiam bona fides Ordinarii, dum agebatur de Abbatibus, pro quibus aderat opinio alias firmata per S. Congregationem, quod poſſent ordinare alienos ſubditos de licentia, ut inſinuando motivum reſolutionis clare explicat Card. de Luca, qui in ea cauſa ſcripſit in *diſc.* 81. *n.* 30. *&* 31. *de Penſion.* & merito, quia in hac materia excuſat bona fides ad ſuſtinendum actum, & evitandam pœnam, ut per notum Text. *in l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* fundat. Sperel. *deciſ.* 30. *per totum* ſignanter *n.* 4. *in fin. & n.* 33. quæ circumfertur pro magiſtrali in hoc puncto.

Bene verum eſt, quod Card. de Luc. *de penſion. diſcurſ.* 81. prætendit ſuſtinere, quod Clericus nul-
liter ordinatus ab alieno Epiſcopo non ſit incapax Be- 6
neficiorum confutando Concilia Gabrielis ſuperius allegata, per viam ratiocinii, dicendo, quod in pœnalibus non fiat extenſio de Beneficiis ad penſiones.

Verum ſolum, ac merum ratiocinium Card. de Luc. in ſua opinione ſingularis, non eſt tanti ponderis,

ut ipſe ſolus evertere poſſit communem opinionem
firmatam ab omnibus Beneficialiſtis, & Doctoribus
opponendo pectus contra torrentem; nam regulariter
opinio communis amplectenda, & ſequenda
venit, ut monet Marta *in præfat. ad conſil.
tit. de methodo ſcribendi in Jure numer.* 38. & 39. &
fuit Theorica Hoſtien. *in cap. ad inquirend. de pecul.
Clericor. & Bald. in l. final. Cod. de pœn. Judic. qui
malejudic.* Alexandr. *conſ.* 95. *num.* 2. *lib.* 2. Minuſque
unius Doctoris auctoritas laborans contra communem
inducere poteſt dubietatem, quia dubietas
debet eſſe moralis, quæ faciat vacillare animum
Judicis, utranque partem, non autem quæ naſcitur
ex ratiocinio unius Doctoris minus fundato, &
evidenter erroneo; nam alias ſequeretur abſurdum,
quod omnes puncti eſſent in Jure dubii, cum propter
numerum ſcribentium non reperiatur hodie
opinio pacifica, & ſine aliquo contradictore, ut notatur
in leg. quia poterat ff. ad Trebellian. Mar. *in
præfat. ad conſil. titul. de methodo ſcribendi in Jure
num.* 59.

Quod autem Card. de Luc. non bene ex ſuis principiis
moveatur eſt evidens, quia ſupponit in pœnalibus
non fieri extenſionem de Beneficiis ad penſiones,
quod aſſumptum in caſu Clerici nulliter tonſurati
eſt valde infeliciſſimum, quia ſuppoſito pro
indubitato hoc principio, quod requiratur Clericatus
tam pro aſſequendis Beneficiis, quam pro penſionibus
Eccleſiaſticis (quicquid ſecus in Laicalibus)
quod principium negari non poteſt, dum Laicus
7 eſt incapax penſionis Eccleſiaſticæ, ita ut ſi talis
penſio ſit reſervata non Clerico, totaliter corruat,
& ſit nulla, Caſtrop. *tract.* 13. *de Benefic. diſp.* 11.
§. 1. *n.* 1. *verſ. ceterum*, Navarr. *conſ.* 73. *n.* 6. *de ſimon.
leſſ. de Juſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *n.* 202. Azor. *par.*
2. *Inſtit. Moral. lib.* 8. *capit.* 7. *q.* 3. Garz. *par.* 1. *de
Benefic. cap.* 5. *n.* 10. Tuſc. *lit. B. concluſ.* 36. *n.* 5. &
6. Tondut. *de penſion. cap.* 31. *n.* 1. & 2. & maxime
quando agitur de translatione penſionis reſervatæ
uti Clerico cum facultate transferendi in perſonas
Eccleſiaſticas,

Sequitur, ut ille, qui fuerit nulliter tonſuratus,
non ſit capax penſionis Eccleſiaſticæ, quia deficit
in eo capacitas, & habilitas Clericalis, quæ non
transfunditur ex actu nullo, & ex charactere ita recepto,
adeout paria ſint, aliquem non eſſe Clericum
& eſſe nulliter Clericatum, quia nullitas Clericatus
non dat ullam capacitatem, & habilitatem requiſitam
ad obtinenda Beneficia, & peſiones: & hæc
eſt illa ratio, qua moventur omnes Doctores in
hac materia loquentes in terminis penſionis, nempe
Gabriel. Pariſ. Tondut. Lother. Garz. & alii ſuperius
allegati *n.* 3. & 4.

Quam rationem non obſervando Card. de Luc.
male ſuppoſuit tali caſu fieri non debere extenſionem
de Beneficiis ad penſiones, quando unuſquiſque
videt, quod non agitur hic de facienda aliqua
8 extenſione, ſed de re, in qua pari paſſu ambulant
Beneficia & penſiones, Caccialup. *de penſ. q.* 30. Gigas
eodem tract. q. 34. *n.* 4. *verſ. limita tamen*, Rot.
poſt ſecundum volumen conſil. Farinac. *deciſ.* 87. *num.*
30. *& ſeqq.* Ciarlin. *controv.* 115. Garz. *de beneſ. par.*
1. *cap.* 5. *n.* 26. *verſ. ſed iſta*, *& num.* 27. & egregie
Paſqualig. *q. moral. juridic.* 82. *n.* 4. *& ſeqq.*

Sicut enim Beneficium requirit Clericatum, ita &
penſio Eccleſiaſtica eundem requirit, unde ſicut,
ubi Clericatus non adeſt, penſio eſt nulliter reſervata,
ſeu translata, in quanto adeſt Clericatus nulliter
extortus, dum non poteſt dici Clericus quoad
capacitatem, & ad effectus ſibi proficuos, qui Tonſuram
nulliter obtinuit, ſed reputatur merus, &
purus laicus, juxta Doctrinam Card. Zabarell. *in
Clem. ut hi num.* 21. *de ætat. qualitat.* Gabriel. *conſ.*
189. *num.* 8. *lib.* 1. *& conſ.* 181. *n.* 8. *& conſ.* 189.
num. 10. *lib.* 2. optime viden. Paſqualig. *dict. quæſt.*
201. *num.* 8. & ipſe Card. de Luc. idem fatetur *dict.
diſcurſ.* 81. *num.* 17. ut in verbis ſupra tranſcriptis,
& hic neceſſario repetendis ibi — *ſecluſa impreſſione
characteris quoad alios effectus ſibi proficuos Clericus
habeatur pro non Clerico.*

Eſt enim imperceptibile, & abſurdiſſimum, quod
qui ſine ullo Clericatu eſt incapax penſionis Eccleſiaſticæ,
ſit tamen capax, quando Clericatum extorſit
contra præcepta Juris, de facto, nulliter, & ſubreptitie,
quod eſt manifeſtum æquivocum, quia hoc
modo concederetur habilitas, & capacitas Clericalis,
quam negant omnes Doctores nulliter tonſurato,
& ſequeretur, quod iſte reportaret commodum,
præmium, & utilitatem ex delicto proprio; Ita loco 9
caſtigandi, & puniendi, invitando perſonas ad tranſgrediendas
leges, & ſpernendos Sacros Canones faciendo
ſe tonſurari male, nulliter, & de facto,
ſcientes ex hoc reportare utilitatem, quod pro abſurdo
conſiderant Gloſſ. *in cap. ei cui de Prebend.
in* 6. *in verb. ætat. in fin.* ibi — *Non debet eſſe melior
conditio ejus qui deliquit*, Gabriel. *dict. conſ.* 189. *n.*
8. *lib.* 1. ibi — *Ne ſcilicet qui contra præcepta Juris
characterem recepit, lucrum ſentiat ex dolo, & facto,
ex quo pœnam meretur, & conſ.* 189. *lib.* 2. *n.* 11.
ibi — *Ne ſcilicet lucrum ſentiat, & commodum ex facto,
pro quo potius pœnam meretur* — quidquid ſecus,
ubi concurreret bona fides male tonſurati.

Ulterius aſſumptum, quod in pœnalibus non fiat
extenſio de Beneficiis ad penſiones, non videtur abſolute
verum, ſed declaratur per diſtinctionem,
quod aut agitur de aliqua ſententia, aut Decreto
particulari, & tunc extenſio ex prohibita: aut vero
agitur de lege generali, prout eſt caſus iſte, ubi,
ex edicto Sacrorum Canonum, qui non habet executionem
Ordinis ſeu habilitatem Clericalem eſt in- 10
capax ad Beneficia, & tunc falſum eſt aſſumptum
de non faciendo extenſionem de Beneficiis ad penſiones,
quia non eſt extenſio, ſed comprehenſio introducta
etiam de ſtylo Curiæ Romanæ, ex identitate
rationis, ut in puncto reſpondet Caſtropal. *tr.*
13. *de benefic. diſput.* 1. *punct.* 11. *§.* 3. *num.* 5. *&* 6. *ex
gratia videndus* Suarez *de Cenſur. tom.* 2. *diſp.* 27.
ſect. 1. *num.* 15. Garz. *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.*
123. *& ſeqq. in puncto* Ventrigl. *in prax. par.* 2. *annot.*
11. *§.* 2. *n.* 90.

Idque videmus in pœna, quam ſtatuunt Sacri Canones
contra filios Hæreticorum, ut ſint incapaces
Beneficiorum, quæ locum habet etiam in penſioni- 11
bus, licet Sacri Canones ſolum de Beneficiis loquantur,
juxta late firmata apud Paſqualig. *quæſt. moral.
Juridic. quæſt.* 82. *per tot.*

Videmus quoque in committente actum ſimoniacum,
qui eodem modo de Jure privatur penſionibus
ſicut Beneficiis, Card. de Luc. *de penſion. diſcurſ.* 12
80. *num.* 28. & dixi ſupra *diſcep.* 11. *num.* 21. Neque
eſt novum, quod detur paritas inter Beneficia,
& penſiones Eccleſiaſticas, ad Text. *in c. ad audientiam
2. de reſcriptis* — ibi — *Recipientes ab eis annuas
penſiones, ſeu alia Beneficia* — quæ dictio — *Alia*
denotat paritatem inter Beneficia, & penſiones Eccleſiaſticas.

Quod vero ſubjungit Card. de Luca, quod penſio
poteſt dari laico, eſt æquivocum in terminis,
quia penſiones aliæ ſunt Eccleſiaſticæ, & ſpirituales,
aliæ vero laicales, Caſtrop. *tract.* 13. *de Benefic.* 13
diſput. 1. *punct.* 11. *§.* 1. *n.* 2. *& ſeqq.* Si ergo quæſtio
eſt de penſione Eccleſiaſteca, nihil concludit allegare,
quod ſit capax penſionis etiam laicus, cum
id procedat in penſione laicali, non autem Eccleſiaſtica,
ſuper qua eſt quæſtio, & cujus non ſecus
ac Beneficii duntaxat Clericus eſt capax, ut diſtinguit
Garz. *de Benefic. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 8. *& ſeqq.*
& per conſequens Clericatus debet eſſe cum effectu,
nempe rite, ac recte ſuſceptus, ut transfundat habilitatem
ad Beneficia, & penſiones, nihil attento,
quod id procedat ex ſtylo Curiæ, quia ſtylus iſte facit
Jus ſicut lex Canonica, aut Conſtitutio Papalis,
Text. *in cap. quam gravi de Crimen. falſ.* Gomes *in* 14
Regul. de ſubrogan. quæſt. 15. *num.* 4. *in fine*, *& in Regul.
de Triennal. quæſt.* 7. *num.* 3. & propter hunc ſtylum
formata fuit eſſentialis diſtinctio inter penſiones
Eccleſiaſticas, & laicales, ultra quod non ſolum id
reſultat ex ſtylo, ſed etiam ex Conſtitutionibus Apoſtolicis
S. Mem. S. Pii V. *conſtit.* 71. & San. Mem. Sixti
V. *conſt.* 34. & tradit Caſtropal. *tract.* 13. *de Benefic.
diſ-*

Digitized by Google

ſic. diſput. 1. *punct.* 11. §. 3. *ſub numer.* 1. *verſ. ceterum*, Garz. *de benefic. par.* 1. *cap.* 5. *numer.* 8. *& ſeqq.*

Minuſque ad probandum, quod in caſu iſto non fiat extenſio de Beneficiis ad penſiones urgere poteſt illa ratio Card. de Luc. dicentis, quod Beneficia de eorum intrinſeca natura juxta diſpoſitionem Juris Eccleſiaſtici exigant ſtatum Clericalem validum, & perfectum cum habilitate adminiſtrandum Eccleſiæ, vel Altari, quæ ratio ceſſet in penſione, quæ nullam habet annexam adminiſtrationem Eccleſiæ, vel Altaris, & nihil habet ſpiritualis.

Nam hoc fundamentum nihil concludit; ratio enim quare moventur prædicti Doctores ſola eſt, quod pro acquirendis Beneficiis, & penſionibus requiritur habilitas, & capacitas Clericalis, quia tam pro Beneficio, quam pro penſione requiritur Clericatus; quando autem damus caſum, quod quis
15 acceperit Tonſuram nulliter, ſubreptitie, & invalide, ecce quod Tonſura nulliter collata, licet imprimat characterem, non tamen transfundit executionem characteris, nempe capacitatem, & habilitatem Clericalem; quid enim aliud eſt executio characteris, & Ordinis, niſi habere effectus provenientes ab eodem charactere? Iſti autem effectus non ſunt tantummodo illi per Card. de Luc. figurati, ſcilicet miniſtrandi Altari, & Eccleſiæ, & in hoc notetur æquivocum: ſed ſunt habilitas, & capacitas Clericalis requiſita ad poſſidendum, & obtinendum Beneficia, & penſiones, quod demonſtratur duplici exemplo.

Primo, exemplo habentis brachia impedita, alligata, & motu carentia, ubi ſi quis haberet facultatem eligendi hominem exempli gratia ad laborandum, ſeu militandum, utique ſi eligeret hominem habente brachia impedita, & inutilia, electio eſſet nulla tanquam facta in hominem incapacem laborandi, & militandi. Ita ergo penſio, quæ debet transferri in Clericum, eſt nulla, ſi transferatur in eum, qui tanquam nulliter tonſuratus habet characterem impeditum, ſcilicet, qui non concedit, neque transfundit capacitatem, & habilitatem conſequendi ea, quæ Clerico tantum concedi debent.

Secundo, exemplo Beneficii ſimplicis, quod non habet onus miniſtrandi Eccleſiæ, & Altari, & tamen non poteſt conferri nulliter tonſurato, quia non habet capacitatem Clericalem, & hæc eſt illa ratio quare character ſolus non ſufficiat, quando ejus executio haberi non poteſt, & executio characteris conſiſtit in capacitate Clericali, ut firmat Gabriel. *d. conſ.* 189. *lib.* 1. *n.* 7. *&* 8.

Proinde patet æquivocum Card. de Luc. putantis
16 executionem Ordinis, ſeu characteris conſiſtere in officiatura Eccleſiæ, & miniſterio Altaris, quoniam executio Ordinis dicitur omne id, quod naſcitur ab Ordine; naſci autem dicitur ab Ordine capacitas, & habilitas Clericalis neceſſaria ad obtinendum tam Beneficia, quam penſiones; quando autem Tonſura eſt nulla quoad executionem Ordinis, ut firmat univerſa ſchola Doctorum in male promoto, ecce quod Clericus non eſt Clericus quoad habilitatem Clericalem, ſed reputatur laicus, & tanquam non habens Clericatum, quia paria ſunt non eſſe, & nulliter eſſe, ut originaliter dixit Card. Zabarell. *in Clement. ut hi de ætat. & qualit. n.* 21. & Gabriel. *conſ.* 189. *lib.* 2. *num.* 10. *& conſ.* 189. *lib.* 1. *n.* 8. & ipſe de Luc. *d. diſcurſ.* 81. *de penſion. n.* 17. *n.* 23. *verſ. & in ſumma.*

Ad materiam penſionis occurrit quæſtio, an facultas transferendi penſionem vigore Indulti exerceri valeat in ea penſione, cujus commoditas al-
17 teri ceſſa ſit, negativam opinionem reprobata contraria *deciſ.* 129. *par.* 1. *recent.* late defendit Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 42. *num.* 14. *& ſeqq.* Salgad. *in labertin. Creditor. par.* 1. *cap.* 43. *numer. cum ſeqq. & n.* 45. *cum ſeqq.* quos approbavit Rot. *Albanen. Penſionis*, coram Priol. *deciſ.* 101. *&* 265. *per totas.*

Ego tamen affirmativam ſententiam veriorem exiſtimo, & in puncto Juris tenendam; nam per ceſſionem commoditatis ceſſionario nullum Jus acquiritur in re, vel ad rem, neque in aliquo tangitur ſubſtantia penſionis, ſed ceſſio importat nudum factum exactionis mandatario, ſeu procuratorio nomine cedentis in rem propriam, in quo continuat idem Jus tam in directis, quam in utilibus actionibus, & ceſſionarius ſolum exigit fructus tanquam procurator rei alienæ; ex quo ſequitur, ut qui ceſſit alteri commoditatem, poſſit transferre penſionem, ut firmat diſcuſſo articulo Card. de Luc. *de penſion. diſc.* 68. *per totum*, & in Summa *n.* 76. qui ſcripſit in d. Cauſa *Albanen. Penſionis* coram Priolo, ejuſque deciſiones dicit in concluſionibus Juris non ſubſiſtere, licet afferat fuiſſe juſtas ob quandam non ſcri- 18
ptam æquitatem, eo quia ceſſionarius commoditatis penſionis erat idem Titularis ejus debitor, qui vere in animo habuit ſe eximere ab onere penſionis in totum, & e converſo penſionarius, qui ceſſionem fecerat, idem in animo habuiſſe videbatur.

Ideoque valida erit translatio penſionis, ſed transferens tenebitur ceſſionario commoditatis ad damna,
& intereſſe, donec ſupervivat, & duret Jus ceſſio- 19
narii, ut ſubdit Card. de Luc. *d. diſc.* 68. *n.* 28. ſicut idem procedit in caſu, quo penſionarius poſt ceſſionem, daret cauſam extinctioni penſionis, per matrimonium, profeſſionem in Religione, vel militiam, vel delictum, ut apud Card. de Luc. *de Penſion. diſc.* 68. *n.* 29. *& diſc.* 69. *n.* 10.

Limitatur hæc ſententia, ubi ceſſio eſſet ampliſſi-
ma, & talis, quæ contineret pactum aliquod per 20
quod videtur cedentem voluiſſe a ſe abdicare omne Jus tam commoditatis, quam tituli, ſeu implicite, & virtualiter voluiſſe ſibi impedire facultatem trasferendi, ſeu aliquid faciendi in ordine ad ipſum titulum, ſeu ſubſtantiam penſionis, ut per Rot. *dict. deciſ.* 265. *n.* 7. *&* 8. coram Priolo.

ARGUMENTUM.

Quando reſignanti competat regreſſus ad Beneficium reſignatum, ubi reſignatio eſt nulla ex facto procuratoris excedentis formam mandati, & profeſſio in Religione nulliter ſecuta eſt.

SUMMARIUM.

1 *Reſignans habet regreſſum, ſi beneficium non perfecte acquiratur reſignatario ob nullitatem reſignationis.*

2 *Si nullitas reſignationis oriatur a mala expreſſione facta per procuratorem extra fines mandati.*

3 *Procurator non poteſt aliquid gerere etiam præter formam mandati.*

4 *Nec interpretari ejus verba ambigua intellige,* ut n. 5.

6 *Quid, ſi expreſſio mandati non fuiſſet admiſſa per Papam?*

7 *Exceſſus mandati quando cenſeatur ratificatus per reſignantem*, & numer. 8. 9. & 10.

11 *Nulliter profeſſus, an recuperet Beneficium?*

DISCEPTATIO XLVIII.

QUi reſignat Beneficium in favorem etiamſi non adjiciat clauſulam *& non alias &c.* ſemper intelligitur reſignare conditionaliter, quatenus Beneficium perfecte acquiratur reſignatario, *dec.* 11. *num.* 3. *& ſeq.* coram Othobono. Unde ſi reſignatio non habeat effectum vel effectuata reſolvatur ob aliquam ejus nullitatem, regreſſus datur reſignanti, a quo nunquam cenſetur abdicatum Jus, donec plene, & perfecte Beneficium reſignatario remaneat acquiſitum.

Quia vero nullitas reſignationis ſæpe naſcitur, vel ob malam expreſſionem valoris, vel aliam diverſam

ab intentione Reſignantis, ſciendum eſt, quod ubi-
cunque in illa expreſſione non peccavit, nec habuit
culpam Reſignans, nunquam iſte privatur regreſſo,
quicquid ſecus, ubi concurrat culpam, & dolus
Reſignantis, Card. de Luc. *de Beneſic. diſcur.* 35. *n.*
4. *& de penſion. diſc.* 51. *num.* 22. *& de regal. diſc.*
15. *n.* 21. *& de regal. diſc.* 15. *n.* 7. Rot. cor. Priol.
dec. 301. *n.* 3.

Hinc ſi Reſignans appoſuit unam conditionem in
mandato Procuræ, ſi Procurator, ſeu Expeditiona-
3 rios apponat aliam diverſam, reſignatio eſt nulla &
intrat regreſſus. Idem, ſi Reſignans exponat aliquid
uno modo, & Procurator diverſo modo interpre-
tando, diverſimodam fecerit expreſſionem; Etenim
Procurator non poteſt facere aliquid nedum con-
tra, ſed nec minus præter formam ipſius mandari,
Roſa *de execut. par.* 1. *c.* 15. *n.* 26. idque procedit e-
4 iam in aſſertionibus, & expreſſionibus ambiguis
adjectis in eodem mandato; nam non licet Procu-
ratori interpretari, ſed debet eo modo exprimere,
quo conceptum eſt mandatum, ejus verba præciſa
ad literam traſcribendo ſine ulla variatione.

In hoc autem habenda eſt præ oculis conſidera-
tio, an verba mandati Procuræ ſint talia, quæ
expreſſa Papæ gratiam non redidiſſent nullam; nam
5 ſi Procurator ea variet, & per hanc variationem
gratia redatur nulla, ſemper competit regreſſus Re-
ſignanti, qui nihil peccavit, & cui factum Pro-
curatoris obeſſe non poteſt, Rot. *dec.* 310. *n.* 4. *&*
13. *par.* 14. *rec.* Card. de Luc. *ubi ſupra* Dunoz. *Jun.*
dec. 881. *n.* 13. *& dec.* 270. *n.* 4. *poſt ſecundum Volum.*
conſ. Farinacc. ſemper enim verum eſt, quod nulli-
tati gratiæ cauſam dedit illa variatio verborum fa-
cta per Procuratorem, non autem expreſſio facta
per Reſignantem io mandato, cujus lex exacte,
& diligentiſſime cuſtodienda eſt.

Idque procedit in omni, & quacuoque forma,
& expreſſione data in mandato Procuræ, etiamſi
6 ea eſſet talis, quæ forte non ſuiſſet admiſſa per Pa-
pam; adhuc enim ſemper verum eſt, quod Procu-
rator non poteſt de proprio capite diverſam expreſ-
ſionem facere in præjudicium Reſignantis, ſed de-
bet prius adhibere diligentias, ut expreſſio data in
mandato admittatur & quatenus non admittatur,
debet ſuperſedere ac certiorare Reſignantem in par-
tibus, ut advertit Roſ. *de execut. d. par.* 1. *c.* 15. *n.*
28. *§. Vidiſti, verſic. Nam vel modus, & ver. Igitur*
cum Conditio.

Limitatur tamen hæc regula, ſi Reſignans ex cer-
7 ta ſcientia deiode approbaſſet ſeu ratam habuiſſet
illam erroneam expreſſionem, ſeu exceſſum manda-
ti factum per Procuratorem, tunc enim ſibi præ-
judicaret in regreſſu, quem amplius obtinere oon
poſſet, advertendo in hoc, quod cum agatur de
privatione regreſſus, & ſic de pœna amiſſionis be-
neficii, non ſufficeret probare ſcientiam præſum-
8 ptam per conjecturas ad arguendam approbatio-
nem, ſeu ratificationem exceſſus mandati, Card. de
Luc. *de Dot. diſcurſ.* 214. *n.* 9. Rocc. *diſput. Jur. cap.*
127. *n.* 21. *& cap.* 130. *num.* 9. *tom.* 2. ſed neceſſaria
foret probatio ſcientiæ veræ, & præciſæ, quæ reſul-
taret certitudinaliter ex aliquo facto poſitivo, Rocc.
diſput. Jur. cap. 122. *n.* 11. & io terminis iſtis Card.
de Luc. *de beneſic. diſcurſ.* 35. *n.* 10. *verſ. tunc enim*,
Rot. cor. Dunoz. *Jun. dec.* 881. *num.* 5. *&* 6. coram
Priol. *dec.* 301. *n.* 5.

Quam concluſionem probat etiam Rot. *dec.* 306.
n. 25. *par.* 10. *& dec.* 10. *& dec.* 11. *ſub. n.* 14. *Verſ.*
alteram & n. 15. *cum ſeqq. par.* 12. In quarum caſu
conſtabat Penſionarium habuiſſe ſcientiam præci-
ſam & incontrovertibilem valoris expreſſi in lite-
ris Apoſtolicis non ſolum, quia eaſdem literas re-
ceperat, ſed etiam, quia illas produxerat in Judi-
cio, illiſque uſus fuerat, ex quibus negare non pot-
erat acceptationem, & ratificationem veram, &
realem, & in his terminis procedunt Verall. *deciſ.*
193. *n.* 2. *par.* 1. Cavaler. *dec.* 26. *n.* 5.

Unde infertur non ſufficere ad impediendom re-
greſſum probare ſcientiam reſignationis in Reſignan-
9 te ex publicatione illius literarum ad formam Gre-
gorianæ Conſtitutionis, mediante lectura inter Miſ-
ſarum ſolemnia, & affixione ad valvas Eccleſiæ ejus
loci, in quo Reſignans habitaret etiam ſi concurre-
ret conſanguinitas inter Reſignantem, & Reſignata-
rium; nam ad privandum aliquem Jure ſuo ſcientia
generalis, & præſumpta non operatur ratificatio-
nem & approbationem; alias daretur præſumptio
præſumptionis, dum ex ſcientia præſumpta oriretur
acceptatio, ſeu ratificatio preſumpta, ut conſiderant
Menoch. *conſ.* 691. *n.* 18. *& ſeqq. & lib.* 3. *præſumpt.*
132. *ſub n.* 81. Ciriac. *contr.* 278. *n.* 62. Lother. *de re*
beneſ. lib. 2. *q.* 28. *n.* 88. *&* 89.

Bene verum eſt, quod poteſt dari caſus ubi detur
colluſio inter Reſignantem, & Reſignatarium, quan-
do ſcilicet conſtaret, quod Reſignans apponeret io
mandato aliquam conditionem, vel expreſionem, 10
quæ cum difficultate fuiſſet admiſſa per Papam, cum
ſecreto ordine, & intelligentia data Procuratori ex-
primendi diverſo modo ad facilitandam gratiam,
ſeu etiam apponeret verba obſcura, captioſa, & ta-
lia ex quibus poſſet ſtare io bivio omni Jure prohi-
bito, ut coram Seraph. *deciſ.* 727. *n.* 1. Card. de Luc.
de locat. diſcur. 16. *in fine*. Nempe, ut nemioe im-
petrante Beneficium ſub illa expreſſione reſignatum,
ſeu collatum taceret, ac permitteret Reſignatarium
poſſidere Beneficium vigore reſignationis nullæ, &
ſubreptitiæ; ſi vero contingeret impetrari, inſurge-
ret pro regreſſu, in quo articulo cum agatur de
fraude, & dolo, quæ ſunt occulta, ut ait Tacit.
lib. 4. *Hiſtor.* ibi — *Fraudem, & dolum occulta, eo-*
que inevitabilia, eſſet locus probationi per conjectu-
ras ad arguendam approbationem, & intelligentiam
Reſignantis circa expreſſionem factam a Procura-
tore, licet hæc prætenderetur ſive diverſa a manda-
to, ſive ab intenſione mandaotis ſub verbis obſcu-
ris ſignificata, ultra quod captioſa, & obſcura na-
rativa, ex qua Papa poteſt decipi, gratiam reddit
ſubreptitiam, Innoc. *in c. cum dilecta num.* 22. *de Re-*
ſcriptis Conrad. *in prax. diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 4. *ſub n.*
4. Roſa *de execut. literar. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 17. & in
his caſibus non intraret regreſſus ob fraudem, &
malitiam Reſignantis.

Regreſſum ad Beneficiom non habere, qui exi-
vit de Religione ob nullitatem profeſſionis, ſuſti- 51
net Marant. *reſponſ.* 5. *par.* 4.

Quæ opinio non videtur amplectenda; nam ſi-
cut Reſignans Beneficium intuitu ingreſſu in Mona-
ſterium, regreditur ad illud profeſſione non ſecuta
ex late firmatis *diſcep.* 6. Ita qui nulliter profeſſus
fuit; nam paria ſunt non profiteri ac nulliter pro-
fiteri, & Concilium loquens de profeſſione ſecuta
intelligitur de valida, ut probat adducti per Ma-
rant. *d. reſponſ.* 5. *n.* 24. Vide ſupra difficultates, &
obiecta *diſcep.* 6. *n.* 16. *& ſeq. & n.* 31.

ARGUMENTUM.

Quando indultum Cappæ, & Rocchetti con-
cedatur, vel non, Canonicis Eccleſiæ Col-
legiatæ.

SUMMARIUM.

1 *Canonicis Collegiatæ inſignis conceditur uſus*
Cappæ, & Rocchetti.
2 *Quomodo judicetur Eccl. Inſignitas.*
3 *Non conceditur uſus Cappæ, & Rocchetti Col-*
legiatæ, ſi Cathedralis eum non habeat.
4 *Limita in limine erectionis.*
5 *Non conceditur uniformis habitus Collegiatæ,*
ac Cathedrali; & quando non dicatur uni-
formis.
6 *Quid, ſi una Eccleſia diſtet ab alia in diverſis*
locis.
7 *Conceditur etiamſi Canonici ex conſuetudine ha-*
bitum ſibi arrogaſſent.
8 *Etiam lite pendente, & poſt rem judicatam.*
9 *Cappa, & Rocchettum non denotant Juriſdictio-*
nem.

DISCE-

Digitized by Google

DISCEPTATIO XLIX.

FRequenter diſputari contingit in S. Congregatione Rituum ſuper conceſſione habitus Canonicis Eccleſiæ Collegiatæ, in quo licet certa regula dari nequeat, tamen aliqua colligam frequentiora in praxi, ut in pluribus caſibus, in quibus ſcripſi, expertus ſum.

Principalis regula eſt, quod ubi agitur de Col-
1 legiatis Inſignibus, nobilior habitus Cappæ cum Rocchetto earum Canonicis ſoleat per Sedem Apoſtolicam concedi, ut tradit Corrad. *in prax. benef. lib.* 2. *cap.* 14. *numer.* 3. 4. *&* 14. Ceccoper. *Lucubr. Canonic. lib.* 1. *num.* 91. ubi advertit, quod Cappa eſt antiquior habitus Choralis, ac proprius Canonicorum ex Ughell. *in Ital. Sac. tom.* 3. *pag.* 634. & quod per conceſſionem Cappæ intelligitur conceſſus uſus Rocchetti, & concordat Carol. Dufreſnè *in verb. Cappa verſ. Cappe Chorales*, Macer. *in ſuo Hierolexicon. eod. verb. Cappa* & de praxi Sedis Apoſtolicæ concedendi uſum Cappæ Canonicis Collegiatarum, tradunt Barboſ. *in Summa Apoſtol. deciſ. verb. Cappa num.* 8. Aldan. *in compend. Jur. Canonic. tit.* 19. *num.* 49.

Immo non deſunt exempla, quod hujuſmodi Inſignia nedum Canonicis conceſſa fuerunt per Sedem Apoſtolicam, ſed immo etiam inferioribus Clericis, ut de uſu Cappæ conceſſo Capellanis Eccleſiæ Ferrarien. ex Decreto S. Congregationis 28. *Januarii* 1606. teſtatur Barboſ. *in verb. cappa num.* 10. Corrad. *in prax. benef. d. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 13. & de conceſſo Capellanis de Maſſa Eccleſiæ *Jamen.* adeſt reſolutio Sac. Congregationis *in Jamen.* 30. *Januarii* 1621. *apud* Barboſ. *in d. verb. cappar. num.* 11. Corrad. *dict. cap.* 14. *n.* 14.

Difficultas eſt in probanda qualitate Inſigni Collegiatæ, quod non reperitur in Jure determinatum, & arbitrarium eſſet dicit Mantic. *dec.* 175. *n.* 2. at-
2 tamen ex circumſtantiis arbitrium Judicis deſumere poteſt inſignitatem, puta ſi Eccleſia ſit antiqua, nobilis ex celebritate ſitus, inſignem habeat ſtructuram, ſit referta magno Miniſtrorum numero, ſit Matrix, & præcedentiam habeat ſupra alias, ut notat Barb. *de Canon. cap.* 2. *num.* 18. ubi etiam refert aliquando Sac. Congregationem judicaſſe Collegiatam Inſignem, ex eo, quod Oppidum, in quo ſita erat, Inſignem reddebat numerus 820. focularinrum, cum quatuor Monaſteriis Regularium, & uno Monialium nec non copia Peritorum, & Nobilium ibi exiſtentium, Maſſobr. *in tract. de Synodo cap.* 4. *dub.* 14. *n.* 9. *& ſeqq.* Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 15. *n.* 8. *Idem* Barboſ. *ad Concil. cap.* 12. *ſeſſ.* 14. *num.* 52. *de reform.* Rot. *deciſ.* 29. *ex num.* 5. *ad finem part.* 2. *Diverſ.* Adde ſi in Collegiata adſit Abbas Prima dignitas, qui habeat uſum Pontificalium; Ceterum hæ circumſtantiæ ſunt demonſtrativæ, neque reſtringunt arbitrium Judicis, ſeu Sac. Congregationis, cujus Voto hoc negotium committitur examinandum.

Bene verum eſt, quod ſi Eccleſia Cathedralis non habeat uſum Cappæ, & Rocchetti, non ſolet, nec
3 debet idem uſus concedi Eccleſiæ Collegiatæ; nam cum majoritas habitus, majoritatem Perſonæ deſignet, juxta Text. *in cap. ut Apoſtolice de priv. in* 6. Incongruum eſt, quod Collegiata nobiliori habitu ſuam Cathedralem antecellat, ut notat Corrad. *in prax. d. cap.* 14. *ſub num.* 15. *verſ. ſane*, & me ſcribente reſolvit Sacr. Congregatio in *Trojana indulti Cappe Canonicalis* 10. *Septembris* 1701. *ad relationem Eminentiſſ. Dom. Card. Coloredi.*

Excepto caſu, quod in limine erectionis Eccleſiæ Collegiatæ, aliquis laicus de ſuis bonis eam
4 dotando deſideraſſet hunc habitum nobiliorem; nam tunc ſummus Pontifex deferre ſolet deſiderio dotantis, qui ita, & non aliter voluit Eccleſiam dotare, eamque erigi facere in Collegiatam, ut apud Catill. *deciſ.* 76. *num.* 12. *& ſeq.* & advertit Corrad. *d. cap.* 14. *num.* 16.

Quoties autem Cathedralis habeat ex indulto
5 uſum Cappæ, & Rocchetti, ſeu alium, an Collegiatæ poſſit idem habitus concedi; negative reſolvendum eſt, quia debet eſſe diſtinctio inter Canonicos Cathedralis, & Collegiatæ tanquam inter majores, & minores: ſed quæſtio eſt, quando dicatur habitus eſſe uniformis, ac idem; nam multa dantur ſimilia, quæ non ſunt eadem indumenta & in ſuo toto conſiderata. Unum eſt nobilius altero; In quo dicendum putarem, quod diverſitas habitus datur in qualitate & colore, licet figura ſit eadem ex. gr. ſi Clerus Cathedralis haberet Rocchettum nobilioris coloris, & Cappam cum pellibus armellinis, & ſic nobilioribus, Clerus vero Cathedralis haberet Rocchettum, & Cappam valde inferiora in qualitate pellium, & colore reſpective, cum habitus debeat conſiderari in ſuo toto genere, mediantibus circumſtantiis, quæ unius ejuſdemque habitus figuram præſtantiorem efficiunt, ut docet Text. *in cap. ut Apoſtolicæ de privil. in* 6. ubi diverſitas Inſignium ſtatuitur in circumſtantiis alterantibus, nempe, quod Epiſcopi in Synodis Provincialibus gerant Mitras cum laminis aureis, vel argenteis, & gemmeis, Abbates vero exempti Mitras aurifriſiatas, non exempti ſimplices, & albas; unde patet, quod licet ſit idem habitus, debet tamen conſiderari cum circumſtantiis, quia in dicto Textu permittitur omnibus, hoc eſt tam Epiſcopis, quam Abbatibus eadem Mitra in figura, ſed juxta diverſas qualitates iſta reputatur differens, hoc eſt, cum laminis argenteis, vel aureis, vel gemmeis, vel aurifriſiatis, vel albis; ergo attenditur diverſitas habitus in circumſtantiis, & coloribus, non autem in ſimilitudine figuræ, & facit Rot. coram Carill. *dicta dec.* 76. *num.* 12.

Quodque in hac materia ſufficiat diverſitas in colore, & in circumſtantiis, late probat Caſſan. *in Catalog. gloriæ Mundi par.* 5. *conſiderat.* 38. *concl.* 48. *n.* 9. ubi quod ſufficit diſſimilitudinem adeſſe in uno ibi — *quia data una diſſimilitudine etiam paria judicabunt diverſa & ante ſub n.* 8. *in fine* refert facetiam Poggy de contentione ſecuta inter Januenſem, & Gallicum, qui cum Januenſem impeteret, ex quo geſtabat in ſcuto *Caput Bovis* inſigne proprium Gallici, & acceptato invicem duello, in actu pugnæ Januenſis interrogavit, qua de cauſa certaretur, & reſpondente Gallico, quod cauſa erat, quia geſtabat in ſcuto *Caput Bovis* ſuum Inſigne, elegantiſſime replicavit Januenſis: *Non eſt opus certamine aliquo; nam hoc quod porto non Bovis, ſed Vaccæ caput eſt*, & ſic pugnam cluſit.

Hæc procedunt ſi Cathedralis, & Collegiata ſint in eodem loco, ſed utrum ſi diſtent inter ſe, &
per multum tractum milliarium Cathedralis ſit re- 6
mota a loco Collegiatæ, poſſit concedi idem habitus Collegiatæ, qui per Canonicos Cathedralis geſtatur cum limitatione, quando uterque Clerus non conveniat in functionibus, ego negativam reportavi in *dicta Trojana Indulti Cappe Canonicalis*, ſed contrarium ſuſtineri poſſet, non obſtante contradictione Cathedralis; nam tali caſu ceſſat indecentia, & incongruentia ob diſtantiam utriuſque Cleri, ac etiam ex eo quod ubi ſimul conveniunt Canonici utriuſque Eccleſiæ, illi Collegiatæ non poſſunt eundem habitum deferre limitatum, ut ſupra, ex qua limitatione in congreſſibus ſatis obviatur indecentiæ, & demonſtratur majoritas Cathedralis, ut probat Text. *in d. cap. ut Apoſtolica de privil. in* 6. & probat exemplum Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi ſummæ Diœceſis Nolanæ, cujus Canonicis fuit conceſſus uſus Cappæ, non obſtante, quod Canonici Cathedralis Nolanæ eum non haberent, apud Pignatell. *tom.* 6. *Conſult.* 59. *n.* 8. *verſic. quod prædicta.*

An autem Indultum habitus concedi poſſit, ſi Canonici Collegiatæ illum ſibi arrogaſſent ex conſuetudine, videtur negative reſolvendum ex Text. *in l. auctoritatem C. Unde ſi*, ubi ſancitur violentum ſpoliatorum rei alienæ non eſſe confovendum in ſpolio ex reſcripto Principis, ſed contrarium tenens; Etenim, ut *in d. l. Auctoritatem n.* 1. optime

me

Digitized by Google

me advertit Salicetus, diſpoſitio Textus eſt ſpecialis in odium ſpolii ac violenti poſſeſſoris, quod hic nequaquam concurrit, ac etiam quia ibi agebatur de uſurpatione poſſeſſionis factæ tertio, in cujus præjudicium non debeat Princeps larronem præſidio ſuo communire; ſecus autem eſt, ubi agitur de ſolo præjudicio Principis concedentis, hoc enim caſu ſolet Princeps etiam uſurpanti, quod ſuum eſt, ex gratia concedere, ut ait Salicet. *in d. l. auctoritatem n. 2. verſ. ſed modicum, & verſic. ſecus ſi ſciebat*, ubi id maxime procedere dixit, ſi quicquid uſurpatum eſt, fuerit longo tempore poſſeſſum ibi – *ſi multum tempus tranſivit* – & probatur ex Tacit. *lib. 14. Annal.* ubi poſtquam per ſententiam Cirenenſibus abjudicati fuerunt agri ſpectantes ad Populum Romanum, ab eis uſurpanti Nero Imperator eoſdem agros illis ex gratia conceſſit ibi – *Nero probata Strabonis ſententia ſe nihilominus ſubvenire ſociis, & uſurpata concedere ſcripſit*.

Lite autem pendente, ac etiam poſt rem judicatam favore Cathedralis contra Collegiatam, ne poſſit deferre habitum Cappæ ac Rocchetti, poteſt concedi Indultum eidem Collegiatæ ſi habitus Cathedralis ſit diſſimilis ſeu diverſus, neque obſtat jus quæ-
8 ſitum colligitanti per litem, ſeu rem judicatam; nam hæc concluſio procedit in iis, quæ ſunt juſtitiæ & pertinent ad privatum intereſſe partium, ut ex. gr. ſunt ſanationes cenſuum, quæ non conceduntur ex gratia poſt jus parti quæſitum ex ſententia, ſed non applicatur ad rem iſtam, ubi Cathedralis nullum habet intereſſe ob diverſitatem habitus, ſed ſolum ſe oppoſuit tanquam unus de populo ad impediendam geſtationem habitus abſque Indulto Apoſtolico, qua in re datur actio popularis, Pignatell. *Conſult. 59. n. 14. tom. 6.* Card. de Luc. *de praemin. diſc. 45. n. 16.* Hoc enim caſu nedum poſt latam unicam ſententiam, ſed etiam poſt rem judicatam poteſt peti, & interpetrari Indultum Apoſtolicum; agitur enim de Regalibus Summo Pontifici reſervatis, in quorum conceſſione ipſe utitur ſua poteſtate, neque dependet a privata æmulatione, & invidia colitigantis, cum in hac materia ipſe habeat abſolutam poteſtatem, & ipſe ſolus habeat intereſſe, ut *in l. 2. C. de veſtib. Holober. lib. 11.* & paſſim videmus lites agitari ex defectu privilegii, aut beneplaciti Apoſtolici, quod poſtea partes ſuccumbentes in via Juſtitiæ obtinent ex gratia.

Denique advertendum, quod Cappa, & Rocchettum nullo modo denotaret Juriſdictionem, ſed ſolum perfectionem, gravitatem, & ornamentum Per-
9 ſonarum, ut tenet Ceccoper. *ubi ſupra n. 93.* ibi – *hujuſmodi habitus non denotant ſuperioritatem, vel poteſtatem, ſed duntaxat perfectionem, gravitatem, & ornamentum perſonarum, & quod non ſint ſimplices Presbyteri* – & ſi eſſet verum contrarium aſſumptum Sedes Apoſtolica nunquam conceſſiſſet Canonicis Collegiatarum hujuſmodi habitum, quando tamen frequentia ſunt exempla nedum pro Canonicis, ſed etiam Capellanis, ut apud Barboſ. *in verb. Cappa n. 10.* Conrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 14. n. 13. & 14.* Pignatell. *conſult. 59. ſub n. 8. tom. 6.*

Et ideo habitus poteſt deferri nedum in Eccleſia, ſed etiam extra in proceſſionibus, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis, cum ſit privilegium perſonale, quod non circumſcribitur loco, ut reſolvit Sacra Congregatio 19. *Auguſti* 1634. & teſtatur Ceccoper. *ubi proximo n. 92. & 93.* ibi – *Antedicta Inſignia Canonicis impertita poſſunt ab eiſdem deferri in functionibus Eccleſiaſticis etiam extra Diœceſim, &c. ut deducitur ex Decreto Sac. Rituum Congregationis die 19. Auguſti 1634. Ratio eſt, quia Privilegium eſt perſonale, quod perſona ſecum ubicumque defert, nec reſtringitur in loco.*

Et patet ab exemplis conceſſionum Apoſtolicarum, ubi ornamenta inſigniora Mozettæ, & Rocchetti conceſſa fuerunt ipſis Canonicis geſtanda tam in Eccleſia Collegiata, quam extra in omnibus functionibus, ut apud Conrad. *in prax. benef. lib. 2. cap. 14. n. 10.*

LAUDEN. FUNERUM

PRO

Capitulo, & Canonicis Civitatis Laudæ

CUM

Regularibus ejuſdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Quando ad funus Parochiani defuncti invitantur Regulares pro aſſociatione, an invitari debeat Capitulum Cathedralis habens curam habitualem? ejus Canonicis an ſit dandus cereus major, quam Regularibus, & an duplum eleemoſynæ dari debeat Parocho pro cadaveribus tumulandis extra Parochiam? ad quæ onera teneatur Capitulum, Rector habitualis, & ejus Vicarius perpetuus habens actualem.

SUMMARIUM.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Capitulum Eccleſiæ Cathedralis non poteſt prætendere, quod debeat invitari pro aſſociatione cadaverum, ubi vocantur Collegia Regularium*, & n. 3.
4 *Idque procedit etiam in funeribus Parochianorum ipſius Capituli habentis curam animarum*, ex Pignatell. *& num. 5. vide num. 6. & 7.*
9 *Stante conſuetudine, vocandum eſt Capitulum in caſu, de quo agitur, & n. 15.*
10 *Conſtitutio diſponens aliquid inhærendo conſuetudini præcedenti, iſtam plane probat, & quidem præſcriptam ſpatio 40. annorum, ſi talis requiratur juxta ſubjectam materiam*, & n. 11.
12 *Quando ſententia faciat ſtatum, & probet conſuetudinem.*
13 *Licentia data pro faciendo aliquid ſine interventu dantis licentiam probat, quod iſte habet Jus interveniendi.*
14 *Conſuetudo probatur rationabilis ex judicatis, & Statutis ſuper ea fundatis.*
15 *Servanda eſt Conſtitutio Synodalis circa dandum majorem Cereum Canonicis Eccleſiæ Cathedralis, quam Regularibus in aſſociatione cadaverum.*
17 *Talis Conſtitutio eſt rationabilis.*
18 *In hoc non applicantur Decreta Sac. Congregationum prohibentium Parocho majorem eleemoſynam petere pro cadaveribus tumulandis in Eccleſiis Regularium*, & n. 19.
20 *Parochus pro tumulandis cadaveribus extra Parochiam non poteſt prætendere majorem eleemoſynam, quam dari ſoleat, ubi in propria ſepeliuntur.*
21 *Conſtitutio Synodalis ſervanda venit.*
22 *Decreta Sacr. Congregationum, non obſtante Conſtitutione Synodali, prohibentia Parochis recipere majorem eleemoſynam pro tumulandis cadaveribus extra Parochiam procedunt, ubi iſta tumulantur in Eccleſiis Regularibus, ſed vide n. 23.*
24 *Immemorabilis an probetur ex Statuto, quod facit mentionem de conſuetudine praexiſtenti.*
25 *Stante immemorabili, Parochus prætendere poteſt majorem eleemoſynam pro cadaveribus extra Parochiam tumulandis, & n. 30. 31. 32. 32. 34. 35.*
26 *Reſponſio ad reſolutionem in Mantuana funerum & 27.*

27 *Im-*

Digitized by Google

27 *Immemorabilis nonincluditur ſub Decretis Sac. Congregationum, niſi in ſpecie dicatur: immemorabili non obſtanto.*

28 *Reſpondetur* Peyr. *ad conſtitut. minim.* & numer. 29.

36 *Judicatum hujus cauſe.*

37 *Ad que onera teneatur Vicarius perpetuus*, & num. 38. uſque ad 42.

43 *Reſolutiones Sacræ Congregationis* ex num. 44. uſque ad n. 48.

DISCEPTATIO L.

1 INter Regulares Civitatis Laudæ, necnon Capitulum Eccleſiæ Cathedralis in materia funerum orta eſt controverſia ſuper infraſcriptis tribus punctis.

Primo, *An quando pro aſſociandis ad ſepulturam cadaveribus invitantur Regulares plurium Religionum, invitandum quoque ſit Capitulum Eccleſia Cathedralis.*

Secundo, *An cereus geſtandus per Regulares in funeralibus debeat eſſe ejuſdem ponderis, ac datur Canonicis, & Parochis, ſeu potius ſervanda ſit Conſtitutio Synodalis, & conſuetudo.*

Et Tertio, *An pro cadaveribus tumulandis extra propriam Parochiam, debeatur Parocho duplex eleemoſyna que datur, ubi illa ad Parochiam deferuntur.*

Et quia Regulares ſuppoſuerunt ſuper omnibus hujuſmodi articulis extare reſolutiones, & Decreta Sac. Congregationis Concilii, & Rituum ipſis favorabilia, idcirco expedito monitorio coram A. C. Origo ſuper illorum obſervatione Cauſa fuit in Contradictorio diſputata.

Quo igitur ad primum articulum ſcribens pro Regularibus dicebat, injuſtam eſſe prætenſionem Capituli, cum a libero hæredum arbitrio pendeat
2 ad defuncti funus vocare, quos ultra proprium Parochum volunt, ut articulo diſcuſſo late probat Pignatell. *conſult.* 205. *n.* 26. *uſque ad finem tom.* 4. & in ſpecie decrevit Sac. Congregatio Concilii *in Matheraten. funerum* 3. *Novembris* 1660. *ſuper ſecundo dubio, & in Lavellen.* 16. *Junii* 1668. Rot. *in Caſſalen. quarta funeralium* 16. *Februar.* 1697. §. *quoad octavum dec.* 15. *n.* 10. *poſt* Anton. *de Jurib. Cleric.* Nicol. *in Floſcul. in verb. ſepultura n.* 12.

Quinimmo nedum injuſtam, ſed etiam ſimonia-
3 cam eſſe hujuſmodi prætenſionem Capituli, eo quia Clerus Secularis non vult concedere Jus illud, quod habent Religioſi in re ſpirituali, ſcilicet aſſociandi mortuos, niſi ipſis Clericis Secularibus aliquid temporale concedatur, ſcilicet emolumentum ab eiſdem prætenſum pro aſſociatione, originaliter docuit Silveſt. *in ſumma in verb. immunitas Eccleſia* 3. *quaſt.* 9. *& in verb. Simonia quaſt.* 11. Ceſped. *de exempt. Regul. cap.* 12. *dub.* 219. *num.* 18. *verſic.* 3. *adduci poteſt, & num.* 19. Donat. *in prax. tom.* 3. *tract.* 10. *quaſt.* 18. *num.* 1. Peyrin. *ad Conſtitut. minim. tom.* 1. *in additam ad Conſtitut. Leon X. cap.* 4. *num.* 7. A Spiritu Sancto *in Director. Regul. tract.* 2. *diſp.* 3. *ſect.* 4. §. 2. *n.* 135.

Nihil obſtante, quod Capitulum ſit Parochus, eo quia penes ipſum reſidet cura, ideoque neceſſario vocandus; quia in terminis reſpondet Pignat.
4 *in d. conſult.* 205. *n.* 33. *tom.* 4. quod Decreta Sac. Congregationis Concilii requirentia Parochum neceſſario vocandum, intelliguntur de Parocho actuali deputato per Capitulum, non autem de Capitulo habitualem curam habente, cujus Canonici non conſtituunt unum corpus cum Parocho actuali, quia non habent Juriſdictionem Parochialem.

Probat ulterius aſſumptum hoc Pignatell. quia ſi Canonici vellent comitari funus uti Parochi, non
5 poſſent tamen accipere niſi unicam quartam funeralem inter ſe dividendam, non autem tot quartas funerales, quot ſunt Canonici, & propterea dum volunt habere alia emolumenta præter quartam, non dicuntur accedere uti Parochi, quibus non debetur niſi quarta, & ſic contendunt de emolumentis extraordinariis, non pro acceſſu ad effectum conſequendi quartam Parochialem; ac ulterius, quia ſi Canonici dicerentur tot Parochi, & conſtituerent unum corpus cum Parocho, utique poſſent cogi ad aſſociandum funus, a quo Parochus non poteſt excludi, & tamen non poſſunt cogi.

Scribens ego pro Capitulo, dicebam non applicari ad præſentem quæſtionem Decreta Sac. Con-
gregationis Concilii in *Matheranen. & Lavellen.* 6
de quibus ſupra, quoniam Capitulum non prætendebat ſe eſſe vocandum indifferenter in quolibet funere in quo vocantur Regulares, ſed admittebat, quod in funeribus Parochianorum alterius Parochiæ eſſet in libertate hæredum vocare, vel non vocare Capitulum, & quot Sacerdotes voluerint, ſive Seculares, ſive Regulares, & in his terminis advertebam loqui ſupra relata Decreta.

Prætenſionem vero Capituli dicebam conſiſtere in caſu diverſo, in quo Decreta prædicta non videbantur applicari, quod nempe eſſet vocandum ad funera propriorum Parochianorum, quando ad ea ab hæredibus invitantur alia Collegia, ſeu Confraternitates; hoc enim caſu Capitulum uti proprius Parochus poteſt intervenire, nec eſt in libertate hæredum omittere proprium Parochum, quale eſt Capitulum, ut declaravit Sac. Congregatio *in una Montis Piloſi* 1581. Teſte Donat. *in prax. tom.* 3. *tract.* 10. *quaſt.* 40. *numer.* 1. ubi quod excludi nequit Parochus etiamſi defunctus jubeat acerſiri tantum Regulares, Lezzan. *in Summ. quaſt. reg. tom.* 2. *in verb. defunctus num.* 2. & iſta obligatio vocandi Parochum eſt expreſſa in Jure, ut ex *cap.* 1. *de ſepultur. & Clem. dudum* §. *verum eodem titulo* probat Card. de Luc. *de Paroch. diſc.* 28. *n.* 6. Ventrigl. *in Prax. part.* 2. *annotat.* 31. §. *unico num.* 41. Lavor. *var. Lucubrat. tit.* 2. *cap.* 11. *numer.* 75.

Et ſubjungebam, iſtam concluſionem non re-
ſtringi ad Parochum ſingularem, ſed etiam exten- 7
di ad Parochum, qui intervenit in figura Collegii, ut eſt Capitulum habens annexam curam animarum, & repræſentans figuram Parochi, ut deciſum fuit per Rot. *in Neapolitana Funeralium*, & teſtatur Card. de Luc. in ea Cauſa ſcribens *diſc.* 28. *de Paroch. n.* 5. *verſic. verum & n.* 6. ibi – *primi » enim repræſentant Parochum, cui de Jure compe» tit Jus interveniendi in funeribus & ſub num.* 8. *» & 9.* ibi – *cum ſpectetur ipſum Collegium tan» quam conſtitutivum ſeu repræſentativum perſona Parochi* – & ſub *num.* 12. ibi – *Interventus &c. neceſſarius ſicuti eſt ille Collegii hebdomadariorum utpote repræſentantis Parochum.*

Verum agnoſcebam hujuſmodi aſſumptum ſuſti- 8
neri non poſſe, dum obligatio vocandi Parochum proprium intelligitur de ſolo Parocho actuali, neque in his terminis applicatur Rot. *in Neapolitanam Funerum* de obſervat, Pignatell. *ubi ſupra numer.* 34. Ideoque convolabam ad aliud motivum,
dicendo adhuc Capitulum eſſe vocandum propter 9
conſuetudinem particularem firmatam etiam in contradictorio Judicio, dum uſque in fine præteriti ſeculi concurrit, Decretum Viſitationis, in quo cavetur quod in funeribus Parochianorum Cathedralis, & San. Agnetis Cathedralis annexæ, quando invitantur plures Cruces, invitandum quoque ſit Capitulum ibi – *tunc vocetur Capitulum, juxta conſuetudinem antiquam* – quæ verba inducunt probationem antiquam conſuetudinis præcedentis, ut firmavit Rot. *in Dertbuſen. Juriſdictionis* 6. *Februarii* 1696. §. *hac autem*, coram R. P. D. Pio & 28. *Januarii* 1692. §. *huic ſuccedit* coram eodem, & *probat* Text. *in cap. Abb. San. Silvani* 25. *de verbor. ſignific. verſic. ſi vero*, & Rot. *in Saliſburgen. Juris Metropolitici* 13. *Febr.* 1698. §. *deveniendo*, coram R. P. D. Priolo, & talis conſuetudo ſic expreſſa in d. Decreto Viſitationis intelligitur de præſcripta legitime per ſpatium 40. annorum, ut ſcribunt Canoniſtæ in *Cap. Cumana de elect. ſignanter*, Jo. Andreæ, quem refert ibi Joannes

Digitized by Google

nes de Anania *num.* 4. ibi – *nota ſecundum* Joan. Andreæ *&c. quod verbum Conſuetudinis ſimpliciter prolatum intelligitur de præſcripta* – & ſequitur Panorm. ibidem num. 4. dicens – *nota, quod appellatione conſuetudinis intelligitur in dubio de præſcripta* – Trobat. de effect. immem. quæſt. 3. num. 126. ibi – *quando loquitur de conſuetudine intelligitur in Jure de præſcripta, cum non ſit conſuetudo donec ſit præſcripta*, Rebuff. *ad conſtit. regias, tom. 3. tit. de conſuetudine in præfation. num.* 40. ibi – » *ex quo infertur quod conſuetudinis nomine venit* » *conſuetudo præſcripta, quaſi longo tempore in-* » *ducta, quia antequam inducta ſit non poteſt di-* » *ci conſuetudo, & ſic in vanum ſuper hoc diſpu-* » *tant Doctores, unde dicit* Bald. *cap. 1. de feudi* » *cognit. num. 2. quod conſuetudo antequam ſit præ-* » *ſcripta, ideſt inducta, non dicitur conſuetudo ſed* » *voluntas inducendi conſuetudinem, quæ antequam* » *ſit inducta, requirit factum, ideſt uſum, & i-* » *pſum conſueſcere, quæ debent eſſe antequam con-* » *ſuetudo inducatur &c. ſed non dicitur conſuetu-* » *do niſi longo tempore inducta ſit* – Ideoque ſecundum ſubjectam materiam Eccleſiaſticam con-
11 ſuetudo enunciata in d. Decreto Viſitationis intelligitur præcedenter talis inducta, qualis juxta materiam intelligitur, ac de Jure requiritur, nempe præſcripta ſpatio 42. annorum, ut firmavit Rot. me ſcribente, *in Hiſpalenſi Juris ſedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Ex hoc tamen*, coram R. P. D. Muto.

Ultra dictum Decretum probans conſuetudinem præſcriptam, concurrebat judicatum anni 1597. cum enim quidam Parochianus Cathedralis inſtituta herede Confraternitate Sanctiſſimæ Trinitatis mandaſſet in ejus funere non adhiberi aliam pompam, quam aſſociationem ejuſdem Confraternitatis, & duarum Religionum ſub pena caducitatis ab hæreditate, Confraternitas ſciendo poſſe Capitulum intervenire juxta antiquam conſuetudinem, ideo, ne per hoc incurreret in caducitatem, recurſum habuit ad Epiſcopum, ut inhiberet Capitulo interven-
12 tum funeri, & Epiſcopus cauſa cognita, & in contradictorio Judicio declaravit Capitulum intervenire debere juxta Decretum Viſitationis ſupra relatum, & juxta conſuetudinem antiquam, præſervando Confraternitatem ab incurſu caducitatis; quod judicatum nedum probat conſuetudinem, ſed facit ſtatum contra omnes habere prætendentes Jus prohibendi Capitulum ab interventu in funeralibus, juxta Text. *in l. Ingenuum, ff. de ſtatu hominum*, & quod hujuſmodi judicatum probet conſuetudinem præcedentem, firmavit Rot. *deciſ.* 21. *num.* 7. penes Antonell. *de Jur. & oner. Clericor.*

Accedebat denique in probationem conſuetudinis antiquæ ſeries plurium licentiarum, quas dedit
13 Capitulum circa peragenda funera ſuorum Parochianorum, abſque interventu Capituli etiam intervenientibus Regularibus, quæ licentiæ præſupponunt in antecedens Jus, quod habebat Capitulum accedendi in funeribus ſuorum Parochianorum, Poſth. *de manuten. obſerv.* 24. *n.* 16.

Quod autem ſtante hujuſmodi conſuetudine maxime, ut in caſu præſenti probata per ſeculum, &
14 ultra, Capitulum debeat neceſſario intervenire funeribus, eſt evidentiſſimum, & probat ipſo Pignat. in contrarium adductus *conſult.* 205. *n.* 4. ubi quod ut evocetur Clerus Parochiæ defuncti ſimul cum Regularibus, poteſt introduci ex conſuetudine quadragenaria, tanquam rationabili, quia non eſt mere coactiva hæredum defuncti, ut præciſe evocent Clerum, ſed ſolum inducit prælationem ejuſdem Cleri in caſu, quo hæredes velint funus aſſociari per alios extraneos; quæ quidem prælatio eſt in Jure fundata, cum Clerus inſerviat Eccleſiæ Parochiali prædicando, celebrando Miſſas, & Divina Officia, immo etiam adjuvando, & Parochum in adminiſtrando Sacramenta Parochianis, Gratian. *diſcept.* 492. *num.* 7. Pignatell. *conſult.* 205. *num.* 39. Card. de Luc. *de Parochis d. diſc.* 28. *num.* 8. *verſ. iſtoque*, Gabriel. *conſ.* 190. *numer.* 7. *tom.* 2. & rationabilitatem hujus conſuetudinis probat etiam d. Decretum Viſitationis, nec non judicatum anni 1597. ut in ſpecie ponderat Rot. *d. deciſ.* 21. *num.* 10. *in fine Verſic. per maxime poſt*, Antonell. *de Jurib. Cleric.* eſt enim valde æquum, ut extraneis 15
præferri debeant Clerici Eccleſiæ Parochialis in aſſociatione funerum ſuorum Parochianorum, ad Text. *in Can. quia Sacerdotes* 10. *quæſt.* 1. Rota coram Merlin. *deciſ.* 685. *num.* 24. & me ſcribente, in *Placentina prætenſæ Collegialitatis* 20. *Junii* 1695. §. *præcipue*, coram R. P. D. Scotto.

Tranſeundo ad ſecundum articulum dicebam cereum majorem deberi Canonicis, & minorem Regularibus; & in hac parte ſervandam eſſe conſti- 16
tutionem Synodalem ita caventem, & ſolitum in ejus ſequelam introductum; hæc enim Conſtitutio, & conſuetudo dubitari non poteſt, quin ſervanda veniat, cum non contineat aliquid, quod ſapiat abuſum, aut avaritiam, aut aliud abſurdum ex traditis per Pignatell. *Conſult.* 48. *num.* 54. & 61. *tom.* 3.

Quinimmo conſuetudo, & Conſtitutio fundantur in evidenti rationabilitate, nempe in decore perſo- 17
narum, & dignitatis Capituli, & Canonicorum, ut legitur in principio Conſtitutionis. Etenim dubitari non poteſt, quin Clerus ſecularis ſit dignior Regulari, & maxime quando agitur de Capitulo Eccleſiæ Cathedralis, quod eſt diſtinguendum in honore ab ipſis Regularibus in hujuſmodi Proceſſionibus, qui in honorificentiis eidem cedere debent, uti facienti ſimul cum Epiſcopo unum corpus, ut in ſpecie Felin. *in cap. cum non liceat num. 2. de præſcript. verſ. & quando Capitulum invitatur ad funus ibique* Panormit. *num.* 2. & Pignatell. licet ſibi contrarius, & modo negans, & modo admittens *d. conſult.* 48. *n.* 63. & 65.

Et in hoc articulo nihil prorſus applicari dicebam Decreta Sacræ Congregationis *in Papien funerum* & alia diſponentia, ut Parochi prætendere 18
nequeant majorem eleemoſynam quando cadavera tumulantur in Eccleſiis Regularium, quippe in præſenti non prætenditur eleemoſyna major pro ſepultura, ſed candela major, & honorificentior in proceſſione ratione prærogativæ Capituli Secularis, & Eccleſiæ Cathedralis, quod ſicut præcedit in Proceſſionibus ipſi Regularium Collegio, ita & prælationem habere debet in geſtatione candelæ majoris, nec minus iſta prætenditur in odium eligentium ſepulturam in Eccleſiis Regularibus, ſed generaliter tam quando cadavera deferuntur ad Eccleſias Regulares, quam ad alias quaſcunque Seculares, & in Summa ubicunque cadavera ſepeliantur, nec minus quæſtio agitatur cum ſuppoſitu, quod Regulares prætendant æqualem cereum cum Capitulo, volentibus illum ita dare hæredibus defuncti, ſed ubi prætendunt illum etiam contra voluntatem hæredum, & ſic neque per umbram applicantur reſolutiones Sacrarum Congregationum, de quibus infra, quæ tamen ſunt ponderandæ in circumſtantiis, non autem ſumendæ in cortice, & in abſtracto, & ſine applicatione ad quæſtiones in poſterum emergentes, ut notat Card. de Luc. 19
in annot. ad Concil. Tridentino diſc. 1. *numer.* 11. Pignatell. *conſult.* 1. *num.* 18. *tom.* 1. & *conſ.* 2. *n.* 11. *tom.* 3.

In tertio dubio, in quo ex parte Parochi prætendebatur duplicata eleemoſyna pro tumulatione cadaverum extra propriam Parochiam, agnoſcebam 20
difficultatem, quoniam ſcribens in contrarium allegabat punctuales auctoritates, Decreta Sacrarum Congregationem, nec non Conſtitutiones Summorum Pontificum prohibentia Parocho recipere eleemoſynam duplicatam; & quidem Doctores erant Nicol. *in Floſcul. in verb. Sepultura numer.* 25. Amoſtaz. *de cauſ. piis tom.* 2. *libr.* 6. *cap.* 3. *numer.* 44. Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 2. *quæſt.* 187. *artic.* 4. *inſpect.* 3. *numer.* 167. Fraſſo *de reg. Patron. capit.* 91. *numer.* 42. & *ſeqq. tom.* 2. Murg. *de Sepult. tractat.* 7. *ſect.* 4. *diſquiſit.* 12. *numer.* 14. & *ſeqq.* Romaguer. *ad Conſtit. Synod. Gerunden. lib.* 3. *num.*

Digitized by Google

num. 9. cap. 3. numer. 25. cum duobus ſeqq. Portell. *in dub. regul. in verb. Sepultura in addit. numer.* 2. Ceſped. *de exempt. reg. dub.* 218. *numer.* 18. Donat. *in prax. tom.* 3. *tract.* 10. *de Sepultura quaſt.* 16. *per tot.* & Peyrin. *latiſſime in addit. ad Conſtit. Leonis XI. cap. 4. num. 7. & 8. tom.* 1. Pignatell. *conſult.* 208. *num.* 1. *& ſeqq. tom.* 4.

Reſolutiones Sacrarum Congregationum nempe Epiſcoporum, & Regularium 7. Decembris 1640. apud Lezzan. *in ſumma quaſt. regul. tom. 2. in verb. Sepultura quoad Regulares numer. 5. in fine*, item Sacr. Congregationis Concilii in una *Papien funerum* 12. Decembris 1665. relata per Panimoll. *deciſ. 5. annot. 3. numer. 69. & 70. in Conventualium Quarta funeralis 27. Martii 1677. & in Mantuana funerum 16. Januarii 1694. & in Inſularum Canaria Juriſdictionis 3. Julii 1694. de quibus infra n. 40. & 41.*

Et demum Apoſtolicas Conſtitutiones B. M. S. Pii V. Clem. VIII. & Urbani VIII. & Clem. X. quas referunt Lanthuſca *in Theatr. regul. in verb. Parochus n. 1. & in verb. Sepultura num.* 2. Ceſped. *de exempt. regul. d. dub.* 218. *num.* 15. *&* 18. Portell. *in verb. Sepultura in addit. num.* 2. Donat. *ubi ſupra quaſt. 16. num. 2. & 3.* & Peyrin. *ad Conſtit. Leonis X. in additament. cap. 4. num. 7. & 8.* ubi accerrime invehit contra Parochos, Pignatell. *d. conſult.* 108. *n. 1. & ſeq. tom.* 4.

Ad defenſam ego Capituli, ſeu Parochi Eccleſiæ Cathedralis allegabam in hac re Conſtitutionem Synodalem antiquiſſimam anni 1574. in qua talis eleemoſyna duplicata perſolvi jubetur inhærendo conſuetudini præcedenti ibi – *Secundum id quod pariter hac re perſolvi conſueverat ab eis ad*
21 *quos pertinebit, erogetur* – quæ Conſtitutio ſervanda erat tanquam lex municipalis antiquiſſima & fundata in conſuetudine præexiſtenti, ex firmatis per Gonzal. *ad reg. 8. Gloſſ. 9. §. 1. n.* 18. Rot. *deciſ. 74. num.* 20. coram Zatat. *& dec. 115. num. 6. part. 19. Recent. & in d.* Derthuſen. *juriſdictionis 6. Febr. 1696. §. diſpoſitio*, cor. R. P. D. Pio.

Decreta vero Sacrarum Congregationum, nec non Apoſtolicas Conſtitutiones, & Doctores generaliter dicebam, non obſtare tanquam loquentia
22 de majori eleemoſyna, quam Parochi volunt exigere pro tumulatione cadaverum in Eccleſiis Regularium, quæ proinde cum fundentur in eo, quod ſimiles Conſtitutiones Synodales ſint in odium particularis perſonæ, nempe Regularium, ne in iſtorum Eccleſiis ſepulchra eligantur, ceſſant profecto in caſu præſenti, ubi duplex eleemoſyna per Conſtitutionem Synodalem non datur Parocho pro ſepultura electa in Eccleſiis Regularium, ſed generaliter, & univerſaliter ea dari jubetur, ubicunque extra Parochiam cadavera ſepeliri contingat, quod ſane Statutum cum non ſit in odium particularis perſonæ, ſed generale, validiſſimum reputatur, quicquid ſecus, ubi tenderet contra ſolos Regulares, juxta theoricam Bart. *in l. omnes populi num. 53. verſ. aut ſtatutum ff. de Juſtit. & jur.* Panor. *in cap. cum omnes de Conſtit. num. 2. ibique* Felin. *ex num. 1. ad 6.* Bald. *num.* 11. Alex. de Nævo *num. 7. &* 20. Anchatan. *conſ.* 298. *num. 6. &* 7. Antonell. *de loco legal. lib. 2. cap. 15. quaſt. 10. num.* 275.

Verum iſta reſponſio non videbatur tuta, quia una ex reſolutionibus ſupra relatis hoc eſt *Mantua-*
23 *na funerum* non ſe reſtringit ad caſum, quo ſepultura eligatur in Eccleſiis Regularium, ſed etiamſi generaliter extra Parochiam, bene verum eſt, quod *dicta Mantuana* non videbatur loqui ad caſum, dum ſolum erat quæſtio, quod Parochi prætendebant ultra quartam, exactionem *lib.* 12. pro quolibet cadavere, quæ exactio non erat pro eleemoſyna ſepulturæ, nec pro quarta; adhuc tamen dubitabam, quia quicquid ultra quartam Parochi exigebant, poterat intelligi pro eleemoſyna ſepulturæ, ideoque convolabam ad aliud motivum conſuetudinis immemorabilis; cum enim agatur de Conſti-
24 tutione Synodali anni 1574. & ſic antiquiſſima ultra metam centum anoorum, in eaque aſſeratur talem vigere conſuetudinem abſque eo quod appareat de principio, exinde dicebam probari immemorabilem, ut dixit Rot. *in allegata Derthuſen. juriſdictionis 6. febr. 1696. §. hoc autem*, cor. R. P. D. Pio ibi – *quod quidem antiquum, & authenticum Statutum concludentem immemorabilis probationem inducit tanquam enuncians ſolitum, & conſuetum abſque eo, quod appareat de principio* –

Quæ deciſio loquitur io terminis Statuti, quod enunciabat conſuetudinem his verbis – *ſicut hujus Eccleſia moris eſt uſitati* – in caſu autem præſenti non ſit mentio de more, ſed de proprio verbo conſuetudinis ibi – *perſolvi conſueverat* – quod verbum *conſueſcere* infert veram ac propriam conſuetudinem, ut bene Rebuff. *ad conſtitut. reg. tom. 3. tit. de conſ. in præfat. n.* 402 ſupra tranſcriptus.

Stante autem immemorabili non adverſari dicebam ſupra relata Decreta; cum talis conſuetudo
in eis tantum abeſt quod abrogetur, quin potius 25
præſervata legatur, ut in illa *Papien. funerum* 12. Decembris 1665. ibi – *nec non dictis Parochis licere ſalvo jure immemorabilis*, ut apud Panimoll. *deciſ. 5. annot. 3. n.* 69.

Contrariari tamen videbatur poſterior reſolutio
Sac. Congregationis Concilii *in d. Mantuana fune-* 26
rum, ubi narratur Conſtitutio Synodalis, necnon immemorabilis, & tamen reſponſum eſt contra Parochos; Ego pro reſponſione dicebam, quod in ipſo Decreto Sacræ Congregationis non fiebat mentio ſpecialis de immemorabili cum derogatione expreſſa uti requiritur, ſed ſolum in narrativa Decreti, quæ ſit per R. P. D. Secretarium Sacræ Congregationis, præſupponebatur talis conſuetudo atteſtata ab Epiſcopo, quæ in propoſitione cauſæ potuit negari per partem contradicentem, & per contrarias probationes excludi aut offuſcari, & proinde ſatis eſt, ut in Decreto non fuerit ſpecialiter expreſſa immemorabilis, ad hoc ut illa derogata, & comprehenſa non cenſeatur, ut optime Gratian. *diſcept. 492. num.* 5. & punctualiſſime Pignatell. *d. conſult. 208. n. 18. tom.* 4.

Maxime quia præcedit reſolutio in contrarium in allegata *Papien. funerum*, quæ præſervavit immemorabilem, itaut tanto minus præſumendum ſit fuiſſe ſucceſſive derogatum huic immemorabili in *d. Mantuana* abſque eo quod ſpecificaverit eam cum
ſolita clauſula – *immemorabili conſuetudine non ob-* 27
ſtante – juxta praxim cooſuetam, & ſane non videtur in his terminis ſpernenda immemorabilis, quia præſumit privilegium Apoſtolicum, immo tranſactionem inter Parochos, & Regulares, & Parochianos, alioſque intereſſe habentes in forma ſpecifica confirmatam per Summum Pontificem.

Obſtat tamen in hoc auctoritas Peyrin. *ad Conſtit. Leonis X. in additamen. cap. 4. num. 7. 8.* ubi
dicit, hanc prætenſionem Parochi eſſe monopo- 28
lium, ſcandalum, avaritiam, & corruptelam contra libertatem Eccleſiaſticam; verum advertendum eſt loqui, quando Parochus prætendit plus exigere pro ſepultura electa in ſola Eccleſia Regularium, quod eſt in odium particularis perſonæ, ut ſuperius dixi. Ulterius ego non video, quare etiam in caſu ſepulturæ electæ apud Eccleſias Regulares ſuffragari non debet Parochis conſuetudo immemorabilis, quando iſta præſumit meliorem titulum de mundo, itaut perinde operetur, ac ſi allegarent
Parochi privilegium, ſeu tranſactionem initam cum 29
intereſſe habentibus, & in ſpecie confirmatam per Papam, quæ ſi adeſſet procuidubio ſervanda foret; & ideo merito in his terminis Sacra Congregatio Concilii præſervavit immemorabilem *in d. Papien. funerum*.

Et ad magis enucleandam veritatem diſcurrendo in utroque caſu, tam quando Parochus prætendit
eleemoſynam duplicatam generaliter, & indiſtincte, 30
ubi cadavera io quibuſcunque Eccleſiis extra ſuam Parochiam ſepeliuntur, tam reſtrictive quando tumulantur in Eccleſiis Regularibus, in ſenſu veritatis dicebam hanc eleemoſynam duplicatam omni-

no de-

Digitized by Google

no deberi quoties concurrat conſuetudo immemorabilis, non enim in his terminis obſtant relatæ Conſtitutiones Summorum Pontificum, imo retorquentur in favorem, dum ex earum lectura patet Parochum non poſſe plus prætendere, quam fuerit conſuetum pro cadaveribus tumulandis in Eccleſiis Regularium præſervando Parochis Jus ſepulturæ ſolvi coosuetum, ut in Bulla B. Mem. S. Pii V. (ex qua deſumptæ emanarunt omnes ſequentes aliorum Pootificum) in §. 13. ibi – *ac etiam Jus ſepulturæ ſolvi tantum conſuetum Parochis, & non aliud eis ſolvi debeat* –

Uode aut hujuſmodi duplicata eleemoſyna præ-
31 tenditur pro Jure ſepulturæ, intelligendo de eo Jure quod implicet ipſam quartam, & hæc proculdubio debetur io ea quantitate, quæ fuerit per conſuetudinem taxata, tàm ex diſpoſitione ejuſdem Bullæ Piaoæ, Jus ſepulturæ *conſuetum* præſervantis, quam ex diſpoſitione Juris communis ſeu ſacrorum Caoooum, quibus attentis, certiſſimum eſt, quartam Parocho debitam poſſe ex conſuetudine augeri in tertia, ac etiam in medietate, ut eſt Textus apertus *in cap. certificari de ſepultur. & probat.* Barboſ. *de Offic. Paroch. part.* 3. *cap.* 25. *num.* 2. Ubi dicit, hanc conſuetodinem ſufficere præſcriptam ſpatio 40. annorum, prout ſi hæc eleemoſynæ implicaret quartam, ego talem coosuetudinem admitterem, quaodo quartas peteretur generaliter tam contra Eccleſias Regulares, quam Seculares, cum in hoc caſu noo obſtet *Reſolutio Mantuana*, quæ loquitur, ubi prætenditur aliquid præter quartam, & ſic de præſtatiooe, quæ ipſam non implicat, non autem ſi agatur de quarta duplicata permiſſa a Jure *in d. cap. certificari de Sepult.*

Aut vero eadem duplicata eleemoſyna prætendi-
32 tur pro Jure ſepulturæ intelligendo de eo Jure, tanquam diſtincto, & diverſo ab ipſa quarta, ſicut de Jure verius videtur, eo quia quarta datur ex iis, quæ in funeribus offeruntur ab hæredibus, Jus autem ſepulturæ eſt eleemoſyna primo voluotarie introducta per fideles pro habendo loco humandi cadavera in Eccleſia, quæ olim extra illam coodebantur, quæ eleemoſyna poſtea tranſivit in neceſſitatem, ut enarrat Pignatell. *conſult.* 208. *numer.* 21. *tom.* 4. & pariter hæc eleemoſyna cenſetur ſervata in relata Conſtitutione S. Pii V. in ea quantitate, quæ dari ſolita fuerit per conſuetudinem ſub citato verbo *conſuetum*, & de Jore etiam ita intelligendum eſt, quia dicta eleemoſyna potuit taxari per conſuetudinem io majori vel minori quaotitate, ut dicunt Gabriel. *Conſil.* 190. *ex numer.* 1. *lib.* 2. Gratian. *diſcept.* 210. *numer.* 10. *& ſeqq. & deciſ. March.* 26. *numer.* 14. *& ſeqq.* atque ita in puncto latiſſimo diſcurrit Pignatell. *d. conſult.* 208. *ex num.* 18. *& ſeqq. tom.* 4. ubi firmat, hanc eleemoſynam duplicatam, ſeu aliquid aliud ultra ſolitam eleemoſynam pro tumulandis cadaveribus in Eccleſiis Regularium attenta immemorabili omnino deberi.

Neque hic adverſantur abſurbitates, quæ dedo-
33 cuntur, ſcilicet impedimentum electionis ſepulturæ in Eccleſiis beneviſis arbitrio defuoctorum, avaritia, & ſcandalum, quia repeto dilemma ſuperius deductum, quod nempe, aut hæc eleemoſyna implicat ipſam quartam, & hæc de Jore permittitur in tertia vel io medietate, & ſic duplicata in d. cap. *Certificari de ſepult.* & ideo non continet aliquod abſurdum, alias ſequeretur, quod nulla quarta major ex conſuetudine peti poſſet, ſi impediretur ex ea arbitrium morientium, aot redoleret avaritiam, ſeu monopolium, & ſcandalum.

Aut vero eſt diſtincta ab ipſa quarta, & nec Regulares impedire, nec hæredes evitare poſſunt
34 ſolutionem hujus eleemoſynæ duplicatæ, cum iſta potuerit taxari in majori quantitate per conſuetudioem immemorabilem, quæ titulum legitimum præſumit, ut in ſpecie firmat Pignatell. *d. conſult.* 208. *num.* 18. *& ſeqq.* & ego addo, quod ſi quarta poteſt ex conſuetudine 40. anoorum taxari in medietate, & ſic peti duplicata, quamvis hæc lædat directe ipſos Regulares, a quibus ea perſolvi debet, ut apud Pignatell. *d. conſ.* 208. *n.* 21. *in fine*, quare immemorabilis non poteſt taxare eleemoſynam pro ſepultura io majori quantitate qoam debeatur, quando directe oon lædit Regulares, dum ab eis oon perſolvitur, ſed ab hæredibus defuncti, ut apud Pignatell. ubi *proxime n.* 21. *in fine*, quo vero ad ipſos defunctos, quod nempe iſti impediantur ex hoc onere eligere ſepulturam extra Parochiam io Eccleſiis Regularium, reſpondeo, quod hoc non videtur nimis conſiderabile, & tale, quod impediat arbitrium Teſtatorum; immo eſt magna ineptia ſcribenoum reflectere, quod propter qoatuor, vel ſeptem Julios quantum importare poteſt illud ſupra plus ſolitæ eleemoſynæ, Teſtatores retrahi poſſint ab eligendis ſepulturis io loco ipſis beneviſo, & ineptia eſt etiam conſiderare, quod haoc levitatem habere poſſint in capite Teſtatores cogitantes bonum aoimæ, mundi deſertionem, & vitam æternam in illo actu teſtandi circa hunc
punctum ſepulturæ, ita, & taliter, quod parum 35
defuit quominus ego aſſererem ſufficere ad hunc effectom conſuetudinem etiam 40. annorum; habui enim tentationem magnam.

Quod dictum eſt de immemorabili procedere puto etiam in centenaria, quæ eodem modo præſumit, mediorem titulum de mundo, præſertim quia Juſtitia ſeo rationabilitas conſuetudinis fundatur in lucro ceſſante, ſeu in eo quod perdit Parochus ob ſepulturam alibi electam, & qood habuiſſet ſi in ſua Eccleſia funus peractum ac cadaver tumulatum fuiſſet, ut notat Pignatell. *d. conſult.* 208. *n.* 23. *tom.* 4.

Judex in hac caoſa qooad primum dubium ſen- 36
tit contra, ad ſecundum vero, & tertium ſenſit favore Capituli; & ita ſententiavit, quod tertium dubium de facili decidebat ſupponendo poſſe Epiſcopum in Synodo ratione majoris laboris in aſſociationem cadaveribus taxare Parocho eleemoſynam doplicatam, & ſic tranſeundo cum conſtitutione Synodali.

Ad materiam Capituli habentis curam habitualem, de qua ſupra *num.* 4. quæro, ad quæ onera teneatur Capitulum Rector habitualis, & ad quæ
teneatur ejus Vicarius perpetuus habens curam a- 37
ctualem? Regula eſſe videtur, quod ea onera, quæ reſpiciunt curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, pertineant ad Vicarium; cetera vero ad Rectorem habitualem, ut reſolvit S. Congregatio Concilii in *Eugubina* 11. *Maii* 1594. quam refert, & ſequitur Pignatell. *conſult. Can. tom.* 4. *conſult.* 213. *num.* 15. *&* 16. Gavant. *in Manual. Epiſcopor. in verb. Vicarius perpetuus num.* 9. ubi refert aliam reſolutionem 27. *Martii* 1594. necnon Nicol. *lucubrat. Canon. lib.* 1. *tit.* 23. *num.* 7. *verſ. Sacra*, ubi refert duas alias reſolutiones in *Caurien.* 8. *Novembris* 1587. *& in Capuana* 25. *Martii* 1594. quæ eſt eadem relata per Gavant. *ubi ſupra*, idem Pignatell. *tom.* 10. *conſult.* 126. *num.* 7. *in fine*, *& conſult.* 157. *num.* 29. ubi refert San. Mem. Gregorium XIII. ex relatione Sac. Congregationis declaraſſe, ex ipſa Conſtitutione S. Pii V. omnia mera incumbentia Parochiali, in qua erecta ſit Vicaria perpetua, pertinere ad Vicarium ſolum, & oulla ex parte ad Rectorem habitualem.

Quæ autem ſint onera reſpicientia curam, & 38.
adminiſtrationem Sacramentorum, colligitur in parte ex caſibus deciſis io præcitata *Eugubina* apud Pignatell. *d. conſult.* 213. *num.* 16. *tom.* 4. ubi inter alia dicitur, onus reparationis Eccleſiæ ſpectare ad Rectorem habitualem, & eadem ratione, ſi iſte tenetur ad reparationem Eccleſiæ, tenetur ad reſtaurationem domus ipſius Vicarii, Pignat. *conſult.* 126. *num.* 10. *tom.* 10. ubi ſubjungit onus procurationis ad eundem Rectorem pertinere.

Hæc regula non eſt generaliter, & abſolute vera, 39
quia cum Vicario aſſignata ſit congrua, poteſt eſſe, quod iſta ſufficiat tantum pro ejus alimentis, nec propterea teneatur ad aliquas expenſas etiam ratione curæ, ut fuiſſe reſolutum *in una Sabinen.* 13.

Maii

Digitized by Google

Maii 1679. teſtatur *modernus Firman. voto* 100. *num.* 7. Ubi quod deciſum fuit Vicarium non habentem niſi Congruam ſcutorum 75. non teneri ad onus ſuppellectilium; Congrua enim alimentaria debet eſſe ab omni onere exempta, Barb. *ad Concil. ſeſſ.* 21. *cap.* 7. *num.* 6. *de reform. & de Paroch. cap.* 13. *n.* 4. *franceſ. de Eccleſ. Cathedr. capit.* 13. *n.* 46. *&* 50.

Propterea idem *modernus Firman. ubi ſupra* diſtinguit tres caſus, quorum primus eſt, ubi Vicarius habet ſolam Congruam ſufficientem pro ali-
40 mentis, & tunc non teneatur ad onera curæ, nec ad alia extra curam, ex. gr. reparationis Eccleſiæ juxta dictam *Sabinen.* Secundus eſt, ubi Congrua eſt ſufficiens tam pro alimentis, quam pro oneribus curæ, & adminiſtrationis Sacramentorum, & tunc teneatur ad hæc onera, ſecluſis aliis reparationibus Eccleſiæ, & ſimilibus, juxta deciſa in *dict. Eugubina* facit Rot. *dec.* 454. *num.* 2. *part.* 3. *rec.* Tertius denique caſus eſt, ubi Vicarius fuit proviſus de Congrua ſufficienti tam pro alimentis, quam pro omnibus oneribus etiam reſtaurationis Eccleſiæ, & tunc etiam reſtauratio Eccleſiæ pertineat ad Vicarium, juxta firmata per Sac. Congregationem in *Capuana* 16. *Decembris* 1634. relatas apud eundem *modernum ubi ſupra n.* 4.

Hanc diſtinctionem caſuum fundat ſuper reſolutione Sacr. Congregationis In *Nolana* 26. *Junii* 1581. ubi quod Vicarii habentes ex eorum annuis reditibus minus *ſexaginta* ducatis monetæ uſualis Regni, liberi eſſe debent a contributione pro domibus ædificandis; habentes vero *plus ſexaginta*, ſed non ultra *centum* ducatos annuos ejuſdem monetæ, contribuere debere partem ſuam cum illis, qui fructus Eccleſiæ percipiunt; habentes demum annuam ſummam *ultra centum* ducatos, teneri totaliter ad expenſas pro ædificatione domorum, & hanc reſolutionem referunt Nicol. *lucubr. Can. lib.* 1. *tit.* 33. *ſub num.* 7. *verſ. ſed pro majori explicat. tom.* 2. Petr. Greg. *Syntagm. Jur. libr.* 15. *cap.* 24. *num.* 2. quos antedictos caſus diſtinguere ſupponit *modernus Firmanus*, confert Thomat. *deciſ.* 5. *num.* 11. & hæc procedunt etiam ſi in aſſignatione emolumentorum facta Vicario dictum fuerit, quod ea *in ſuos uſus* convertantur, id enim intelligitur deductis oneribus & expenſis neceſſariis. Lother. *de re benef. lib.* 2. *quæſt.* 12. *n.* 18.

Adde tu, quod ſi Congrua ſit ſufficiens tantum pro alimentis Vicarii, adhuc iſte teneatur ſubire
41 onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, ſi ultra dictam Congruam percipit omnia incerta provenientia ex curæ exercitio, nempe pro funeralibus, ſepulturis, baptiſmis, ſponſalitiis, campanis &c. juxta regulam *oneris & commodi*; alia vero quæ non reſpiciunt curam & adminiſtrationem Sacramentorum, pertineant ad Rectorem habitualem, ſi vero hujuſmodi incerta ſint diviſa inter Rectorem habitualem & Vicarium, etiam onera reſpicientia curam erunt dividenda niſi concurrat conſuetudo, quod uni ex eis tantum incumbant.

Obſervantia contraria ei, quod de Jure eſt, in hoc puncto non relevaret, quia connivenţia, & permiſſio anteceſſorum non præjudicat ſucceſſoribus
42 *modernus Firman. d. voto* 100. *numer.* 14. *&* 15. ubi ampliat etiam ſi eſſet per longum tempus, & circa conſuetudinem in hoc puncto vide, quæ ſcribunt Franceſ. *Eccleſ. Cathedr. cap.* 13. *ſub num.* 10. Sperell. *deciſ.* 67. *numer.* 20. *& ſeqq.* Thomat. *deciſ.* 5. *numer.* 10. Rot. *dicta deciſ.* 454. *numer.* 4. *part.* 3. *rec.* ubi quod debet apparere vel juſta, vel effectuata, cum requiſitis ſignanter cum frequentia actuum.

Circa reſtaurationem domus Vicarii, adverte, quod ſi ipſe fuiſſet in culpa deteriorationis, ad eum pertineret refectio *l. cum fructuarius ff. de uſufruct.* Gratian. *diſcept.* 778. *numer.* 7. Franceſ. *de Eccleſ. Cathedr. cap.* 13. *numer.* 108. Garz. *de expenſ. cap.* 11. *num.* 30.

Cum B. M. S. Pius V. in *Conſtit.* 139. erexerit 11. Vicarias perpetuas in totidem Eccleſiis urbis ſtatuta Congrua in certa quantitate, ac inſuper in omnibus emolumentis *ratione exercitii curæ & officiorum funeralium, quæ in ipſa die humationis cadaverum celebrantur*, dubitatum fuit, an emolumenta funeralium Vicario perpetuo debeantur pro cadaveribus non Parochianorum, ſed exterorum, qui ſibi funus & ſepulturam in aliqua ex prædictis Eccleſiis reliquerunt? S. M. Alex. VII. affirmative declaravit ita explicando Conſtitutionem Sancti Pii V. ut ex decreto anni 1659. exiſten. in S. Congregatione Viſit. Apoſtolicæ ibi — *declarat & decernit emolumenta quæcunque Parochialia & incerta tam funerum Parochianorum, quam exterorum qui ad Baſilicam Lateranen. pro Eccleſiaſtica ſepultura deferendi, aut alias tumulandi fuerint, ſpectare ad ipſum Vicarium curam animarum exercentem juxta Conſtitutionem S. Pii V. &c.* extra terminos hujus declarationis loquendo in puncto juris negativa opinio tenenda eſſet, quia in funeribus exterorum habetur conſideratio Eccleſiæ tumulantis, non autem Parochialitatis, neque Vicarius, qui conſideratur in exercitio curæ, & in labore adminiſtrationis Sacramentorum, poteſt habere emolumenta cadaverum, pro quibus non habuit hujuſmodi onus.

MATHERATEN FUNERUM.

13. *Novembris* 1660.

Capitulum Collegiatæ Terræ Grotulæ varias pecuniarum ſummas extorquet ab hæredibus defunctorum juxta taxam, quam pro ratione perſonæ de- 43
functæ idem Capitulum in dies præſcribit, quam quidem taxam quotidie etiam in eodem genere perſonarum variare, atque augere conqueritur Univerſitas d. loci, additque eoſdem Canonicos quibuſcunque funeribus ſolemni pompa etiam non vocatos velle intereſſe, unde quæritur,

An Capitulum, quamvis non vocatum, poſſit invitis hæredibus lucrandi ſtipendii cauſa intereſſe. An vero ipſorum funerum pompa debeat ab hæredum arbitrio pendere.

Sac. Congregatio Concilii cenſuit, non poſſe

LAVELLEN 16. *Junii* 1668.

Communitas inſtat, ut prohibeatur Capitulo, & Epiſcopo intervenire funeralibus invitis hæredibus, & decernatur, ut taxa non pendeat ab ipſo- 44
rum arbitrio.

Sacra &c. inhærendo declarationi in una Matheraten. ſub die 13. *Novembris* 1660. *emanata, cenſuit non poſſe Capitulum non vocatum, & invitis hæredibus intereſſe funeralibus, nec eidem licere taxam ad ſuum libitum facere, ſed eidem Epiſcopo injungendum prout injunxit, ut auditis Partibus taxam conficiat eamque Sac. Congregationi approbandam tranſmittat.*

PAPIEN FUNERUM.

12. *Decembris* 1665.

Conquerebatur Provincialis Ordinis S. Franciſci ſtrictioris Obſervantiæ, quod Parochi cogunt hæredes, ut ſi quando ipſi aliquos fratres ex. gr. 12. *vocant ad aſſociandum in funere cadaver, totidem omnino pares numero Clericos Seculares vo-* 45
care, quot itidem ſibi per Synodales Conſtitutiones licere prætendunt.

Tranſmiſſum fuit hujuſmodi exemplum querimoniæ ad Epiſcopum, qui reſpondit ut infra.

Circa aſſociationem cadaverum ad Eccleſias dd. Fratrum iidem Parochi deducunt ex inveterata conſuetudine, cujus initii memoria non extat fuiſſe ſemper obſervatum tam in præſenti Civitate, quam in Diœceſi, ut in aſſociatione dd. cadaverum conveniant tot Presbyteri ſeculares, quot regulares, de

qua

qua conſuetudine ſit etiam mentio in Conſtitutione Synodali capit. 8. ibi – *Juxta receptam conſuetudinem in hac Diœceſi Regularium numerus Sacerdotum Secularium numerum non excedat &c.*

Hinc requiritur.

Primo, *An liceat Parochis Civitatis Papienſis vigore conſuetudinis, aut Conſtitutionis Synodalis exigere ab heredibus defunctorum, quorum cadavera in Eccleſiis Regularium ſepeliuntur, duplicatam eleemoſynam, quam cœteroquin ſoleat exigi.*

Secundo, *An ab iis Parochis poſſint cogi heredes defunctorum, ut ſi quando aliquos fratres ex. gr. 12. vocant ad aſſociandum in funere cadaver defuncti totidem omnino pares numero Clericus Seculares debeant vocare.*

Sacr. Congregatio Concilii &c. Utraque &c. reſpondit neutrum dd. Parochis licere, ſalvo tamen Jure immemorabilis coram Judice probanda.

CONVENTUALIUM QUARTÆ FUNERALIS.

27. Martii 1577.

Alias pro Fratribus Minor. Obſerv. Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium injunxit
46 *locorum Ordinariis (ſunt verba Decreti) ne permittant Parochi, aliique de Clero Seculari majorem poſthac eleemoſynam attribui faciant ab heredibus defunctorum, qui in Eccleſiis Regularium ſepulturam ibi elegerint, quam percipere poſſent, ſi in Parochiali, ſeu alia ipſius Cleri Secularis Eccleſia ſepeliri voluiſſent, ſucceſſive S. M. Clem. X. hanc per Breve confirmavit.*

Nunc Pater Procurator Generalis Conventualium conqueritur plures Parochos prætendere ab heredibus tantundem ceræ quantum in funerali in Eccleſiis Regularium conſummatur. Unde quæritur,

An Parochi ultra quartam conſuetam poſſint in caſibus hujuſmodi quicquam prætendere.

Sacra Congregatio Concilii reſpondit, negative.

MANTUANA FUNERUM

16. Januarii 1694.

Inſurrectis ſub nomine civium Parochianis in Parochos ſuos ob indebitam exactionem lib. 12. pro quolibet cadavere tumulando, extra Parochiam præ-
47 *ter quartam funeralem ſive electa alibi ſepultura majorum, ſive alio quovis caſu Epiſcopus informare juſſus teſtatur de immemorabili conſuetudine & Synodali Conſtitutione uſque de anno 1578. ſuper hujuſmodi ſolutione, qua pauperes Parochi ſuſtentantur, & ſpiritualia adminiſtrant; ideoque inſtantia per ſummarium primo relata, ac delata petentibus Parochis in folio deſcribi, nunc ex Juribus utrinque conferendis, dignabuntur Eminentiſſimi PP. decernere.*

An prædicta exactio libr. 12. pro quolibet cadavere extra Parochiam tumulando præter quartam funeralem Parochis debeat permitti.

Sacra Congregatio Concilii Juribus ab utraque parte mature perpenſis reſpondit, negative.

Eadem 3. Aprilis ejuſdem anni

Petentibus Parochis novam audientiam

Sacra Congregatio Concilii inſtantiam rejecit.

Inſularum Canariæ Juriſdictionis.

31. Julii 1694.

Pluribus affecti gravaminibus a Clero Seculari Regulares ab oraculo E. E. V. V. declarari ſupplicant.

Tertio, An Parochi Seculares prætendere poſſint majorem quantitatem emolumentorum funeralium, quando cadavera ſepeliuntur in Eccleſia Regularium, quam accipiunt, quando tumulantur in Eccleſiis Secularibus? 48

Sacra Congregatio Concilii ad tertium reſpondit, negative, *& dandum Decretum in Mantuana funerum editum 16. Januarii & 3. Aprilis proxime præterito.*

ARGUMENTUM.

Xenia ſeu munera dari ſolita per Cardinales promotos cubiculariis participantibus Summi Pontificis, utrum ſpectent ad cubicularios Pontificis anteceſſoris, qui creavit Cardinales, & Bireta Cardinalitia tranſmiſit per Legatos, vel potius ad cubicularios Pontificis ſucceſſoris, ſi tempore diſtributionis munerum Papa prædeceſſor mortuus fuerit.

S U M M A R I U M.

1 *Donum interpretari debet juxta intentionem donantis.*
2 *Xenia dari ſolita per Cardinales promotos cenſentur data Cameræ Pontificis, qui miſit Bireta Cardinalitia.*
3 *Limita, ſi ante conſignationem Bireti & receptionem munerum Pontifex obiiſſet.*
4 *Reprobatur Roccha, quatenus tenet ſuper iſtis muneribus acquiri Jus tempore diſtributionis.*
5 *Mulcta decreta tempore officialis anteceſſoris ad eum ſpectat non ad ſucceſſorem.*
6 *Habetur pro exacto & percepto, quidquid debitum eſt ante & peti poteſt.*
7 *Donatario acquiritur Jus poſt factam donationem, etiam traditione non ſecuta.*
8 *Paria ſunt quod quid fuerit ſolutum, vel debuerit ſolvi.*
9 *Donum non debet converti contra intentionem donantis, & n.* 16.
10 *Camera unius Pontificis non eſt hæres Cameræ alterius.*
11 *Fructus maturati & ſeparati a ſolo licet non exacti pertinent ad heredes beneficiati non ad ſucceſſorem.*
12 *Ad effectum habendi Jus ad exigendum ratione unius qualitatis ſufficit, quod ea concurrat tempore Juris delati & acquiſiti.*
13 *Explicatur Conſilium* Calderini 21. de Præbendis.
14 *Camera Pontificis anteceſſoris non repræſentatur per Cameram ſucceſſoris, & n.* 15.
15 *Subrogatus debet habere eaſdem qualitates, quæ reperiuntur in eo, in cujus locum fit ſubrogatio.*
18 *Declaratio donantis non attenditur niſi in caſu dubio.*

DISCE-

Digitized by Google

DISCEPTATIO LI.

XEnia ſeu munera controverſa, quæ juxta morem dari ſolent per Cardinales promotos cubiculariis participantibus ex Intima Summi Pontificis aula, & quæ in præſenti data fuerunt per Eminentiſſimos Dominos Novaglies, Cohelio, & Grancie, non ad cubicularios participantes Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis Undecimi, ſed ad Cameram antiquam Sanctæ Memor. Innocentii XII. prædeceſſoris omnino pertinere, verius de Jure cenſeo reſpondendum.

Fundamentum decidendi eſt, quod cum xenia iſta ſint munera, & dona, quæ Cardinales noviter creati præſtant Legatis qui Biretum Cardinalitium ad eos ferunt, utique donum interpretandum eſt juxta intentionem donantium, & inquirendum quibus ipſi donare voluerunt, cum verſemur in materia volun-
1 taria, in qua totum regulare debemus ab intentione dantis eam eliciendo etiam per argumenta, conjecturas, juxta Regulam apud Doctores vulgatam, de qua *l. ſi vero §. item quicquid ff. ſolus matrim. & in l. ſi plures §. in arrogato ff. de vulgari, & pupillar.* Bald. *conſ.* 194. *num.* 2. *lib.* 2. & in terminis noſtris Rot. coram Coccino *dec.* 1339. *numer.* 3.

Examinando igitur, & inquirendo mentem donantium, dilucide patet, quod prædicti Eminentiſſimi Cardinales ad ſacram purpuram evecti per San. Memoriæ Innocentium Duodecimum & Bireto Cardinalitio condecorati per Legatos ab eodem Innocentio expeditos, dando eis xenia prædicta, nunquam intentionem habere potuerunt donandi Cameræ *in genere* cujuſcunque Summi Pontificis, ſed duntaxat donandi Cameræ ejus Pontificis, qui ad eos miſſit Legatos cum Biretis Cardinalitiis; indubitati enim Juris eſt, quod cauſa donandi finaliter proficiſcetur ex receptione Bireti, & conſequenter
2 donum nulli alii datum cenſetur quam cubiculariis Cameræ illius Pontificis, qui inſignia Cardinalitia, contulit, cum erga ipſum Cardinales habeant affectionem, & obligationem ſeu convenientiam antidoralem, ut in his terminis firmavit Rota coram Coccino *dec.* 1339. *num.* 16. 19. & 20. — ibi *cum pendeat a liberalitate dantis, qui cenſetur dediſſe Camera illius, qui inſignia, non autem Dignitatem contulit, cum occaſione inſignium pro jucundo introitu debeantur, etiam quod expreſſis verbis non fuerit dictum* — quæ deciſio refertur per Zacch. de Salario *quaſt.* 53. *num.* 24. & Card. de Luca *de Reg. in annot. ad diſcurſ.* 124. *in fine*.

Hinc non obſtat, quod Innocentius XII. vita functus fuerit, antequam pecuniæ xeniorum fuiſſent diſtributæ inter cubicularios Cameræ antiquæ; tunc enim mors Pontificis relevaret, quando contigiſſet ante expeditionem Legatorum, ſeu antequam
3 iſti perveniſſent ad loca deſtinata, & conſignaſſent Bireta, & xenia recepiſſent; & in his terminis ſolummodo procedit *deciſio* 1339. coram Coccino, quæ in contrarium allegatur, ut videre eſt *ex num.* 14. *ad ſeqq.* Ubi erat caſus, quod S. Mem. Paulus Quintus ſimpliciter creaverat nonnullos Cardinales, & quod iſti receperant Bireta poſt obitum ejuſdem Pauli Quinti, immo nedum poſt obitum, ſed etiam poſtquam creatus fuerat San. Memor. Gregorius Decimuſquintus ejus ſucceſſor, & ideo bene judicavit Rot. quod xenia intelligebantur data Cameræ Gregorii, non autem Pauli, ea ratione, quod illi Legati poſt obitum Pauli Quinti non remanebant amplius Legati ipſius, ſed Sedis Apoſtolicæ, & Pontificis futuri, cujus Cameræ xenia merito applicari debebant.

Caſus noſtri circumſtantiæ ſunt totaliter differentes; Quippe creatio Cardinalium, expeditio Legatorum cum Biretis Cardinalitiis, eorum perventus ad loca, conſignatio & receptio pecuniarum ſeu xeniorum, necnon eorundem reditus ad Urbem, fuerunt actus completi, effectuati, & conſummati, vivente eodem Innocentio Duodecimo, ex quibus circumſtantiis non ſolum ad rem iſtam nihil applicatur deciſio Coccini, ſed immo mirabiliter retorquetur in favorem Cameræ antiquæ, dum firmat, quod xenia donata cenſentur intimæ aulæ, ſeu Cameræ ejus Pontificis, qui miſit Bireta Cardinalitia, ut videre eſt ex *numer.* 16. *ad* 20. qualis eſt caſus præſens.

Ratio dubitandi ſolum reſtringitur ſuper authoritate Rocchæ *diſputat. Juris capit.* 87. *tom.* 1. ubi prætendit, & ſuſtinere conatur, quod nullum Jus ſuper hujuſmodi xeniis Cameræ antiquæ acquiratur niſi tempore eorum diſtributionis ſeu repartimenti ita, & taliter, quod ſi per obitum Papæ Camera diſſolvatur, hæc prætendere non valeat munera prædicta, ſed ea devolvatur in Beneficium Cameræ modernæ, tanquam ſubrogatæ in locum antiquæ.

Pro reſponſione ſatis eſſet reflectere, quod Roccha more Advocati ſcribendo plura deduxit citra 4
neceſſitatem caſus, in quo ſcribebat; etenim ſcripſit ſuper xeniis datis ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Bugliono, ubi concurrebant eædem circumſtantiæ, de quibus in deciſ. Coccini, dum prædictus Cardinalis fuerat quidem creatus per San. Mem. Clementem Nonum, ſed Legati necnon Biretum pervenerant ad eundem Cardinalem poſt obitum ejuſdem Clementis, & conſequenter munera intelligebantur data Cameræ Clementis Decimi Pontificis ſucceſſoris, cujus Legati remanebant, & non amplius Clementis Noni, ut optime obſervat Coccin. *d. deciſ.* 1339. *num.* 14. ibi — *licet fuerit tranſmiſſus ab eodem Paulo, tamen morte Pontificis deſinit eſſe Legatus illius Papæ, ſed remanſit Legatus Sedis Apoſtolicæ, & futuri Romani Pontificis &c. quare creato novo Pontifice Nuncius novi Pontificis fuit, & ejus nomine intelligitur Biretum datum fuiſſe non autem nomine defuncti Pontificis, cujus amplius non erat Nuncius* — unde ſuccedit Regula, quod omnis Doctor intelligi debet ad limites, & circumſtantias caſus, in quo loquitur, non autem attendi rationes in abſtracto, quæ ad ornatum, & colorem defenſionis apponuntur, ut notat Card. de Luca *in tractat. de lo ſtile legale capit.* 7. *n.* 18. *& de Regalib. diſc.* 53. *ſub num.* 6.

Et ſufficeret etiam reflectere, quod Roccha in caſu adeo claro, in quo ſcribebat, ubi poterat ſuperare Cauſam in favorem Cameræ modernæ, cum ſola auctoritate deciſionis Coccini, cujus caſui conformis erat ille, in quo ſcribebat, tranſcurrendo ad aſſumpta, & rationes male fundatas, cauſam dedit perdendi medietatem ejus, quod in totum ad Cameram modernam pertinere debebat, dum quatuor Cardinales Judices deputati demandarunt dividenda eſſe xenia inter cubicularios participantes utriuſque Cameræ, tam Clementis Noni, quam Clementis Decimi, ut ipſe Roccha refert *capit.* 87. *in fin. tom.* 1.

Verum ulterius progrediendo, abſolute cenſeo, quod motiva per Roccham adducta in dicto *cap.* 87. ſint prorſus erronea, & nullius ſubſiſtentiæ; quoniam illud aſſumptum, quod xenia non debeantur niſi tempore diſtributionis, quodque per antea cubicularii ſuper eis nullum Jus acquirant, non poteſt in puncto Juris defendi; quippe diſtributio nihil aliud eſt, quam aſſecutio ejus quod per antea debitum eſt, non autem cenſeri poteſt origo cauſativa acquiſitionis Juris, quod adeo verum eſt, ut in terminis fortioribus Statuti ordinantis deberi Judici mul- 5
ctam incorporatam, & exactam, ſit opinio communis, quod ſi Judex terminaverit officium ſuum tempore, quo mulcta ſit decreta, ſed non incamerata, eamque ſucceſſor in Officio exigat, adhuc ei applicari non debeat, ſed tota pertineat ad anteceſſorem, cui competebat actio ad petendum, & exigendum, nec potuit exigere Officii ſui termino præventus; Hæc eſt theorica *Angeli* recepta communiter per Doctores in *l. ſi poſſeſſor §. redacta ff. de petit. Hæredit.* ubi hæc notabiliter ait — *Nam ſufficit actiones eſſe redactas, licet pœna incorporata non ſint, & habebit quartam cum effectualiter exigen-*

C tur,

tur, quod credo verum etiam ſi exigantur finito ejus officio per ſucceſſorem, quia iſta executio trahitur retro, ſicut finis trahitur ad ſuum principium, quando neceſſariam conſequentiam habet ab eo.

Non eſt igitur tempus extractionis, quod dat Jus, ſed tempus, *quo actiones ſunt redactæ*, ut loquitur Angelus; Actiones autem redactæ dicuntur, quoties in caſu iſto munera data fuerunt, vivente San. mem. Innocentio Duodecimo, cujus nomine ſicut præſentata fuerunt Bireta, ita in ejus intuitum & ipſius Cameræ munera de Jure data interpretantur, ut ait Cocc. *dict. dec.* 1339. *num.* 19. Unde hoc fuit tempus, quod dedit Jus Cubiculariis, non autem tempus diſtributionis, cum diſtributio ſit mera conſequentia actionis per antea competentis, & tanquam
6 finis, quod trahitur retro ad ſuum principium; Ita & taliter quod munera jam debita, intelliguntur etiam exacta quantum ad effectum Juris, licet non exacta de facto, & ſequendo doctrinam Angeli firmat Ruin. *conſ.* 193. *num.* 2. *l.* 1. ibi -- *Ergo habentur pro exatis & perceptis, & dicuntur Juris interpretatione, in ejus bonis, ex quo illi competebat actio & exactio* -- & eandem Angeli theoricam commendant Decius *conſ.* 492. *num.* 5. *& conſ.* 654. *in fine*, Riminald. Jun. *conſ.* 33. *num.* 12. *lib.* 1. Bertazol. *conſ.* 155. *num.* 4. Cardin. de Luc. *de regal. in annotat. ad diſc.* 124. Farinacc. *conſ.* 107. *n.* 2. *&* 9. *tom.* 2. Maſtrill. *deciſion.* 12. *n.* 13. *part.* 1. Rota *deciſ.* 777. *n.* 2. *part.* 1. *diverſ.*

Et ſi verſamur in terminis donationis, quæ debet interpretari juxta intentionem donantis, ut ait Cocc. *d. deciſ.* 1339. *num.* 3. *& ſeqq.* clara exinde oritur conſequentia, quod donatario Jus acquiritur ſtatim
7 poſt factam donationem, non autem poſt eam exactam ſeu effectuatam, ut inquit Imperator in *l. ſi quis argentum* §. *ſin atem C. de Donat.* ibi -- *Non ex hoc inutilis ſit donatio, quod res non traditæ ſunt.*

Unde ſi Eminentiſſimi Purpurati recipiendo Bireta Cardinalitia munera dederunt, vivente Innoc. XII. & ejus Cameræ exiſtenti, ea donarunt ſeu donaſſe cenſentur, videre non poſſum, quid commune habeat cum hoc articulo acquiſitionis Juris illa diſtributio munerum, quæ poſtea practicatur inter cubicularios, cum hæc aliud non importet, ſeu producat, quam meram executionem ejus, quod antea de jure debebatur; & ſi per obitum Papæ diſtribu-
8 tio, & exactio ſecuta non fuit, non per hoc nequaquam debentur ejus cubiculariis, ſed quantum ad hoc ut eis debeantur, idem eſt, quod tempore mortis Pontificis munera exegiſſent, ac ad ea exigenda Jus habuiſſent, Adden. *ad dec.* 576. *n.* 31. *&* 32. *p.* 4. *tom.* 3. *rec.* ibi -- *etiamſi ante mortem eas non exegiſſet, quia paria ſunt, quod fuerint ſoluta vel quod debuerint ſolvi, nec extra præſcriptionem negligentia vel difficultas exactionis tollere poteſt obligationem*, Rot. cot. Bich. *dec.* 102. *n.* 4. *&* 5.

Alias enim duo ſequerentur abſurda manifeſta, ſi verum foret aſſumptum, quod ſola exactio Jus daret Cameræ. Primo, quia poſſet malitioſa & affectata dilatione protelari & tardari repartitio xeniorum, ut ſic contingente morte Pontificis ægrotantis ſupplantarentur cubicularii ipſius Cameræ. Secundo, quia ſi munera devolverentur in beneficium alterius Cameræ, quam illius Pontificis, qui miſit Legatos cum Biretis Cardinalitiis, donum degeneraret, & daretur contra intentionem donantis, qui
9 ſi voluit remunerari familiam Papæ benefactoris ſeu tranſmiſſoris Bireti Cardinalitii, utique familiam alterius Pontificis recipere non potuit, unde ſi in eam conferretur donum, hoc caderet ſuper perſonis incognitis & minime conſideratis per donantem, & iſtæ per contrarium gauderent beneficio alieno, quod in Jure repugnat.

Neque adverſantur fundamenta Rocchæ quippe in ordine ad ea quæ deducit *num.* 1. 2. *&* 3. quod nempe, diſſoluta Camera antiqua per obitum Papæ, munera pertineant ad Cameram quæ ſuccedit, eſt æquivocum valde manifeſtum; fundatur enim in auctoritate plurium legum loquentium de hærede & ſucceſſore, quando tamen reflectere poterat, quod in caſu iſto Camera unius Pontificis non ſuccedit,
neque eſt hæres Cameræ alterius ex magiſtrali diſtin- 10
ctione, quam ponunt Doctores in *l. quod Principi & l. ſeq. ff. de legat.* 2. Ubi diſtinguunt inter Dignitatem independentem, prout eſt Imperator, Papa, Epiſcopus, Abbas, & ſimiles, & in hoc caſu dicunt, quod legatum relictum anteceſſori pertineat ad ſucceſſorem, & inter Dignitatem dependentem, prout eſt uxor Imperatoris, Vicarius Epiſcopi, & ſimiles, in quo caſu tenet, quod legatum factum uxori unius Imperatoris non tranſit ad uxorem alterius, nec factum Vicario unius Epiſcopi tranſit ad Vicarium alterius, ea ratione, quod iſti dicuntur habere novum officium, nec dicitur ſucceſſoris, ut punctualiter notat Paulus de Caſtro in præcitata *leg. quod Principi num.* 2. 3. *&* 4. ibi -- *ſecundo caſu extinguitur, & in perſonam ſucceſſoris dicitur nova Dignitas &c. Non eadem &c. ſi fiat Vicario Epiſcopi, ſecus per legem ſequentem, quia non tranſit in Vicarium, quia dicitur habere novum officium, nec dicitur ſucceſſoris &c. & ſic habetur Vice Auguſto &c. & alius ſubrogatus non dicitur ſucceſſor* -- conſonat Bart. ſuper eadem *l. quod Principi n.* 2. *&* 3.

Inſuper Textus per Roccham allegati loquuntur, quando, pendente conditione legati, moritur Princeps, quod illud tranſeat ad ſucceſſorem; Hic autem non ſumus in donativo ſuſpenſo ab aliqua conditione, unde intrat exemplum Beneficiati, qui ſi
decedit, quando fructus ſint maturati, & ſeparati 11
a ſolo, iſti pertineant ad ejus hæredes, non autem ad ſucceſſorem in Beneficio, licet exactio eorum facta non fuerit, ut ſcribunt Vivian. *de Jurepatron. part.* 3. *lib.* 14. *capit.* 8. *numer.* 6. Barb. *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 117. *numer.* 6. cum aliis, quos refert Antonell. *de Regimin. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 20.

Minuſque relevat, quod hodie antiqua Camera ſit extincta, quia ſufficit ad hunc effectum, quod qualitas cubicularii concurreret tempore donativi,
licet hæc poſtea defecerit, juxta Text. *in leg. ſi Co-* 12
gnatis 20. *ff. de rebus dub.* Hæres autem Cameræ antiquæ in hoc Jure exigendi ſunt illius cubicularii poſt officium finitum, non autem illi Cameræ modernæ.

Aliud fundamentum Rocchæ eſt, quod donum factum fuerit non ſingulis, ſed corpori, ideſt Cameræ, & conſequenter debeat hæc durare, & reperiri de tempore diſtributionis, alias nullum Jus habeat poſt diſſolutionem, quod aſſumptum fundat
ſuper doctrina Calderin. *conſ.* 21. *de Prebend.* ubi 13
agit de Capitulo certæ Eccleſiæ, in quo aderant Canonici antiqui, & novi, & agebatur de fructibus maſſæ groſſæ, maturatis tamen in tempore, quo exiſtebant ſolum Canonici antiqui, & reſolutive tenet, quod de iiſdem fructibus participare debeant etiam Canonici novi ea ratione, quod ii debentur corpori, & exactio non ſit nomine ſingulorum, ſed Capituli, quod Capitulum conſtituitur a Canonicis tam antiquis, quam novis.

Hæc doctrina nihil applicatur ad terminos, de quibus agitur; non enim verſamur in terminis Capituli, ubi cum hoc nunquam moriatur, ob hanc rationem unuſquiſque, qui de tempore diſtributionis reperitur Canonicus, & de Capitulo, participare debet de maſſa groſſa, ut aſſignando rationem firmat Rot. *deciſ.* 3. *num.* 65. *&* 66. *part.* 7. *recent.* Tondut. *quæſt. Beneſic. part.* 1. *capit.* 68. *num.* 12.

Sed verſamur in terminis Cameræ unius Pontificis, quæ per ipſius mortem extinguitur, ut ait idem Roccha *d. cap.* 87. *ſub n.* 1. *&* 7. Rot. cor. Cocc. *d. dec.* 1339. *n.* 7. ſi ergo extinguitur Camera Pontificis anteceſſoris, quomodo repræſentari poteſt
per Cameram modernam? ſunt ſane iſta duo inter 14
ſe repugnantia, & contradictoria, quod Camera antiqua extinguatur, & diſſolvatur per obitum Papæ, & quod per contrarium moderna Camera ſit eadem, & repræſentet antiquam; ideoque ex duplici capite inapplicabile remanet exemplum Capituli, & doctrina Calderini.

Primo,

Primo, quia Capitulum ſemper eſt idem, nec unquam extinguitur; Camera autem, ſeu aula Principis eſt corpus temporale familiæ, quod per obitum Papæ extinguitur ac ceſſat; unde moderna Camera Principis ſucceſſoris non dicitur eadem, ſed
15 diverſa, dum Camera ſeu aula unius Pontificis, non eſt Camera, neque familia alterius; familiaritas enim reputatur ad inſtar ſocietatis, unde quemadmodum ſocietas morte conſocii diſſolvitur, ac finitur, nec ſocietas cum uno eſt ſocietas cum altero; ita familiaritas cum uno Principe non eſt familiaritas cum alio, ut tradit Rot. coram Buratt. *deciſ.* 629. *num.* 11. *& deciſ.* 598. *num.* 14. quodque Camera Pontificis ſit diverſa ab aula, ſeu Camera anteceſſoris, probat locus Tacit. *l.* 1. *Hiſtor.* ubi loquendo de aula Galbæ ſucceſſoris Neronis hæc ait — *Eadem nova aula mala* — notando hic verbum illud *nova aula*, quæ diverſam ſucceſſionis Principis aulam deſignat.

Secundo, quia bona, & fructus Eccleſiæ, de quibus loquitur Calderinus, dicuntur relicta corpori Capituli abſque ulla affectione particulari, ſed ſolo intuitu Eccleſiæ. In caſu autem præſenti xenia, ſeu munera dicuntur relicta Cameræ Innocentii Duodecimi ob ſolam affectionem, & intuitum ipſius, qui novos Purpuratos Cardinalitio Bireto condecoravit, quæ affectio, & intuitus conſiderari nequit erga modernam Cameram novi Pontificis, cui ſicut non applicatur affectio donantis, ita nec donum ab eo collatum; ergo ubi etiam moderna Camera dici poſſet ſubrogata in locum antiquæ, non poſſet participare de donativo relicto ob unam
16 qualitatem, & reſpectum, qui non reperitur, neque conſiderari valet in Camera ſubrogata, quia eſſet dare donum contra voluntatem donantis, ut apud Gabriel. *de regul. jur. concl.* 2. *num.* 64. Rot. *deciſ.* 634. *num.* 5. *part.* 4. *com.* 3. *& deciſ.* 177. *num.* 6. *part.* 12. *rec.*

Et eſt regula paſſim decantata, quod in ſubrogato concurrere debent eædem qualitates, quæ re-
17 periuntur in illo, in cujus locum fit ſubrogatio ad effectum conſequendi ea, quæ ab eadem qualitate dependent, utque eleganter dixit Bald. *in l. parabolanos C. de Epiſc. & Cleric. n.* 1. *&* 2. — *Ille, qui eſt ſubrogatus, debet eſſe ejuſdem Juris, & conditionis, cujus eſt ille, in cujus locum ſubrogatur.*

Si igitur moderna Camera non habet illam qualitatem affectionis, quæ concurrebat in antiqua, dum non reperitur in ſervitio Innoc. XII. non poteſt vigore ſubrogationis prætendere donativum relictum antiquæ aulæ propter rationem particularem, & contemplationem qualitatis perſonalis, quæ in ea non reperitur, alias eſſet participare de muneribus, & donis contra mentem donantis, & privare eos, quibus munera fuerunt elargita, ex quibus patet exemplum Capituli, & conſilium Calder. nihil ad rem iſtam applicari.

Quoad obſervantiam, quam allegat Roccha pro ejus aſſumpto, reſpondetur, quod in illa tanquam quid facti fidem non meretur, juxta Coccin. *deciſ.* 1529. *n.* 18. Ultra quod ſi fuiſſet vera obſervantia, quam allegat, pro medietate non perdidiſſet Cauſam in damnum Cameræ modernæ; ſeu quod verius eſt, eadem obſervantia debet intelligi ad formam, & limites caſus, in quo ipſe ſcribebat, quando nempe Papa obiiſſet, antequam ſecuta foret conſignatio Bireti Cardinalitii, & receptio munerum, ut erat caſus ejuſdem Rocchæ, & deciſionis Coccini, de qua ſupra.

In hac Cauſa poſtquam ſcripſi, cubicularii modernæ Cameræ obtinuerunt atteſtationem Legatorum, qui tulerunt Bireta ad Eminentiſſimos Cardinales & munera receperunt, ubi declararunt in actu dationis eorundem munerum eoſdem dixiſſe, quod ſi ipſi Legati redeundo ad urbem, reperiſſent. S. M. Innocen. XII. vita functum, tali caſu intelligebant dare munera Cameræ Pontificis ſucceſſoris. Verum, an ſit deferendum hujuſmodi atteſtationi, lite pendente, reportatæ, valde dubitarem, non ſolum quia emanavit tempore ſuſpecto, ſed etiam, quia continet declarationem inveriſimilem, quod donantes voluerint donare Cameræ alterius Pontificis incogniti, qui neque Legatos, neque Bireta tranſmiſit, auferendo gratitudinem erga familiam illius Pontificis, qui Cardinalatum, & Bireta dedit, & cujus intimæ aulæ munera de Jure data intelliguntur ex ſupra firmatis per *deciſionem* Coccini 1339. *num.* 16. *ad* 20, Declaratio enim donantis,
ſi non attenditur niſi in caſu dubio ex traditis per 18
Card. de Luca *de Regal. diſcur.* 119, *num.* 6. multo minus attendi meretur, ſi de Jure caſus eſt clarus favore donatarii, & declaratio non eſt veriſimilis, ſed contra gratitudinem tendit, & donationis antidotalis naturam deſtruit, ad Text. *in l. ſi quis argentum §. fin. C. de donat.* quia non eſt declaratio, & atteſtatio ipſorum Eminent. Cardinalium, cui nihil opponere fas eſſet, ſed Legatorum de auditu ab eiſdem Cardinalibus deponentium, quorum dicto poteſt opponi.

R. P. D.

P R I O L O

Romana Juris tumulandi.

Lunæ 20. *Februarii* 1702.

A Sua Auximana Eccleſia, in qua Epiſcopali charactere inſignitus magis etiam pietate, &
virtute præfulgebat, pervenit ad Urbem clar. mem. 19
Cardinalis Opitius Pallavicinus in anno ſeculari, cui miſericors Deus uberem retributionem reddidit. Nam eodem tempore quo S. Mater Eccleſia pleniſſimam noſtrorum peccatorum remiſſionem indulget, ac omnes indulgentiarum theſauros ſuper Nos aperit, ac effundit, ad ſe illum evocavit. Cumque ab inteſtato obiiſſet abſque electione, ac determinatione ſepulturæ, orta fuit quæſtio inter Eccleſiam Parochialem S. Andreæ de Fractis, intra cujus limites morabatur, & Eccleſiam Titularem S. Martini ad Montes, in quanam deponendum eſſet illius cadaver. Auxit dubitandi cauſam, quod eiſdem diebus depoſitioris in Eccleſia Sancti Andreæ ſub conſueta, & jugeri devotione vulgo quadraginta horarum Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum venerabatur, ex quo impeditæ remanebant illæ ſolitæ funebres ceremoniæ pro Cardinalibus. Quapropter Eminentiſſimus Vicarius mandavit, quod funus extolleretur in Eccleſia S. Martini, corpuſque ſimiliter in eadem tumularetur, in forma tamen depoſiti, ac facta obligatione de illo reſtituendo. Et deinde aſſumpta cognitione Cauſæ pronunciavit, ab Eccleſia S. Martini Eccleſiæ Parochiali facienda eſſe cadaveris reſtitutionem; ſed non acquieſcente Titulari, Cauſaque ad noſtrum Tribunal delata, ac mihi commiſſa, dedi conſuetum dubium — *An mandatum Eminentiſſimi Vicarii eſſet exequendum?* & omnibus ſuffragantibus DD. quia materia erat exemplaris, & nova, poſt tertiam Cauſæ propoſitionem reſponſum fuit, *mandatum non eſſe exequendum.*

Nonnulla per Monaſterium S. Martini opponebantur contra validitatem mandati, & viam executivam ob illius Cauſam competentem: ſed quia negativum reſponſum emanavit, non eſt operæ pretium allegatas exceptiones examinare; Tota igitur quæſtio reducitur ad juſtitiam, quæ ex infra dicendis apparebit. Nam licet incontrovertibiliter Eccleſiæ Parochiali aſſiſtat regula, quod omnes Chriſti fideles, qui intra illius fines deceſſerint, in eadem Eccleſia ſint ſepeliendi, *cap. omnis de pænit. & remiſſion. Clem. dudum §. Verum de Sepult. cap. ex parte, & cap. in noſtra verſic. talem de Sepultur. & capit. is qui eodem tit. in* 6. attamen ex iiſdem Juribus emanat æque clara limitatio, quod is, qui habet ſepulchrum ſuorum majorum, vel ſibi particulare elegit, aut ex aliquo ſpeciali titulo, deferendus eſt ad propriam Eccleſiam, eximitur a tali Parochiali lege, & in hoc conveniunt DD.

omnes, ut videre eſt, in auctoritatibus inferius allegandis.

Hinc ſequitur, quam de facili ceſſat talis obligatio, maxime quia non agitur de quarta, quæ in quocunque caſu Parochiæ debetur, cum iſta ſit in præmium laborum, & propter adminiſtrationem Sacramentorum, & contrahitur in ipſo initio nativitatis, nempe ex ſuſceptione Baptiſmatis, ſed de ſola ſepultura.

Prædictæ duæ limitationes, vel habentium, vel eligentium ſepulturam ſunt extraneæ a caſu noſtro, & ideo juxta ſtylum illarum examen in præſenti
20 omittitur. Remanet examinanda tertia, nempe eorum, qui ex aliquo ſpeciali titulo dicuntur habere propriam Eccleſiam, ut de Epiſcopo, quamvis decedat extra ſuam Diœceſim, & ſic de Parocho, de Canonico, de Beneficiato, ac demum de vidua, ut in terminis Epiſcopi probant Petrus de Ubaldis *de Canon. Epiſcoporum & Paroch. capit. 9. de Canon. Paroch. num.* 32. Marchett. *de Vicario Capitulari tit.* 38. *de Sepult. §. Secundo nu.* 69. Ventrigl. *in prax. forenſ. Eccleſ. annot.* 52. *§. unic. num.* 24. *verſic. reſpondeo*, & in terminis Parochi idem Petrus de Ubald. *tit. de Canon. Paroch. dicta cap.* 9. *numer.* 37. Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 31. & Marchett. *dicto titul.* 38. §. 2. *n.* 47. & in puncto viduæ ſunt, Text. *in cap. Ebron.* 13. *queſtion.* 2. *& cap. ſequen.* cum aliis relatis per Marchett. *de Sepult. titul.* 28. *num.* 9. *n.* 177. *cum ſeqq.* Barboſ. *de offic. & poteſt. Paroch. cap.* 26. *n.* 28. ubi refert, ita fuiſſe deciſum a Sacra Congregatione Rituum, quibus vel a pari, vel a majoritate rationis DD. dixerunt comparandum eſſe Cardinalem habentem titulum, cum in Cardinali Titulari omnia prædictorum Jura eminenter contineantur, eo decedente abſque electione particularis ſepulturæ, in quo caſu putarunt Jus Eccleſiæ Titularis eſſe potentius altero Parochialis pro habendo illius cadavere; & quamvis nullum habeamus Summorum Pontificum reſponſum, vel aliorum Judicum, vel noſtri Tribunalis, & quæſtio ſit omnino nova; attamen conſideratis rationibus hinc inde per ſcribentes deductis, ac authoritatibus, & exemplis allegatis, ea, quæ pro Eccleſia Titulari adducta fuere, præponderare viſa ſunt.

Et ne altius materiam exordiamur affectata potius oſtentatione, quam ad Cauſæ opportunitatem, ut ait Cardinalis de Luca *de Juriſdictione diſcept.* 34. *numer.* 13. ſufficit principium ſumere a Bulla Sixti V. quæ eſt in ordine *la* 55. quia etiam nunc tituli Cardinalibus in eorum creatione ad tenorem dictæ Conſtitutionis conferuntur.

Iſte enim Summus Pontifex poſtquam ad imitationem Diſcipulorum Jeſu Chriſti Apoſtolicum Collegium ad ſeptuaginta Cardinalium numerum auxit, & immutabiliter firmavit, ut videre eſt ex altera ſua Conſtitutione *la* 50. ſequendo ſuorum Prædeceſſorum inſtitutum, totidem pariter Eccleſias par-
21 tim ex antiquis retinendo, partim de novo aſſumendo, itaut pro ſex Epiſcopis ſex Urbis finitimæ Cathedrales, 14. Diaconiæ pro Diaconis, reliquæ vero in titulum Presbyterorum Cardinalium in poſterum perpetuo eſſent, deſtinavit, ac expreſſe nominavit §. 2.

Finis autem talis aſſignationis reſultat ex illis verbis: *Quod quidem rationi conſentaneum videtur, ut quemadmodum Summus Pontifex univerſali Eccleſiæ Præſidens, & omnium totius Orbis Eccleſiarum ſolicitudinem gerens, ſpecialiter tamen Urbis Romæ Epiſcopus exiſtit, & in ea divina diſpoſitione Sacerdotalis poteſtatis Cathedram tenet, pari quoque ratione Cardinalibus, quos uti ſpeciales S. Romanæ Eccleſiæ filios in Apoſtolici muneris functione, atque in univerſa Republica Chriſtiana adminiſtratione præcipuos ſibique maxime conjunctos habes Conſiliarios, & cooperatores in eadem Urbe Roma &c. manſionem, & locum unicuique proprium aſſignet, cujus quidem loci conceſſione iidem Cardinales, & ſui Officii admoneantur, & reſidentia, quam aſſiſtendo ipſi Romano Pontifici ſervare debent, & vel ex hoc magis tamquam in unum corpus compacta membra ſacra capiti connexa eſſe, & ab illo dependere, clarius dignoſcantur §. primo in fine.*

Præmiſſa tali aſſignatione, & quia in principio, & progreſſu Bullæ Summus Pontifex dixit, quod ab antiquo hæc Eccleſiæ Titulares velut quaſi quædam cujuſque propriæ Diœceſes reputabantur, quodque cum ſuis Clero, & populo, ac quaſi Epiſcopali Juriſdictione in ſpiritualibus, & temporalis gerendæ, & adminiſtrandæ committantur ipſorum amplitudini, & Dignitati maxime congruentes, facultas in eiſdem Eccleſiis per Cardinales exercenda correſpondere quoque debebat perſonis, & Dignitatibus, & propterea in §. 12. ait – *Sic igitur ipſi Cardinales, quibus hujuſmodi Eccleſiarum regimen, cura, & adminiſtratio pro tempore commiſſa erant, eas in ſpiritualibus, & temporalibus ſolicite, fideliter, & prudenter regant, & gubernent, ac juxta Conſtitutionem piæ memor. Leonis X. Prædeceſſoris noſtri in Concilio Lateranen. noviſſime celebrato editam frequenter viſitent, circa cultum Divinum invigilent, mores, ac vitam Cleri, & populi eis ſubjecti diligenter explorent, eoſque ad recte, & honeſte vivendum paterno moneant effectu bonorum, ac temporalium redituum curam gerant ſit ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem &c.*

Hujus tam antiquæ, quam noviſſimæ aſſignationis cauſa ex communi DD. ſententia firmatum remanſit, quod Cardinales in ſuis Eccleſiis titularibus habent Juriſdictionem Epiſcopalem, ut teſtatur Felin. *in cap. his, quæ de majorit. & obedient. in princ. ibique* Abb. *numer.* 1. Caſſan. *ad conſuetudin. Burgundiæ tit. deſ. juſt. rub.* 1. §. 4. *verſ. Item et-* 22
iam Lother. *de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 8. *n.* 50. *& l.* 2. *q.* 2. *n.* 7. Barboſ. *de Jur. Eccleſiæ univ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 33. Alban. de Cardinal. *quæſt.* 46. *per tot.* Cardin. de Luc. *de Juriſdict. diſc.* 34. *num.* 11. *cum ſeqq.* & Card. Albit. *apud ipſum diſceptat.* 1. *num.* 3. *& ſeqq.* & admittit Rota *in Romana Præeminentiarum* 16. *Junii* 1679. §. *Præcipue*, *&* 13. *Junii* 1681. cor. bon. mem. Rondinino.

Et utriſque reſpondet obſervantia, & Juriſdictio, quam exercent Cardinales in ſuis Eccleſiis; iſti enim elevant Baldachinum, incedunt cum Rocchetto diſcooperto, viſitant, obedientiam exigunt, benedictionem diſpenſant etiam ipſimet Cardinales Diaconi ex Decreto Sacræ Congregationis formiter diſputato articulo, ut refert Thomaſin. *de Benefic. part.* 1. *lib.* 2. *capit.* 26. *numer.* 8. & Choell. *cap.* 23
16. *privil.* 11. conferunt Beneficia, & ſimilia, quæ per extenſum continentur *in capit. his quæ de majorit. & obedient.* & cum omnino correſpondeant illis, quæ per Epiſcopos explicantur, ut *in capit. conquerente de offic. Ordinar.* nullum dubium remanet, quin Juriſdictio, quam habent Cardinales in ſuis Eccleſiis Titularibus non minus ex qualitate perſonarum, quam ex amplitudine verborum & intentione Summi Pontificis comparari debeant cum Juriſdictione Epiſcoporum in eorum Cathedralibus, & maxime cum tantum agatur hic de ſepultura, & an Eccleſia Titularis habeat idem Jus contra Parochialem Eccleſiam pro habendo cadavere Cardinalis, quod habet Eccleſia Cathedralis pro ſuo Epiſcopo, alia inferior pro Canonico, Parocho, Beneficiato, ac demum pro vidua, & ſimilibus, ex ſupra deductis, cum etiam Cardinales Titulares nomen ſumant a ſua Eccleſia, prout facit mulier reſpectu ſui viri.

Sed nonnulli Doctores deſcendendo ad hoc particulare examen ex hac potiſſima ratione tenent, quod Cardinalis decedens in Urbe ſi non elegerit ſepulchrum, vel illud ſuorum majorum non habet, de Jure eſſet ſepeliendus in Eccleſia Lateranenſi, ſed de conſuetudine ſepelitur in Eccleſia Titulari, & principaliter utriuſque dicti rationem reddit Cohell. *de notit. Cardinal. capitul.* 16. *privileg.* 24
38. §. *verum*. Quia cum Eccleſia Lateranenſis ſit Cathedralis Urbis, & ibi eſſent ſepeliendi Summi Pontifices, cum Cardinales ſint Pontificis fratres, & Conſiliarii, in eadem Eccleſia ipſi

quoque

Digitized by Google

quoque eſſent ſepeliendi: Verum quia hodie invaluit conſuetudo, quod non electa ſepultura Summus Pontifex ſepelitur in Baſilica Principis Apoſtolorum, ita Cardinales ſunt ſepeliendi in Eccleſia Titulari, in qua habent Jura Epiſcopalia, & hanc opinionem ſequuntur Samuel. *de ſepultur. tract.* 1. *Controv.* 11. *concl.* 5. *num.* 6. *fol. mihi* 201. Murga *eod. tit. tract.* 8. *diſquiſit.* 2*a* *ſect.* 2. *dub.* 7. *concluſ.* 1. *n.* 1. *cum ſeqq.* & Hieron. Card. Albanus *de Cardinalibus q.* 50. *verſ. vel dicamus eos*, ubi dicit, quod ſi plures obtineret Eccleſias, in ea eſſet ſepeliendus, in qua defunctus frequentius Divina audiverit, vel Sacramenta ſuſceperit, idemque comprobant Amoſtaz *de privil. piæ cauſ. lib.* 5. *de funer. cap.* 8. *num.* 62. Paſſerin. *de ſtat. homin. qu.* 187. *art.* 4. *numer.* 32. imo Murga *loco ſupra cit. concluſ.* 4. deſcendit etiam ad caſum, ſi Cardinalis decederet, antequam ad Urbem perveniret, & Titulum obtineret; & tenet, quod eſſet ſepeliendus in Eccleſia majori loci obitus; ratione enim Dignitatis illa Eccleſia cenſetur Parochialis Cardinalis defuncti, ſicut cenſeretur in caſu ſimili obitus Summi Pontificis.

Nec obſtare viſum eſt, quod prædicti Doctores pro majori parte ſint exteri, neque teſtari poſſint de conſuetudine Urbis, maxime non reddendo cauſam ſcientiæ, nec allegando caſus particulares, ex quibus inducta dicatur conſuetudo, quia cum eorum dictum fundatum remaneat ex ſolidiſſimis rationibus ſuperius allegatis, & unius illorum ſit Cardinalis Hieronymus Albanus, qui agendo de re ad ipſum ſpectante, ſupponitur in ea materia verſatiſſimus, venit in judicando ſequendum.

Et quamvis pro conſuetudine non fuiſſent ab eis allegati caſus particulares, iſti tamen non deſunt, ut videre eſt in quadam annotatione reperta in Diariis Servantii Magiſtri Ceremoniarum, ubi referen-
25 do per extenſum hiſtoriam cadaveris Cardinalis Gualterii dicit, quod *Canonicis, & Capitulo Sancti Laurentii in Damaſo, ſub cujus Parochia mortuus erat, prætendentibus, ut funus celebraretur, & corpus ſepeliretur in prædicta Eccleſia S. Laurentii, audiverunt tamen a me, prætenſionem non poſſe ſuſtinere, nec quoad illud, nec quoad iſtud, quia corpora Cardinalium defunctorum ab inteſtato, & ſine electione ſepulturæ ſpectant ad Titulum, non ad Parochiam, eo modo, quo cadaver Epiſcopi vita functi ſpectat ad ſuam Cathedralem, & ultra plura exempla in noſtris Diariis præcipue antiquis refert* Pacific. de Graſ. Epiſcopus Piſauren. olim peritiſſimus Ceremoniarum Magiſter *ſub die* 19. *Aug.* 1519. *in morte & ſepultura Cardinalis de Bubeis affinis Leonis X. tunc Papa viventis, hoc ſtatutum eſſe a Concilio Lateran.* ut in authentica copia exhibita, & parti communicata per Monaſterium; & ulterius concurrit alius ſimilis caſus in obitu Cardinalis Vitellii, qui ex relatione Ciacconii *in vita Pauli IV. fol. mihi* 863. ſepultus fuit in Eccleſia Titulari S. Mariæ in Vialata, & facta diligentia in antiquis Diariis reperitur, hoc demandatum fuiſſe ex eadem ratione, quod cadavera Cardinalium, non electa ſepultura, ſunt ſepelienda in Eccleſia Titulari, ut videre eſt *in tom.* 12. *Diariorum Magiſtri Ceremoniarum Cornelii Firmani pag.* 178. exiſtente in Archivio Urbano.

Nec dicatur, quod atteſtatio deducta ſuper ſepultura cadaveris Cardinalis Gualterii non ſit attendenda, quia neque de eo tempore potuit impedire litigium poſtea per concordiam terminatum; Nam ſufficit, quod Eccleſia Parochialis acquieverit, & non habuerit cadaver, ut ex tali acquieſcentia illius non Jus ſatis reſultante videatur: & quamvis non fuerit formiter examinatus articulus, attamen concurrente ratione, in qua dicta atteſtatio fulcitur, & convenit etiam cum ceteris aliis Doctoribus, quod nempe Cardinalis Titularis æquiparatur Epiſcopo, maximam vim facere debet.

Firmato igitur ex ſupradictis qualis, & quanta ſit Dignitas, & qualitas Cardinalis in ſua Eccleſia Titulari nihil diminuta remanet, ex quo in pluribus non conveniat cum Epiſcopo, & præcipue cum ad iſtum effectum Cardinales Titulares neque di-
cantur ſponſi ſuæ Eccleſiæ, neque habeant reſiden- 26
tiam, quæ duæ circumſtantiæ, ut dicebatur ex adverſo, & in quibus conſtituebatur præcipuum Partis fundamentum, ſunt cauſa potiſſima ſepulturæ in Epiſcopo, Canonico, & Beneficiato, ut videre eſt in auctoritatibus ſuperius allegatis in §. *Prædictæ duæ*. Immo quod Cardinales Titulares non ſint ſponſi ſuarum Eccleſiarum expreſſe aſſerit Lother. *de re benef. lib.* 1. *q.* 8. *num.* 36.

Nam pro remotione objecti ponderatum fuit, quod pro cauſa ſepulturæ conſiderata videtur Dignitas, ac Sedes Epiſcopalis, ex qua deinde oritur, quod Epiſcopus dicatur ſponſus ſuæ Eccleſiæ, ac teneatur reſidere, ex *Canone ubicumque* 13. *quæſt.* 2. Unde hæc qualitas ſponſi, quæ venit in ſequelam Dignitatis Epiſcopalis, non eſt principaliter conſideranda in electione ſepulturæ, prout ſola Dignitas conſiderata fuit in Cardinali in itinere decedente, antequam ad Urbem perveniret, qui poſtpoſita Parochia, in qua deceſſit, ſepeliendus eſſet in Eccleſia majori loci obitus, ut firmavit Murga *dict. concl.* 4. quod etiam procedit in Prælato inferiori, qui habet idem Jus ſepulturæ, licet non
ſit verus ſponſus ſuæ Eccleſiæ, ut *in cap. cum quis* 27
de ſepultur. in 6. & firmat Lavot. *variat. lucubr. titul.* 2. *capit.* 11. *numer.* 61. nec quia Cardinalis non dicitur ſponſus ſuæ Eccleſiæ minus conſiderari debet, quam Epiſcopus in ſua Cathedrali; nam hoc procedit ab eminentia Dignitatis: quia cum Cardinales ſint membra univerſalis Eccleſiæ, cujus eſt caput Summus Pontifex, & illi principaliter inſervire debeant, quamvis omnes Chriſtifideles dicamur ejus membra; attamen Cardinales, & Summus Pontifex inſimul efficiuntur unum corpus myſticum, & ideo Lother. *ubi ſupra* dicit, quod Cardinalis non eſt ſponſus alicujus Eccleſiæ, ſumpta opinione a Calder. *conſult.* 1. *numer.* 2. *de translat. Prælat.* Ceterum Eccleſia Titularis traditur in titulum, & per obitum vacare dicitur, ut ex eadem Bulla Sixtina, ac ex ſpeciali, qua unicuique Cardinali perpetuo Titularis Eccleſia aſſignatur, & hoc hodie melius convincitur, quia, ut diximus, totidem ſunt Cardinales, & invariabiliter Cathedrales dantur Cardinalibus Epiſcopis, Titulares Presbyteris, & Diaconiæ Diaconis. Cumque hæc vacatio præſupponat præcedentis vinculi diſſolutionem ad tradita per Cardin. de Luca *de benef. diſc.* 97. *num.* 18. & Rota coram Gregor. *deciſion.* 48. *numer.* 5. *deciſion.* 142. *numer.* 6. ſequitur, ut ratione tituli, in quo reperiuntur ſpecialiter addicti, ſint in Eccleſia Titulari ſepeliendi, ut diſtinguendo plures caſus comprobat Paſſerin. *de ſtat. homin. tom.* 2. *quæſtion.* 187. *artic.* 4. *numer.* 320.

Idem reſpondetur quoad reſidentiam, cum tam Eccleſiæ, quam Cardinales ſint in eadem Civitate, neque abeſſe poſſint ſine licentia Pontificis, nec dictæ Eccleſiæ habent neque habere poſſunt omnes propriam habitationem, & nullæ etiam, vel ex diſtantia loci, vel ex qualitate aeris non permitterent commodam, & tutam reſidentiam, quia, ut dixi-
mus, Cardinalis ſemper debet eſſe a ſecretis Sum-
mi Pontificis, intereſſe Congregationibus, Capel- 28
lis, & ſimilibus. Et ſi ex eiſdem cauſis permittitur ſimplici Epiſcopo, vel aliam domum habitare, vel etiam a loco Cathedralis recedere; quanto magis hoc interpretandum eſt favore Cardinalium, qui in eadem Civitate commorantur, prout de reſidentia ipſorum Cardinalium Epiſcoporum, quoad dictas ſex Eccleſias firmat Cardinalis Brancaccius *in ſua diſſertatione de option. ſex Epiſcopatuum Cardinalium*. Ultra quod ad iſtum effectum ſufficit etiam præſumpta habitatio, licet defunctus alibi habitaret, ut tradunt Lap. *allegat.* 62. *num.* 2. *& ſeqq.* Lavor. *Lucubrat. dict. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 51. & in ſpecie Paſſerin. *de ſtatu homin. quæſt.* 187. *art.* 4. *num.* 320.

Minus obſtare poteſt, quod Cardinales optent inter ſe Eccleſias, Titulares obtineant nonnulli

una cum titulo aliam Eccleſiam Epiſcopalem, & non omnes actus Epiſcopis competentes exerceant in eorum Eccleſiis Titularibus. Nam optiones ortum habuere ſub Pontifice Alexan. V. ut obſervat Spondan. *continuat. ad ann.* 1410. *n.* 1. & fiunt in Conſiſtorio, conſentiente, & approbante Summo Pontifice; imo ſi Cardinales poſt certum tempus volunt ab ordine Diaconorum tranſire inter Presbyteros Cardinales, ut deinde aſcendere valeant ad Epiſcopalem gradum, neceſſarium eſt vigore ejuſ-
29 dem Bullæ Sixti, quod dimittant Diaconiam, & aſſumant titulum, & deinde Cathedralem, ut confuſio prima evitetur, & ordo in omnibus rebus ſummopere neceſſarius in Eccleſiaſticis præcipue ſervetur. Et habemus in *Capitulo ex parte de Clericis non reſidentibus*, quod Anaſtaſius Presbyter Cardinalis S. Marcelli ob non reſidentiam fuit depoſitus. Unde data a principio hac formali reſidentia, ſi hodie ex cauſa bene viſa Summis Pontificibus, & ex frequentia negociorum in aliquo immutata eſt, non poteſt dici, quod amiſſum ſit Jus ſepulturæ, quod acquiſiverunt Eccleſiæ Titulares ex regula Juris jam acquiſiti, & quia regulariter etiam reſpectu Parochialium idem eſt habere domicilium, vel quod habere cenſeatur, & ſufficit reſidentia habitualis, ut obſervat Lap. *dicta allegat*, 62. *numer.* 1. & domus Titulares gaudent iiſdem privilegiis, ac Epiſcopales, de Luc. *diſc.* 70. *num.* 2. *de Juriſdict.*

De actibus autem particularibus modo non eſt quæſtio. Nam ſi quoad nonnullos actus, ita voluit Summus Pontifex pro meliori regimine, & ad evitandam tantam Juriſdictionum ſciſſuram, & varietatem in una eademque Civitate, ut obſervat idem de Luca *dicto diſc.* 34. *numer.* 17. & ita practicatur, ut ſcripſit idem Choellius *de notit. Card.*
30 *capit.* 55. non bene infertur, quod exinde Eccleſiæ Titulares dici amplius non debeant veluti particulares Diœceſes, & quod Cardinales non habeant Jura Epiſcopalia, neque gaudeant illis privilegiis, quibus utuntur Epiſcopi in ſuis Cathedralibus cum ratione univerſalis Eccleſiæ, cujus ſunt Senatores, & membra adeo excellant Dignitate Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis. Et poſſet reſponderi, quod etiam in Epiſcopis videmus diminutam illorum Juriſdictionem ex privilegiis a Summis Pontificibus conceſſis regularibus Monaſteriis, & ſimilibus, & nihilominus Epiſcopi gaudent ceteris omnibus honoribus, & prærogativis, & illorum Eccleſiæ Cathedrales conſervant Jus ſepulturæ, ut ſupra probatum fuit.

Nullius pariter relevantiæ eſt alterum Partis objectum, quod Jus ſepulturæ emanat ab adminiſtratione Sacramentorum, & ſolutione quartæ. Verum quia Eccleſia Titularis, neque adminiſtrat, neque prætendit adminiſtrare Sacramenta, & exigere quartam, ita neque prætendere poteſt tumulationem ca-
31 daveris. Omiſſo enim, quod per ſcribentes dicebatur, quod nempe Cardinalis, neque uſus ſit Parocho per totum tempus ſuæ permanentiæ hic in Urbe, cum proprium Confeſſarium haberet, neque Sacramentum Extremæ unctionis ipſe petierit, cum loqui minime potuerit ex vehementi apopletico inſultu, quæ examinari poſſent, prout etiamſi acceſſerit ad Urbem animo permanendi, itaut dici deberet de Parochia, vel viator, ſi quæſtio eſſet inter duas Eccleſias Parochiales, vel quod probata Parochialitate Jus Titularis cedere deberet; ſed quando ex firmatis Eccleſia Titularis habet potentius Jus, idem habere debet etiam, non obſtante adminiſtratione Sacramentorum, & ſolutione quartæ; alias hæc ratio generaliſſima deſtrueret quodcunque particulare Jus ſupra firmatum, quia non ſuffragaret amplius neque electio, neque habere ſepulchrum ſuorum majorum, cum ſemper Sacramenta ſint accipienda a proprio Parocho, & eidem debetur quarta, & ideo uti nimis probans nihil probat.

Et demum non obſtat Statutum Cleri Romani, quo ſub *capit.* 4. §. 6. hæc ordinatio legitur — *Cadavera extra limites Parochiæ, in qua obierunt, abſque ejuſdem Parochi licentia in depoſitum non deponantur, Cardinalium cadaveribus exceptis, &c.* Nam talis ordinatio reſpicit ſolum depoſitum non ſepulturam; ſed idem Statutum potius retorquetur; nam in §. 12. ſtatuit, quod familiares Cardinalium, 32
Prælatorum, & Principum habentes domum, & familiam in aliena Parochia ad illam pertineant, nihil autem de cadaveribus Cardinalium diſpoſuit, bene ſciens, quod illi alibi ſepeliri non poterant, quam in Eccleſia Titulari, juxta praxim ſuperius inſinuatam.

Et ita Cauſa pluries propoſita, & utraque Parte ſemper informante, & in poſtremis propoſitionibus ſuffragantibus omnibus DD. reſolutum fuit &c.

A D N O T A T I O

Hanc deciſionem juſtiſſimam, ac bene fundatam de Jure puto, & antequam articulus in Rota reſolveretur, in eodem ſenſu fui. Duplex enim me movet ratio. Altera, quod ſi Canonici, & alii Beneficiati cum onere reſidendi in ſuis Eccleſiis ſunt tu- 33
mulandi, Innocent. *in cap.* 1. *verſic. Clerici in Eccleſiis de Sepultur.* Antonell. *de regim. Eccleſ. l.* 1. *capit.* 12. *numer.* 27. privative ad Parochiam, ubi habitant, Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 52. §. *unico num.* 24. & Cardinales in Eccleſiis ſuorum Titulorum ſepeliri debent tanquam adſtricti ad reſidentiam, juxta Text. *in capit. ex geſtis de Cleric. non reſident. ubi* Fagnan. *numer.* 10. & altera, quod ſi laicus ſepeliendus eſt in ſepulchro majorum ratione affectionis, & præſumptæ voluntatis privative ad Parochiam *capit.* 1. *de Sepultur.* Antonell. *ubi ſupra numer.* 1. Ergo & Cardinalis Titularis in Eccleſia ſui Tituli ob eandem rationem affectionis; debetur tamen Parochiali Canonica portio, ſi in infirmitate Cardinalis Sacramenta recipit ab illa, Antonell. *de regim. Eccleſ. libr.* 1. *cap.* 12, *num.* 30.

A R G U M E N T U M.

Diſcutiuntur hic plura dubia matrimonialia ſignanter ſuper ſponſalibus, & matrimoniis conditionatis, & ſuper contractis, prævia proteſtatione ſuper metu, & aliis caſibus, qui in corpore habentur.

S U M M A R I U M.

1 *Sponſalia facta ſub conditione aſſenſus Patris evaneſcunt, eo non ſecuto.*
2 *Probare purificationem hujus conditionis ſpectat ad partem quæ agit ad matrimonium.*
3 *Evaneſcunt ſupradicta ſponſalia, conditione non ſecuta, non obſtante juramento.*
4 *Ex ſponſalibus conditionatis, conditione non ſecuta, non oritur aliquod famæ detrimentum puellæ.*
5 *Pœna non debetur adjecta in ſponſalibus conditionatis, conditione non ſecuta.*
6 *Non valet appoſitio pœnæ in ſponſalibus, niſi in caſu de quo num.* 7.
8 *Sponſalia contracta coram Parocho, & teſtibus an per copulam ſubſecutam tranſeant in matrimonium abſque neceſſitate iterum contrahendi ſervata forma Sacr. Concilii, & reſolvitur negative ut numer.* 8. 10. & 11.
12 *Lapſus Sanchez in hoc puncto.*
13 *An Matrimonium ſub conditione per verba tamen de præſenti contractum coram Parocho, & teſtibus, ſit validum, & impleta conditione abſque neceſſitate repetendi formam conciliarem, poſt eam impletam late diſputatur, & reſolvitur negative in conditione de futuro ex n.* 14.

uſque

uſque ad 26. affirmative in conditione de præterito ſeu præſenti ex n. 26. uſque ad 30.

31 *Quando receditur a conditione de futuro adjecta in matrimonio, requiruntur ſolemnitates Concilii Tridentini.*

32 *Matrimonium contractum ſub conditione, ſi Papa diſpenſaverit, obtenta diſpenſatione, requiritur pro ejus validatione novus conſenſus coram Parocho, & teſtibus.*

33 *Reprobatur contraria opinio Sanchez, & aliorum.*

34 *Non requiritur novus conſenſus, quando Papa diſpenſavit in radice in gradibus tamen Jure poſitivo prohibitis, non in prohibitis Jure Divino, & n. 32. in fine.*

35 *Nec requiritur conditionem diſpenſationis impleri coràm Parocho, & teſtibus, ſed ponitur in dubium.*

36 *Ego non admitterem in Eccleſia matrimonia conditionata, niſi ſub licentia Ordinarii concedenda ex cauſa.*

37 *Qui paulo ante Matrimonium proteſtatus eſt coram multis nolle Bertam deſponſare, niſi habeat tot in dotem, & poſtea pure contrahit, utrum, conditione non verificata, matrimonium ſit nullum? pro nullitate diſcurritur ex num. 38. & 39. contrarium num. 40. uſque ad 46.*

47 *Quando proteſtatio facta fuit, parte abſente, non relevat.*

48 *Matrimonium contractum, prævia proteſtatione ſuper metu facta; parte abſente, non valet.*

49 *Si autem metus ortus eſſet ex cauſa ſtupri per ſponſum commiſſi, an proteſtatio relevet, vide plures diſtinctiones, & caſus ex num. 50. uſque ad 60.*

61 *Deprehenſus in ſtupro, & contrahens matrimonium, parentibus ſtupratæ volentibus eum occidere ad vindictam, valide contrahit; ſecus illis volentibus occidere, niſi contrahat, ſecundum communem opinionem moralium.*

62 *Hujuſmodi diſtinctio late revocatur in dubium, confutatur, & diſtinguuntur caſus uſque ad numer. 70.*

70 *Conſanguinei quando admittantur ad probandum ſuper matrimonio.*

71 *Ex quibus verbis non concludatur promiſſio ſponſalitia, & n. 72.*

73 *Eam non concludit traditio annuli.*

74 *Verba* – volo implere, quæ pollicitus ſum – *inducunt Sponſalia, non Matrimonium, & numer. 75.*

76 *Diſparitas inter conjuges excludit in dubio præſumptionem matrimonii contracti.*

77 *Quæ diſparitas attendatur.*

78 *Promiſſio quando ſit inſufficiens ad matrimonium.*

79 *Stantibus cauſis, non poteſt quis cogi ad ſervandam promiſſionem ſponſalium, & quæ ſint cauſa n. 80. & 81.*

82 *Etiam Hæretici tenentur ſervare in matrimoniis formam Concilii ubi hoc fuerit publicatum in eorum Parochia.*

83 *Mater quando poſſit impedire matrimonium Filiifamilias.*

84 *Cauſæ obſtantes matrimonio aliæ impediunt contrahendum, aliæ dirimunt contractum.*

85 *Pater poteſt impedire Matrimonium Filii cum ſponſa indigna, & numer. 88. 89. 90. 91. 92.*

86 *Concilium non obſtat huic caſui.*

87 *Quæ ſit cauſa rationabilis impediendi matrimonium.*

93 *Juſtitia publicæ honeſtatis ſecundum* Hoſtien. *non habet multum rationis, ſed fundatur in placito legiſlatoris.*

94 *Hoſtien. tentavit in Concilio Lugdunen. aboleri facere impedimentum Juſtitiæ publicæ honeſtatis.*

95 *Canones inducentes hoc impedimentum ſunt multum exorbitantes a Jure communi.*

96 *Ratio impedimenti publicæ honeſtatis.*

97 *Ex ſponſalibus validis, & mutuo conſenſu diſſolutis oritur ſupradictum impedimentum, & refelluntur contrarii.*

98 *Fallit, quando ſponſalia ſunt occulta.*

99 *Idem procedit in matrimonio clandeſtino.*

100 *Allegatur ratio.*

101 *Etiam ſi Apocha ſponſalitia fuerit ſubſcripta per Teſtes, & de ratione n. 102.*

103 *Iſti Teſtes non tenentur revelare, & num. 104. & 105.*

106 *Secus ubi impedimentum ſponſalium propalaretur.*

107 *Ex ſponſalibus contractis, ſi factis denunciationibus non apparebit aliquod impedimentum, non oritur impedimentum publicæ honeſtatis.*

DISCEPTATIO LII.

SUpponitur in facto, quod Cajus filiusfamilias moram trahens in Univerſitate ſtudii Conimbricenſis contraxerit ſponſalia cum NN. inſciis parentibus, ſed conditionaliter illorum nempe conſenſu expreſſe reſervato, qui conſenſus poſtea obtineri non potuit.

Quæritur in ſenſu veritatis, an idem Cajus poſſit condemnari ad aliter quam pœnam pecuniariam, vel intereſſe, in quo articulo mihi non aliter quam negative ſecundum ea, quæ proponuntur, videtur reſpondendum.

Sponſalia enim contracta fuerunt ſub conditione
per Sacros Canones non improbata, ſed expreſſe 1
permiſſa, ut in ſpecie de conditione *ſi Patri placuerit* – docet Text. literalis *in capitul. ſuper eo de condition. appoſit. &* tradunt communiter Sanchez *de Matrimon. liber. 5. diſput. 6. numer. 5. & diſp. 7. num. 1.* Coninch. *de matrim. diſp. 29. dub. 2. n. 26.* quo ſtante ſi conditio non purificetur, quia nempe Parentes conſentire recuſant, ſponſalia evaneſcunt, perinde ac ſi nunquam fuiſſent celebrata, nec poteſt unus vel alter ex contrahentibus adſtringi ad Matrimonium, ut clara diſpoſitio Text. in allegato *capit. ſuper eo* de *condit. appoſit.* ibi – *ſuper eo vero, quod poſtulaſti utrum ille, qui in quandam mulierem conſenſit, ſi Pater ejus ſuum præſtaret aſſenſum, ſit ad conſummandum Matrimonium compellendum? Reſpondemus, quod cum conſenſus liber dici non poſſit qui in alieno arbitrio reſervato, ac conditionem ipſam Canonica non improbant Inſtituta, niſi voluntas Patris poſtea intercedat, nequaquam cogendus eſt ad matrimonium contrahendum.*

Ex quo Textu deſumunt Canoniſtæ communem aſſertionem, quod Matrimonium ſub tali conditione contractum ſuſpendatur uſque ad ejuſdem conditionis eventum: & ſi interveniat Parentum conſenſus, Matrimonium valeat; ſi vero non interveniat, illud non valeat, ſed tanquam ex defectu conditionis, & conſequenter conſenſus ſub ea dati, reſolvatur contractus ipſo Jure, *ut ſcribunt* Sanc. *ubi ſup.* A Spiritu Sancto *in Director. Confeſſ. tom. 1. titul. de Matrimon. diſputat. 5. numer. 4.* Coninch. *de matrimon. d. diſputat. 29. num. 26. & ſeqq. & num. 31.* Filliucc. *oper. moral. tract. 10. de Sacram. matrimon. capit. 4. num. 144.* Caſtropal. *part. 5. tract. de ſponſal. diſputat. 1. punct. 10. §. 2. numer. 3. & ſeqq.* Bonaccin. oper. moral. *tom. 1. titul. de ſponſal. quæſt. 1. punct. 10. num. 4.* Rot. coram Cerr. *dec. 761. n. 8.*

Et dicitur conditio non purificata eo ipſo,
quod pars agens ad Matrimonium, non probat, 2
Parentes expreſſe conſenſum præſtitiſſe, quia cum fuerit conſenſus illorum imperſonaliter reſervatus, illam procurare pro executione conditionis nemini ex contrahentibus per ſe incumbit, niſi ad id ſe ſpecialiter obligaverit, ſed ſolum ei incumbit, qui cupit perfici contractum, ut in pun-

ćto Caſtropal. ubi ſupra §. 2. *n.* 9. ibi — *Procurare autem executionem conditionis ſcilicet conſenſum Parentis, &c. nemini ex contrahentibus per ſe incumbit, niſi ad id ſe ſpecialiter obligaverit, ſed ſolum ei incumbit, cupit contractum perfici* — concordat Coninch. *de matrimon. dict. diſput.* 29. *dub.* 2. *n.* 35. *in fine*, multo magis autem in caſu præſenti, ubi ſupponitur Patrem requiſitum ad annuendum ſponſalibus denegaſſe aſſenſum.

Cum igitur ſponſalia evanuerint ex defectu conditionis, & conſenſus Caii, qui non aliter quam
3 ſub præfata conditione contraxit, intrat conſequentia valde clara, quod nullius pœnæ Reus eſſe valeat, nec ad aliquid condemnari, non obſtante Juramento ſponſalitiæ promiſſioni adjecto, quia Juramentum eſt acceſſorium, & famulatorium contractus contrahentium, unde ſi corruit contractus tanquam principalis, Juramentum quoque uti acceſſorium cum eo corruere neceſſe eſt, ut in his terminis punctualiter firmat Portell. *Reſponſor. moral. tom.* 1, *part.* 3. *caſu numer.* 2. Ledeſma *de matrim. dub.* 13. *caſ.* 10. Sanchez *de matrim. lib. primo diſput.* 59. *num.* 2. *in fine*, & eſt optimus Text. *in cap. de illis de condit. appoſit.*

Neque hic ulla videtur concurrere cauſa legitima pro condemnando Cajum ad pœnam, & intereſſe; nam poſita evaneſcentia, & nullitate contractus ex defectu conditionis, & conſenſus, nullus ex eo naſci poteſt effectus aut pœna, juxta regulam Text. *in capit. illud de Jurepatr. leg. ſi aut nullum Codic. de legitim. hered.* & in ſpecie Coninch. *de matrimon. diſputat.* 23. *dubio* 6. *num.* 46. ubi quod omnis conſenſus conditionalis, deficiente conditione, eſt nullus, ac omnino deſinit obligare.

Quod ſi dicatur, mediantibus hujuſmodi ſponſalibus, ſeu matrimonio non ſecuto, fuiſſe aliquid de-
4 tractum famæ mulieris, reſpondetur negando hoc famæ detrimentum, cum in ſponſalibus conditionalibus nihil tale conſiderari valeat, immo quod nec Juſtitia publicæ honeſtatis oriatur ex hujuſmodi ſponſalibus ante eventum conditionis docet Text. apertus *in cap. unico de Sponſalib. in* 6. ibi — *Cum ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem exsantem, ſicuti conſenſum non habentibus, & incertis, nulla publicæ honeſtatis Juſtitia oriatur*, & firmavit Rot. coram Peutinger. *decif.* 179. *numer.* 15. *&* 16.

Ultra quod etiamſi aliquid præjudiciale mulieri conſiderari valeret ex his ſponſalibus, adhuc non exinde vir poſſet condemnari ad aliquam pœnam, cum ſibi imputare debeat mulier, quare ſub tali conditione contraxerit, & per contrarium nihil imputari poteſt viro qui contraxit conditionaliter & ſub conditione honeſta, quam Canonica non improbant Inſtituta, ut ait Text. *in d. cap. ſuper eo de condit. appoſit.*

Imo in fortioribus terminis habemus, quod etiamſi contrahentes in ſponſalibus appoſuiſſent expreſ-
5 ſe pœnam conventionalem, adhuc iſta non eſſet exigenda, ex quo ſi ſponſalia, quæ ſunt principale, uti conditione non purificata evaneſcunt; ita & pœna eiſdem adjecta, ſicut de juramento ſuperius dixi, & punctualiter obſervat Gloſſ. *in capit. gemma de ſponſalib. in verb. intra ſeptennium* A Spiritu Sancto *in Direct. Confeſſ. titul. de Sponſalib. tractat.* 10. *diſput. primo ſection.* 11. *n.* 76. multo minus igitur pœna exigi poteſt ab Ordinario in caſu iſto, ubi conventa non fuit.

Præterea ad conſulendum omnimodæ libertati matrimoniorum probibita eſt per Sacros Canones ad-
6 jectio, ſeu promiſſio cujuslibet pœnæ, etiam ſi iſta petatur ratione lucri ceſſantis, juxta Text. *in relato capit. Gemma de Sponſal.* & tradunt Sanchez *de Matrimon. lib.* 1. *diſput.* 30. *per tot.* A Spiritu Sancto *ubi ſupra numer.* 75. & ſolum in caſu, quo quis injuſte reſiliret a ſponſalibus peti poteſt reſarcitio damni, veluti, ſi ratione ſponſalium fuiſſent
7 factæ expenſæ, ut explicat Sanchez *ubi proxime num.* 13. *&* 14. ideo in præſenti, ubi Cajus nec injuſto reſiluit a contractu, nec aliquod damnum intulit, neſcitur, quomodo ſubjacere debeat alicui pœnæ.

Quæ omnia clariora redderentur, ſi mulier jam alteri nupſiſſet; hoc enim caſu nullum damnum poſſet allegare in conditione ſuæ famæ, vel in fundamento ſcandali, aut alterius cujuſcunque cauſæ, cum ſatis huic mulieri ſit conſultum, & ita pro veritate ſcripſi in *Coſmopolitana Sponſalium*.

Hac occaſione proſequendo materiam matrimonialem, quæro, ſi ſponſalia fuerint contracta in
faciem Eccleſiæ, nempe coram Parocho & teſti- 8
bus, juxta formam ſtabilitam in matrimonio per Sacr. Conc. Tridentinum, & deinde ſecuta fuit copula, utrum tranſeant in matrimonium? movet hanc quæſtionem Cardin. Tolet. *liber.* 7. *Inſtruct. Sacerd. cap.* 17. & dicit hæc verba — *Crederem in hoc caſu eſſe matrimonium, quia inveniuntur omnia, quæ ſtatuit Concilium, non nego rem eſſe dubiam, & non carere difficultate, ſi talis caſus accideret, recurrendum eſſet ad Papam, qui ſibi hujus Concilii declarationem reſervavit* — & hæc verba Toleti refert Graff. *conſil. liber.* 4. *conſil. unico num.* 11. *de ſponſal.*

Contrarium tamen reperio fuiſſe reſolutum per
Sacram Congregationem Concilii his verbis — *Et-* 9
iam coram Parocho, & teſtibus contrahuntur ſponſalia, licet poſtea ſequatur copula, matrimonium nihilominus non cenſetur, poſſunt tamen denuo contrahere, ſervatis ſervandis — quam reſolutionem refert Poſſevin. *de offic. Curat. in fin. tract. in Declarationibus Sacr. Congregation. Concilii titul. de proprio contrahen. Parochial. ſection.* 3. *numer.* 58. *fol. mihi* 336.

Hæc ſententia videtur fundata in Jure, quia cer-
tum eſt, quod licet olim ſponſalia de futuro per 10
copulam ſubſecutam tranſirent in matrimonium, juxta Tertum *in cap.* 15. *qui fidem de ſponſal.* tamen hodie ex Decreto Sacri Concil. Tridentini quod præſcripſit novam formam matrimoniis contrahendis, ſponſalia per copulam ſubſequentem non amplius tranſeunt in matrimonium, ut optime Fagnan. *in d. capit.* 15. *qui fidem num.* 10. *&* 11. *in fine* Navarr. *in manual. capit.* 25. *numer.* 144. Menoch. *de præſumpt. liber.* 3. *præſ.* 1. *num.* 99. Valer. *differentiar. utriuſque Jur. in verb. matrimonium differ.* 6. *numer.* 1. *in fine* Rot. in Avenion. *dotationis* 19. *Junii* 1680. §. *ex duplici*, coram bon. memor. Albergato, & ideo cum in præſenti themate non fuerit contractum per verba de præſenti coram Parocho, & teſtibus, non poteſt ſubeſſe validum matrimonium.

Neque adverſatur conſideratio Tolet. *ubi ſupra*, quod nempe hic inveniantur omnia, quæ ſtatuit
Concilium; nam hoc ſtatuit præſentiam Parochi, 11
& teſtium in matrimonio per verba de præſenti, non autem in ſponſalibus de futuro, pro quibus nihil diſpoſuit, ſed ea reliquit determinanda ſecundum diſpoſitionem Juris communis, ut ait Fagnan. *in cap. ex literis numer.* 2. *&* 3. *& in dict. capit.* 15. *qui fidem numer.* 10. *de Sponſalib.* & propterea eum hic non præſupponatur fuiſſe contractum matrimonium per verba de præſenti, non poteſt dici ſatisfactum Concilio, licet ejus ſolemnitas fuerit adhibita in ſponſalibus de futuro, quia ſolemnitas requiſita per Concilium in actu præparato, non ſufficit, ſi adhibeatur tantum in actu præparatorio & præambulo, & in ſpecie ita deciſum fuiſſe per Sacr. Congregationem Concilii in contingentia facti, refert Fagnan. *in d. capit.* 15. *qui fidem numer.* 10. *verſ. ad ſecundum*, & turpiter copiando verba Fagnan. & fere totum ejus commentarium in *dict. capit. ex literis*, ſuppreſſo tamen nomine ipſius Fagnani, ſequitur Pignatell. *conſultat.* 133. *numero* 45. *tomo* 9. implendo volumina laboribus alienis.

Dicit Sanchez *de matrim. liber.* 5. *diſputat.* 8.
numer. 26. quod ſpectato Jure Tridentini, ſponſa- 12
lia per copulam tranſirent in matrimonium, ſi tam ſponſalia, quam copula fierent coram Parocho, & teſtibus, ut *lib.* 1. *diſputat.* 26. *numer.* 13. *in fine verſ. ſi tamen*, heu ſimplicitatem viri Religioſi,

cujus

cujus dictum facit pro canibus publice, & palam coeuntibus, non pro hominibus, erubeſcente etiam Religione Ethenicorum, qua in re videatur eruditiſſimus Tiraquell. *de legib. conjugal. leg. 15. Gloſ. part. num. 159. uſque ad 163.* Arguell. *deciſ. 8. n. 30.* & relinquatur hujuſmodi copula publica immanitati Neronis, qui apud ſtagnum Agrippæ nupſit cuidam Pythagoræ coram populo, quo ſpectante nedum ſolemnia conjugii celebrata ſunt, ut narrat Tacit. *l. 15. annal.* ibi – *inditum Imperatori flammeum, viſi Auſpices, dos, & genialis Torus, faces nuptiales* – ſed etiam coram eodem publice viſa fuit execranda copula ibi – *Cuncta denique ſpectata, quæ etiam in femina nox operit* –

Succedit hic alia gravior quæſtio ſequentis tenoris – *Quidam contraxerunt coram Parocho, & Te-*
13 *ſtibus per verba de præſenti ſub conditione licita, quæ poſtea fuit purificata, reputantes ſe pro legitimis conjugibus, iſti matrimonium conſummaverint, an validum ſit matrimonium vel potius cogendi ſint conjuges, ut denuo, quia purificata eſt conditio, coram Parocho, & Teſtibus legitime contrahant?*

Hanc gravem quæſtionem refert Fagnan. *in cap. ſuper eo de condit. appoſit. num. 4. & ſeqq.* ubi dicit eſſe ſciſſuram opinionum inter Canoniſtas & Theologos. Iſti enim ſuſtinent eſſe neceſſarium iterum contrahere, ſervatis ſervandis purificata conditione; illi vero negant, & propoſita Cauſa in Congregatione Concilii, licet iſta reſolverit cum Theologis reiterandum eſſe matrimonium, repugnante Voto ſolius Cardinalis Alciati, tamen facta relatione Sanctiſſimo nempe S. Pio V. iſte probavit ſententiam Canoniſtarum, & ſic reſolutionem Congregationis revocavit.

Reaſſumpta poſtmodum eadem quæſtione in alia Congregatione, omnes Eminentiſſimi Votantes tenuerunt cum Canoniſtis, non eſſe neceſſarium denuo contrahere, ſed matrimonium valere, qua reſolutione Santiſſimo relata, tunc S. M. Clem. VIII. olim Sacræ Rotæ Auditori, & filio doctiſſimi Silveſtri Aldobrandini Juriſconſultorum celeberrimi, Summus Pontifex viſus eſt dubitare, *quia licet de Jure veteri matrimonium valeret per* Textus *in cap. ſuper eo de condit. appoſit. tamen hodie poſt Concilium, quo ſolemnitas Parochi, & Teſtium introducta eſt, ſecus eſſe videtur, quia cum contrahitur ſub conditione ſolemnitatem adhibendo, non ſatisfit Concilio; quando autem a conditione receditur ſolemnitates non adhibentur* – ideoque mandavit hanc difficultatem in Congregatione conſiderari, qua difficultate propoſita, Sacra Congregatio ei reſpondit – *Concilium non requirere ſolemnitates Parochi, & Teſtium, quando receditur a conditione, ſed quando mutuo conſenſu habito vir, & mulier contrahunt; hoc autem caſu quando contractum fuit, adhibitæ ſunt ſolemnitates* – hac difficultatis ſolutione relata eidem Clementi VIII. iſte approbavit ſententiam Sacr. Congregationis, & ita in ea Cauſa reſponderi mandavit; Verum noluit hanc deciſionem omnibus caſibus deſervire: ſed omnes, qui acciderint in futurum cum ſuis circumſtantiis eſſe ſpecialiter conſiderandos – hæc tradit Fagnan. *in d. cap. ſuper eo* quod ſibi uſurpavit Pignatell. *conſult. 133. nu. 54. & 55. tom. 9.* ſed plene uſurpare noluit, aut neſcivit, ac etiam erronee mentionem fecit de Gregorio XIII. loco S. Pii V. unius ex relatis Pontificibus, cui facta fuit relatio ſupradictæ reſolutionis Sacræ Congregationis.

Quid ergo dicendum in hoc puncto arduiſſimo, & nondum pacifico, aut generaliter ſtabilito pro
14 omnibus caſibus? ego ſane abſtinere debebam ab hac quæſtionem promovendo, ſed quoniam promovi, habeo neceſſitatem meum ſenſum proferendi, ne alias mihi objici poſſit illud Martial. Epigramm. lib. 1. – *Cur in Theatrum Cato ſevere veniſti? an ideo tantum veneras ut exires?* ut faciunt multi, qui quæſtionem movent referendo tantum, quicquid alii dixerunt; ex alia autem parte video iter procelloſum, & difficillimum ita, & taliter, quod poſſem dicere illud Tiberii apud Tacit. *lib. 3. annal.* – *Mihi autem neque honeſtum ſilere, neque proloqui expeditum* – dicam tamen tuta fronte me dubitare, pluſquam dubitavit S. M. Clem VIII. in affirmando validitatem Matrimonii conditionati abſque eo, quod requiratur reiteratio ſolemnitatum Conciliarium de tempore adimpletæ conditionis, hoc eſt, quod ſaltem coram Parocho & teſtibus impleatur conditio, hoc eſt quod Parocho, & teſtibus contrahentes oſtendant ac fateantur conditionem eſſe adimpletam.

Et moveor ex ipſa litera Sacri Concilii Tridentini *in cap. 1. ſeſſ. 24. de reform.* quod præfinivit ſolemnitates Parochi, & teſtium in matrimonio perfecto, & puro per verba de præſenti ibi – *Ego vos in matrimonium conjungo* – quando autem contrahitur per verba de præſenti, ſed ſub conditione, non dicitur fieri matrimonium, ſed contractus reſolvitur
in ſponſalia de futuro, ut probat Textus *in capit.* 15
ſuper eo de condition. appoſition. ibi – *cum hujuſmodi conſenſus non ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti evidentius exprimatur* – ea ratione, quia matrimonium eſt actus legitimus, qui non recipit conditionem, neque diem, Covarruv. *de Sponſalibus part. 2. cap. 3. numer. 3. & 4.* Filliuc. *de Matrimon. tract. 10. part. 1. capit. 4. numer. 137.* repugnat enim quod mas, & femina conjungantur jure per Parochum, ut in verbis Concilii ſuper relatis, & tamen conjunctio ſuſpendatur per conditionem, ut ait Gonzal. *in cap. per Tuas n. 6. de condit. appoſit.* ſed ſolum conſenſus ad matrimonium, prout eſt contractus, ſuſpendi valet per conditionem, ut firmat Covar. *ubi ſupra*, Coninch. *de Sacram. to. 2. diſp. 29. dub. 1. num. 10.* Filliuc. *ubi ſupra* conſenſus autem ſuſpenſus, & dependens ab eventu conditionis, interim non eſt conſenſus de præſenti ſed de futuro; ideoque non poteſt inducere matrimonium requirens conſenſum de præſenti, ut bene Gonzal. *in dict. cap. per duas num. 6.* Covarr. *ubi ſupra num. 3. & 4.* ſed tantummodo in effectu operari valet ſponſalia, quia ſi, pendente conditione, cum alia contrahantur per verba de præſenti, & abſque conditione, hoc ultimum matrimonium validum eſt, ut ait Gonzal. *in dict. capit. per tuas nu. 6.* ibi – *adeo autem matrimonium ſub conditione celebratum pro ſponſalibus habetur, ut ſi, pendente conditione, ſponſus, vel ſponſa cum alio de præſenti nuptias contrahant, nuptiæ legitimæ ſint, quia ſponſalia de futuro ſolvuntur per ſponſalia de præſenti*, Gloſ. *in dict. capit. per Tuas in verb. præſumendum verſic. Item quod ſi contraho*, ſeu ſecundum aliorum opinionem hujuſmodi matrimonium conditionatum, nec habet vim matrimonii neque ſponſalium, ut ait Coninch. *dict. diſp. 29. dub. 1. numer. 14. verſic. reſpondeo*, ſed eſt quid medium inter ſponſalia, & matrimonium, ut notat A Spiritu Sancto *tit. de matrimon. tractat. 11. diſp. 6. ſect. 4. n. 296. verſ. Inſtabis ergo illi conſenſus.*

Ideoque ſolemnitates Conciliares adhibitæ in matrimonio conditionato, ante conditionis verificatio- 16
nem, non ſuffragantur, quia vel hujuſmodi matrimonium habet vim ſponſalium, & non fit validum niſi ſolemnitates adhibeantur in conſenſu novo pure dato, ut dixi in præcedenti caſu *n. 9. & ſeqq.* aut habet quid medium inter ſponſalia, & matrimonium, & pariter in eo adhibendo ſolemnitates non remanet ſatisfactum Concilio, quia ſemper verum eſt, eas non fuiſſe adhibitas ſuper matrimonio puro, & perfecto, de quo loquitur diſpoſitio Conciliaris, atque ita in puncto quod requirantur ſolemnitates Conciliares de tempore purificatæ ſeu impletæ conditionis, ſive ut Parochus, & teſtes interſint implemento conditionis, ſeu confeſſioni contrahentium, qui de eodem implemento coram illis doceant, ac atteſtentur, firmavit Coninch. *de Sacramen. tom. 2. dict. diſput. 29. dub. 1. num. 15. & ſeq.* declarando *numer. 17.* aſſumptum his verbis – *Hic tamen notandum primo videri omnino, ſufficere ſive conditio ſit præterita, ſive futura, ut contrahentes, dum ſciunt eam eſſe impletam, id coram Parocho, & teſtibus*

fatean-

Digitized by Google

fateantur, quia hoc ipſo aperte ſignificant ſuum conſenſum eſſe omnino abſolutum, & purificatum — idem tenet Gonzal. *in cap. per Tuas de condit. appoſit. num. 6. in fine verſic. Inde etiam* Ledeſma *de matrim. quaſt. 47. art. 5. dub. 7. principal. §. in hac difficultate*, Perez. *lib. 3. ordin. tit. 1. leg. 1. ad finem §. Octavo etiam ceſſat*, & facit Filliuc. *ubi ſupra num. 146. in fine*, Candid. *diſquiſit. moral. to. 2. diſquiſit. 28. dub. 39. num. 40.*

Non obſtat opinio Canoniſtarum *in cap. ſuper eo de condit. appoſit.* quam eſſe præferendam Theo-
17 logis dixit B. M. S. Pius V. in hac materia ut ſuperius retuli, quoniam quamvis contrarii ſint aliqui Theologi Canoniſtis, iſtis contendentibus purificata conditione non eſſe neceſſarium novum conſenſum ad validitatem matrimonii ſub conditione contracti, illis vero aſſerentibus neceſſarium eſſe conſenſum novum, quia prior conſenſus non fuit de præſenti, ut apud Barboſ. *in cap. ſuper eo num. 7. & ſeqq.* qui Theologis adhæret; tamen, quia Canoniſtæ antiquiores non aderant tempore Concilii Tridentini, nec agunt quænam attento ejus Jure, ſed ſolum de veteri Sacrorum Canonum; idcirco multi ex Theologis dictum articulum diſputarunt una cum Canoniſtis de Jure veteri, an requiratur novus conſenſus, & partim tenuerunt cum illis, partim non; alii vero diſtinguendo dixerunt de Jure veteri non eſſe neceſſarium novum conſenſum juxta opinionem Canoniſtarum, ſed attento Jure Conciliari requiri, quod conditio impleatur coram Parocho, & teſtibus, ut ſunt Ledeſma, Rebell. Layman. Bonacin. Coninch. Dian. Barboſ. quos refert Boſſ. *de matrimon. cap. 10. num. 79.* Hurtado ad Perez. quos refert Dicaſtillus *de matrim. diſput. 5. num. 128.* Caſtropal. *de ſponſal. diſp. 2. punct. 11. §. 2. num. 11.* Amicus *de matrim. diſput. 5. ſect. 3. num. 6.*

Et ita videtur diſtinguere etiam Gonzal. eruditiſſimus Canoniſta
18 *in dict. cap.* per tuas *nu. 6.* circa finem ibi — *Inde etiam deducitur in hoc caſu hodie poſt Tridentinum neceſſarium eſſe novum conſenſum coram Parocho, & teſtibus, ut matrimonium ſubſiſtat, licet Jure communi attento dubium valde eſſet, an novus conſenſus deſideraretur* — unde patet, Theologos in hac parte non eſſe contrarios Canoniſtis, ſed potius diverſos, quia ſtat ſimul de Jure communi non requiri novum conſenſum, & quod attento Jure Concilii requiratur, quod Parocho, & teſtibus innoteſcat conditio impleta, idque coram illis fateantur contrahentes, per hanc confeſſionem ſignificantes tunc eorum conſenſum eſſe purum, & abſolutum.

Et ratio diſtinctionis eſſe videtur, quia licet de Jure veteri novus conſenſus non eſſet neceſſarius tempore adimpletæ conditionis, tamen de Jure Conciliari ſtatuente ſolemnitates matrimonio perfecto de præſenti, requiritur, ut conditio impleatur
19 coram Parocho, & teſtibus, illiſque conſtet conditio purificata, ſeu impleta, eo quia ſi tunc dicitur perfici matrimonium juxta Textus *in leg. hec venditio 7. ff. de contrah. emptor.* ibi — *conditionales venditiones tunc perficiuntur cum impleta fuerit conditio* — conſequenter tunc neceſſariæ ſunt ſolemnitates Conciliares, quæ ſuper matrimonio puro, & perfecto non ſuper imperfecto, ſeu conditionato requiruntur, optime Coninch. *dict. diſput. 29. dub. 1. num. 15.* Caſtropal. *de ſponſalib. ubi ſupra num. 11.*

Hic tamen obſtare videtur motivum retrotractionis, quod nempe ſicut conſenſus remanet purus uſque ab initio, adimpleta conditione, ita & uſque tunc remanet purum matrimonium, & ſic ſolemnitas tunc adjecta, remanet adjecta matrimonio puro, & perfecto juxta diſpoſita in Concilio, cui licet non fuerit ſatisfactum in illo initio conditione nondum impleta, quia nondum erat matrimonium, tamen impleta conditione virtute retrotractionis, cum matrimonium efficiatur purum uſque ab initio, ſolemnitates dicuntur interveniſſe in matrimonio puro, ita, & taliter, quod ſolemnitas ſtet in pendenti ſicut conſenſus ad matrimonium conditione non verificata, ſed ea verificata matrimonium, ſicut fit purum uſque tunc; ita uſque tunc ſolemnitas Conciliaris cenſetur appoſita matrimonio perfecto.

Verum reſpondeo, quod licet conſenſus retrotrahatur ad efficiendum matrimonium purum, tamen 20
ſemper verum eſt, quod matrimonium perficitur in illo tempore quo apparet impleta conditio, & ſic talis conditio coram Parocho, & teſtibus implenda venit, neque retrotractio, quæ eſt fictio, admittenda venit ad hunc effectum, ut dicantur ſuffragari ſolemnitates priores, dum Parochus & teſtes debent intereſſe, & audire matrimonium purum, & perfectum juxta Concilii formam: hoc autem non audiverunt tempore matrimonii conditionati, ergo debent intereſſe implemento conditionis, reddentis matrimonium purum, ut ſcribit Coninch. *dict. diſput. 29. dub. 1. num. 15.* & concordat Caſtropal. *ubi ſupra numer. 11.* dicens, teſtes debere eſſe præſentes conſenſui *quatenus matrimonium conſtituit;* ſed conſenſu conditionatus, cui ab initio interfuerunt, non conſtituit matrimonium; ergo non fuerunt præſentes matrimonio; ergo debent intereſſe implemento conditionis conſtituentis conſenſum purum, & ſufficientem pro matrimonio, Coninch. *ubi ſupra numer. 15. in fine* ibi — *ad valorem matrimonii requiritur, ut illi ita aſſiſtant, ut intelligant, quid agatur ſive ſponſos hic, & nunc, in præſens. matrimonium, conſentire, atqui ad hoc non ſufficit, ut audiant eos conſentientes ſub conditione, niſi ſciant etiam eam eſſe adimpletam; ergo hoc etiam eſt neceſſarium* — & propterea fictio retrotractionis, quæ de Jure communi poſſet fortaſſe ſuffragari pro evitando novo conſenſu, non juvat pro evitandis ſolemnitatibus Concilii, quia teſtes, & Parochus ſcire debent impletam conditionem, ut dicantur interfuiſſe matrimonio puro & perfecto, quam ſcientiam non ſupplet fictio retrotractionis, faciunt tradita per Butr. *conſ. 64. num. 5.*

Quod comprobatur etiam ex ipſo fine Concilii, quod præſcripſit hujuſmodi ſolemnitates adhoc, ut contrahentes non poſſent convolare ad aliud ma- 21
trimonium ſpreto primo, utque teſtes, & Parochus teſtari poſſint de validitate veri matrimonii, & impediant contrahi aliud matrimonium, Bonaccin. *de matrimon. quaſt. 2. punct. 10. numer. 22.* quando autem contractum fuit ſub conditione, poſſet contrahi ſecundum, quia Parochus, & teſtes non poſſent teſtari de matrimonio, quale non dicitur illud conditionatum, & per conſequens ſequeretur abſurdum, cui voluit occurrere Tridentinum, ut Theologi ſcribunt.

Neque adverſatur opinio Sanchez *de matrimon. lib. 6. diſput. 8. num. 20. ad plur. ſeqq.* exiſtimantis non eſſe neceſſarium, ut conditio adimpleatur coram Parocho, & teſtibus, cujus opinionem ſectari voluit A Spiritu Sancto *ubi ſupra ſect. 7. per totam* necnon Boſſ. & Dicaſtill. *ubi ſupra*, Quippe movetur inſuſiſtentibus fundamentis; ſupponit enim ſufficere Parochum & Teſtes intereſſe illi matrimonio de præſenti, ſive conditio ſit de præſenti ſive de futuro, dicendo quod mens Concilii non ſit, ut plene, & integre poſſint Parochus, & teſtes teſtificari de matrimonio, ſed ut ſint teſtes conſenſus de præſenti, quamvis valor matrimonii pendeat ex alicujus veritatis ſuppoſitione, quæ rationes ſunt erroneæ: quia loquendo tantum de matrimonio ſub conditione de futuro, non autem de præſenti (de 22
quo poſtea dicam) non video, quomodo Sanchez aſſerere valeat, teſtes interfuiſſe matrimonio de præſenti, & conſenſum eſſe de præſenti, ſicut præſupponit, quando tale matrimonium, vel reſolvitur in ſponſalia, vel non eſt neque matrimonium neque ſponſalia, ut ſuperius animadverſum eſt; & ideo Parochus, & teſtes interfuerunt actui præparatorio matrimonii, non autem ipſi matrimonio, & conſequenter non fuit ſatisfactum Concilio per ſolemnitatem in actu conditionato adhibitam, & proinde merito Sanchez reprobatur per Caſtropal. *de*

Sponſ.

Digitized by Google

Sponſal. ubi ſupra num. 10. *&* 11. Booaccina *de*
matrim. quæſt. 2. *punct.* 10. *num.* 22. & Coninch.
ubi ſupra.

Neque urget, quod finis Concilij ſervetur etiam-
ſi conditio non impleatur coram Parocho, & te-
ſtibus, eo quia Eccleſia, cui conſtat de illo matri-
monio conditionato, non permittet contrahentes
ad ſecundas nuptias convolare, donec plene diſcu-
tiat an impleta ſit conditio, ut conſiderat Sanchez
ubi ſupra num. 24. *circa finem*, quia etſi forte Ec-
23 cleſia non permitteret ſecundas nuptias, non ſibi
conſtito de conditione implemento, necne, tamen,
ſi de facto contrahatur ſecundum matrimonium,
hoc interim validum reputatur, & pro hoc Eccle-
ſia judicaret, donec conſtaret conditionem primi
matrimonii fuiſſe ſuo tempore adimpletam, ut re-
ſpondet Coninch. *de Sacram. dicto dub.* 1. *diſput.*
29. *n.* 16. ultra quod talis conſideratio non facit,
ut dicatur ſatisfactum Concilio, quod ſi requirit
aſſiſtentiam Parochi, & teſtium vero matrimonio,
ſemper inſiſto, quod ſi hoc non eſt matrimonium,
nec conſenſus de præſenti, dici nequit, quod ſatis-
ſiat Concilio.

Minuſque ſtringunt exempla allata per Sanchez,
nempe Matrimonii contracti per procuratorem,
ubi non eſt opus, ut Parochus, ac teſtes videant
literas, in quibus continetur poteſtas procuratoris,
necnon matrimonii inter conſanguineos ex Pontifi-
cis diſpenſatione, quam non eſt opus videri per
ſupradictos, quia hujuſmodi exemplis optime re-
ſpondit Caſtropal. *ubi ſupra numer.* 11. quod nihil
concludunt, dum etſi ignota ſint Parocho, & teſti-
24 bus mandatum ac diſpenſatio, ſemper tamen verum
eſt, quod ipſi aſſiſtunt conſenſui de præſenti ma-
trimonium perfectum conſtituenti, quod non con-
tingit in matrimonio conditionato; & ulterius re-
ſpondet Coninch. *ubi ſupra num.* 16. differre inter
ſe eſſe teſtem externi contractus in genere ſuo com-
pleti, & eſſe teſtem valoris illius, quia primum
tantum requiritur, & non ſecundum, & ſic teſtes
debent audire contractum in genere ſuo completum,
& ſic matrimonium cum conſenſu de præſenti, &
minime conditionato, non autem ſcire valorem il-
lius pendentem ex diſcuſſione mandati procuræ,
ſeu diſpenſationis; inſuper idem Coninch. ſubjungit,
quod ut Parochus valide aſſiſtat matrimonio per
procuratorem celebrando, debet ei conſtare de man-
dato procuræ, ut *in diſp.* 24. *numer.* 79. *& in di-*
ſput. 29. *num.* 16. *dub.* 1. *verſic. confirmatur*, &
ſic teſtificatio Parochi, & teſtium eſſe debet quan-
tum ad contractum externum in genere ſuo com-
pletum, & non circa valorem; ideoque cum im-
plementum conditionis reſpiciat contractum exter-
num in genere ſuo completum, dum ante imple-
tam conditionem non eſt completum matrimonium,
utique requiritur, ut coram Parocho, & teſtibus
conditio impleatur.

Et ipſe Sanchez agnovit contrariam ſententiam,
quam ego ſuſtineo, eſſe inſuperabilem dicendo ibi –
25 *Negare quidem minime poſſum rationes has urgen-*
tiſſimas eſſe, & quæ convincere videntur – & ideo
non attendendus in ſua opinione, quam cetero-
quin dixit eſſe tantum probabilem ibi – *quæ mihi*
valde probabilis eſt – ſicut probabilem tantum eſſe
ejus ſententiam dixit Bonaccin. ubi ſupra *num.* 21.
in fine ibi – *contraria autem* Sanchez *eſt probabi-*
lis –

Hæc autem opinio videtur tenenda, quando agi-
tur de matrimonio vero conditionato, ut eſt con-
26 tractum ſub conditione honeſta de futuro, ceterum
ſi conditio eſſet de præterito ſeu præſenti, ſuſti-
nendum videtur contrarium, quia tunc actus ma-
trimonii non ſuſpenditur, ſed eſt purus, jam enim
illa conditio certa eſt in rerum natura, unde aut
exiſtit, & matrimonium eſt validum, aut non ex-
iſtit, & eſt nullum utrobique ab initio, ut bene
Fagnan. *in cap. ſi conditiones num.* 25. *de condit.*
appoſit. A Spiritu Sancto *de Matrimon. tract.* 11.
diſp. 6. *ſect.* 2. *num.* 284. & proinde nulla adeſſe
videtur neceſſitas, quod conditio oſtendatur exiſtens,
aut non exiſtens coram Parocho, & teſtibus, dum
jam Concilio eſt ſatisfactum eo ipſo, quod ſole-
mnitates adhibitæ fuerunt in matrimonio habente
conſenſum de præſenti, nec ſuſpenſum, & ſic in
matrimonio vero, & perfecto, & in hoc videtur
Sanchez, & alios bene ſenſiſſe; adhuc tamen vide-
tur, quod conditio debeat elarificari, & impleri in
præſentia Parochi, & teſtium, non quidem ex ra-
tione, quod ab initio ipſi non interfuerint matri-
monio perfecto, ſed ad evitandas fraudes, quæ fie-
ri poſſunt, & quibus Concilium ſtuduit obviare; ſi
enim contraham cum Berta, ex. gr. ſi habeat in do-
tem ſcuta decem millia, vel ſi fuerit nobilis, vel
ſub alia conditione requirente probationes, utique
poſſem ego de facto contrahere cum alia pœniten-
do de prima, & Eccleſia indicaret interim pro va-
liditate ſecundi matrimonii, donec non eſſet pro-
bata conditio adjecta in primo, oporteret litigare
ſuper probatione conditionis, & interim ſi proba-
tiones eſſent dubiæ, judicandum eſſet pro ſecundo.
Item probationes poſſent ſubverti fraudulenter, &
alia ſuccedere ad deſtruendum primum matrimo-
nium.

Ego tamen matrimonium conditionatum condi-
tione de præterito vel de præſenti contractum co-
ram Parocho, & teſtibus, crederem validum, licet
conditio non fuerit impleta coram Parocho, & te-
ſtibus, quia cum illud matrimonium ſit purum, & 27
non ſuſpenſum, quia conditio certa eſt in rerum
natura, dicitur factum in faciem Eccleſiæ, ſi fue-
runt tunc adhibitæ ſolemnitates Concilii, & ſi con-
trahentes poſt illud ſic contractum cohabitaverint,
ſeu copula habuerint, præſumere impletam condi-
tionem, & validum matrimonium, niſi probaretur
clare de non exiſtentia conditionis.

Neque hic conſiderabilis eſt ratio, quod Paro-
chus, & teſtes debeant ſcire conditionem impletam,
quia Concilium aliud non requirit, quam teſtimo-
nium Parochi, & teſtium in actu matrimonii; ſed
hoc fuit purum matrimonium; ergo ſi illi interfue-
runt Parochus, & teſtes, ſatisfactum eſt Concilio,
neque notitia conditionis impletæ neceſſaria eſt in
teſtibus, & Parocho juxta mentem Concilii, ut poſ-
ſint impedire ſecundum matrimonium; quia ſi no-
tificetur hoc matrimonium, Eccleſia debet impedi-
re ſecundum, donec conſtet de non implemento
conditionis. Conſideratio autem quam facit Co-
ninch. *ubi ſupra numer.* 16. quod nempe *de facto* 28
poſſit contrahi ſecundum, nihil concludit, quia et-
iam ligatus matrimonio puro, & non conditiona-
to, poteſt *de facto* alteri nubere, & ſic factum *de*
facto, non potuit evitare Concilium, quod per præ-
ſentiam Parochi, & teſtium voluit poſſe impediri
ſecundum per notificationem primi, quæ ſi fiat Ec-
cleſiæ, hæc non ſecus impedit ſecundum matrimo-
nium, quam ſi ſciret adeſſe verum matrimonium
purum præexiſtens, cum hac ſolum differentia,
quod, præexiſtente matrimonio puro, impedit per-
petuo, præexiſtente conditionato impedit, donec
cognoſcat ſuper implemento conditionis, & ſic ad
tempus. Ceterum ea quæ fiunt de facto, Conci-
lium impedire non potuit, dum etiam videmus in
praxi, quod uxorati ducunt uxorem ſecundam cum
falſis atteſtationibus ſub ſtatu libero; voluit ergo
Concilium obviare per ſolemnitatem iis matrimo-
niis, quæ ob clandeſtinitatem prioris contrahebán-
tur; clandeſtinitas autem tollitur per ſolemnitates
jam adhibitas in primo matrimonio conditionato
conditione de præterito vel de præſenti, quod cum
fuerit matrimonium, in eo adhibitis ſolemnitatibus
ſatisfactum eſt Concilio, quia tali caſu impediri
poteſt ſecundum, ſi notificetur hoc primum, prout
adeſt neceſſitas notificandi.

Nec opponi poteſt idem procedere in matrimo-
nio conditionato conditione de futuro, itaut tam
in uno, quam in altero caſu non debeat conditio
impleri coram Parocho, & teſtibus: quoniam ma-
trimonium conditionatum per conditionem de fu-
turo, non eſt matrimonium, ideo tempore, quo 29
ſit matrimonium per purificationem conditionis,
neceſ-

Digitized by Google

neceſſaria eſt ſolemnitas, ut ſatisfiat Concilio eam ſtatuenti in matrimonio; ſecus in matrimonio conditionato conditione de præterito, vel præſenti, quod eſt purum matrimonium in rerum natura, ſuper quo ſufficit adeſſe ſolemnitates; neque dicas, quod teſtes non audiunt conſenſum purum, ſive in conditione de præterito, & de præſenti, ſive in conditione de futuro, quia ſufficit eos intelligere verum matrimonium, quale eſt illud contractum ſub conditione de præterito, ſeu de præſenô, licet ignorent conditionis exiſtentiam. Etenim cum tale matrimonium ſit matrimonium uſque ab initio, ſi conditio exiſtat, ſi vero oon exiſtat, non ſit matrimonium uſque ab initio, Filliuc. *ubi ſupra numer.* 143. ntique teſtes cogitare debent unum ex his jam certum eſſe in rerum natura, & ſic intelligunt conſenſum purum de præſenti, & matrimonium perfectum, ſi in rerum natura conditio exiſtit, quæ conditio uti præſens, & jam exiſtens non ſuſpendit actum; dicere autem quod hoc modo teſtes, & Parochus intelligant matrimonium, & ſimul non matrimonium, nihil facit, quia ultra quod cogitare conditionem non extantem in rerum natura reſpicit valorem matrimonii, qui non requiritur, ut teſtificetur per teſtes, ſed ſatis eſt eos aſſiſtere contractui in ſuo genere perfecto, ſicut aſſiſtunt, quando agitur de conditione, quæ non ſuſpendit. Reſpondeo, quod Concilium quirit aſſiſtentiam Parochi, & teſtium matrimonio, quale eſt illud, de quo agitur in caſu conditionis extantis, in quo tantum caſu conditionis extantis, non autem minime extantis, diſputatur hæc quæſtio, an ſit validum matrimonium, quando repetita non fuit ſolemnitas Conciliaris, confert ad hæc omnia Caſtropal. *de ſponſ. tract.* 28. *diſp.* 2. *punct.* 11. §. 1. *n.* 2. & 3.

Bene verum eſt, quod niſi coram Parocho, & te-
30 ſtibus notificanda eſſet impletio conditionis, ſequi poſſet abſurdum, ut vir agnoſcens eam non exiſtere, haberet copulam cum muliere, poſtea vero contraheret cum alia, & validum eſſet hoc ultimum matrimonium, quia primum per copulam non ratificatur, quando agitur de conditione de præterito vel præſenô, ut plene Fagnan. *in cap. ſi conditiones numer.* 24. & 25. *de condit. appoſition.* Sanch. *de Matrimon. lib.* 1. *diſput.* 26. *numer.* 12. Sed reſpondeo, quod pertinet ad curam Ordinarii prohibere cohabitationem ante oſtenſam conditionem impletam, cui ea conſtare debere ego neceſſarium putarem, antequam permitteretur cohabitatio: & magis abſurdum eſſet, quod impleta conditione, & ſecuta copula, matrimonium eſſet nullum ob non replicatam conditionem coram Parocho, & teſtibus, ita ut teneret aliud ſecundum matrimonium, quam quod, conditione non impleta, id ſequeretur; quia primo caſu violatur fides, non in ſecundo, ex quo conditio non exiſtit, & imputari poteſt mulieri, quare ſui copiam fecerit, maxime ſi virum deceperit affirmando ei exiſtentiam conditionis, quæ non exiſtit.

Ex prædictis infero, quod ſicut in matrimonio conditionato per conditionem de futuro requiritur,
31 ut conditio impleatur coram Parocho, & teſtibus, ita quando receditur ab eadem conditione de futuro requiritur, ut coram eiſdem receſſus fiat, nec proinde copula, quæ receſſum inducit *capit. per Tuas, & cap. de illis de condit. & appoſit.* reddat matrimonium validum, quicquid dixerint Sanchez *libr.* 5. *diſp.* 8. *num.* 25. & A Spiritu Sancto *ubi ſupra num.* 304. *in fin.* præſertim quia tali caſu videtur fieri novus contractus, dum ille ab initio conventus eſt ſub conditione, iſte vero fit pure, & ſic videtur adeſſe novatio, & alteratio contractus in pacto, urgente dilemmate, quod, aut prætenditur ſatisfactum Concilio per ſolemnitates adhibitas in priore contractu, & in hoc conſenſus non fuit purus, neque proinde fuit matrimonium; aut prætenditur, quod conſenſus purus ſuperveniens per renunciationem conditioois ſuffragetur, & iſte novus conſenſus non fuit datus in actu, quo ſolemnitas Conciliaris adhibita fuit; ideo eſt ſine ſolemnitatibus Concilii, maxime cum ſit diverſus ab alio expreſſo io antecedenti contractu; prior enim conſenſus pendens ex conditione de futuro reſolvitur io ſponſalia *ex dictis n.* 15. Sponſalia vero conditionata oon fiunt pura attento Jure Tridentini, niſi actus inducens receſſum a conditione fiat coram Parocho, & teſtibus, ut io ſpecie, quod copula attento Jure antiquo, licet faciat recedi a conditione, tamen hodie poſt Tridentini receſſum non inducat, niſi præſente Parocho, & teſtibus, firmat Sanchez *de matrimon. libr.* 1. *diſput.* 26. *num.* 12. *in fine* ibi – *Si tamen prior promiſſio fieret coram Parocho, & teſtibus, & coram eiſdem copula affectu conjugali, maneret Jus antiquum illæſum, & eſſet matrimonium, ſervata enim forma præſcripta in Tridentino* – unde aut receſſus a conditione eſt tacitus per copulam, & non poteſt eſſe niſi interveniente forma Concilii, aut expreſſus verbis, & requiritur, quod fiat cum eadem forma videlicet coram Parocho, & teſtibus, & facit idem Sanch. *lib.* 2. *diſp.* 45. *n.* 22.

Eſt etiam notandum, quod ubi matrimonium contrahitur inter perſonas inhabiles ſub illa conditione, *Si Papa diſpenſaverit*, non efficitur validum matrimonium abſque novo conſenſu reiterando coram Pa- 32
rocho, & teſtibus poſtquam obtenta fuit diſpenſatio, ea ratione, quod Papa diſpenſando dat facultatem contrahendi, non approbandi, quod illicite ab initio factum eſt, ideoque conditio purificata non poteſt retro extendi ad initium, quia ut actus retro extendatur, oportet, quod potuerit intercedere ab initio, *leg. Si is qui pro emptore ff. de Uſucap.* ſed matrimonium non poterat eſſe ab initio tempore contractus obſtante impedimento; ergo non poteſt retrotrahi; & rurſus quia ex facto a Jure improbato naſci non poteſt aliqua obligatio *leg. cum lex ff. de fidejuſſor.* ſed in contractu conditionali ſola ſpes eſt in obligatione, & propter illam ſpem contractus retrotrahitur, utique ſi in hoc caſu nulla nata fuit obligatio ratione prædicta, per conſequens opus eſt, ut matrimonium de novo contrahatur; ita ratiocinatur Panormit. *in cap. ſuper eo de condit. appoſition. numer.* 8. & eſt opinio graviorum ibi Canoniſtarum nempe Innocentii, Hoſtien. & Joan. Andr. *num.* 3. Alex. de Nævo *num.* 19. cum pluribus aliis auctoribus relatis a Barboſ. *ibidem numer.* 8. ubi tenet contra Sanchez; ſed tamen hanc concluſionem limitat, quando Papa diſpenſavit in radice; tunc enim dicit, non requiri novum conſenſum ex Rot. *deciſ.* 687. *num.* 12. & *per tot. par.* 2. *recent.*

Contrariam opinionem ſuſtinet Sanchez *lib.* 5. 33
diſput. 8. *numer.* 10. ea ratione quia contrahentes ſub *illa conditione* non contrahunt pro nunc, ſed pro tempore futuro, videlicet pro tunc, de tempore obtentæ diſpenſationis, per quam fiunt habiles, & hanc opinionem tenent Butr. *in dict. cap. ſuper eo*, Bonaccin. Hurtad. Perez, Conineh. Angl. Lopez, & alii, quos refert Dicaſtil. *de matrimon. diſput.* 5. *num.* 81. Amicus *diſput.* 6. *ſect.* 3. *numer.* 46. A Spiritu Sancto *ubi ſupra ſection.* 5. *per totam.*

Sed rejicienda venit hæc opinio tanquam contraria auctoritati Innocent. *in dict. cap. ſuper eo num.* 1. & aliorum magni nominis Canoniſtarum, & Rota Romana ſemper tenuit requiri novum conſenſum poſt obtentam diſpenſationem, ut coram Mantic. *dec.* 201. *n.* 3. & 4. ubi allegat ita etiam reſolutum io *Valentin. Matrimon.* 24. *Jan.* 1578. coram Blanchetto, & coram Seraphin. *deciſ.* 838. *numer.* 47. ubi tenet contra Butrium; nec obſtat illa ratio, quod contrahatur pro tunc, non pro nunc, quia cum Jus perpetuo prohibeat hujuſmodi matrimonium inter conſanguineos, & affines, non poteſt fieri de eo tempore etiam collatum io eventum conditioois, licet enim conferatur actus in tempus licitum, ut ex tunc, ſemper tamen obligatio originatur tempore illicito, ut ex nunc, & ſic non tenet; ſed oovus conſenſus neceſſarius eſt poſt obtentam diſpenſationem, ita articulo latiſſime examinato per apices Juris, concludit Valer. *differ.*

utriuſ.

utriuſ. fori in verb. Matrimonium differ. 7. *per to-*
tam ſignanter in verſic. ſi vero intendunt ſe obliga-
ri in eventum &c. ubi rem magiſtraliter illuſtrat.

Novus igitur conſenſus non requiritur, quando
Papa diſpenſavit in radice, in gradibus tamen Jure
34 poſitivo prohibitis, non autem in prohibitis Jure
Divino, ut docuit Joannes Andr. quem refert, &
ſequitur Alexand. de Nævo *in capit. cum Apoſto-*
lica 15. *numer.* 9. 10. *&* 11. *de ſponſalibus*, qui
gradus Jure Divino prohibiti recenſentur per Gloſ.
in capitul. literas de reſtitut. ſpoliat. in verb. Di-
vina.

Neque hoc caſu requiritur conditionem diſpen-
35 ſationis impleri coram Parocho, & teſtibus, quia
ſi matrimonium, ut ſupra conditionatum, contra-
hatur inter probibitos in præſentia Parochi, & te-
ſtium, diſpenſatio in radice, quam facit Papa, tol-
lit etiam obſtaculum Concilii Tridentini ſub illa
ſolita clauſula, *non obſtantibus Conſtitutionibus Apo-*
ſtolicis &c. ut inquit Rota *dict. deciſion.* 687. *nu-*
mer. 24. *par.* 2. *recent.* ſive etiam, quia diſpenſa-
tio in radice præſupponenda eſt, ut concedat ma-
trimonium valere, ut ex retro qualis eſſe debet
ejus ſubſtantia ſecundum Alexand. de Nævo *in d.*
cap. cum Apoſtolica numer. 9. ibi – *ubi diſponeret*
in radicem matrimonii tollendo impedimentum, ac
ſi nunquam fuiſſet, declarando quod intendit, ut
matrimonium valeat ut ex retro – Si autem requi-
retur nova ſolemnitas Concilii, non valeret ma-
trimonium, ut *ex retro*, neque dici poſſet Papam
velle, ut matrimonium valeat, ut *ex retro* reſpe-
ctu impedimenti conſanguinitatis; itaut circa repe-
tendas ſolemnitates Concilii videantur urgere ſu-
pra deducta in matrimonio ſub conditione de fu-
turo, niſi verba literarum diſpenſationis aliter ſua-
derent.

In ſumma mihi videtur melius eſſe non admit-
36 tere hujuſmodi matrimonia conditionata, ſive inhi-
bere Parochis, ne eis ullo modo aſſiſtant, tum
ad tollendam occaſionem tot litium & inconvenien-
tium, quæ ex illis naſci poſſunt; tam etiam quia
parum decent dignitatem hujus magni Sacramenti,
ut inquit Coninch. *dict. diſput.* 29. *dub.* 5. *numer.*
17. *verſic. ſecundo*, & non immerito dixit Boſſius
de matrimon. cap. 2. *numer.* 35. *& cap.* 10. *num.*
78. *in fine*, quod Parochus male facit, qui abſque
urgentiſſima cauſa aſſiſteret hujuſmodi matrimoniis
conditionatis, quem refert, & ſequitur A Spiritu
Sancto *dict. ſeſſion.* 7. *numer.* 302. unde ego inhi-
berem Parochis aſſiſtere hujuſmodi matrimoniis abſ-
que expreſſa licentia Ordinarii, non concedenda
niſi ex cauſa.

Deſcendo nunc ad caſum iſtum, qui talis eſt;
Cajus contraxit matrimonium per verba de præſen-
ti cum Berta, nulla conditione appoſita, ſed quia
37 paulo ante dixerat audientibus multis, ſe ducturum
in uxorem Bertam, ſi hæc haberet in dotem aureo-
rum decem millia, alias repudiaturum, ſeu eam
non ducturum. Poſt initum ut ſupra matrimonium,
quia notitiam habuit, Bertam nihil poſſidere, ab-
ſtinuit a copula, ne in id conſentire videretur,
quæritur, an hujuſmodi matrimonium ſit vali-
dum?

Hunc articulum ex profeſſo examinat Pignatell.
conſult. 136. *per tot. tom.* 9. *nec non* de Angel. *de*
confeſſ. tom. 2. *quæſt.* 44. *per tot.* Et ambo reſol-
vunt pro nullitate hujuſmodi matrimonii, & vide-
tur hæc ſententia in puncto Juris veriſſima, & ſub-
ſiſtens, quamvis enim error circa qualitatem cor-
poris, vel fortunæ, ſeu divitiarum & nobilitatis,
non vitiet Matrimonium; tamen ſecus eſt, quan-
do qualitas illa divitiarum, in qua erratur, ſit ap-
poſita per modum conditionis in contractu matri-
moniali, tunc enim ex defectu conſenſus matrimo-
nium corruere neceſſe eſt, ut ſcribunt Filliucc. *de*
Matrim tract. 10. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 33. *verſic. ſi ta-*
men qualitas, A Spiritu Sancto *de Matrim. tra-*
ctat. 11. *diſp.* 7. *ſect.* 4. *numer.* 340. Bonaccin. *de*
matrimon. quæſt. 3. *punct.* 2. *num.* 6. *verſic. Prima*
eſt, Caſtropal. *de Sponſal. tract.* 28. *diſp.* 4. *punct.*
4. *num.* 5. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *diſputat.*
18. *numer.* 21. Coninch. *de matrimon. diſput.* 31.
num. 11. *verſic. excipe*, Reginald. *in prax. for. pæ-*
nit. lib. 31. *cap.* 14. *n.* 93. *verſic. niſi ipſum forte*
tom. 2.

Nihil obſtante, quod talis conditio non fuerit
appoſita in ipſo contractu matrimoniali inito co-
ram Parocho, & teſtibus, & ſic minime attendi
valeat, quoniam non requiritur conditionem fuiſſe
expreſſam coram Parocho, & teſtibus in ipſo ma- 38
trimonii contractu: ſed ſatis eſt, quod ante illum
unus ex conjugibus proteſtatus fuerit ſe nolle in
uxorem ducere Bertam, niſi habeat aureorum de-
cem millia; hæc enim præambula proteſtatio in-
format conſenſum poſtea ſecutum in ipſo actu ma-
trimoniali, ut probant Canoniſtæ *in cap. tua nos*
de Sponſal. qui tractant eam quæſtionem, an ſi
quis proteſtatus fuerit coram pluribus, quod omnia
quæ dicet vel faciet, nunquam faciet animo con-
trahendi matrimonium, & poſtea contrahit matri-
monium dicendo, *conſentio in te* – ſit hoc validum
nec ne? & licet Gloſſ. *in dict. capitul. tua nos in*
verb. Mulierem, dicat præſumi matrimonium, quia
potuit proteſtans recedere ab illa voluntate; tamen
Canoniſtæ firmant communiter hoc intelligi debe-
re, quando proteſtatio præambula facta fuit, Parte
abſente, juxta Textum *in leg. cum plures §. locator*
horrei ff. locat. ſecus ſi Parte præſente, & conſen-
tiente, ut ſupponitur caſus præſens; in his enim
terminis cenſetur durare prior voluntas faciendi ma-
trimonium fictum, quod proinde non valet, jux-
ta Text. *in leg. ſimulate ff. de ritu Nuptiarum* &
ita concludunt Præpoſitus *in dict. cap. tua nos nu-*
mer. 2. *in fine*, Alex. de Nævo *numer.* 15. qui et-
iam dicunt, matrimonium eſſe invalidum, quando
proteſtatio facta fuit, Parte quidem abſente, ſed
ob juſtam cauſam & ob metum; quia nempe ille
proteſtans timebat ſe compelli ad matrimonium
contrahendum; hoc namque caſu matrimonium non
ſubſiſtit, licet proteſtatio fuerit facta, Parte abſen-
te, concordant Butr. *num.* 16. Ancharan. *num.* 8.
Abbas Panorm. *num.* 9. Barboſ. *num.* 5. Covar. *de*
Sponſalib. part. 2. *capitul.* 2. *numer.* 3. Maſcard. *de*
probat. concluſ. 1248. *num.* 12. Sanchez *de matri-*
mon. lib. 2. *diſp.* 45. *n.* 19. Pont. *eod. tract. lib.* 4.
cap. 21. *num.* 13.

Si igitur proteſtatio facta ante matrimonium,
illud annullat, quando totaliter, & abſolute remo-
vet conſenſum faciendi matrimonium, multo ma- 39
gis quando removet conſenſum conditionate, caſu
ſcilicet quo non concurrat qualitas divitiarum mu-
lieris, abſque ulla prorſus neceſſitate manifeſtandi
Parocho, & teſtibus hanc conditionem, quam ſuf-
ficit adeſſe tantum in mente retentam in actu ma-
trimoniali, ut inquit Sanchez *in terminis libr.* 7.
diſp. 18. *numer.* 21. ibi – *ſive verbis exprimatur,*
ſive mente contrahentis retenta ſit, & ſequitur Re-
ginald. *in prax. for. pænitent. dict. lib.* 31. *cap.* 14.
num. 93. *in fine*, & præſumitur talis conditio ſem-
per in mente retenta, quando fuit antecedenter ſi-
gnificata alicui ex contrahentibus, niſi per contra-
rium actum fuerit revocata, ut proſequuntur San-
chez, & Reginald. *ubi proxime*.

Ex his auctoritatibus fateor, *quod ſæpe mihi du-*
biam traxit ſententia mentem, ſed, eis non obſtan-
tibus, valde dubito, & ad tenendum pro validita-
te hujus matrimonii occurrunt mihi plures ratio-
nes; præmitto enim, quod licet de Jure antiquo
Sacrorum Canonum hujuſmodi conditiones licitæ,
& honeſtæ in matrimoniis admitterentur, ut *in*
tit. de condit. appoſit. in Decretal. tamen attento
novo Jure Sacri Concilii Tridentini, quod certam
formam præfinivit matrimoniis, Parochus abſque
urgentiſſima cauſa male facit aſſiſtendo matrimo-
niis conditionatis, ut ſupra dixi *numer.* 36. neque
enim conditiones decent Sacramentum iſtud, & ul-
terius ſunt periculoſæ propter lites, & inconvenien-
tia, quæ exinde pullulare poſſunt, ideoque invenio
Reginald. *in prax. for. pænitent. lib.* 31. *tract.* 5.
cap. 37. *in principio*, qui in propoſito hæc inquit

– *tales*

Digitized by Google

– tales conditiones vix locum habebant , ubi Decretum &c. Concilii Tridentini promulgatum eſt ; quia in matrimoniis, quæ in faciem Eccleſiæ contrahuntur, vix adhibentur –

Hoc præmiſſo, dico, quod præſcindendo ab antiquo Jure Sacrorum Canonum , cum matrimonium , de quo agitur, fuerit coram Parocho, & teſtibus pure celebratum per verba de præſenti ſine ulla conditione, Eccleſia pure, & ſimpliciter judicare debet, illud fuiſſe contractum, quia cum ma-
41 trimonium hodie in ejus facie ſit celebrandum juxta Tridentinum, quicquid coram ipſa non fuit dictum, dicitur non adeſſe in rerum natura , neque conditio in animo retenta aliquid operatur, *leg. Si repetendi ff. de condit. cauſ. dat.* Panormit. *in capit. cum M. Ferrarienſis numer. 19. verſic. ſi autem de Conſtit.*

Neque ſuffragari poteſt præambulus tractatus ſeu proteſtatio involvens conditionem dotis aureorum
42 decem millium, quia hujuſmodi conditio debuit explicari publice, & palam in facie Eccleſiæ, nempe coram Parocho, & teſtibus ; ſi enim iſti adhibentur , ut audire poſſint matrimonium contractum , certe debent audire conſenſum, qui conſtituit matrimonium; dum ergo audiunt conſenſum purum, certe pure, & ſimpliciter matrimonium dicitur contractum , ideoque quicquid in facie Eccleſiæ non fuit expreſſum , cenſetur omiſſum , ita , & taliter quod etiamſi per momentum ante matrimonium contrahentes ſecum convenerint ſub conditione, adhuc cenſeri debeant ab ea receſſiſſe in actu matrimonii, ex quo protulerunt coram Parocho, & teſtibus conſenſum purum, & contrarium, confitentes ſcilicet duraſſe in priſtina voluntate , non merentur attendi , & in hoc applicatur dictum Gloſſ. *in d. c. Tua nos in verb. Mulierem de Sponſal.* ibi – *Et ſi dicat , quod adhuc tempore contractus erat in eadem voluntate , non creditur* – verba enim prolata coram Parocho, & teſtibus fuerunt pura , & libera, neque poſſunt inſervire intentioni conditionate contrahentis, quia repugnat inter ſe, quod quis pure contrahat, & contrahat conditionate, & repugnant etiam verba Parochi , qui dicere debet pure , & ſimpliciter – *Ego vos conjungo in nomine Patris, & Filii , & Spiritus Sancti* – nam alias Sacramentum iret in deriſum, ſi fruſtraretur ex pactis privatis , ſeu in facie Eccleſiæ non appoſitis , & ideo Eccleſia judicare debet pro matrimonio ſecundum verba in ejus facie prolata, nec attendere intentionem Partium ſibi non ſignificatam , quicquid ſit in foro interno, ut probat eadem Gloſ. *in dict. cap. Tua nos in verb. Mulierem* ibi – *Dico , quod Eccleſia judicare debet pro matrimonio, quia recurrendum eſt ad communem verborum intelligentiam; talia enim verba non poſſunt ſervire intentioni ſuæ – facit* Gloſſ. *in cap. per tuas de condition. appoſit. in verb. præſumendum verſic. ſed quid ſi ante coitum,* Præpoſit. *in c. Conſultationi num. 2. verſic. ſed ſi, Copula de Sponſal.* ubi quod proteſtatio, quæ tollit effectum Juris conſecutivum, ex facto nihil operatur: ſed conſenſus purus datus in facie Eccleſiæ effectu Juris pure operatur, & purum matrimonium inducit ; ergo non poteſt talis effectus impediri ex præambula proteſtatione.

Proinde quantumcunque probetur , contrahentes per momentum ante matrimonium fuiſſe in inten-
43 tione contrahendi conditionate , tamen ſemper in foro externo Eccleſia judicare debet pro valido matrimonio, nempe præſumendo receſſum ab antecedenti tractatu, & conventione, quia ſemper verum eſt, quod ſi talis receſſus non eſt impoſſibilis, dum juxta Ciceron. *in Tuſculan. lib. 1. – Nulla celeritas eſt , quæ poſſit cum animi celeritate contendere*, & juxta Boetium – *Cor hominis eſt mobilius omni mobili* – quæ dicta refert Alex. de Nævo *in dicto cap. tua nos num. 12. in fine*, Cumque non ſit impoſſibilis receſſus , præſumptio eſt pro matrimonio valido in foro externo , niſi in ejus actu contrarium fuerit expreſſum.

Ulterius, quia ut præmiſi, ſecundum Jus Conciliare matrimonia conditionata vix admitti debent
ut dixi *num. 40.* iſti autem contrahentes voluerunt 44
decipere Eccleſiam contrahendo de per ſe conditionate, & in facie Eccleſiæ contrahendo pure ; ideo interpretatio facienda eſt pro receſſu a conditione contra eos, qui dolum adhibent; ſi enim Eccleſia conditionem audiviſſet, matrimonium non admiſiſſet, Gloſſ. *in dict. capit. tua nos in verb. mulierem* ibi – *Et quia contra eum fieri debet interpretatio, qui dolum adhibet* – maxime quia agitur de conditione de præterito , ſeu de præſenti , ubi poterat illius exiſtentia verificari ante matrimonium, & Eccleſia rejeciſſet hujuſmodi contrahentes , niſi prius ea verificata ; neque ego percipere poſſum , quod matrimonium , ut eſt Sacramentum , quod juxta Tridentinum eſt celebrandum in facie Eccleſiæ , poſſit eſſe nullum ex condititionibus, & pactis præcedentibus inter partes conventis , quando iſta pacta non expreſſa in facie Eccleſiæ , dicuntur non eſſe de hoc mundo , & quicquid non audivit Parochus, & teſtes , nunquam attendi debet in foro externo, ſed perinde reputatur , ac intentio ſecreta in animo retenta, quæ juvat in foro interno, non externo; dum enim probatio illius conditionis præcedentis non eſt in facie Eccleſiæ , utique habetur pro ſecreta, & clandeſtina in foro externo , juxta novam formam Tridentini, quicquid ſecus quoad Jus antiquum Sacrorum Canonum.

Rurſus, quia alias ſequeretur abſurdum clarum, quod ſub pallio matrimonii poſſent iniri concubi-
natus, queis Sacrum Concilium obviare noluit. Et- 45
enim figuremus caſum, quod Titium captus amore Semproniæ, ut eam ſine matrimonio habeat ad ſui libitum , conveniant inter ſe, quod quicquid faciant, & dicent , non facient animo contrahendi matrimonium , idque conſtet duobus teſtibus confidentibus , & amici partium ; ecce , quod contrahendo pure in facie Eccleſiæ poſſent deinde vivere in concubinatu libere , & tute , & poſtea alter ex illis poſſet recedere, & allegare nullitatem matrimonii, quia copula non inducit ratificationem matrimonii nulli ex defectu conſenſus , qui probari poſſit in foro externo , attento Jure Conciliari, niſi ratificatio fiat coram Parocho , & teſtibus , ut apud Sanchez *lib. 2. diſputat. 45. num. 2. verſic. cujus opinio*; ſicut idem ſuccederet, ſi prædicti contraherent pure cum antecedenti conventione conditionis de præterito vel præſenti non verificatæ, quo in caſu copula non ſuffragatur ad validandum matrimonium, ſed re petendæ ſunt ſolemnitates Conciliares, ex Fagnan. *in dict. cap. ſi conditiones num. 25. de condit. appoſit.* de quibus ſupra *num. 26.* & ſecundum opinionem , quam ego teneo , idem procedere in conditione de futuro, a qua per copulam receſſum non cenſetur, ſed opus eſt iterare ſolemnitates Concilii ex dictis *ſupra n. 31. & ſeqq.* Unde matrimonium ingens illud Sacramentum inſerviret ad tegendam culpam, juxta illud Virgil. *Æneid. lib. 4. – Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam* – imo homines perditiſſimi hujuſmodi abſurda matrimonia affectant, ut acquirant magnam infamiam, de qua ultimo loco delectantur , ut loquendo de matrimonio ſimili cum Meſſalina uxore Claudii, inquit Tacitus *lib. 11.* annalium – *Nomen tamen matrimonii concupivit ob magnitudinem infamiæ , cujus apud prodigos noviſſima voluptas eſt* –

Credo igitur, quod tale matrimonium valeat in foro externo, attenta diſpoſitione Concilii Tridenti-
ni, quod matrimonium celebrare voluit in facie Ec- 46
cleſiæ, & ſic eo ipſo, quod conditio non probatur expreſſa in facie Eccleſiæ, non poteſt annullare matrimonium ; ſed , ut dixi , reputatur perinde , ac conditio in animo retenta & ſecreta, tanquam non probata, juxta formam Concilii, itaut ſuffragari poſſit tantum in foro interno , ex traditis per Valer. *differ. inter utrumque for. in verb. matrimonium differ. 4.* ubi quod matrimonium ficte celebratum per verba de præſenti in foro externo eſt matrimonium, non autem in interno; ſic ergo hoc matrimonium ſub conditione præambula contractum, ea non verifica-

ta,

Digitized by Google

ta, erit matrimonium in foro externo, quod præ-
ſumitur receſſum fuiſſe a conditione coram Parocho,
& teſtibus; in ſoro vero interno non erit matrimo-
nium, & ſic dubito de caſu tractato per Vantium
de matrimon. lib. 4. cap. 21. quem refert Pignatell.
conſult. 136. *tom. 9. num. 6.* iſti enim, qui volunt
contrahere matrimonium, cum pacto præambulo
conditionis, quæ poteſt inquiri, & ſciri ante ipſum
matrimonium, ut eſt, ſi mulier ſit dives, ſit ſangui-
ne Judæorum progenita, ſit nobilis, &c. habent
certe culpam in hoc, dum poſſunt ſcire conditio-
nem ante matrimonium, & ſi hoc omiſerunt, ſibi
debent imputare, & tanto magis quando noluerunt
exprimere conditionem in facie Eccleſiæ; ita enim
eſſet modus faciendi matrimonium partim in facie
Eccleſiæ, & partim in facie Partium: quando ta-
men ſi Concilium expoſcit matrimonium fieri in
facie Eccleſiæ, & conditio eſt pars eſſentialis con-
tractus matrimonii, hæc utique in facie Eccleſiæ
explanari debet, & non ex privata conventione præ-
mitti, & ſtabiliri, Eccleſia ignara, quæ proinde di-
cere debet – *Iſta conditio apud me non conſtat,
quod fuerit adjecta matrimonio; ergo ex ea non de-
beo irritare matrimonium, quod pendet ex deductis
in facie mea, juxta Tridentinum* – quæ omnia ta-
men dixi per modum dubitandi, non autem deci-
dendi ad hoc, ut, ſi caſus eveniat, materia melius
examinetur, & adverto, quod iſte caſus figuratur
47 cum ſuppoſito, quod conditio præcedens fuerit ex-
preſſa, Patre præſente, & conſentiente; nam ea ab-
ſente ſine dubio non annullaret matrimonium ex
traditis per Sanchez *lib. 2. q. 45. nu.* 19. & ſupra
dixi *num.*....

At quid ſentires de alio caſu ſuperius tacto de
contrahente matrimonium pure, & libere, qui an-
48 tea fecit proteſtationem, Patre abſente, veſtitam
metu, quia timebat poſſe compelli ad matrimonium?
Canoniſtæ enim *in dict. capit. Tua nos*, conclu-
dunt pro nullitate, & refert Sanchez *libr. 2. dict.
diſput. 45. num.* 22. ubi etiam dicit, quod prote-
ſtatio clandeſtina ſuffragatur, ut evitetur ſcandalum
imminens, Panormit. *in cap. cum M. Ferrarien. de
Conſtitut. num. 19. in fine verſic. exemplum*. Caſus
iſte metus eſt differens ab alio proteſtationis ſeu
conventionis ſub conditione; in eo enim dici non
poteſt, quod debuerit manifeſtari Parocho, & teſti-
bus, quia metus expreſſionem hanc impedivit; ideo
in hoc ſequor opinionem, quod matrimonium ſit
nullum, neque copula ſubſecuta reddat validum ma-
trimonium ab initio nullum, ſed iteranda ſit ſole-
mnitas Concilii, excepto caſu, quo nullitas illius
ſit adeo occulta, quod in foro externo probari non
poſſet, juxta Sanchez *dict. diſp. 45. num. 21. circa
finem*.

Quid autem ſentires in hoc caſu, ſi metus ortus
ex cauſa ſtupri, quod quis habuiſſet cum qua con-
49 traxit? puta quia poſt commiſſum ſtuprum timore
parentum ſtupratæ, vel alicujus potentis, qui eis
adhæret, minitantium mortem, niſi nubat, prævia
proteſtatione de metu, contraxerit, pendet hæc quæ-
ſtio ab eo, an metus ſit juſte incuſſus, vel non,
ex traditis per Canoniſtas *in capit. Veniens* 11. *de
Sponſalib. ubi* Barboſ. *num.* 3. Sanchez *de matrim.
lib. 4. diſput. 13. per tot.* Dicas igitur, quod ſi eſt
vir æqualis conditionis, non juvat proteſtatio, &
matrimonium eſt validum, quia poteſt de Jure cogi
directe ad ineundum matrimonium cum ſtuprata, &
licet dubitari poſſit, quando obtuliſſet dotem, &
parentes eam noluiſſent, ex quo ſtuprans tenetur al-
ternative vel ad dotandum, vel ad nubendum, &
non præciſe ad nubendum, *ex capit. 2. de adul-
ter.* id tamen procederet in ſtupro ſimpliciter com-
miſſo; ſecus quando violatio virginis ſecuta foret
ſub promiſſione, & ſpe data matrimonii contrahen-
di; tunc enim cogi poteſt violator ad ſervandam
fidem, & ſic violatam ducendam in uxorem, ut
plene firmatum fuit per Rot. *in Avenionen. Dota-
tionis 19. Junii* 1682. §. *in præſenti cum ſeqq.* co-
ram Albergaro, & 12. *Junii* 1686. §. *proceſſus*, co-
ram Benincaſa, etiamſi promiſſio fuerit ficta, ut
probat Sanchez *de matrimon. libr. 1. diſputat. 10.
numer.* 3. cum limitationibus tamen, de quibus
apud ipſum *numer. 7. & ſeqq.* & apud A Spiritu
Sancto *de Sponſal. tract. 10. diſp. 1. ſect. 8. num.
53. & ſeqq.* Panimoll. *deciſ. 17. annotat. 1. num.
75. & ſeqq.*

Si autem ſtuprator non obtuliſſet dotem, ſed
prævia proteſtatione metus, matrimonium contraxiſ-
ſet, credo, quod hoc teneret, etiamſi ſtuprum non
fuiſſet commiſſum ſub ſpe matrimonii, eo quia ob- 50
ligatio ſtuprantis eſt ad dotem, vel matrimonium;
ſi ergo non obtulit dotem, tenetur nubere; & ſi
proteſtatur de metu, proteſtatio juvare non debet;
nam alias neque dotem, neque matrimonium pati
vellet; ſi enim nolebat nubere, debebat offerre do-
tem, qua oblata, ceſſaſſent fortaſſe minæ & violen-
tiæ parentum; ſed adhuc remanet dubium, quia pot-
eſt dici, quod matrimonium ſit nullum ex defectu
conſenſus, nec ad illud cogi poterat, ſi dotem ob-
tuliſſet; ideo ſi poſt initum matrimonium per me-
tum petat illud declarari nullum, offerendo dotem,
quare audiri non debet Sanch. *de matrim. libr. 4.
diſput. 13. n. 7.*

At quid dicendum de ſtupro non violento, ut fre-
quentiores ſunt caſus in praxi, quia nempe puella
copulæ conſenſit? Gutierr. *quæſt. Canonic. cap. 37.
num. 22. & ſeqq.* diſtinguit tres caſus. Primus eſt,
quando puella conſenſit vehementibus perſuaſioni-
bus, importunis precibus, & aſſiduis blanditiis, & 51
muneribus; & tunc juxta Theologos, & Canoniſtas
tenetur ſtuprator, aut nubere aut dotare. Secundus
eſt, ubi abſque ulla perſuaſione conſenſit ſtupro, ut
quia virum ad concubitum attraxit, & tunc ſtupra-
tor ad nihilum tenetur in utroque ſoro. Tertius,
ubi conſenſit blandis verbis leviter, & non vehe-
menter rogata, tunc in foro exteriori tenetur ad
dotem, aut matrimonium; ſecus in foro interiori;
& refert hanc opinionem Farinacc. *de delictis carnis
quæſt.* 147. *num.* 122. Panimoll. *deciſ. 93. annot. 2.
numer.* 7. Valer. *in verb. Reſtitutio differ. 9. & 10.*
utque vides in foro exteriori puella corrupta ſine
præviis importunis precibus ſive levibus debet duci
in uxorem, aut dotari.

Ego ſecluſo caſu ſpei datæ ad matrimonium vel
alterius circumſtantiæ puta precum, vel munerum a 52
potente, vel Superiore aliquo, de qua materia late
agit Gonzal. *in cap. veniens 15. num. 4. de Sponſal.*
– Eo quia tunc preces, & dona habent vim juben-
di, & cogendi, juxta illud Tacit. *libr. 4. hiſt. pre-
ces erant, ſed quibus contradici non poterat – &
lib. 14. Annal. merces ab eo qui jubere poteſt, vim
neceſſitatis affert* – Valer. *diff. utrinſ. for. in verb.
Reſtitutio diff. 10. num. 1. &* Gonzal. *ubi proxime
ſub num.* 4. ſeu caſu timoris famæ, veluti ſi quis
puellæ minetur eam promulgare impudicam apud
populum, ut de Lucretia inquit Ovid. *lib. 2. Faſto-
rum* ibi – *ſuccubuit ſama victa puella metu* – refert
Tiraquell. *de legib. conn. gloſſ. 9. numer.* 96. exiſti-
mo meras nugas, & debilitatem ingenii, abſolute,
& pro regula certa diſtinguere inter puellam blan-
de, vel vehementer rogatam ad effectum dotis, vel
matrimonii tam pro uno, quam altero foru, quo-
niam generaliter loquendo, ubi agitur de puellis,
quæ vere virgines ſunt, aut nunquam, aut rariſſi-
me naturaliter contingere poteſt, quod illæ leviter
rogatæ conſentiant, in copulam, multoque minus,
quod virum attrahant, immo eſto etiam, quod vir-
go amore ardentiſſimo erga virum flagraret, adhuc
tamen non niſi precibus continuis, & importunis,
ac longo obſequio, & muneribus copiam ſui præ-
bebit; ita enim docuit verecundia illa naturalis,
quæ fuit grande frænum muliebris appetentiæ, &
incontinentiæ, ut apud Tiraquell. *de legib. connub.
gloſſ. 9. num. 152. & ſeqq. & num.* 181. immo et-
iam expugnata mente virginis, eaque conſentiente,
adhuc copulam non admittit placide, ſed cum re-
ſiſtentia, quod innuere videtur Horatius *lib. 1. ode*
6. ibi –

Nos

Nos convivia, nos prælia virginum
Sectis in Juvenes unguibus acrium
Cantamus....
& *lib.* 2. *ode* 12. ibi —
Dum flagrantia detorquet ad oſcula
Cervicem, & facili ſævitia negat.

Et ſic diſtinctio illa levium, vel vehementium precum applicabilis eſt ad mulieres viduas, vel corruptas, non autem puellis virginibus, juxta teſtimonium D. Hieron. D. Ambroſii, Tertullian. & aliorum, de quibus Tiraq. *de legib. Connub. p. 9. Gloſ.* 1. *n.* 118. & 119.

Præterea diſtinguendæ ſunt virginum indoles, & naturales inclinationes; aliæ enim ſunt ita frigidæ, verecundæ, & ruſticæ, ut nonniſi pugnis, & concuſſionibus conſentiant in copulam; & tamen earum natura non poteſt conſentire alio modo; & quis dicet, has eſſe coactas, ſi eorum conſenſus aliter dari non poteſt?

Probat hoc Ovid. *de arte amandi lib.*

Vim licet appelles, grata eſt vis iſta puellis,
Quod juvat invitæ ſæpe dediſſe volunt.
Vim paſſa eſt Phœbe, vis eſt illata ſorori,
Et gratus raptæ raptor uterque fuit. Et infra.
Viribus illa quidem victa eſt, ita credere oportet;
Sed voluit vinci viribus illa tamen.

Et exemplum de his habemus etiam in nuptiis, quæ primo concubitu maritos adeo vehementer quaſi in prælio repellunt, & propter verecundiam nec minus in actu matrimonii coram Parocho reſpondeant, ut notatur *in Romana Matrimonii 4. Februari 1697. §. nec attendenda*, cor. bon. memor. Urſino, quam virginum verecundiam etiam in actu matrimonii elegantiſſime cecinit Statius *lib. 2. Thebaid.* agens de nuptiis filiarum Regis Adraſti cum Polynice, & Tydeo ibi

Ibant inſignes vultuque, habituque verendo,
Candida purpureum fuſæ ſuper ora ruborem,
Dejectæque genas, tacitæ ſubit ille ſupremus
Virginitatis Amor, primæque modeſtia culpæ
Confundit vultus, tunc ora rigantur honeſtis
Imbribus....

Et Ovidius de Daphne filia Penei eam ad nuptias ſtimulantis hæc ait lib. 1. Metamorphoſeos.

Sæpe pater dixit: generum mihi filia debes.
Sæpe pater dixit: debes mihi nata nepotes.
Illa velut crimen tædas exoſa jugales
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore,
Inque patris blandis hærens cervice lacertis
Da mihi perpetua, genitor chariſſime, dixit,
Virginitate frui.

Aliæ ſunt ardentiores, & proniores in Venerem, ſed adeo ſagaces, & callidæ, ut de eis recuſantibus dici poſſit illud Tacit. *lib. 1. ann. ſpecie recuſantis flagrantiſſime cupiverat* — licet enim flagrantiſſime cupiant virum, tamen, antequam deflorationi aſſentiant, faciunt ſe inſtantiſſime, & ſæpiſſime rogari, & obſervat Lambinus ad Horat. *lib.* 2. *Ode* 12. *in verb.* aut facili ſevitia negat — ibi — *oſtendit autem artem, aſtumque puellarum, quæ ſæpe numero diſſimulant id ſe cupere, quod vehementer exoptant; quod quidem faciunt, vel ut deſiderium amantum magis exacuant, atque incendant, vel pudore deterrita* — munera quoque accipiunt, & tandem fingunt coactiſſime, & multum recalcitrantes
53 ſe pati ſtuprum, & multoties, conſentientibus conſanguineis, invitant juvenem aliquem in domum, ut cum repertum in ſtupro ſeu judicialiter vexent, ſeu propria auctoritate cogant ad ineundum matrimonium per vim, ac metum, quæ ſunt peſſimæ inventiones ad illaqueandos viros, & feminas ſine dote maritandas; qui caſus figuratur per Canoniſtas *in cap. veniens* 15. *de Sponſal.* ubi Panorm. *num.* 8. *in fin.* dicit, quod caſus iſtius Textus quod quotidie venit Gonz. & Barb. ambo *n.* 4. Jaſon. *in leg. Titia n.* 6. *ff. de verbor. oblig.* Valer. *in verb. metus differ.* 4. *n.* 1. Sanch. *l.* 4. *diſp.* 12. *n.* 14. quam conſanguineorum aſtutiam in dando libertatem puellis, ut hoc modo fortunam ſuam quærant, ponderat Rot. Januen. apud Balducc. *ad Ramon. tom.* 4. *dec.* 70. *n.* 73. *in fine*, ita & taliter, quod non ſemper vera eſt illa regula, quod puella præſumitur ſeducta a viro, ſed multoties militare contra, ut nempe ea virum ſeducat juxta juvenum indolem, quæ poteſt eſſe non ſagax, ſed ingenua, & ſuperari per virginem ſagaciſſimam, & artificioſe inſtructam; ſuper qua feminarum ſagacitate plene diſcurrit Tiraq. *in l. Connub.* 9. *p.* 9. *gloſ.* 1. *n.* 176. & *prius n.* 51. & facit Rot. Januen. apud Baldnc. *ubi ſup. deciſ.* 70. *n.* 16. & 70. *in fin.* & 72.

Haud nego tamen dari poſſe caſus, in quibus locum habeat diſtinctio inter puellam blande, vel vehementer rogatam, vel ultro rogantem, ſed non 54
eſt tuta regula in generali, maxime quia amor præcipue puellas inducit ad peccandum, tanquam magis extimulatas ad appetendum virum, ſuper quo videndus Tiraq. *d. gloſſ.* 1. *part.* 9. *num.* 92. & *ſeqq.* Rot. Januen. *d. deciſ.* 70. *num.* 71. Etenim vir eſt minus libidini obnoxius, quam femina, ſed cum hac differentia, quod femina, quæ magis ardet, minus quam vir ardorem oſtendit; vir autem, qui minus ardet, magis quam femina ardorem manifeſtat, juxta Ovid. *lib. 1. de arte amandi — Vir male diſſimulat, tectius illa cupit* cum alii verſibus, quos citat in propoſito Tiraq. *ubi ſupra n.* 29. & 79. Rot. Januen. *d. dec.* 70. *n.* 71.

Hactenus dixi de ſtupratore paris conditionis; nunc ſermo erit de eo, qui ſit diſparis conditionis 55
nempe tam in nobilitate, quam divitiis, ut dicunt A Spiritu Sancto *in Direct. tract.* 10. *diſp.* 1. *ſect.* 11. *n.* 52. Navarr. D. Antonin. & Silveſt. de quibus apud Valer. *in verb. Reſtitutio diff.* 9. *n.* 2. & in hoc breviter dico, quod proteſtatio ſuper metu annullat matrimonium, etiamſi ſtuprator copulam extorſerit, data ſpe matrimonii, ſed ficte; debebat enim mulier cogitare fictionem ex diſparitate viri, qui proinde ad eam ducendam non tenetur, ut tradunt A Spiritu Sancto *ubi ſupra num.* 52. Sanchez *de matrim. l.* 1. *diſp.* 10. *num.* 18. & 19. & *diſp.* 11. *num.* 8. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 6. *capit.* 30. *nu.* 4. *in fin.* Valer. *differ. utriuſ. fori in verb. promiſſio diff.* 6. *n.* 2. & *in verb. Reſtitutio differ.* 9. *num.* 2. & *diff.* 10. *num.* 2. *verſic. in foro tamen*, idque maxime procedit, ſi mulier ex circumſtantiis fictionem colligere poterat, nempe ex inſtantia loquendi, ut ait A Spiritu Sancto *ubi ſupra num.* 52. vel ex alia conjectura; Cumque in hoc caſu fictæ promiſſionis cum ſtupro non ſit obligatio nubendi, ſed ſolum dotandi, matrimonium non tenet proteſtatum antea de metu, tanquam injuſte illato; circa tamen obligationem dotandi videndus eſt Sanchez *dict. diſp.* 10. *num.* 18. & *ſeq.* ubi, quod ſtuprator nihil tenetur reſtituere, ſi propter notabilem diſparitatem, vel alia fraudis aperta ſigna viderit 56
femina vel prudenter videre debuerit ſe decipi, quicquid dicat Antonell. *ubi ſupra*; ſecus ubi femina fuerit ignara qualitatis ſeu conditionis viri, vel ſi fuerit gnara, taliter ei promiſit deflorator, ut vir prudens merito crederet vere promittere.

Dubium eſt tamen, an in caſu, quo vir diſparis conditionis vere promiſiſſet imparem feminam ducere in uxorem, teneatur ducere, itaut proteſtatio ſuper metu non annullet matrimonium: Morales concludunt teneri iſtum ducere in uxorem etiam plebejam, ſi vere promiſit, & ſub hac vera promiſſione defloravit, ut apud Portell. *in dub. regul. caſ.* 6. *per tot. part.* 3. A Spiritu Sancto *tractat.* 10. *diſputat.* 11. *ſection.* 11. *numer.* 58. Valer. *in verb. matrimonium differ.* 9. *ſub numer.* 2. ſecus vero, ſi ex hoc matrimonio timerentur ſcandala, juxta Sanchez *libr.* 1. *diſputat.* 14. *numer.* 3. quicquid in contrarium male excogitaverit

verit ſcrupuloſus, Portell. *ſupra num.* 2. qui hanc
limitationem ex ſcandalis non vult admittere, quan-
do concurrit juramentum, loquendo contra com-
munem opinionem, A Spiritu Sancto *d. diſput.* 1.
Sect. 11. *numer.* 58. ibi — *hoc tamen intelligendum
eſt, ſecluſo ſcandalo vel malo exitu Matrimonii* —
Bonaccin. *de Sponſ. diſp.* 1. *punct.* 2. *num.* 13. *verſ.
ex dictis*; ergo annullare matrimonium contractum
cum ignobili, aut diſpari per virum nobilem, &
diſparis conditionis, prævia proteſtatione ſuper me-
tu, pendebit ex hac conſideratione ſcandalorum,
& mali exitus matrimonii arbitrio prudentis viri
penſandorum.

Hæc omnia in hoc puncto fundavi in metu ju-
ſte vel injuſte illato, id ſolum inſpiciendo, an ſtu-
prator de Jure teneatur præciſe ad nubendum, ut
tunc proteſtatio ſuper metu non relevet; ſecus ſi
57 non teneatur præciſe, advertendum eſt tamen hic
ad unum æquivocum, quod poſſet capi. Etenim ſi-
quis repertus in ſtupro per attinentes ſtupratæ con-
trahat tunc per vim, ac metum illorum armata
manu eum cogentium ad matrimonium, dicunt Do-
ctores, matrimonium eſſe nullum, etiamſi alias ſtu-
prator præciſe de Jure teneretur ad nubendum, &
a Judice cogi potuiſſet ea ratione, quia metus ille
eſt ſemper injuſtus eo ipſo, quod infertur ab illis
attinentibus puellæ, quibus non licet auctoritate
propria, & privata cogere ad matrimonium, cum
hoc pertineat ad Judicem, apud quem illi inſtare
debuiſſent, ut dicunt Gonzales *in d. c. veniens* 15.
num. 4. *verſ. dixi mecum de Sponſalibus*, Barboſ. *nu-
mer.* 4. Sanchez *de Matrimonio lib.* 4. *diſput.* 13. *nu-
mer.* 9. Reginaldus *in prax. lib.* 34. *cap.* 13. *num.* 79.
Filliuccius *de Sacramento Matrimonii tractat.* 10.
part. 1. *cap.* 4. *num.* 101. *in fine*, quæ concluſio de-
bet intelligi, quando tunc contrahitur matrimo-
nium, conſanguineis ſtupratæ armata manu co-
gentibus ad illud contrahendum; ſecus in caſu per
me ſupra diſputato, quod nempe ſtuprator, qui te-
netur de Jure ad nubendum, prævia proteſtatione
ſuper metu, contrahit matrimonium, hic enim non
cogitur armata manu per conſanguineos, itaut au-
ctoritate privata tunc compellatur, ſed de per ſe
contrahit, prævia proteſtatione metus, quæ proin-
de ſuffragari non debet.

Ratio differentiæ eſt, quia in primo caſu ſtupra-
tor cogitur in flagranti ad matrimonium directe
ab ipſis conſanguineis ſtupratæ, quod non licet au-
ctoritate privata etiamſi ſtuprans nubere teneatur,
ſed in altero caſu ſtuprator cogitur quidem ob me-
tum eundem; ſed quia iſte non eſt illatus tunc præ-
ciſe armata manu tollens omnem libertatem ſtupra-
tori, interpretari debet illatus juſte ad diſponendum
eum, ut faciat id, quod de Jure facere tenetur, &
ſic eum relinquit in faciendo, non in facto; nec
videtur injuſtum, ut quis per minas diſponat ali-
quem ad faciendum de per ſe, quod facere de Ju-
re tenetur, Coninchus *de matrimonio diſp.* 28. *dub.*
1. *num.* 15. ibi — *Quare quod aliqui dicunt, talem
habere quidem Jus, ut alterum accuſet, non autem
ut privata auctoritate cogat illum contrahere, fal-
ſum eſt; poſſumus enim privata auctoritate ad mul-
ta alios cogere: ut patet in eo qui volendo reddere
pignus, cogit alium ſibi ſolvere* — maxime in hac
58 materia delicata, quæ involvit honorem familiæ ipſ-
ius ſtupratæ, nec conſanguineis ejus eſt decorum
infamare familiam publice in Judicio accuſando
Reum de ſtupro ſuæ filiæ, vel ſororis, vel neptis;
ideoque haud illicite per minas, & potentis aucto-
ritatem procuratur, ut Reus diſponatur ad matri-
monium, cujus propterea proteſtationem ſuper me-
tu ego non attenderem in foro externo ad annul-
landum matrimonium: quia metum reputarem ju-
ſte illatum, ſi ille ſtuprator alias de jure tenebatur
ad matrimonium, & cogi poterat per Judicem præ-
ciſe, licet hujuſmodi diſputatio in praxi videatur
inutilis, quia Judex, cui de hac re cognitio defer-
tur, licet agnoſcat nullum matrimonium ex con-
ſenſu per metum dato, tamen dum ſtuprator tene-
tur ad nubendum, cogere eum debet ad contra-
hendum matrimonium de novo pronunciando ma-
trimonium non valere, ſed cogendum eſſe virum
ad contrahendum de novo in faciem Eccleſiæ, un-
de proteſtatio ſuper metu eſſet diffugium vanum,
quatenus etiam relevaret, idemque eſſet in matri-
monio per metum facto, inſtantibus conſanguineis
armata manu, non tamen eſſet inutilis diſputatio
prædicta, ſi ſtuprator medio tempore contraxiſſet
cum alia de facto, *cap. veniens* 13. *cap. veniens* 15. 59
& cap. Cum in Apoſtolica 18. *juncta Gloſſ. in figura-
tione caſus in fine verſ. nota & in verb. remanere de
Sponſalibus*, etiamſi contraxiſſet, lite pendente, &
contra inhibitionem ſpecialem Judicis, ut eſt Text.
in c. 2. *de Matrimonio contracto contra interdictum
Eccleſiæ in dicto capite cum in Apoſtolica de Sponſa-
libus* & quidem dixi ſi ſtuprator contraxiſſet *de fa-
cto*, quia poſt factum teneret contractus matrimo-
nii, ante factum vero *de Jure* contrahere non poſ-
ſet cum alia, ſi ſtupratam ducere teneretur, ſicut
neque poſſet promoveri ad Ordines ſacros, aut in-
gredi Religionem ex traditis per Sanchez *de ma-* 60
trimonio lib. 1. *diſp.* 44. *num.* 3. *& ſeqq.* Portellus *in
dubio regul. part.* 3. *caſ.* 6. *num.* 2. *in fine*, & Pani-
moll. *deciſ.* 23. *num.* 24. maxime lite pendente ſu-
per valore prioris, *capit. tua fraternitas de ſponſa
duor.* & plene Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *diſp.*
2. *num.* 13. ſecus ſi ſtuprator ad ſolam dotem te-
neretur, Tondutus *reſol. benefic. parte* 3. *cap.* 184.
num. 5.

Dicunt etiam ſcribentes in hac materia matrimo-
nii contracti per metum, quod ſi juvenis reperiatur
de nocte cum puella ab attinentibus iſtius, ad quo-
rum terrorem necem minitantium ille contrahat ma- 61
trimonium, hoc eſt nullum ipſo jure per Text. *in
allegato c. Veniens* 15. *de Sponſal.* id tamen proce-
dat, quod conſanguinei puellæ venerunt animo co-
gendi juvenem ad matrimonium; ſecus ſi veniſſent
animo eum interficiendi ad vindictam ob ſtuprum;
juvenis autem precibus impetraſſet ſibi condonari vi-
tam ſub conditione, quod filiam ſuam acciperet in
uxorem; hoc nanque caſu dicunt, quod metus non
eſſet incuſſus, ut matrimonium fieret, neque con-
ventio illa contingeret, ut matrimonium obtineretur
per metum, ſed ut metus per matrimonium tollere-
tur, ut firmant Barboſa *in dicto capite veniens nu-
mer.* 4. Gonzal. *numer.* 4. *circa fine*, Reginaldus *in
praxi for. pœnitentialis lib.* 31. *cap.* 13. *numer.* 79.
verſiculo valeret autem, Sanchez *de matrim. lib.* 4.
diſp. 12. *n.* 14. Fillincc. *ubi ſupra cap.* 4. *nu.* 103.
verſ. quintus, & alii paſſim.

Verum hujuſmodi diſtinctio quando conſanguinei
volunt interficere ad vindictam, & quando volunt
interficere niſi ſtuprator contrahat matrimonium, 62
mihi videtur vacua ſucco rationis; Quippe in hoc
puncto conſiderari tantum debet voluntas, & conſen-
ſus viri, an ſit coactus, necne ad matrimonium; ſup-
poſito autem, quod deprehenſus in ſtupro ad evitan-
dam mortem ex impetu parentum puellæ armata ma-
nu tunc urgentium, contrahat matrimonium, jam
unuſquiſque videt, quod ille conſentit matrimonio
coacte, nec ulla major coactio eſſe poteſt, quam fa-
cere actum metu inſtantis necis, & quidem indiſtin-
cte, ſive metus mortis dirigatur ad factum matrimo-
nii, ſive ad vindictam criminis, utrobique enim
ſemper conſenſus præſtatur coacte, nec video ratio-
nem efficacem, & ſtringentem communis diſtinctio-
nis ſuperius traditæ, & ita probat Text. *in l. nec ti-
morem* 7. *verſic. proinde il ſecundo ff. quod metus
cauſa* ibi — *Proinde ſi quis in facto, vel adulterio
deprehenſus vel in alio flagitio, vel aliquid dedit,
vel ſe obligavit*, Pompon. *libr.* 18. *recte ſcribit
poſſe eum ad edictum hoc pertinere, timuit enim
vel mortem, vel vincula* — ex quo apertiſſime
infertur, quod ſolus timor mortis, vel alterius
periculi probat conſenſum coactum ad aliquod
dandum, vel ſe obligandum, quantumvis me-
tus ille non inferatur ad aliquod dandum, vel ſe
obligandum, & docent Petrus de Barbobus *inter*

conſilia matrimonii Ziletti *conſ.* 24. *n.* 14. *& ibidem* Alex. *Conſilio* 21. *n.* 5. Cucch. *Inſtitut. major. lib.* 5. *tit.* 13. *numer.* 160. Riccius *in praxi part.* 5. *titul. praxis libertate matrimonii Reſol.* 4. Martinus Monter, *deciſ. Rotæ Aragon.* 45. ubi de caſu fortiori.

Quam difficultatem agnovit Sanchez *d. libr.* 4.
63 *diſput.* 12. *numer.* 14. ſed evitare conatur dicendo, quod hoc intelligitur, quando deprehenſus in eo delicto timet, fore, ut metus mortis cogatur ad id matrimonium; ſecus quando non eſt probabilis ſuſpicio metus inferendi ad eum finem, ſed ad vindictam de ſtupri injuria; verum iſta reſponſio eſt contraria literæ præallegati Text. *in d. l. nec timorem §. proinde*, quia deprehenſus in ſtupro, vel in adulterio, vel in alio flagitio, ſi metu mortis vel carceris, aliquid dat, aut ad aliquid ſe obligat, certe metus non infertur ad finem extorquendi pecunias ab eo, vel obligandi eum, ſed datio pecuniæ, & obligatio offertur per deprehenſum neceſſario, & coacte ad effugiendam necem, vel vincula ibi – *timuit enim vel mortem, vel vincula* – ergo ſi hoc procedit in contractibus, & obligationibus per metum factis, multo magis in matrimonio, in quo ſpeciale eſt, ut debeat adeſſe major & omnimoda libertas, & in hoc differt ab aliis contractibus, ut docent Panorm. *in d. cap. veniens* 15. *n.* 6. *Præpoſit. num.* 5. Alex. de Nævo *ſub num.* 18. *verſ. quarta* Gonzal. *num.* 3. *&* 7.

Quid enim refert, an metus inferatur, ut fiat actus, an vero inferatur ad alium finem, quando utrobique conſenſus cogitur inevitabiliter, quia mens cogitur a periculo, non a fine inferentis periculum; ergo ſolum periculum conſiderandum
64 eſt, an metum incutiat gravem; Exemplum dari poteſt in ſicario, qui tendit ad occidendum aliquem, & is propter evitandam necem dat pecunias, nonne illæ pecuniæ fuerunt datæ coacte? licet ſicarius necem minatus non fuerit ad extorquendas pecunias, ſed ad vindictam mandantis; ergo conſenſus meticuloſus non pendet ab intentione inferentis metum, ſed ab ipſo metu materiali, a quo cogitur directe, & præciſe, ut probat Text. *in l. iſti quidem ff. de eo quod met. cauſ. verſ. quod ſi dederit*, ubi ſiquis dederit aliquid, ne ſtuprum patiatur, condicitur actione, *quod metus cauſa*, & tamen qui vult committere ſtuprum, non facit animo extorquendi pecuniam; ſed alio fine nempe ex cauſa libidinis, itaut non attendatur animus inferentis periculum, ſed ipſum duntaxat periculum, cujus evitandi cauſa omne id, quod promittitur, eſt metu coactum; & præſertim in hac materia mihi nunquam placuit ſupradicta diſtinctio, an pater juvenem filiæ ſuæ violatorem repertum in domo armata manu tendat ad occidendum, vel ad cogendum ad matrimonium; quis enim non advertit, quod hoc modo eſſet conceſſum indirecte obtinere, quod directe obtineri non poſſet; ita reſtringendo metum ad meram formalitatem modi, quo ſe tenere debent conſanguinei ſtupratæ, qui ceteroquin naturaliter, & plerumque in flagranti criminis deprehenſione ſemper habent impetum occidendi, & ſe vindicandi, non autem cogendi ad matrimonium, fortius conſiderando
65 fraudes, & aſtutias puellarum ejuſque conſanguineorum, de quibus ſupra *n.* 53. volendo enim maritare feminas abſque dote, multoties correptas, tendunt laqueos juvenibus divitibus, & ita comminando necem extorquent matrimonium, & ſub his execrandis aſtutiis lucrum faciunt; exinde generantur peſſimi eventus; nam vel puella veneno necatur, vel truditur in monaſterium, & vir eodem tempore neque viduus, neque nuptus in effectu remanens ſumit occaſionem tenendi concubinas, & vivendi diſſolute. Ecce hujuſmodi matrimoniorum fines. Proinde diſtinguere, an parentes puellæ velint interficere ad vindictam, vel ut cogant ad matrimonium, habet difficultatem, quia vel fingunt tendere ad occidendum, & revera habent animum extorquendi matrimonium, vel ſi ſerio, & revera interficere velint, hoc non excludit conſenſum viri, coactum ex metu necis.

Exempla, quæ tradunt morales ad probandum contrarium, nihil apud me ſtringere videntur;
nam ægrotus deſponſans filiam medici, aliter me- 66
deri nolentis, & matrimonium filiæ Judicis cum Reo, ut necem evitet, habent voluntatem magis liberam, & ſolum metus mortis videtur occaſio contrahendi matrimonium; ſed in homine circumvento cum armis ad pectus non eſt ulla voluntas libera, quia mors in caſu ægroti, & Rei non infertur ab homine, quia morbus ægrotum occidit, Reum ipſa lex, ſeu Juſtitia; ſed in aggrediente ſtupratorem cum armis mors directe infertur ex illo; ideo dici poteſt, quod primo caſu mors eſt occaſio, in altero autem eſt cauſa finalis matrimonii, ultra quod nec in caſu ægroti deficit alter Medicus, immo etiamſi alter deficiat, matrimonium filiæ medici cum ægroto eſſe nullum ſuſtinet, & bene Coninch. *de Matrim. diſp.* 28. *dub.* 1. *n.* 12. *& ſeqq.* Caſus autem Rei male applicatur, quia illi infertur pœna mortis per legem juſtiſſime, ſeu per Judicem ejus executorem, & ex cauſa delicti, cui non congruit matrimonium, & ſic ipſe Reus non ſolum ſponte, ſed immo libentiſſime commutat pœnam juſtam mortis cum matrimonio, cum ſit ei multum utile pęnam mortis juſtam, recipere tranſlatam in matrimonium; non ſic autem in caſu deprehenſi in ſtupro, conſanguineis ſtupratæ eum necare volentibus, quia hoc caſu pœna non eſt juſta per legem, ſed contra legem injuſte comminata per hominem privatum, & ex cauſa delicti, cui congruit matrimonium, & ſic oblatio matrimonii ad effugiendum hoc aſſaſſinium, non poteſt dici commutatio pęnæ ſpontanea, ſed coactiſſima, ſine ulla utilitate, & per modum ſtrangulationis: & maxime, quia non eſt indulgendum malitiis hominum, qui hujuſmodi retibus procurant extorquere matrimonia, & data opera introduci permittunt ſtupratores divites, ut deſponſare faciant puellas viles pauperes, & ab aliis defloratas; ulterius videtur mera formalitas, quod matrimonium valere debeat, & non valere, ſi parentes defloratæ teneant hunc, vel illum modum in incutiendo terrorem, nempe volendo interficere ad vindictam, ſeu ut inducant ad matrimonium, quando, ut ſupra notavi, id fieri poteſt data opera, ut habeatur intentum matrimonii fingendo ſe rogari ab illo juvene, & parcere ejus vitæ ob matrimonium; hæ autem ſunt fallaciæ, & peſſimæ inventiones, quæ ſuffragari non debent; ultra quod iterum repeto, quod metus iſte, etiamſi parentes tendant necem ad vindictam, videtur ſufficiens ad annullandum matrimonium, quod deſiderat liberam voluntatem ſpeciali ejus favore, pluſquam alii contractus, ex traditis per Canoniſtas *in d. cap. veniens* 15. *de Sponſalibus*.

Ideo concludendo ita diſtinguerem in hac quæſtione: Aut ſtuprator deprehenſus per conſanguineos
defloratæ tenetur de Jure ad matrimonium contra- 67
hendum, præciſe, & non alternative, & validum cenſerem matrimonium, tam ſi conſanguinei necem minarentur ad vindictam, quam ſi directe ad matrimonium, nec auctoritas privata videtur conſiderabilis pro inducendo metu injuſte incuſſo, quia hunc metum ſibi ipſe ſtuprator infert ex natura delicti, quod cogit ad matrimonium; unde ſicut conſenſus coactus a Judice eſt ſufficiens ad matrimonium; ita etiam coactus per auctoritatem privatam, licet hoc caſu privatus faciat actum illicitum, cum non ſit executor Juris, ſicut eſt Judex; ſed quantum ad matrimonii validitatem non videtur referre quis fuerit executor, nec conſiderari debet impulſus facti, ſed impulſus Juris; matrimonium namque pendet ex conſenſu, ſi autem iſte eſt bonus, tametſi coactus per legem, quæ cogit ad matrimonium, neque ex coactione tali dicitur inferre metum, quare non debet eſſe bonus conſenſus coactus ab eadem lege, quantumvis illicite procuratus per privatum, qui non eſt ejus miniſter? erit ergo ille metus injuſtus reſpectu miniſtri

ut ju-

Digitized by Google

ut juſtus reſpectu legis, & ideo attendi debet neceſſitas legis, non hominis; unde diſtinctio, an conſanguinei defloratæ velint interficere ad vindictam, vel metum incutient, ut cogant directe ad matrimonium, non placet mihi; immo fortaſſe dicerem totum oppoſitum, quod nempe non valeat matrimonium, ſi parentes velint interficere delinquentem ad vindictam, quia hoc eſt injuſtum, tam ex parte hominis privati non habentis hanc poteſtatem, quam ex parte legis Canonicæ, quæ necem non ordinat in tali caſu, ſed matrimonium *cap. 2. de adult.* proinde, ut dixi, ſupradicta diſtinctio non videtur conſona rationi, itaut quocunque modo inferant parentes timorem mortis, ſive ad vindictam, ſive ad matrimonium extorquendum, ſemper validum dici debeat matrimonium contractum ab eo, qui illud de Jure contrahere tenetur præciſe, & non alternative.

Aut ſtuprator tenetur alternative, vel ad dotem,
68 vel ad matrimonium; & applicarem diſtinctionem prædictam, quod ſi parentes defloratæ velint interficere defloratorem ad vindictam, & ille ad necem evitandam contrahat matrimonium, hoc ſit validum, quia impellitur duntaxat ad eligendum unum ex his, quod facere tenetur de Jure; ſi vero volunt interficere, niſi contrahat matrimonium, & ſic ad illud directe cogunt, & non valeat matrimonium; ſed habeo difficultatem etiam in hoc caſu, & fortaſſe dicerem, matrimonium utroque caſu non valere, quia privatus nequit occidere, & nec minus poteſt cogere ad unum ex duobus præciſe, vide Antonell. *de reg. Eccleſiaſtica libr. 5. cap. 2. num. 13.*

Aut vero ſtuprator nullo modo tenetur ad matrimonium; & in hoc caſu matrimonium invali-
69 dum cenſeatur quocunque modo inferatur metus necis, ſive ad vindictam, ſive ad matrimonium; dubium eſt autem, quando parentes minarentur accuſationem coram Judice, niſi ſtuprator deſponſaret puellam, & ille ad evitandam vexationem judicialem contraheret matrimonium; tunc enim id eſſe validum ſuſtinent Coninch. *d. diſp.* 28. *dub.* 1. *n.* 15. Filliucc. *d. cap.* 4. *ubi ſupra n.* 107. Antonell. *de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 13. verum iſti intelligi debent ubi accuſatio eſſet juſta, & ſic quando teneretur ſtuprans ad matrimonium, vel ad pœnam; ſecus ſi non teneretur ad aliquid; tunc enim metus eſſet injuſte incuſſus, & matrimonium eſſet nullum, ut firmat Candid. *diſquiſit. moral. tom.* 2. *diſquiſ.* 28. *num.* 11. *verſ. dico* 37. Si autem non teneretur ad matrimonium, ſed ad pœnam, contrarium probabiliter dicendum foret; quia tunc accuſatio eſſet juſta, vide eundem Candid. *ubi proxime n.* 22. *verſic. dico* 40. *& n.* 23.

In ſumma dure agendum contra hæc matrimonia extorta a deprehenſis in ſtupro; aut enim conſentiunt parentes ſtupratæ, & ſunt fraudes manifeſtæ; aut non conſentiunt, & habent ipſi culpam, cum debeant cuſtodire puellas, utque ait Tacit. *libr.* Annal. *viri in eo culpam, ſi femina modum excedat*, ita parentum in eo culpam, ſi femina modum excedat, excepto aliquo caſu extraordinario, quo neque turres aheneæ cuſtodire valent Danaas nocturnis ab adulteris, Horat. *ode* 16. *lib.* 3. hæc autem dixi per modum ſimplicis difficultatis, non autem per viam opinionis firmæ, cum non intelligam niſi promovere dubitandi rationes ad magis enucleandam veritatem eorum, quæ majores noſtri tradiderunt; ſcio enim me contra torrentem opponere pectus; poſt hæc ſcripta vidi Sperell. *dec.* 6. *per totam*, qui hanc materiam examinat; Eum legas, vide etiam Card. de Luca *de matrim. diſc.* 6. & Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 4. §. 2. *num.* 3. *& ſeqq.*

Nota ad materiam matrimonialem, quod licet
70 parentes conſanguinei, & affines admittantur, & probent; ſive agatur de valore matrimonii, ſive de eo diſſolvendo, tamen non admittuntur nec probant, ſi eſſet diſparitas inter conjuges, & ideo re-

poſitum eſt in arbitrio Judicis fidem teſtium hujuſmodi ponderare ex cauſæ pendentis qualitate, perſonarum conditione, pari, vel diſſimili, tam in nobilitate, quam divitiis, & aliis circumſtantiis, *cap. ſuper eo 2. de Teſtibus*, ubi Hoſtienſis *num.* 3. *in fine*, Covarr. *de matrim. parte* 3. *cap.* 8. §. 12. *num.* 8. *verſ. nam in hac* cum alii apud Antonell. *de Regimine Eccleſiæ lib.* 8. *cap.* 9. *num.* 5. quarum circumſtantiarum una etiam foret, ſi adeſſet diſparitas etiam ex qualitate, & numero amicorum, quos unus ex conjugibus haberet, Craſſus *de effectibus Amicitiæ num.* 274. cum ibi adductis vide caſum *apud* Maſcardum *de probationibus concluſ.* 1031. *num.* 6. in quo mater admittitur teſtis, etiam data inæqualitate.

Digredior modo ad caſum ſequentem, ſuper quo
fui interrogatus, & pro veritate ſcripſit Titius fi- 71
liusfam. ductus in domum Druſillæ ibi commorantis una cum matre, poſt longam converſationem habitam in tripudiis, & choreis, per totam diem ac partem noctis, tandem vino, & lætitia excitatus in amorem Druſillæ ardentiſſime irrepſit, quæ cognito viri affectu eum in ſecretam domum abduxit, & traditis hinc inde anulis apocham promiſſionis ſibi confici curavit per hæc verba: *Promitto me juratam fidem frangere nolle, ſed volo implere omnia, quæ pollicitus ſum*. Unde ſuper hoc facto quæritur pro veritate. Primo, an ex verbis apochæ inducta fuerit aliqua promiſſio Sponſalitia. Secundo, an illa verba ſonent in Sponſalia de præſenti, vel de futuro. Tertio, quando probantur Sponſalia de futuro, an Titius poſſit cogi ad implendam promiſſionem. Et quarto demum, quando etiam probentur Sponſalia de præſenti, an iſta fuerint valida vel nulla.

Quantum igitur ad primum reſpondeo ex verbis ſupra relatis, non poſſe deduci promiſſionem Sponſalitiam, ſed ſimplicem promiſſionem de adimplendo ea omnia, quæ Titius pollicitus fuit; cum-
que mulier non probet, quid ſibi Titius promiſe- 72
rit, utique promiſſio remanet æquivoca, & incerta, & verificabilis in aliis promiſſionibus, quam Sponſalitiis, quod ſufficit ad excludendam mulierem actricem, cum agatur de materia, in qua homo de libertate redigitur in vinculum ſervitutis conjugalis, itaut requiratur probatio certa, & indubitata, juxta Gloſſa *in verbo viro incumbit, verſ. etſi vir negat. deſponſationem, & eſt Conſilium* Geminiani 27. *num.* 8. *paſſim a* Rota *approbatum, ut in deciſ.* 310. *num.* 1. *& deciſ.* 407. *num.* 4. *part.* 1. *& dec.* 34. *num.* 1. *part.* 2. *rec.* Burattus *deciſ.* 634. *num.* 1. Panimolla *dec.* 23. *num.* 3. *& ſeqq.*

Non relevante traditione anulorum hinc inde
ſecuta, quia etiam anuli traditio eſt ſignum æqui- 73
vocum verificabile in aliis cauſis, veluti notavit Abb. *in cap. finali num.* 7. *de deſponſationibus impuberum*, Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 22. *num.* 1. Pariſius *conſ.* 60. *num.* 47. *& ſeqq. lib.* 4. Malvet. *inter conſilia matrimonialia conſ.* 83. *num.* 23. Maſcardus *de probationibus concl.* 1022. *num.* 2. Menochius *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumpt.* 2. *num.* 1. Caſtropall. *oper. moral. part.* 5. *tract.* 28. *diſput. unica punct.* 4. *num.* 10.

Quantum ad ſecundum dico, quod ex dicta promiſſione aliud deduci non poteſt, quam promiſſio Sponſalitia de futuro, non autem de præ-
ſenti ex illis verbis -- *volo implere omnia, quæ pol-* 74
licitus ſum -- Verbum enim *volo* adjectum verbo *implere* importanti actum, cujus executio pendet de futuro, importat diſpoſitionem de futuro, non de præſenti, ut dicit Panormit. *in capit. ex literis de Sponſal. ſub numer.* 5. *ibique* Præpoſit. *numer.* 6. Anch. *num.* 27. Alex. de Nævo *num.* 18. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 18. *num.* 24.

Eſſet enim contradictio manifeſta velle implere promiſſionem, ſi Sponſalia jam eſſent contracta de præſenti, quæ idem important, ac matrimonium jam factum, quo caſu promiſſio jam eſſet adimpleta, Panorm. *in cap. ſi inter virum numer.* 4. *de*

Sponſal. cum aliud ſit implere promiſſionem, & velle implere, ſicut aliud eſt vendere, & velle vendere, ut dicit Panormit. *in d. cap. ex literis n. 5. de Sponſal.*

Et in fortioribus terminis, quod promiſſio concepta per hæc verba – *volo te accipere, habere, aut ducere in uxorem* – quod nec minus inducant Sponſalia dicit Bonac. *de Sponſal. quæſt. 1. punct. 1. n. 3. tom. 1.* Panimoll. *dec. 23. num. 6.* Sanchez *de matrimon. lib. 1. diſp. 18. n. 25. & 26.*

Maxime, quia in caſu noſtro non conſtat verba præciſa promiſſionis, quomodo fuerint concepta, cum ſimpliciter dictum fuerit – *Volo implere omnia, quæ pollicitus ſum* – unde promiſſio intel
75 ligenda eſt de contrahendis Sponſalibus in futurum, non autem de contractis de præſenti, cum hæc non præſumantur, niſi probentur ex verbis certis, cum alias non ſufficiat mulieri actrici probare promiſſionem in genere, quia ſemper interpretatio fieri debet contra ipſam, ut promiſſio intelligatur de ſolis Sponſalibus in futurum, ut in puncto firmat Panormit. *in d. cap. ex literis de Sponſal. num. 8.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 18. n. 20.*

Nec traditio anuli importare valet Sponſalia de præſenti, ſed tantum de futuro, ut bene Maſcard. *de probat. concluſ.* 1022. *num. 1.* Malvet. *de conſil.* 83. *num. 23.*

Sed ceſſat difficultas, quia adeſt diſparitas inter virum, & mulierem tam divitiarum, quam nobi-
76 litatis, quo caſu non inducitur præſumptio matrimonii contracti, Soccin. Jun. *conſ.* 86. *numer. 26. lib. 2.* Nicol. Anton. Crevel. *in tract. Conſil. Matrimonial.* Zilett. *conſ.* 82. *numer.* 25. Maſcard. *de probat. concl.* 1025. *num. 7.* Navar. *in Manual. cap. 22. de impediment. Matrim. n. 76.*

Ratio eſt, quia, ſtante hac diſparitate, conſen-
77 ſus ſemper præſumitur fictus, & ideo obligatio non inducitur ex verbis jocoſe, aut per adulationem & ficte prolatis, Panimoll. *dec. 23. num. 7. & 8.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 9. n. 3. & 5. diſp. 10. per totam & lib. 3. diſp. 15. n. 7.*

Quodque in hac materia attendatur etiam diſparitas divitiarum & bonorum, firmat Dicaſtill. *diſp. 4. numer.* 181. & 224. A Spirito Sancto *in direct. tom. 2. de matrim. tract. 11. diſput. 5. ſect. 6. num.* 254. Ricc. *in prax. p. 4. reſol.* 410. *num. 2.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ. 2. de Sponſal.* Pariſ. *conſ.* 58. *n.* 37. *lib. 4.* Maceraten. *dec. 2.*

Præſertim, quia maſculus nunquam antea viderat mulierem, ſed puer inexpertus unica die, & unica converſatione abſtractus, & hilaris ex vino ſeductus fuit ad faciendam promiſſionem, quæ propterea dicitur incerta, & inſufficiens ad matri-
78 monium, ut bene Panimoll. *d. dec. 23. num. 8.* ubi in terminis Sponſalium hæc ait: *Incerta quoque redditur obligatio, quæ non inducitur, niſi ex verbis mature, conſulte, & ſerio prolatis &c.*

Quantum ad tertium cenſeo, virum cogi non poſſe ad ſervandam promiſſionem, dum concurrunt juſtæ cauſæ recedendi a Sponſalibus, ad Text.
79 *in cap. ex literis 11.* in fine ibi – *niſi rationabilis cauſa obſtiterit* – & *cap. requiſivit de Sponſal.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſ.* 12. *Gloſſ. unic. num. 6.* Buratt. *dec. 38. n. 1. cum aliis infinitis doctrinis cumulatis* per Rot. *deciſ. 19. num. 2. part. 10. recent.*

In præſenti tres concurrunt legitimæ cauſæ. Pri-
80 ma diſparitas divitiarum & nobilitatis inter virum, & mulierem. Secunda, quia fuit deceptus in lætitia, & improviſa occaſione ad faciendam promiſſionem, & hodie potius eligit mori, quam nubere. Et tertia diſſenſus, & indignatio Patris, qui hujuſmodi nuptiis acerrime reſiſtit, Panormit. *in cap. requiſivit num. 4. de Sponſal.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. Caſ.* 455. & *conſ.* 787. *n.* 25. Rot. *dicta dec. 19. num. 55. part. 10. rec.*

Quæ ſola tertia cauſa indignationis, & diſſenſus Patris de per ſe ſufficiens exiſtimatur ad effectum, ut vir non teneatur implere promiſſionem, nec
81 poſſit cogi; ex hac enim indignatione patris imminere poteſt periculum exhæredationis, maxime quando illa oritur legitime & juſte ob Sponſalia contracta cum diſparitate nobilitatis, & divitiarum, & hoc ſolum inducit juſtum metum in filio, illique præbet juſtam cauſam recedendi a Sponſalibus, Rot. *in d. deciſ. 19. num. 56. & 57.* Seraphin. *deciſ.* 1258. *n. 2.* Adden. ad Greg. *deciſ.* 366. *n. 9.* Cavaler. *deciſ.* 447. *n. 2.*

Quod procedit, non obſtante juramento in apocha promiſſionis appoſito, Rot. *d. deciſ. 19. n. 28. part. 10. rec.*

Immo, excluſis omnibus ſupradictis cauſis, adhuc vir compelli quidem poteſt per Cenſuras moderate, ut de nolente fiat volens, ſed ſi iſte ſit pertinax debet Judex eum abſolvere etiam nolentem, ut tradunt Bellett. *diſquiſ. Cleric. part. 1. tit. de favor. Cleric. §. 2. num.* 34. Adden. ad Buratt. *deciſ.* 311. *num. 5.* Panimoll. *deciſ. 23. num. 18. & 19.* Durant. *deciſ.* 242. *n. 13.*

Et ſi hodie de facto vir contraheret cum alia femina Sponſalia de præſenti, iſto caſu Sponſalia de futuro, de quibus agitur, totaliter diſſoluta remanerent, ut eſt Text. Literalis *in cap. ſi inter de ſponſalib.*

Quantum denique ad quartum, & ultimum, dico, quod Sponſalia etiam ſi eſſent de præſenti,
remanerent invalida, & nulla, dum ſervata non 82
fuit forma tradita per Sac. Concil. Trid. *in cap. 1. ſeſſ. 24. de reformat. matrim.* juxta quam requiritur, ut matrimonium celebretur coram Parocho, & teſtibus, quam formam obſervare quoque tenentur Schiſmatici, & Hæretici matrimonium contrahentes, ubi tamen Decretum dicti Concilii in eorum Parochia fuit publicatum, ut ſæpiſſime reſolvit S. Congregatio Concilii, teſte Pignatello *tom. 5. conſult. Canonic. 79. numer. 27. cum ſeqq.* ubi refert quinque reſolutiones d. Sacr. Congregationis.

Ulterius ad materiam matrimonialem ſubjicio alium caſum, quem habui de facto. Etenim quidam filiusfamilias amore captus puellæ diſparis conditionis, eam deſponſare volens diſceſſit de domo parentum propriamque conduxit, & non obſtantibus ferociſſimis patris, & matris contradictionibus properabat ad contrahendum matrimonium. Ego
deſuper conſultus ſcripſi ad inſtantiam patris infra 83
ſcriptas rationes ad Ordinarium loci (matris inſtantiam non expreſſi, eo quia non habet Jus impediendi matrimonium, niſi in defectu patris, & avi, ex cumulatis apud Panimoll. *deciſ. 45. n. 18.*) & ſuaſi, ut dignaretur injungere Parocho, quod ſuſpenderent per aliquod temporis ſpatium denunciationes, & matrimonium interim impediret, donec juſtificarentur cauſæ, quas ego juſtificatas dicebam ſufficere ad impediendum hujuſmodi matrimonium.

Præmittebam igitur, quod in Jure noſtro duæ ſunt ſpecies cauſarum obſtantium matrimonio. Altera, quæ nedum impedit contrahendum, ſed et-
iam dirimit contractum, ut eſt cauſa conſanguini- 84
tatis, publicæ honeſtatis, impotentiæ, & aliorum, de quibus *in capit. Juvenis, & ſeqq. de Sponſalib. cap. Fraternitatis de eo qui cognovit &c. cap. 1. & tot. tit. de conſanguin. & affinit. & cap. 1. & tot. tit. qui Clerici, vel voventes, & tot. tit. de frigid. & maleficiat, & de deſponſ. Impuber.*

Altera ſpecies eſt, quæ ſimpliciter impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum, ut eſt omiſſio denunciationum abſque legitima cauſa, Guttierez *de matrim. cap. 56. num. 2. & capit. 73. numer. 1. cum infinitis adductis per* Barboſa *ad Concil. ſeſſ. 24. capit. 1. de matrimonio numer. 28. & de poteſt. Epiſcop. allegat. 32. numer. 1.* & etiam contradictio patris matrimonio cum ſponſa indigna, Menochius in puncto *conſil. 69. num. 34. & plurib. ſequ.* & alia cauſa rationabilis, de qua apud Panormit. *in capit. requiſiviſti numer. 4. de ſponſal.* Menoch. *ubi proxime num. 43. & ſeqq.* & dicam infra.

In caſu

Digitized by Google

In caſu præſenti concurrere aſſerebam plures cau-
85 ſas ſufficientes ad impediendum matrimonium, & primn concurrit, contradictio patris, & omnium conſanguineorum fundata in cauſa legitima indignitatis Sponſæ, quod talis contradictio ita fundata poſſit impedire matrimonium, antequam contrahatur, firmat in terminis claris Menoch. *cit. conſ. 69. n. 34. & ſeq.* ubi probat hanc concluſionem ex pluribus dictis Sacræ Scripturæ, quæ nnn tranſcribo, & in hac materia ſtandum eſſe præcitato conſilin Menoch. dicit Card. de Luc. *de dot. diſc.* 142. *n.* 2n. eundemque Menoch. approbat Barb. *in repertor. verb. matrimonium verſ. matrimonia non ſunt contrahenda cum* infamibus &c. Dian. *part. 9. tract. 7. reſolut.* 7t. Coſt. *de fact. Scien. diſtinct.* 40. *Centur.* 2. Guttier. *lib.* 1. *Con. quæſt. cap.* 20. *per tot.*

Neque hic obſtare valet diſpoſitio Trident. *in d. ſeſſ. 24. cap.* t. *de matrim.* ubi dicitur, conſenſum patris nnn requiri ad validitatem matrimonii filiifamilias, quia ſimpliciter in eo Textu Patres Concilii decreverunt, matrimonia ſine conſenſu paren-
86 tum eſſe valida, ita antiquando contraria Jura tunc vigentia, tam canonica, ut *in can. non omnis Can. honorantur, & Can. noſtrates* 3. *quæſt. 5. cap. videtur, qui matrim. accuſ. poſſ.* & Concil. Tolet. 3. *cap.* 2n. quam civilia, *ut in §. Maſculi de Nupt. l. in Sponſal. ff. de Sponſal. l. 2. ff. de ritn Nuptiar.* Rot. coram Merlin. *dec.* 457. *n.* 9. Card. de Luc. *de dot. diſc.* t. *num.* 15. Fagnan. *in cap. tua n.* 16. & 2n. *de deſponſ. impuber.*

Non autem diſpoſuerunt, patrem non poſſe impedire matrimonium antequam contrahatur, ut in punctn reſpondet Menoch. *d. conſ.* 69. *num.* 4n. ibi *cap. nec Conciliaris Conſtitutio hic obeſt; nam etſi ſtatuit Concilium, matrimonia ſine conſenſu parentum eſſe valida, non tamen diſpoſuit, quod pater non poſſet impedire contrahendum; eſt enim vulgata Juris regula, quod multa facta tenent, quæ de novo fieri impediuntur*, concordat Fagnan. *in cap. tua num.* t1. *cum plurib. ſeqq. de deſponſ. impub.* Tancr. *conſult.* 33. *per tot.* Sabell. *in repert. verb. matrimon. num.* t. *verſic. quod Pater, & num.* 14. *& in verb. Pater n.* 64. *in fine.*

Quam interpretationem eſſe cnngruam & germanam ſuadetur ex eo, quod diſpoſitio Conciliaris, ut dixi, eſt correctoria Juris communis antiqui; ideo quantum fieri poteſt reſtringenda ad id, quod expreſſe correxit, & abrogavit; nnn correxit autem Trid. antiqua Jura, niſi quoad hoc, ne matrimonia contracta ſine conſenſu parentum poſſent invalidari; nihil vern dixit circa impedimentum, an poſſet fieri per parentes, iden qnod correctum non eſt, ſtare cur prohibetur? inquit Text. *in leg. jubemus Cod. de Teſtib. l. commodiſſime ff. de liber. & Poſth.*

Immo, quod pater poſſit impedire matrimonium contrahendum, reſultat ex ipſa mente Cnncilii, quando pro exterminandis matrimoniis clandeſtinis illa nnn quidem prnhibuit, ſicut prohibuerunt antiqua Jura: ſed juſſit fieri denunciationes, ut tempore iſtarum patresfamilias poſſent ſe nppponere, & impedire, ut in puncto obſervat Menoch. *d. conſ.* 60. *n.* 25. *cum duob. ſeqq. & alleg.* Sotn *in 4. Sentent. diſtinct.* 28. *quæſt.* t. *art.* 1. *col.* 3. *in princip.* Guttierez *lib.* t. *Canon. quæſt. cap.* 20. *n.* 7. & 8.

Altera cauſa impediendi matrimonium conſiſtit in acerrima diſcordia inter patrem, & filium, & inter conſanguineos Sponſi cum illis Sponſæ ſub periculo evidenti alicujus peſſimi exempli, quo ca-
87 ſu in hoc propoſito illam eſſe juſtam, rationabilem, & attendendam, dixit Menoch. *d. conſ.* 69. *n.* 43. *& ſeqq. & num.* 66. Panorm. *in cap. requiſiviſti num. 4. de Sponſal.* Felin. egregie *in conſ.* 26. *num.* 3t. & melius omnium Dicaſtill. *diſp. 4. num.* 18t. ubi quod Prælatus tenetur impedire tale matrimonium, quem refert, & ſequitur Antnn. a Spiritu Sancto *in direct. confeſſar. tom. 2. de matrim. tract.* 1t. *diſp. 5. ſect. 6. num.* 254. Pignatell. *conſult. Canon. tom. 4. conſ.* 11. *num.* t. *& per tot.* Guttierez *d. cap.* 2n. *num.* 18. *& ſeq.*

Hinc deſcendebam ad oſtendendum, Sponſam eſſe indignam, & conſequenter contradictionem patris eſſe juſtam, ad quod eſſequendum præmitte- 88
bam indignam Sponſam dici pluribus modis, vel quando non habet honeſtam famam, ut apud Sanchez *de matrim. lib. 4. diſp.* 26. *ex n.* 22. Fnntan. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ.* t. *ex n.* 9t. vel quando attentis progenie, divitiis, more Religionis, aliiſque circumſtantiis, Sponſus abſque parentum, ac parentela dedecore cnpulari non poteſt, Boſſ. *de matrim. cap.* tt. *num.* t67. Merlin. *de legit. lib. 4. tit.* t. *quæſt. 6. num.* t9. Marcian. *diſp. Jur. diſp.* 77. *num.* t7. *& ſeqq.* Rnt. *dec.* 493. *numer.* 45. *& ſeqq. part. 4. tom. 2. rec.*

Applicandn ad rem in propoſitn, adeſſe dicebam cauſam diſparitatis divitiarum, dum Sponſus poſſidet plura & magna ſtabilia, per cnntrarium Sponſa 89
eſt pauperrima, & ſine ulla dote, & habet conſanguineos, & parentes pauperrimos, & in puncto, quod Prælatus teneatur impedire matrimonium filiifamilias volentis nubere cum Sponſa nimis paupere, nb timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, Dicaſtill. *ubi ſupra n.* 181. & 2n4. Anton. a Spiritu Sancto *d. diſp. 5. ſect. 6. num.* 254.

Accedit cauſa malæ famæ, quia, ut mihi ſupponebatur, fuit repertus in ejus cubiculn juvenis, qui præ timore patris irruentis deprehenſus exivit nudus per portam tempore nocturnn, quod fa- 9n
ctum innotuit frequentibus perſonis.

Ex his concludebam expedire, ut Ordinarius ſuſpenderet denunciatinnes matrimnnii paulisper, donec pater Sponſi perveniret ad Palatium ſuæ Reſi- 9t
dentiæ, & plene omnia dilucidaret, quia ſtante ſimili caſu, ipſi etiam Parochi de ſtyln, & Jure nequeunt facere denunciationes, ſed debent expectare reſponſum, vel Epiſcopi, vel ejus Vicarii, ut inquit Barboſ. *de offic. Paroch. part. 2. cap.* 21. *num.* 1. ibi – *cum honeſtiſſimum videatur, & rationi summopere conſentaneum, ut filius in re tam gravi, conſilio, & voluntati parentum ſubjaceat; propterea unuſquiſque Parochus inquirere debet diligenter hunc conſenſum, tam inter Sponſum, & Sponſam, quam inter propinquiores conſanguineos, & præſertim ipſorum parentes, ſi ſint filiifamilias, quod ſiquid difficultatis comperiat, admonito prius Epiſcopo ſeu Vicario, ejuſque reſponſo accepto, ad denunciationem progredietur* – ac etiam quod Ordinarius tali caſu non poſſit remittere denunciationes, firmat, Guttier. *cap.* 20. *num.* 23. & 25.

Sequitur alter caſus, quem habui diſputandum, quod nempe Livia vidua relicta Marci Antonii tractavit de matrimonialiter copulando Magdalenam ejus filiam Philippo Fulvin, & poſt habitum 92
diuturnum tractatum, tandem deventum fuit ad faciendam promiſſionem futuri matrimonii per apocham privatam, quæ fuit confecta per duos viros partibus confidentes, & ſubſcripta per quod Teſtes, necnon per Sponſum & Sponſam cum declaratione, quod intendebant, quod apocha haberet vim publici, & jurati Inſtrumenti.

Nunc autem Partes volunt ab hac mutua promiſſione recedere, & apocham lacerare, ex qun prænominata Magdalena nubere intendit Jacobo Fratri Philippi Fulvii, cui fuetar deſponſata: & Livia Mater nubere d. Philippo Spoſſn ejuſdem Magdalenæ filiæ, qua de cauſa in ſenſu veritatis interrogatus fui ſuper infraſcriptis duobus articulis.

Primo. Utrum, ſuppoſitn promiſſionem eſſe occultam, nec in vicinia divulgatam, neceſſaria ſit Apoſtolica diſpenſatio pro utroque matrimonio, ſtante impedimentn publicæ honeſtatis.

Et ſecundn. An teſtes confidentiales in apocha adhibiti vigore Decreti appoſiti in denunciationibus teneantur revelare promiſſinnem occultam futurarum nuptiarum, non obſtante ſecreta promiſſinne, & mutua remiſſione nbligationis hinc inde ſecuta, vel potius tuta conſcientia pnſſint impedimentum reticere.

Super quibus articulis, re diligentiſſime expenſa, placuit mihi, prout infra, reſpondere.

Et ſane quoad primum, quia quæſtio eſt gra-
93 vis, & nullus ex Canoniſtis, vel Moralibus, quem hactenus viderim, eam ex profeſſo tractavit, proinde, ut melius, & facilius materia dilucideretur præmittendum cenſeo, ſecundum Hoſtien. *in cap. Juvenis numer. p. de Sponſalibus*, quod impedimentum oriens ex publicæ honeſtatis juſtitia propter Sponſalia inita cum conſanguineo Sponſi, vel Sponſæ, non multum habet rationis, ſed ſolum in eo fundatur motivo, quod placit Legislatori, qui ita convenire exiſtimavit, ad quod ſemper recurrimus, quando Canones, & leges nulla ſunt reali ratione ſuffultæ, quo circa Auctor ſupra relatus *in d. cap. Juvenis num. p. de Sponſal.* dolens de hoc impedimento dirimente matrimonium, ex tam levi, & apparenti cauſa ab Eccleſia introducto dixit melius fore taliter contra Statuta Canonum copulatos dimittere, quam contra Statuta Domini lege humana ſeparare, ad Text. *in capit. licet ex quadam il ſeconde de Teſtib.* ſequitur Jo. Andreas *in d. cap. Juvenis num.* 2. & alii Canoniſtæ.

Quapropter idem Hoſtienſis, Teſte Jo. Andr. *in cap. non debet numer.* 14. *de Conſang. & Affin.* in
94 Concilio Lugdunenſi ſub Gregorin X. omnibus viribus tentavit hujuſmodi publicæ honeſtatis juſtitiæ impedimentum per expreſſam Conſtitutinnem aboleri, tanquam modicam rationem habens, juxta quam ex levi cauſa dirimit matrimoninm etiam conſummatum, quod magnum eſt Sacramentum immediate a Deo inſtitutum.

Et ſane generaliter etiam loquendo, ſi medullius, & attente ponderemus rationes multorum Canonum, qui editi fuere in Sponſalium, & matrimoniorum tractatibus, apparet in eiſdem non fuiſſe omnia ad unguem ponderata, prout fieri oportebat in materia adeo periculoſa, qui Canones dubia non pauca minus apte definienda, definiunt, ut docet idem Hoſt. *in d. cap. non debet n. 7. de Conſang. & Affin.* plura ad hanc propoſitionem firmandam Jura allegans ſignanter inſurgens contra definita *in cap.* 15. *qui fidem de Sponſ. & in cap. rurſus qui Clerici vel voven. & in cap. Fraternitatis de frigid. & malefic.* quibus addi poſſunt *cap. final. de Sponſal. & cap. Conſultationi de frigid. & maleficiat.*

Idcirco, cum Cannnes hujuſmodi impedimentum inducentes ſint valde exorbitantes a Jure communi,
95 Teſte Navar. *conſ.* 38. *num.* 11. §. *non obſtat ſub tit. de Sponſal.* quantum fieri poteſt, reſtringendi ſunt ad limites modicæ rationis, cui innituntur, obſervandi tamen, quia ſic placuit Papæ ſtatuere, cui in talibus eſt credendum, Hoſtien. *in d. cap. Juvenis n.* 1. Jo. Andr. *n.* 2.

Ratio vero inducendi impedimentum publicæ honeſtatis Juſtitiæ, qua Juris Cannnici Conditores
96 moti fuere, conſiſtit in externa, & apparenti decentia, juxta quam inter Fideles non videtur convenire, ut illius uxor ea eſſe dicatur, quæ fuit Sponſa conſanguinei, & e contra, ut ponderavit Text. *in d. cap. Juvenis verſ.* ibi -- *propter honeſtatem Eccleſiæ, qui conjux illius fuiſſe dicitur &c.* ut advertit Fagnan. *in cap. ad Audientiam num.* 21. *de Sponſal. poſt Gloſſam ſuper d.* Text. in verbo *habere non poteſt*, ibidemque Alex. de Nævo *num.* 9. Butr, *num.* 10. Abbas *num.* 7.

His itaque prænotatis, cenſeo juxta ea, quæ proponuntur, nullum pro nunc adeſſe impedimentum, quod obliget Partes ad diſpenſationem petendam.

Et quidem non illo fundamento, quod ex Sponſalibus a principin validis, & poſtea mutuo contrahentium conſenſu diſſolutis juxta ſententiam plurium D. D. tale impedimentum non oriatur, quam
97 tenuit Caſtropal. *part.* 5. *diſp.* 8. *punct.* 10. *num.* 9. Emmanuel Sà *in Summa ſuper verbo matrimonium, ubi de impedimentis dirimentibus n.* 12. Baſil. Pon, *de matrimon. lib.* 7. *cap.* 36. *num.* 9. Guttierez *de matrimon. cap.* 103. *num.* 11. Gaſp. Urtad. *diſput.* 21. *deffinit.* 1. *num.* 5. ubi refert, ſic olim per Sac. Congregationem Concilii deciſum, & addit Guttier. loco citaro, ideo Sanch. contrariam fuiſſe ſecutum opinionem, quia non viderat d. deciſionem cum aliis *relat. per* Dianam *de Sacram. tom.* 2. *tract.* 6. *reſolut.* 22. *num.* 2. *& reſolut.* 23. *num. eodem* ubi, alias refert Sacr. Congregation. Concilii deciſiones ſtare pro dicta opinione.

Quoniam pro meo judicin verior mihi videtur contraria ſententia, firmans ex Sponſalibus ab initio validis, & deinde mutuo conſenſu diſſolutis, oriri impedimentum publicæ honeſtatis, quia licet deficiat conſenſus, ſupereſt nihilominus illa externa apparentia, quæ fuit motivum inducendi tale impedimentum, Sanchez *de matrim. libr.* 7. *queſt.* 68. *n.* 21. Layman. *lib.* 5. *tract.* 10. *part.* 4. *cap.* 9. *num.* 3. Perez *de matrim. diſp.* 8. *ſect.* 2. *num.* 4. Panorm. *in d. cap. ad Audientiam num.* 7. *de Sponſ.* Et ne ulteriori diſcurſu laborem, jam hoc eſt expeditum mediante deciſione Sacr. Congreg. per S. M. Alexand. VII. approbatam per viam legis in futurum ſervandæ, relata per Fagnan. *in d. capit. Ad Audientiam num.* 29. *de Sponſal.* Nicol. *in Floſcul. in verb. Sponſalia num.* 6. *verſ. jubente.*

Sed arbitror non exiſtere tale impedimentum,
quia hujuſmodi Sponſalia, a quibus contrahentes 98
jam receſſerunt, ſunt etiam occulta, licet per Apocham privatam ſubſcripta a duobus Teſtibus, & futuris Sponſis.

Cum enim, ut ſupradixi, hujuſmodi impedimentum non oriatur ex conſanguinitate, vel affinitate, quæ ante copulam non inſurgit, nec minus adſcribi poſſit alicui cognationi ſpirituali, legali, aut carnali, ut dicunt Canoniſtæ in *d. capit. Juvenis*, & ſignanter poſt Jo. Andr. & Hoſtien. Abb. *ibidem nu.* 4. ſed ſoli externæ decentiæ innitatur, quæ magis in opinione, quam in rei veritate conſiſtit, docet Gloſſ. *in cap. Ad Audientiam in verbo habere non poteſt de Sponſ.* juxta quam in contrahendis matrimoniis, quandoque magis honeſtas, quam rei veritas conſiderari debet *l. ſemper ff. de ritu nuptiar.* & honeſtum non ſit, quod quis habeat in uxorem illam, quæ fuit Sponſa conſanguinei; conſequitur ergo, quod ceſſante externa apparentia, ceſſare debeat etiam impedimentum, quod ab illa oritur, & procedit *cap. cum ceſſante de Appellat. l. adigere §. quamvis de Jurepatr.*

Unde his motus rationibus Paludanus *in quarta diſtinct.* 27. *queſt.* 2. *art.* 5. *verſic. Tertio concluſio*
tenuit, quod matrimonium clandeſtinum non cau- 99
ſat publicæ honeſtatis impedimentum, ſicut nec Sponſalia occulta, quando ſunt nulla, utpote revocata, ſequitur Navar. *in Summa cap.* 22. *num.* 58. & optima ratione, quia quando matrimonium clandeſtinum, vel Sponſalia ſunt occulta, non eſt, cur ibi conſideretur hujuſmodi publicæ honeſtatis impedimentum, quod inducitur propter actus externos, & hominum ſcandalum, ceteroquin conſurgens etiam ex facto nullo, apparenti, ac proinde in foro conſcientiæ non obſtat, quominus contrahentes nubant propinquis hinc inde deſponſatis, ut tangendo rationem prædictam relato Navarro, & Paludano notat Fagnan. *in d. cap. ad Audientiam num.* 28. *de Sponſal.*

Paludani vero Auctoritatem graviſſimam eſſe in Canonicis, & Theolngicis materiis dixit Novar. *in conſ.* 18. *in fine ſub tit. de Sponſ. incipien. quidam aliquot annis*, & in hoc ſenſu procedit Sanchez *de matrimon. libr.* 7. *diſput.* 68. *num.* 16. Cucch. *lib.* 5. *Inſtit. tit.* 10. *n.* 52. Gaet. *in repetit. cap. ad limina* 30. *queſt.* 1. §. 4. *quaſit.* 203. *n.* 483. *inter Repetit. Canonic. Diverſor. volum.* 1. *fol. mihi* 156.

Hæc Doctrina magis roboratur, quod Eccleſia circa hoc impedimentum conſideret ſolam externam indecentiam, dum Canoniſtæ, & Morales magis communiter tenent, quod ex Sponſalibus apparenter validis, & occulto defectu invalidis oriatur tale impedimentum, cum de occulto Eccleſiæ non conſtet, debeatque defectus eſſe externus ad cauſandam invaliditatem, Sanchez *d. queſt.* 68. *numer.* 13. & 14.

Et ex alia propoſitione, quod ex Sponſalibus validis, & poſtea mutuo conſenſu revocatis, ſi nota ſunt, adhuc ſubſiſtat impedimentum, quia illa externa

inde-

Digitized by Google

indecentia durat, Sanchez *d. quæſt. 68. n. 21.* quem, & alios idem ſentientes ex hoc fundamento ſecuta eſt Sac. Congregatio relata per Fagnan. *In d. cap. ad Audientiam n. 29. de Sponſal.*

Ex quibus ſufficienter colligitur neque conſenſum neque diſſenſum partium ſimpliciter ſumptum,
100 in ordine ad futurum matrimonium fuiſſe cauſam inducendi hujuſmodi impedimentum, ſed ſolum prout habent relationem ad actum externum celebrati contractus publicæ, vel reciprocæ fidei a ſponſo ſponſæ datæ, & e contra, juxta quam publica honeſtas indecens arbitratur aliquem cum alterius conſanguineis copulari, quæ qualitas externæ apparentiæ non poteſt occultis ſponſalibus adaptari, Fagnan. *in d. cap. ad Audientiam num. 28. de ſponſ.* cum aliis ſupra relatis.

Neque obſtabit, quod Apocha fuerit a duobus Teſtibus ſubſcripta, licet partium confidentibus,
101 ideo cum poſſit probari hujuſmodi Sponſalia adfuiſſe, quamvis Apocha fuerit lacerata, dici non poſſint occulta, cum manifeſtum eſſe dicatur etiam id, quod poteſt probari, Gloſſ. *in cap. Veſtra in verbo notorium verſ. Manifeſtum de Cohabitione Cleric. & Mulier.* quia procedit objectum, quando illius actus, qui probari poteſt, jam ſabſecuta eſt propalatio a certo Authore; Ceterum, ceſſante propalatione, non deſinit eſſe occultum etiam id, quod poteſt probari, ut bene advertendo colligitur ex Gloſſa præfata.

Ratio eſt clara, quia conſiderato præſenti ſtatu,
102 in quo nulla adeſt propalatio, Sponſalia dici non poſſunt vere manifeſta, ſed occulta, cum occultum de jure dicatur etiam illud, quod poteſt probari *l. eos §. ſiquis autem Cod. de appellat. Gloſſ. in d. cap. veſtra in verb. Notorium, verſic. item etiam quandoque in verbo occultum lit. C.* ubi amplius firmat occultum eſſe etiam id, quod plures ſciunt *de Cohabit. Cleric. & Mulier.* præſertim in caſu noſtro, quia cum notitia Sponſalium ſolum ſit apud Teſtes confidentes, de quibus periculum de facili non eſt ut in foro externo detegatur, Sanchez *de Matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 11.* Henriquez *de matrim. lib. 11. cap. 3. num. 1. & 2.* Idem Sanchez *lib. 8. ſub tit. de diſpenſat. diſp. 34. num. 55.* ubi quod occultum dicitur impedimentum, quamvis ab aliquibus ſciatur, nec publicum dici, ait ex eo quod in Civitate ſciatur, niſi etiam notum ſit in Vicinia, vel Parochia.

Et ex his infertur reſolutio ſecundi articuli ſcilicet Teſtes, qui actui interfuerunt, non teneri denunciare hujuſmodi impedimentum. Primo,
103 quia Eccleſia obligat ad revelandum ea tantum impedimenta, quæ de tempore publicationum exiſtunt. Hic autem de tempore publicationum nullum extat, quia ad hoc, ut exiſtat, debet prius fuiſſe notum in Parochia, & Vicinia factum Sponſalium, ex quo publicatio impedimentum conſurgit, non autem occultum, quia id, quod occultum eſt, nullum parit impedimentum publicæ honeſtatis ex ſupra deductis, & patet ratione.

Attento præſertim, quod debitum Juſtitiæ petendi implementum Sponſalium ex reciproca promiſ-
104 ſione conſurgens, fuit hinc inde concorditer remiſſum; Unde multo minus dubitandum eſt, quod unquam Sponſalia poſſint propalari, cum jam remaneant nulla, & ſine effectu promiſſio Nuptiarum, ac etiam quia Teſtes prædicti etiam veriſimiliter credere poſſunt Sponſalia revocata, etiam publice contracta, tanquam nulla, nullum parere impedimentum, juxta opinionem, quæ erat communior ante deciſionem Sac. Congregationis relatam per Fagnan. *in d. cap. ad Audientiam num. 29. de Sponſal.*

Fortius dico, quod debeat abſtinere ab hujuſmo-
105 di propalatione, quia ea tendit in præjudicium Partium, & faceret conſurgere impedimentum, ubi jam nullum adeſt; per eam enim fieret notorium, quod jam eſt occultum, tenerenturque Partes magnum impendium ſubire cum ſui incommodo, ex quo forte poſſent duo licita matrimonia impediri, proindeque dependere debent omnem ſcrupulum, quia non verſamur in materia peccati, qualis eſſet, ſi matrimonium perficiendum eſſet inter conſanguineos, quorum cognatio eſſet occulta, quo caſu nihilominus propalatio fieri deberet ad evitandam futuram fornicationem; ſed verſamur in impedimento fundato in ſola externa decentia, quod ceſſat, ceſſante externa notione Sponſalium, cujus matrimonii executio, durante occulto, nullum paritura eſt peccatum.

Quatenus vero Sponſalium impedimentum propaleretur, & ex tali propalatione cogerentur Teſtes ſe examini ſubjicere, tunc ex vi juramenti tene- 106
rentur factum denunciatum propalare in ordine ad circumſtantias ipſis notas, nec hoc caſu poſſibile erit evitare diſpenſationem, ſi Eccleſiæ de hoc conſtabit impedimento conſurgente ab externa notitia; Unde concludendo cum Sanchez *de matrim. d. qu. 68. num. 17.* dico nullum nunc adeſſe impedimentum, poſſe tamen ſupervenire, & pendere a futura revelatione, & probabilitate, qua ſecuta, publica conſurgit honeſtas illius cauſativa.

Demum addo, quod Sac. Congregatio Concilii cenſuit ex Sponſalibus contractis, ſi factis denunciationibus non apparebit aliquod impedimentum, non oriri impedimentum publicæ honeſtatis, ut refert Guttier, *de matrim. cap. 103. n. 10.* ex quo reſultat, ut poſt contractum Matrimonium non ſit amplius locus denunciationi, quippe ex quo impedi- 107
mentum non fuit denunciatum, jam ceſſavit illa externa apparentia, & publicitas, a quibus cauſatur.

ARGUMENTUM.

Examinantur aliquę conjecturæ ad judicandum Juſpatronatus gentilitium, de cujus fundatione non conſtat.

SUMMARIUM.

1 *Juſpatronatus fundatum ante* Clement. plures *non præſumitur hæreditarium, ſed gentilitium.*
2 *Secus fundatum poſt dictam Clementinam.*
3 *Præſentatio facta per Patrem, & filium, an præſumat Juſpatronatus gentilitium.*
4 *Facta in capita, & non in ſtirpes arguit Juſpatronatus gentilitium.*
5 *Item aſſertio, quod Juſpatronatus ſpectet ad familiam, & diſtinguntur duo caſus.*
6 *Quid, ſi præſentationes factæ ſemper fuerint per maſculos agnatos excluſis fœminis & extraneis? vide n. 7. & 8.*
9 *Juſpatronatus probatur gentilitium ex ſententia, quæ declarat ſpectare ad familiam.*
10 *Item ſi præſentaſſent, qui hæreditatem, paternam repudiarunt. Vide alias conjecturas n. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Quando conjecturæ debeant necne uniri ad plenam probationem.*
16 *In conflictu conjecturarum hinc inde Juſpatronatus judicatur mixtum.*
17 *Juſpatronatus poteſt eſſe gentilitium ante, & poſtea mutari in hæreditarium per obſervantiam. Vide n. 18. & 19.*

DISCEPTATIO LIII. ET ULTIMA.

JUſpatronatus pervetuſtum, de cujus initio, & fundatione non conſtat, ſi ex obſervantia appareat fundatum ante *Clement. plures de Jurepatron.* 1
quæ illud præſumit hæreditarium, & quæ fuit edita in Concilio Viennenſi celebrato ſub Clem. V. 13. *Novembris* 1311. Teſte Ciaccon. *in Vita ejuſdem Clementis V.* non præſumitur hæreditarium, ſed potius gentilitium, ut firmavit Rot. *in Florentina Jurispatronatus de Riccar. ſolis 11. Februarii 1604. §. Item, quod Juſpatronatus apud* Vivian. *in prax.*

Juriſpatronatus lib. 4. cap. 1. ſub num. 71. Rot. cor. Priol. *deciſ.* 159. *num.* 20. *& in Bononien. Beneficiorum 28. Junii 1660. §. qualitas autem* cor. bo. me. Urſino, *& in Comen. Capellania 31. Martii 1702. §. non enim* cor. R. P. D. Tremoille. Secus autem in
2 Jurepatronatus, cujus obſervantia probat illud fuiſſe fundatum poſt *Clement. plures*, quia præſumitur hæreditarium, niſi contrarium probetur per obſervantiam deductam ex actibus univocis, non autem æquivocis, & qui ad aliud referri poſſint, Lother. *de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 19. & ſeqq.* Merlin. *deciſ. 798. n. 7. & 8.* Othobon. *dec. 3. n. 13. & deciſ. 26. num. 25.* Duran. *deciſ. 173. n. 5. & deciſ. 285. n. 21. & dec. 73. num. 18. part. 13. & deciſ. 223. n. 2. & 3. part. 19. Recent.*

Videamus ergo, quales ſint conjecturæ, & actus, qui faciant recedi a præſumptione Juris *in d. Clem. plures*, & judicari Juſpatronatus gentilitium.

Prima conjectura eſt, ſi aliqua præſentatio facta
3 fuerit per Patrem ſimul, & filium, Rot. coram Celſ. *deciſ. 106. num. 8. & deciſ. 183. num. 10. & 17.* & coram Buratt. *dec. 46. a num. 11. & in Parmen. Juriſpatronatus 5. Aprilis 1683. §. Tum denique*, coram bo. me. Urſino, *& in Bononien. beneficiarum ubi ſupra §. Tertio quia*, coram eodem, *& in Mediolan. Prioratus 11. Decembris 1699. §. Nec ad minuendum & 15. Febr. 1700. §. quod eſt adeo*, coram Reverendiſſimo Molines Decano, *& in d. Comen. Capellania ubi ſupra §. exordiendo*, coram R. P. D. Tremoille, ſed contrarium, quod iſta conjectura non concludat, eo quia filius poteſt præſentare ſimul cum Patre tanqoam hæres Avi, vel Patrui, Rot. cor. Merlin. *dec. 798. n. 20. verſic. facili, & dec. 120. n. 20.* poſt Vivian. *de Jurepatr.* Et licet reſponderi poſſet, quod filius præſumatur præſentare potius Jure proprio, quam hæreditario alterius, ut reſpondet Rot. *in Florentina Juriſpatronatus de Riccaſolis 11. Februarii 1604.* apud Vivian. *de Jurepat. lib. 4. cap. 1. ſub n. 71. §. Non obſtat Tertium, & in deciſ. 41. n. 17. poſt* Vivian. *de Jurepatr. & in d. Comen. Capellania ubi ſupra §. neque iſtius.* Ego tamen hanc præſumptionem non admitterem, quando ex obſervantia conſtaret, quod in omnibus aliis vacationibus præſentaverint ſoli Patres, licet iſti tunc filios haberent, ſed bene intraret concluſio firmata *in deciſ. 798.* Merlin. *ubi ſupra.*

Nec obſtat reſponſio Rot. *in d. Florentina de Ricaſolis* apud Vivian. *ubi ſupra §. non obſtat ſecundum*, quod nempe filiifamilias potuerint non præſentare, eo quia non fuerint neceſſariæ eorum voces, vel eſſent minores, vel abeſſent; Quoniam qui prætendit Patronatum eſſe gentilitium, tenetur concludenter probare, quia nititur contra diſpoſitionem Juris; Probatio autem, quæ debet concludere, non reſultat ex actu præſentationis factæ per Patrem & filium, qui eſt æquivocus, & poteſt reſpectu filii referri ad Titulum hæreditarium Avi vel Patrui, quæ poſſibilitas remanet declarata ex obſervantia negativa, dum in omnibus aliis vacationibus nunquam filiifamilias ſimul cum Patribus præſentarunt; Deciſiones autem in d. *Florentina de Ricaſolis & in d. Comen. ubi ſupra* procedunt in Jurepatronatus fundato ante *Clement. plures de Jurepatr.*, ubi non militat præſumptio Juris pro qualitate hæreditaria; Ego autem loquor in terminis Patronatus fundati poſt *dictam Clementinam*, ubi qui vult recedi a præſumptione Juris tenetur probare per actus univocos, & qui ad aliud referri non poſſint.

Secunda conjectura eſt, ſi præſentationes fuerint
4 factæ in capita, non in ſtirpes, Rot. *deciſ. 220. n. 12. part. 11.* Priol. *dec. 159. n. 1. & ſeqq. cum aliis in d. Comen. Capellania 31. Martii 1702. §. ſimiliter*, coram R. P. D. Tremoille, neque obſtaret, quod poſtea Procurator alicujus Patroni præſentaſſet in ſtirpes, non in capita, quando non haberet mandatum Procuræ ad variandum modum præſentandi, & quando præſentaſſet pro omni vero Jure patrono competenti, *ut in dec. 41. n. 20. verſic. 1. & ſeq.* apud Vivian. *de Jurepatr.*

Tertia eſt, ſi in aliqua ex præſentationibus aſſertum fuerit Juſpatronatus ſpectare *ad familiam ſeu domum ſeu caſatam*, ut apud Rot. *deciſ. 689. n. 6. part. 18.* & coram Ubag. *dec. 24. n. 5.* ſed adverte, 5
ne æquivoces quod obſervari debent verba enunciativa præſentationum, an dicant *Juſpatronatus ſpectare ad aliquas perſonas de domo ſeu familia*, ſeu potius ſpectare ad familiam in genere; nam primo caſu non concluderent qualitatem gentilitiam, ſed cenſerentur demonſtrativa, nempe ad oſtendendum, quod præſentantes ſunt de familia, cum plerumque contingat in patronatibus hæreditariis, quod præſentantes ſint hæredes & bonorum ſucceſſores, ut firmavit Rot. coram Merlin. *d. dec. 798. n. 15.* & coram Othobon. *deciſ. 3. n. 10.* & coram Priol. *dec. 115. n. 25. & in rec. dec. 82. n. 10. & dec. 181. n. 12. part. 19.* Card. de Luca *de Jurepatr. diſc. 22. num. 9. & dec. 120. num. 10.* poſt Vivian. *de Jurepatr.* Rot. coram Ninot. *deciſ. 27. num. 8.* ſecus autem in ſecundo caſu, ubi verba cenſerentur ſtare qualificative, & declarative ad Juſpatronatus, ut diſtinguit Rot. *in d. Comen. ubi ſupra §. confirmantur*, coram Tremoille. Verba autem dicuntur ſtare qualificative, & declarative, ſi dicant Juſpatronatus eſſe *Familiæ* ſeu *Domus*, ſeu etiam ſpectare ad *Deſcendentes* ſeu ad *illos* ſeu ad *Dominos* in genere de familia ſeu Domo, Card. de Luca *de Jurepat. diſcurſ. 35. n. 4. verſ. Tertio.*

Quarta eſt, quando præſentationes factæ ſemper fuerunt per maſculos agnatos abſque ulla feminarum, vel extraneorum mixtura, Rot. *dec. 482. n. 6.* 6
part. 1. dec. 166. n. 9. part. 6. dec. 204. n. 13. part. 12. dec. 115. num. 1. part. 14. & dec. 679. n. 12. verſ. ſexto part. 18. tom. 2. rec. & in dicta Parmen. Juriſpatronatus ubi ſupra §. obſervantia, coram bon. mem. Urſino. Bene verum eſt, quod iſta concluſio non ſolet admitti, niſi probetur feminas, & extraneos extitiſſe hæredes, & tamen ſolos agnatos admiſſos fuiſſe ad præſentandum, ut coram Merlin. *dec. 798. n. 9. 11. & 15.* Othobon. *dec. 10. num. 10. & ſeqq. & in rec. dec. 223. num. 10. & 11. part. 19.* item eoſdem extraneos hæredes & feminas voluiſſe præſentare, fuiſſe rejectos, & rejectioni acquieviſſe, ut *in deciſ. 82. n. 5. part. 19. rec.* Priol. *deciſ. 115. n. 24.*

Nihilominus diſtinctio eſt, quod, aut adeſt decurſus obſervantiæ per ſeculum, & tunc non eſt
neceſſaria talis probatio, quia veriſimile eſt, quod 7
in familia numeroſa in decurſu centum annorum feminæ ſeu alii extranei hæredes extiterint, ac Juſpatronatus habere non neglexerint, ut reſpondet Rot. *deciſ. 41. num. 20. verſ. quinto* poſt Vivian. *de Jurepatr.* & coram Ubago *deciſ. 24. numer. 14. & ſeqq. & deciſ. 679. num. 14. part. 18. rec. & in dicta Comen. Capellania ubi ſupra §. accedit*; ſecus vero eſt, ſi non adſit decurſus tanti temporis, & in his terminis procedunt deciſiones Merlin. & Othoboni.

Verum iſta diſtinctio etiam patitur difficultatem, quia ſi eſſemus in locis, obi adſunt ſtatuta excluſiva feminarum propter maſculos, præſumptio eſ- 8
ſet, quod feminæ non præſentaverint, eo quia nunquam fuerunt hæredes, Ninott. *deciſ. 27. n. 13.* Rot. *dec. 82. n. 7. & 8. & dec. 181. n. 14. part. 19.* ſic etiam reputari deberet merus caſus, ſi extranei non præſentaſſent, quia videlicet non fuerunt relicti hæredes; nam ut plurimum illis de familia relinqui ſolent hæreditates, & ideo talem conjecturam uti fundatam in mero caſu non eſſe curandam, inquit Card. de Luca *de Jurepatr. diſc. 60. num. 12. verſic. ſi enim*, Rot. *dicta dec. 82. num. 6. part. 19.* fortius ſi conſtaret, familiam non fuiſſe numeroſam, ſed exiguam, & reſtrictam.

Quinta, ſi adeſſet aliqua ſententia ſeu Judicatum
declarans Juſpatronatus ſpectare ad familiam, tunc 9
iſta ſola ſufficeret ad probandum qualitatem gentilitiam, Rot. *in Comen. ubi ſupra §. & his quoque*, pariter ſi ſententia emanaſſet cum ſuppoſito, quod Patronatus eſſet gentilitius, eo quia hanc qualitatem compræſentantes, & collitigantes ultro admiſiſſent in Judicio, eorum confeſſio eſſet attendenda ad declarandam naturam Juriſpatronatus, Rot. *dec. 41. n. 3.*

post

poſt Vivian. *de Jurepatr.* & coram Buratt. *dec.* 185.
num. 2. Maxime ad imprimendum ultimum ſtatum,
Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 42. prout
ſi per contrarium præſentatio facta fuiſſet Titulo
hæreditario in ultimo ſtatu, hic eſſet attendendus
pro excluſione Juriſpatronatus gentilitii, Rot. *deciſ.*
181. *numer.* 17. *&* *dec.* 223. *numer.* 14. *part.* 19.
rec.

Sexta, ſi fuiſſet admiſſa præſentatio eorum, qui
repudiaſſent hæreditatem paternam, quæ eſſet ja-
cens, Rot. *in d. Florentina Juriſpatronatus de Rica-
ſolis* apud Vivian. *ubi ſupra* §. *Rurſus de Novo*, ſed
iſta conjectura rejecta fuit in *deciſ.* 120. *ſub num.*
10 10. penes Vivian. ubi dicitur, quod fieri poteſt
eum, qui repudiavit hæreditatem paternam, præ-
ſentaſſe tanquam hæredem alterius ſuorum majo-
rum, vel Patrui, *& in deciſ.* 94. *n.* 8. *verſic. & fie-
ri*, coram Merlin.

Septima, ſi in præſentationibus fuiſſet articula-
11 ta, ſeu probata per Teſtes ſola deſcendentia legi-
tima, & maſculina a communi ſtipite, non autem
qualitas hæreditaria, Rot. *in d. Florentina ubi ſupra*
§. *quoad Tertium verſ. quia ſatis eſt*, Card. de Luca
de jurepatr. diſcur. 23. *num.* 6. *in fin.* Gratian. *diſcept.*
521. *n.* 35. ſeu fuiſſet habita mentio familiæ, & de-
ſcendentiæ, nunquam vero hæreditariæ qualitatis
dec. 41. *n.* 20. poſt Vivian. *de jurepatr.* Vivian. *lib.* 14.
cap. 2. *n.* 51. Card. de Luca *de jurepatr. diſcurſ.* 23. *n.*
5. *verſ. ponderandum*.

Octava, ſi præſentationes factæ forent per plu-
res de familia pro eorum ratis abſque expreſſione
portionum; ſed contrarium tenuit Rot. *deciſ.* 181.
12 *n.* 11. *par.* 19. ubi dicit, quod hujuſmodi præſenta-
tiones referri poſſunt tam ad voces in capita, quam
in ſtirpes; ergo ſunt æquivocæ, neque inferunt
qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus; Donationes
factæ inter compatronos de eorum vocibus *pro ſe,
& hæredibus in perpetuum* denotarent Patronatum
hæreditarium; nam in gentilitio voces ſunt perſo-
nales, & cum perſona extinguuntur.

Nona, ſi Beneficium Patronale fuerit unitum de
conſenſu Patronorum, & poſtea unio diſſoluta ad
13 inſtantiam Patronorum, qui ſupervenerunt; nam id
probat Juſpatronatus fuiſſe gentilitium, eo quia an-
teceſſores non poſſunt præjudicare ſucceſſoribus in
Patronatu gentilitio, dum alias ſi iſte fuiſſet hære-
ditarius, hæredes eorum, qui conſenſerunt unioni,
non potuiſſent eam diſſolvere, ut firmavit Rot. *in
d. Comen. Capellaniæ ubi ſupra* §. *Præterea*, ſed ego
hanc conjecturam non puto validam; nam eſſe pot-
eſt, quod Juſpatronatus eſſet hereditarium, & unio
beneficii fuerit diſſoluta, ex quo ii qui conſenſerant,
non eſſent Patroni, maxime quia ipſe actus unio-
nis probat Juſpatronatus fuiſſe hæreditarium, cujus
beneficium poteſt uniri in præjudicium ſucceſſorum,
& excludit gentilitium, de quo anteceſſores diſpo-
nere non poſſunt in præjudicium ſucceſſorum, qui
veniunt ex propria perſona, & propterea hæc con-
jectura remanet æquivoca, niſi declaretur ex cir-
cumſtantiis facti.

Decima, ſi concurreret aſſertio, quod Juſpatro-
14 natus remanſiſſet penes unum fratrem tanquam uni-
cum Patronum, quando conſtaret ex ejus fratre
prædefuncto de eo tempore extitiſſe filias, & hære-
des, *dec.* 41. *n.* 5. *& ſeqq.* apud Vivian. *ubi ſupra*, vel ſi
præſentaſſet unus ſolus de familia, licet adeſſent fi-
liæ, & hæredes alterius ex compatronis, Celſ. *de-
ciſ.* 106. *n.* 9. Contra vero, ſi præſentaſſet unus tan-
tum maſculus de familia, exiſtente alio maſculo,
quia tunc Juſpatronatus argueretur hæreditarium,
ut ait Rot. *deciſ.* 223. *num.* 11. *& ſeqq. par.* 19. *rec.*
Alias conjecturas non colligo, quia pendent ex cir-
cumſtantiis caſuum, qui dari poſſunt, & videndus
eſt Gratian. *diſcept.* 521. *n.* 30. *cum ſeq.* Card. de Luca
de Jurepatr. d. diſcurſ. 23. *n.* 13. ubi quod pro eli-
denda præſumptione Juris circa Patronatum hære-
ditarium, non eſt neceſſaria perfecta, & conclu-
dens probatio, ſed ſufficit etiam levis, & quod ipſe
proclivior eſſe conſuevit pro qualitate familiari,
ſeu gentilitia, quod tamen ego reſtringerem ad fa-
milias nobiles, ſeu alicujus qualitatis.

In his conjecturis notandum, quod, quæ non
profunt, ſingula juncta juvant; advertendum ta- 15
men eſt, quod aliquæ conjecturæ concurrant cer-
tæ, & claræ, quæ poſſint eſſe baſes aliarum minus
concludentium, & leviorum; nam alias ſi quælibet
conjectura eſſet in ſuo genere imperfecta, & non
concludens, non poſſet dari conjunctio ad plenam
probationem. *dec.* 535. *n.* 66. *&* 67. *par.* 14. *rec.* (quæ
eſt Votum R.P.D. mei Severoli doctiſſimi viri, Ævi
noſtri primarii Doctoris in utraque Juriſprudentia,
cujus immortalia ſcripta apud Auctores ſparſim im-
preſſa ſatis eum commendant) concordat Rot. *de-
ciſ.* 8. *n.* 29. *part.* 12. *rec.* *& deciſ.* 388. *n.* 15. *part.*
13. prout etiam in conflictu conjecturarum quæ
ſunt graviores, & plures, ſuffocant leviores, &
pauciores.

Rurſus notandum, quod fluctuantibus hinc inde
conjecturis tam pro qualitate hæreditaria, quam 16
pro gentilitia Juriſpatronatus, deberet illud judica-
ri in tertia ſpecie ſcilicet mixtum, ut ait Card. de
Luc. *de jurepatr. diſcurſ.* 60. *n.* 15. *verſ. quando ve-
ro*, Rot. coram Celſ. *dec.* 106. *n.* 11.

Pariter notandum, quod diſtinguendo tempo-
ra obſervantiæ poteſt dari caſus, quod prius per 17
aliquod tempus Juſpatronatus fuerit in ſtatu hære-
ditarii, deinde ex obſervantia contraria mutuaverit
naturam, & effectum fuerit gentilitium, ſeu mix-
tum, quod fieri poteſt per obſervantiam inter com-
patronos, ut dicunt Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.*
9. *num.* 28. *cum pluribus ſeq.* ubi *n.* 39. tenet, quod
per duas tantum præſentationes effectuatas muta-
tur qualitas Juriſpatronatus inter compatronos, Rota
dec. 247. *n.* 1. *& ſeq. par.* 4. *rec.* & cor. Cerr. *deciſ.*
670. *n.* 9. *&* 10. coram Bichio *deciſ.* 35. *n.* 19. Rot.
in Lunen. Sarzanen. Beneficior. coram Rondinino
impreſſ. apud modern. Firman. Voto 47. *numer.* 36.
& 37.

Quæ immutatio qualitatis Juriſpatronatus non
poſſet impugnari ab hæredibus, & ſucceſſoribus eo- 18
rum, qui mutationem induxerunt, Vivian. *d. lib.*
4. *cap.* 9. *n.* 48. Card. de Luca *de jurepatr. diſcur.* 18.
n. 4. *verſic. ſecus*, Rota *deciſ.* 130. *num.* 8. *&* 9. *par.*
21. *rec.*

Quicquid ſecus ſi de gentilitio fuiſſet alteratum
in hæreditarium, quia non præjudicaret immutatio
aliis ſucceſſive vocatis, & venientibus ex perſona
propria, Card. de Luca *d. diſcurſ.* 18. *num.* 4. *verſic.* 19
ſive, Rota *deciſ.* 277. *num.* 17. *& ſeqq.* cor. Bichio,
niſi iſti eſſent hæredes eorum, qui naturam Juriſ-
patronatus immutarunt, ad *l. cum. a matre C. de rei
vind.* Immutatio autem eſt valida abſque conſenſu
Ordinarii, etiamſi de gentilitio tranſmutetur in hæ-
reditarium; nam ſicut in ultimo de familia ſucce-
dit iſta mutatio, juxta *Conſ.* 81. Anchar. ita nihil pro-
hibet, quin fieri poſſit mutatio præventiva, niſi eſ-
ſemus in caſu, quod Juſpatronatus eſſet reſtrictum,
& expiraret cum familia, nec locum haberet conſili-
um Anchatani, juxta firmata per Card. de Luca *de
jurepatr. diſc.* 18. *n.* 5. *in fine*, & ſic excepta ratio-
ne præjudicii Eccleſiæ, conſenſus Ordinarii non
requiritur, neque enim requiri poteſt ratione ma-
teriæ Juriſpatronatus non exiſtentis in privato com-
mercio abſque eodem conſenſu, ut ſuſtinet Card.
de Luca *de Jurep. diſc.* 15. *n.* 6. & *n.* 24. Hoc enim
procedit, ubi attrectatur ſubſtantia Juriſpatronatus,
quod ex. gr. alienetur, transferatur in ſpecie, ſeu
donetur, non autem quando inter compatronos fit
diſpoſitio, & alteratio circa ejus qualitates, ut ait
Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 45. Si enim
in mutatione Juriſpatronatus hæreditarii in gentili- 20
tium, hujuſmodi conſenſus non requiritur, ut fate-
tur ipſe Card. de Luca *d. diſc.* 60. *num.* 22. ita nec
in mutatione Gentilitii in hæreditarium, neque iſta
vocatur alienatio, aut translatio Juriſpatronatus,
ſed adjectio qualitatis hæreditariæ, ex qua in con-
ſequentiam venit, ut extranei poſſint ſuccedere, ſi
hæredes inſtituantur, ut ſupra *diſcept.* 13. *num.* 34.
part. 1. *fol.* 268. *& num.* 46. *& ſub num.* 57. ideo-
que hujuſmodi adjectio, prout etiam alternativa præ-
ſentan-

Digitized by Google

ſentandi ad formam Clem. *plures de Jurepatr.* vali-
da eſt, & afficit jure proprio venientes, ſi ſint hæ-
redes, licet autem hæredes non ſint, tenentur ta-
men ſervare alternativam initam ex juſta cauſa de
communi conſenſu Patronorum, & cum auctoritate
Superioris *dec.* 216. *n.* 10. *part.* 10. Royas *dec.* 300. *n.*
3. ubi *n.* 8. dicit ab ea non cenſeri receſſum, ſi in
una vacatione omnes præſentarunt, quo caſu nec
turnus dici poſſet conſumptus pro eo, qui loco
præſentandi ſolus, præſentavit cum aliis, quia non
fuit facta præſentatio ad formam alternativæ.

Superius dixi *n.* 7. quod una conjectura arguen-
di Juſpatronatus gentilitium eſt, quando per ſpa-
tium centenariæ nunquam feminæ, aut extranei
præſentarunt, & *n.* 8. eam rejeci in locis, ubi ad-
21 ſunt ſtatuta excluſiva feminarum propter maſculos;
verum adverto, quod ex hac circumſtantia non tol-
litur vis conjecturæ, quando concurrerent aliæ pro
gentilitio; quia ſtatutum excluſivum feminarum
probat, quod ab inteſtato eæ non ſucceſſerint, ſed
non tollit, quominus potuerint ſuccedere ex teſta-
mento, quæ poſſibilitas, & caſus teſtatæ ſucceſſio-
nis veriſimilis eſt in centenario temporis decurſu
maxime in familia numeroſa, idemque procedit
quoad extraneos, ut ſupra *n.* 7.

R. P. D. DE LA TREMOILLE.

Comen. Capellaniæ.

Veneris 31. *Marti* 1702.

DEciſum fuit coram me die 18. Aprilis anni
præteriti ad Beneficium, ſeu Capellaniam San-
cti Stephani ſitam in Eccleſia Præpoſiturali Sancti
Coſmi, & Damiani loci Mendriſii Comen. Diœce-
ſis inſtituendum eſſe Alexandrinum Viſettum præ-
ſentatum a feminis deſcendentibus legitimis ex veris
patronis, in concurſu Caroli Antonii Buſiæ præſen-
tati a deſcendentibus ex maſculis naturalibus; Ve-
rum ad Cauſam admiſſis dictis Patronis, & repro-
poſita hodie Cauſa, cum ob novas circumſtantias
facti melius dilucidati, agnita fuerit inſubſiſtentia
fundamentorum, quibus innitur dicta deciſio, *re-
ceſſum fuit a deciſis*.

Non enim ſubſiſtere viſum fuit controverſum Juſ-
patronatus dijudicandum eſſe hæreditarium, quia
22 cum agatur de Jurepatronatus pervetuſto, de cujus
initio & fundatione non conſtat, ex hac antiquita-
te ceſſat præſumptio, quod ſit hæreditarium ad nor-
mam, Text. *in Clement. plures de Jurepatronat.* &
ſubintrat contraria præſumptio, quod ſit gentili-
tium, ad evitandas illas inextricabiles quæſtiones,
quas conſiderat, Gloſ. *in d. Clement. verb. plure*,
Spad. *conſil.* 12. *n.* 2. *lib.* 2. Rota coram Priolo *deci-
ſion.* 159. *n.* 20. cum aliis, quos refert, & ſequitur
Rota *in Bononien. Beneficiorum* 28. *Junii* 1690. §.
Qualitas autem, coram bon. mem. Urſino.

Fortiuſque urget in hypotheſi hæc contraria præ-
ſumptio, quia coadjuvatur ſubſecuta obſervantia
continuata ſpatio annorum 200. & amplius, quam
quidem præcipue ſpectandam eſſe in materia Juriſ-
23 patronatus generaliter, tradit Fraſs. *de Reg. Jurepat.
cap.* 5. *n.* 9. & præciſe ad effectum dignoſcendi il-
lius qualitatem, num ſcilicet idem cenſendum ſit
hæreditarium, vel gentilitium, docuerunt Franch. *in
cap. unic. num.* 5. *de Jurepatron. in* 6. Vivian. *eodem
tract. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 28. *& ſequent.* Caren. *reſo-
lut.* 10. *num.* 1. Rocc. *diſput. Jur. ſelect. capit.* 190.
numer. 57. *& ſequent.* Ciarlin. *controverſ.* 1. *numer.*
17. Spad. *d. conſil.* 12. *lib.* 1. *& conſil.* 9. *numer.* 3.
lib. 3. Rot. coram Priol. *deciſione* 46. *n.* 4. *&* 5. *in
Parmen. Juriſpatronatus* 5. *Aprilis* 1683. §. *Certius*,
coram bon. mem. Urſino, *& in Lucana Beneficii*
13. *Junii anni præteriti* §. *Quibus accedit*, cor. R. P.
D. meo Muto.

Exordiendo ſiquidem ab anno 1440. compertum
eſt ad Beneficium, ſeu Capellaniam, de qua agitur,
24 tunc temporis vacantem filiosfamilias ſimultanee
præſentaſſe cum eorum parentibus, *Summario Caroli
Antonii, dato in præterita Cauſa propoſitione n.* 6.
litera B. ſoli autem Juripatronatus gentilitio con-
venit, ut, vivente patre, filius tanquam compa-
tronus ad præſentandum admittatur, ut annotant
communiter DD. *in Clementina plures de Jurepat.*
Vivian. *eodem tract. lib.* 14. *cap.* 2. *n.* 51. Rota *penes
eundem par.* 1. *cap.* 1. *lib.* 4. *poſt n.* 75. coram Celſ.
deciſion. 106. *n.* 8. *deciſion.* 183. *n.* 10. *&* 17. coram
Buratt. *deciſion.* 46. *a n.* 11. *& ſequent. & deciſion.*
458. *n.* 5. *in dicta Parmen. Juriſpatronatus* 5. *Apri-
lis* 1683. §. *Tum denique* cor. Bon. mem. Urſino,
in dicta Bononien. Beneficiorum 28. *Junii* 1690. §.
Tertio quia, coram eodem, *& Mediolanen. Prio-
ratus* 11. *Decembris* 1699. §. *Nec ad mimendum*,
& 15. *Februarii* 1700. §. *Quod eſt adeo verum*, co-
ram Reverendiſſimo Molines.

Neque iſtios circumſtantiæ efficaciam tollit pon-
deratio, quod non exhibeatur inſtrumentum præſen-
tationis, ſed hæc eliciatur tantummodo ex enuncia-
tiva emiſſa occaſione productionis dicti Inſtrumen-
ti in lite agitata de anno 1579. quodque ea rurſus
æquivoca remaneat, ex quo filiifamilias, tanquam
hæredes patrui, ſeu alterius conſanguinei præſenta-
re potuerint. Objectum enim in ſui prima parte
corruit ex lapſu centum & ultra annorum, quo
enunciativa prædicta emiſſa fuit; tanti enim tempo- 25
ris decurſus operatur, ut illa tanquam antiquiſſima
probet etiam ſine relato ad notata per Felin. *in c.
cum cauſam n.* 4. *de probat.* Caſtr. *conſil.* 139. *n.* 3.
verſ. attamen iſtud videtur verum libro 1. Gratian.
diſceptation. forenſ. cap. 814. *numer.* 1. Rota coram
Seraphin *dec.* 1272. coram Cerro *dec.* 430. *utrobi-
que n.* 1. & coram Emerix Junior. *dec.* 892. *num.* 6.
Altera vero pars itidem collabeſcit ex defectu pro-
bationis prætenſæ qualitatis hæreditariæ, quæ ab
allegante dubio procul juſtificanda eſt, cum inte-
rim non docto de aliquo particulari titulo præſen-
tatio cenſeri debeat expleta nomine proprio, non
autem hæreditario, ad tradita in ſpecie per Alciat.
de præſ. reſolution. 2. *præſ.* 24. *n.* 3. Vivian. *de Jure-
patr. lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 53. Rota *poſt eundem dec.*
2. *verſ. tertio quia*, coram Burat. *dec.* 183. *ſub n.*
22. & coram Cero *dec.* 493. *n.* 4.

Præterea de anno 1480. ſecuta vacatione dictæ
Capellaniæ, cum ejus unio facta fuerit cum me-
morata Præpoſitura San. Coſmi, & Damiani, ea
nullum habuit effectum, quinimmo diſſoluta reman-
ſit, non obſtante patronorum conſenſu, de quo in
Summario Caroli Antonii num. 3. Id autem alia de
cauſa eveniri non potuit, niſi quia cum Juſpatro-
natus eſſet familiare, & gentilitium, novis patro-
nis, qui ex poſt ſupervenerant, *dicto Summario n.* 4.
præjudicari nequiret ex facto anteceſſorum, juxta
firmata per Roccham *in Bononien. Juriſpatron. de
Ghisleriis* 12. *Januarii* 1695. §. *Hinc in neceſſariam*,
coram R. P. D. meo Pio *& in Aſten. Juriſpatronatus*
9. Februarii 1699. coram Reverendiſſimo Domino 26
meo Molines Decano; Quando e converſo ſi illud
fuiſſet hæreditarium, unio prædicta nullatenus po-
tuiſſet diſſolvi, quoniam, data illius validitate,
quæ ex aliis titulis remanebat incontrovertibilis,
hæredes fuiſſent obſtricti auctoris factum ſervare,
ex deductis per Rot. coram Bich. *dec.* 277. *a n.* 18.
*& ſeqq. & in dicta Pononien. Juriſpatron. de Ghiſ-
leriis* §. *Jam vero oſtenſa*.

Abſque eo quod diſſolutio prædicta referri valeat
ad ſpontaneam Capellaniæ dimiſſionem in manibus
Ordinarii factam per Marcum de Paernio, tunc
temporis dictæ Eccleſiæ Sancti Coſmi, & Damiani
Præpoſitum, ut in *Summario Alexandrino num.* 9.
tum quia cenſendum non eſt ipſum voluiſſe Ca-
pellaniam, jam per plures annos ab ipſo poſſeſſam
ſimpliciter, & ad nullius commodum in manibus
Ordinarii dimittere, niſi agnoviſſet unionem ob
patronorum præjudicium, eorumque reclamatio-
nem nullatenus ſuſtineri poſſe: cum nemo præſu-
matur velle Juris ſuo adeo imprudenter renunciare,
leg. cum de indebito ff. de probation. Rota *in recent.
par.* 2. *dec.* 383. *ſub n.* 3. cum aliis in Jure vulga-
tis; tum etiam quia, cum unio præciſe facta fuiſſet
Præpo-

Digitized by Google

Præpoſituræ, ut nempe illam pro tempore poſſidentes valuiſſent decentius ſuſtentari dicto præſenti *Summario* Caroli Antonii *n.* 3. non poterat per actum voluntarium ejuſdem Marci hujuſmodi perpetuum præjudicium Eccleſiæ, & ſucceſſoribus ſuis inferri, ad Text. *in Capitulo primo qui ſucceſſ. ten. c.* 1. §. *moribus ſi de feud. defunct.* Innocent. *in Cap. Fraternitatem de donat.* Capuraquen. *dec.* 162. *n.* 5. Rota cor. Coccin. *dec.* 1604. *n.* 29. *&* *dec.* 2047. *n.* 2. & cor. Cerr. *dec.* 395. *n.* 10.

Similiter anno 1509. collata fuit Capellania cum præſentia, & conſenſu illorum de familia de Buſionibus, qui cum eſſent tres, qui pro tempore ad hunc patronatum præſentarunt, conſenſerunt in ca-
27 pita, nullo expreſſo nomine hæreditario dicto hodierno *Summario n.* 4. *lit. A.* ex quo validiſſimum reſultat argumentum qualitatis gentilitiæ, Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *cap.* 1. *ſub. n.* 71. *verſ.* 3. *quia*, Rota *dec.* 220. *n.* 12. *par.* 11. *recent.* cor. Priol. *d. dec.* 159. *a n.* 1. *& ſeqq. in Florentina Juriſpat.* 4. *Junii* 1681. §. *De exiſtentia vero*, cor. bon. mem. Pauluccio *in dicta Parmen. Juriſpat.* §. *Tum ex eo*, cor. bon. mem. Urſino, *& in d. Bononien. Beneficiorum* §. *Secundo quia*, coram eodem.

Confirmantur prædicta, quia tam in reſignatione dictæ Capellaniæ facta de anno 1552. in manibus Ordinarii per Clericum Jacobum de Alfeis & in ſucceſſiva collatione de conſenſu patronorum per eundem Ordinarium expleta, quam in præſentatio-
28 ne anni 1587. enunciatur *illam eſſe de Jurepatronatus Laicorum, videlicet illorum familia de Buſionibus dicto præterito Summario num.* 2. *lit. A* & *B.* quæ quidem verba concludunt, Juſpatronatus eſſe familiare & gentilitium, ut in his præciſis terminis firmat Rota *in recent. par.* 18. *dec.* 679. *n.* 6. & cor. Ubago *dec.* 24. *n.* 5. & tanquam probata a patronis, a quibus cauſam habent illi, qui Alexandrum præſentarunt, ipſum non ſecus, quam ipſosmet profitentes afficiunt ex deductis per Gabriel. *conſil.* 196. *n.* 10. *verſ. cum quibus concurrit lib.* 2. Spad. *conſil.* 9. *n.* 1. *&* 2. *&* 10. *lib.* 2. Cardin. de Luca *de Jurepatron. diſcurſ.* 22. *n.* 7. Rota cor. Buratt. *dec.* 183. *num.* 2. *ad* 15. Quin dici valeat enunciantes dictis verbis uſos fuiſſe demonſtrative ad effectum indicandi perſonas hæredum, ad quas Juſpatronatus pertinere debet, ut in *deciſion.* 798. *num.* 11. *&* 15. coram Merlin. quoniam id procedere poſſet, quando dicta verba reſtricta eſſent ad certas perſonas ejuſdem familiæ, prout erat in caſu dictæ *deciſionis* cor. Merlin. in quo verba *de domo*, *& familia de Giandonatis* erant relativa ad infra nominandos, qui titulo hæreditario præſentabant, ut videre eſt in locis ſuperius citatis, non autem quando prout in hypotheſi verbum *familia*, abſolute prolatum eſt ad denotandum Juſpatronatus ad illam in genere pertinere.

Et his quoque conſonat ſententia anni 1589. in
29 qua pariter aſſeritur hanc Capellaniam *fuiſſe, & eſſe de Jurepatronatus Laicorum de Buſionibus, ſcilicet de familia dicto præterito Summario n.* 7. hujuſmodi autem ſententia, utpote prolata ab ordinario Comen. occaſione litis præciſe pendentis ſuper qualitate iſtius Patronatus, ac contradicentibus Promotore Fiſcali, aliiſque intereſſe habentibus, plene probat ejus naturam eſſe gentilitiam, & facit jus quoad omnes ſucceſſores, Peregrin. *conſil.* 33. *a num.* 18. *ad* 20. *lib.* 1. optime Rot. *in recent. deciſion.* 482. *n.* 5. *par.* 1. *dec.* 220. *n.* 9. *&* 10. *par.* 11. *&* *dec.* 192. *n.* 7. *par.* 19.

Accedit inſuper, quod per ſpatium duorum ſeculorum, & ultra quoad fuerunt filii maſculi legitimi, & naturales, ipſi ſoli ſemper præſentarunt, abſque ulla feminarum, aut extraneorum mixtura, quod validiſſimum pariformiter præſtat argumen-
30 tum qualitatis gentilitiæ ex ponderatis per Caren. *reſol.* 10. *n.* 2. *&* 19. Capon. *diſcept. forens.* 223. *n.* 3. *& ſeqq.* Rota cor. Buratt. *deciſion.* 183. *n.* 22. *& ſeq. & in recent. par.* 12. *deciſ.* 204. *n.* 13. *& ſequen. & par.* 14. *deciſ.* 115. *n.* 1. *& in dicta*, Parmen. *Juriſpat.* §. *obſervantia autem*, cor. bon. mem. Urſino; Quin ad effectum eliciendi ex hoc capite obſervantiam, opus habeat Carolus Antonius oſtendere feminas, ſeu extraneos aliquando extitiſſe, ac præſentare volentes fuiſſe ex hac ratione rejectos, quia ſola veriſimilitudo, quod in familia numeroſa, ac in decurſu plurium ſeculorum feminæ, ſeu alii hæredes extiterint, ac jus quod in Jurepatronatus habere prætendebant, deducere non neglexerint, operatur, quod obſervantia ſine alia ulteriori probatione remaneat juſtificata, ut huic objecto præciſe reſpondet Rota poſt Vivian. *de Jurepatronatus dec.* 41. *n.* 20. *verſ. quinto quia*, & coram Ubago *dict. deciſ.* 24. *n.* 14. *& ſeqq.*

Nec obſtat, quod de anno 1622. Catharina de Buſionibus fuerit unice ad præſentandum admiſſa, quoniam præſentatio hujuſmodi gentilitiam hujus patronatus qualitatem mirabiliter potius confirmat, cum enim tunc temporis adeſſent filii Lucretiæ, & Aureliæ ſororum ejuſdem Catharinæ prædefunctarum *Summarie reſponſionis* Caroli Antonii *n.* 2. qui ex matrum perſonis æqualiter cum ipſa ſuccedebant, utique ſi Juſpatronatus fuiſſet hæreditarium, proculdubio etiam ipſi debuiſſent ad præſentandum admitti. Cum autem ſola Catharina eandem præſentationem expleverit, id eveniſſe neceſſario fatendum eſt, ex quo Juſpatronatus agnitum fuerit pro familiari, & gentilitio, ad quod admittuntur quidem feminæ de agnatione, ac immediate deſcendentes ex maſculis, quemadmodum erat Catharina, ad Tex. *in l. pronun-* 31
ciatio ff. de verb. ſignific. deciſ. Sicil. impreſſ. apud de Luca *de feud. n.* 289. Rot. cor. Merlin. *deciſ.* 890. *n.* 4. poſt Vivian. *de jurepatr. deciſ.* 68. *n.* 2. cum aliis cumulatis *in deciſ.* 667. *n.* 9. *par.* 18. *recent. & in Lucana Beneficii* 3. *Junii anni præteriti* §. *prædicta* cor. R. P. D. meo Muto; non autem deſcendentes ex feminis, quamvis maſculi, quales erant filii earundem Lucretiæ, & Aureliæ, ad firmata per Capon. *diſcept.* 263. *art.* 4. *n.* 40. *tom.* 4. Gabr. *conſ.* 116. *n.* 4. *& ſeq. lib.* 2. Torr. *de primog. Ital. par.* 1. *cap.* 25. *n.* 265. Rota *in recent. deciſ.* 162. *n.* 6. *par.* 11. *& deciſ.* 679. *n.* 7. *par.* 18.

Ex quibus omnibus ſimul junctis, licet ſatis comprobata dici poſſit qualitas gentilitia Juriſpatronatus, quæ illius ſuppoſita exiſtentia levioribus adſtruitur probationibus, cum non tangat ſubſtantiam beneficii, ſed illius pertinentiam, Vivian. *de jurep.* *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 40. Rota apud eundem *d. lib.* 4. *cap.* 32
1. *poſt n.* 71. §. *quibus ſic ſtantibus*, cor. Merlin. *deciſ.* 563. *n.* 11. *& in rec. dec.* 675. *numer.* 3. *in fine par.* 1. *deciſ.* 566. *n.* 11. *par.* 6. *& in dicta* Parmen. *juriſpatronatus* §. *Præter*, cor. bon. mem. Urſino. Nihilominus additur ultimus ſtatus ejuſdem Capellaniæ pro qualitate gentilitia; nam in penultima illius vacatione ſecuta anno 1641. per obitum Flaminii Buſiæ deficientibus deſcendentibus legitimis, præſentarunt Carolus, & Jo. Baptiſta filii naturales auctores illorum de Buſionibus, qui hodie ſunt in Cauſa; cumque præterea illorum præſentatio fuerit admiſſa tanquam facta a veris patronis rejecta præſentatione facta a deſcendentibus ex feminis *d. præterito Summario n.* 10. *&* 11. & Turrianus præſentatus vigore ſententiæ latæ cum hac expreſſione poſſeſſionem apprehenderit, & Capellaniam poſſederit uſque ad poſtremam vacationem, de qua agitur, dubitari nequit ex hujuſmodi præſentatione effectum ſortita reſultare, & conſtabilitum dici ultimum ſtatum pro qualitate gentilitia in hodierna vacatione attendendum, juxta generalem regulam in re beneficiali deſumptam ex Text. *in c. querelam* 24. *de elect. c. cum Eccleſia Sutrina* 3. *de Cauſ. poſſeſ. & propriet. & in c. conſul.* 19. *de Jurepatr.* atque omiſſis aliis generalibus, dixit Rota in Parmen. *Juriſp.* §. *quibus omnibus*, cor. bon. memor. Urſino, *& in Mediolanen. juriſpatronatus* 11. *Decembris* 1699. §. *Rurſus prædicta*, *&* 15. *Febr.* 1700. §. *idque procedit*, cor. Reverendiſs. D. meo Molines.

Fruſtraque vim, & efficaciam hujus ultimi ſtatus, elidere conabantur ſcribentes pro Alexandro ſub prætextu, quod appellantibus ad Rotam deſcendentibus ex feminis, qui præſentaverant Polatam alium competitorem, una cum eodem Polata a prædictâ ſen-

tentia

tentia Ordinarii Comen. cum expreſſione ſignanter,
32 quod naturales non eſſent admittendi, diſputatoque
dubio coram Dunoz. Jun. qui eſſet inſtituendus dua-
bus deciſionibus, quæ ſunt in ordine inter illius im-
preſſas *l.* 798. *&* 20. reſponſum fuerit, inſtituendum
eſſe Turrianum, *nulla habita ratione præſentationis
naturalium: ſed ſolum ex eo, quod haberet plures vo-
ces patronorum, exinde inferendo ultimum ſtatum in-
ductum potius videri pro qualitate hæreditaria; quia
pro objecti iſtius remotione D. D. in facto animadver-
tebant, quod cum Turrianus*, nedum fuiſſet præſen-
tatus a filiis maſculis naturalibus, ſed etiam a ma-
jori parte deſcendentium ex feminis, ſcribentes pro
ipſo defenſionem ſub ea methodo in Rota propo-
nebant, quod ſive Juſpatronatus eſſet gentilitium,
ſive etiam hæreditarium, utroque modo jura eorum
principalis potiora remanerent, ut liquet ex allega-
tionibus exhibitis cor. eod. Dunozet. Jun. *d. præteri-
to Summario n.* 12. Quapropter Rota, quæ articu-
los Juris ſemper evitare ſolet, ubi tutiorem partem
in Cauſis decidendis valet ex facto ſeligere, ut teſta-
tur in Romana *Cambii* 23. *Januarii proxime præteriti*
§. *Et hinc in fin.* cor. Illuſtriſs. dell'Olmo magno Can-
cellario Mediolanen. cernens ad commodum Turria-
ni militare factum incontrovertibile majoris partis
vocum, ubi etiam Juſpatronatus acciperetur in
ſenſu hæreditario, provide omiſit indaginem illius
qualitatis, ac tranſiens pro tunc cum ſuppoſito,
quod eſſet hæreditariam inſtitutionem memorati
Turriani ex naturalium præſentatione ab Ordinario
decretam, eamque executioni demandatam, confir-
mavit, ut expreſſe proteſtata eſt in *d. dec.* 798. *in
princ.* Unde ex his omnibus extranea remanebat al-
legatio ultimi ſtatus Juſpatronatus tanquam de hæ-
reditario, quando illius gentilitia qualitas incon-
trovertibiliter deſumpta ex ſententia Ordinarii, ne-
dum non fuit in deciſionibus examinata, ac diſcuſ-
ſa, ſed potius eo tunc ad evitandum naturalium
præjudicium accurate prætermiſſa.

Et hinc nullatenus ad intentum relevare viſum
eſt, quod voces feminarum fuerint ex tunc admiſ-
ſæ, ac in ſtirpes computatæ, quodque ſparſim in
dictis deciſionibus Juſpatronatus nuncupetur hære-
ditarium: quoniam cum hæc omnia neceſſario fuiſ-
33 ſent admittenda in caſu, quo illud cenſeretur hæ-
reditarium, apta utique non ſunt ad alterandam
mentem noſtri Tribunalis, quæ alia non fuit, niſi
diſcutiendi cauſam ad effectus magis proficuos præ-
ſentatis, minuſque per conſequens ad concluden-
dum ultimum ſtatum tanquam de hæreditario, cum
ille non deſumatur ex actibus æquivocis, & ad di-
verſam cauſam trahibilibus, ut firmat Rota poſt
Vivian. *de Jurepatr. deciſ.* 88. *n.* 8. cor. Gregor. *deciſ.*
557. *n.* 12. *in fine*, cor. Bich. *dec.* 467. *n.* 17. & cor. E-
merix. Jun. *deciſ.* 34. *n.* 28. *& in Comen. Parochialis*
22. *Aprilis* 1697. §. *fin.* cor. R. P. D. meo Muto.

Parique modo nec ſubſiſtere videbatur, quod na-
turales paſſi fuerint in eiſdem diſputationibus Juſ-
patronatus haberi pro hæreditario, dictiſque deciſio-
34 nibus acquieverint, quia ipſi nunquam fuerunt in
Cauſa; unde quidquid geſtum fuit a Turriano ab
ipſis præſentato, ſeu ab illius defenſoribus circa ad-
miſſionem qualitatis Juriſpatronatus tanquam de
hæreditario, nequivit, illis inſciis, & in Cauſa non
exiſtentibus, aliquod præjudicium inferri, ut mo-
nent Gonzal, *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 45. §. 2. *num.*
32. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 31. *& lib.* 11.
cap. 4. *num.* 22. Rota cor. Emerix Jun. *deciſ.* 264.
num. 5. attenta potiſſimum bona fide, in qua ipſi
fuerunt ſemper conſtituti cum poſſeſſionem Capel-
laniæ in vim eorum præſentationis per Turrianum
apprehenſam viderint uſque ad illius obitum conti-
nuatam.

Jam vero conſtabilita qualitate gentilitia contro-
verſi Juriſpatronatus, non obſtat, quod illius reſer-
vatio cenſeri debeat facta per verba civilia, quorum
vigore moderni de Buſionibus, tanquam proceden-
tes a radice infecta, non veniant ad illud admitten-
di, ut innuit præcedens contraria deciſio §. *Fruſtra-*
35 *que objiciebatur*. Quandoquidem cum in hypotheſi
deficiat Inſtrumentum fundationis, & alia quæcun-
que æquipollens probatio illius tenoris, a qua valeat
recte dimetiri, fundatorem locutum fuiſſe per ver-
ba civilia, cenſuerunt Domini intrare potius præ-
ſumptionem, quod ipſe uſus fuerit verbis naturali-
bus, & quocunque de ſanguine comprehenſivis,
juxta ſenſum Bald. *conſ.* 375. *aliorumque relat.* per
Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 15. Si-
mon. de Præt. *de interpretat. ultim. volunt. lib.* 2. *in-
terpret.* 3. *ſolut.* 1. *n.* 145. Abb. *reſolut.* 1. *n.* 5. & in
terminis Juriſpatronatus Rocc. de Curt. *in ſuo tract.
de Jurepatr. verb. ipſe n.* 80. quem laudat, & ſequi-
tur Lambertin. *eodem tract. art.* 9. *ſecunda q. princip.
ſecundæ partis lib.* 1. *n.* 9. cum mens hominis natu-
ralis ſit, & facillime naturam ſequatur, ad tradita
per Ancharan. *conſ.* 225. *n.* 1. Mantica *de conject. d.
tit.* 4. *ſub n.* 15.

Nec contrarium aſſumptum valent concludere me-
moratæ enunciativæ, quod Juſpatronatus reſervatum
ſit pro illis de Familia de Buſionibus, quas æquipol- 36
lenter ad fundationis tenorem accipiendas eſſe, fir-
mat dicta præterita deciſio in eodem §. *Fruſtraque
objiciebatur*; quia cum illæ emiſſæ fuerint occaſione
præſentationum a biſcentum, & ultra annis poſt fa-
ctam fundationem; nullum ſuper eis ad hunc effe-
ctum conſtitui valet fundamentum, quia ſtat bene
ſimul, quod in illis enuncietur verbum *Familia*, &
tamen in Inſtrumento ſæpedictæ fundationis Juſpa-
tronatus reſervetur per verba naturalia, apta etiam
naturales comprehendere, Rota *in Regien. Juriſpatr.*
18. *Martii* 1639. cor. Panzirolo *impreſſ. poſt* Ciarlin.
contr. forenſ. c. 152. *n.* 77. *& in recent. dec.* 262. *n.* 6.
& ſeq. par. 8. *& dec.* 241. *n.* 10. *par.* 16. & cor. Emerix.
Jun. *dec.* 867. *n.* 2. Præſertim, quia cum enunciantes
voluerint ſeſe decipere, habendo nempe pro ſyno-
nymis verba familiæ & ſanguinis, ſeu conſangui-
neitatis, unumque pro alio adhibendo, ac rurſus
fundator, non obſtante etiam expreſſione verbi il-
lius *Familia*, potuerit in aliis fundationis partibus
excludere averſionem erga deſcendentes naturales,
itaut ſub eodem verbo voluerit etiam illos fortaſſe
comprehendere, in his circumſtantiis, nemo non vi-
det, quantum dictæ enunciativæ remaneant æqui-
vocæ; quantumque ineptæ ad probandam reſerva-
tionem Juriſpatronatus per verba mere civilia ad-
verſative ad Juris diſpoſitionem ſtantem non natu-
ralitate verborum, conferente ad id potiſſimum re-
gula, quod quando vis non eſt in mera ſubſtantia, 37
ſed in qualitate actus, oportet nedum juſtificare
ipſam ſubſtantiam, ſed etiam qualitates omnes ejuſ-
dem actus, ad notata per Alexandr. *conſ.* 224. *n.* 3.
lib. 2. Rota *dec.* 578. *n.* 4. *in fin. par.* 1. *dec.* 229. *n.* 3.
par. 2. *& dec.* 530. *n.* 9. *par.* 18. *recen.* & in proximis
terminis legitimationis, quæ probari contendatur
per præſumptiones, quod opus ſit, ne exhibeatur
illius integer tenor ad effectum dignoſcendi quoſ-
nam caſus comprehendat, & in quorum præjudi-
cium apta ſit operari, dictum fuit *in Bonon. Fidei-
commiſſi de Manzolis* 22. *Junii* 1699. §. *Semper ad
omne pejus*, *&* §. *finali*, cor. R. P. D. meo Anſaldo.

Verum ubi etiam per hypotheſin ex eidem enun-
ciativis dici poſſet, Inſtrumentum fundationis reſtri- 38
ctum eſſe ad illos de familia de Buſionibus, adhuc
domini ponderabant verbum illud *Familia* non ita
ſtricte per Doctores in ſenſum civili conſiderari, ut
nunquam ſub illo debeant naturales comprehendi;
Cum etenim ad literam Tex. *in l. pronunciatio* 195. §.
Familia ff. de verb. ſignif. quinque diverſos ſignifica-
tus valeat illud recipere, concors proinde illorum
ſententia eſt, quod concurrentibus circumſtantiis de-
notantibus dictum verbum, ad naturalem, non ad
civilem intelligentiam redigendum eſſe valeat illud
quandoque inflecti, ut naturalem etiam ſanguinis
conjunctionem ſignificet, ut ſcriptum reliquerunt
Bartol. *in d. leg. pronunciatio verb. familia ſub num.* 1.
verſ. puto multum inſpiciendum ibique Alciat. *ſub num.*
37. Angel. *in l. ex facto* §. *Si quis il* 2. *numer.* 4. *ff. ad
Senat. conſult. Trebell.* Bald. *conſ.* 441. *col.* 1. *vol.* 3.
Corn. *conſ.* 169. *numer.* 7. *in fin. vol.* 3. Ciriac. *contr.*
309. *num.* 16. *& duobus ſeq.* Paleoth. *de noth. & ſpur.*

cap. 59.

cap. 59. *n.* 5. Lother. *de re beneſ. quæſt.* 11. *n.* 42. *lib.* 2. Palm: Nep. *alleg.* 241. *n.* 24.

Applicando itaque Theoricam ad rem, de qua agitur, reaſſumendo circumſtantias, quæ in hoc caſu concurrunt, dubitatum non fuit, dictum verbum *Familia* in ſenſu hujuſmodi accipiendum eſſe. Seſe etenim offerebat primo nedum generalis conſuetudo, ſeu uſus loquendi totius Italiæ, in qua ſitum eſt Mendriſium, juxta quem naturales
39 dicuntur de domo, & familia, ut teſtantur Bart. *in l. fin. n.* 1. *ff. de verb. ſignif.* Menoch. *conſ.* 754. *n.* 16. *&* 17. Riminald. Jun. *conſ.* 442. *n.* 33. Paleoth. *de noth. & ſpur. capit.* 33. *numer.* 8. Marth. *de ſucceſſ. part.* 2. *quæſt.* 4. *art.* 5. *numer.* 22. *& ſeqq. Tota penes* Palm. Nep. *alleg.* 242. *n.* 14. *verſ. hujuſmodi, & allegat.* 243. *pariter n.* 14. *& in Bononien. Fideicommiſſi de Volta* 27. *Aprilis* 1695. §. *final.* cor. R. P. D. meo Scotto. Sed rurſus quod tam ipſi naturales, quam iidem hodie comparentes ſemper gaviſi fuerunt nomine, & Inſigniis domus inter Nobiles, & Burgenſes adſcripti, promoti fuerunt ad civilia munera, & ab omnibus in Patria tanquam legitimi fuerunt reputati, *præterito Summario n.* 17. *& hodierno n.* 5. Quoties autem concurrit uſus Regionis, communiſque agnitio naturalium pro legitimis, & de domo dubitationi locus non remanet, quin illi comprehendantur in diſpoſitionibus factis ad commodum illorum de familia, ut ſubdunt Bartol. *in d. l. pronunciatio loco ſuperius citato ver. & immo ſi communis modus loquendi*, Spad. *conſ.* 302. *n.* 9. *& ſeqq. lib.* 3. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 361. *n.* 56. Cyriac. *dict. contr.* 209. *n.* 38. *&* 39. Paleoth. *de noth. & ſpur. c.* 59. *n.* 4. *in fin.* Palm. Nep. *alleg.* 241. *ſub n. n.* 10. *& n.* 20. Rota *in recent. deciſ.* 203. *n.* 9. *par.* 8. *& in Viterbien. Fideicommiſſi*, de Spirit. apud eundem Palm. *d. alleg.* 242. *n.* 13. *& ſeqq.*

Secunda circumſtantia exoriebatur, ex quo hic non agitur de filiis illegitimis ſuſceptis ex damnato coitu, qui conſtituunt in hac materia ſpeciem magis qualificatam utpote a Jure magis exoſi, ſed de ſimpliciter naturalibus ex ſoluto, & ſoluta progenitis, *d. præterito Summario n.* 10. qui ad differen-
40 tiam aliorum minora obſtacula in Jure patiuntur tam ad effectus honorificos, quam ſucceſſionis, ut tenent Peregrin. *de fideic. art.* 22. *num.* 83. Molin. *de primog. Hiſpan. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 45. *&* 47. Torr. *de Primog.* Ital. *par.* 1. *cap.* 28. *ſub n.* 65. Rota *in Bononien. Fideicommiſſi de Manzolis* 14. *Januarii* 1697. §. *Stetis autem &* §. *Talis conſuetudo, & ſeqq.* cor. bon. mem. Urſino, *&* 22. *Junii* 1699. §. *Veruntamen, & ſeq.* cor. R. P. D. meo Anſaldo.

Et tertia reſultabat ex eo, quod quæſtio non vertitur cum legitimis, ſed cum perſonis penitus extraneis, quales ſunt ii, qui præſentarunt Alexandrum; quo in caſu magis abſurdum profecto reputandum eſſet, quod Juſpatronatus tranſiret ad il-
41 los, quam quod in naturalibus nomen & Inſignia familiæ fundatoris deferentibus ſubſidiariæ continuaretur, ex cumulatis per Lup. *de illegitim. comment.* 1. §. 5. *n.* 152. *ante fin. verſ. declara* 2. Gob. *conſult. deciſ.* 9. *n.* 29. *& ſeqq.* Card. de Luc. *de Fideic. diſc.* 68. *n.* 8. Palm. Nep. *dicta alleg.* 241. *n.* 21. Rota poſt Giovagnon. *conſ.* 21. *n.* 17. *lib.* 1.

In quam ſententiam eo libentius inclinandum videbatur, quia juxta ultimum ſtatum naturales fuerunt ad præſentandum admiſſi, & eorum præſentatio ſuum ſortita fuit effectum, ut ſupra comprobatum eſt, quæ porro quaſi poſſeſſio præſentandi, & ultimus ſtatus unice attendi debent in hodierna vacatione, ut præter ſuperius adductos in
terminis tradit Rota coram Priolo *dec.* 46. *n.* 20. 42
& dec. 159. *n.* 21. *&* 22. in quibus etiam firmat adverſus hujuſmodi ultimum ſtatum non admitti præſumptiva argumenta, ſed requiri certas præſumptiones reſultantes ex partis confeſſione, re judicata, aut publico Inſtrumento.

Et ita omiſſis iis, quæ perperam objiciebantur adverſus filiationem dd. naturalium, cum eadem filiatio præter probationes adductas a modernis de Buſionibus, quæ evidenter illam evincunt, fuerit ſolemniter in Judicio per ipſum Alexandrum admiſſa *Proceſſ. fol.* 4. *a tergo*, reſolutum fuit utraque &c.

ANNOTATIO

Hæc deciſio, contra quam ego poſtea ſcripſi ad 43
defenſam, non videtur ſubſiſtere in concluſione, de qua ſupra *n.* 36. quia ſi deſumit qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus ex enunciativis præſentationum, quod Juſpatronatus ſpectaret *ad familiam*, fundatio præſumitur habere eadem verba; nam obſervantia tali caſu, ubi deficit Inſtrumentum fundationis, ſtat loco illius, Tondut. *q. beneſ. par.* 3. *cap.* 157. *n.* 42. neque intrant præſumptiones, & argumenta, quæ fiunt in deciſione *n.* 36. nam obſervantia, quæ facit figuram fundationis, debet recipi eo modo, quo cantat, nec poſſunt præſumi etiam per poſſibile alia verba præter illa, quæ leguntur in obſervantia, quam habens nihil aliud probare tenetur, itaut ſtari debeat taxative, & ad literam ſolis verbis ejuſdem obſervantiæ, ultra quæ alia non præſumuntur neque diverſa, neque declarativa in Inſtrumento fundationis, Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 22. *n.* 13. *& ſeqq.* vide quæ dixi ſupra *diſcept.* 26. *n.* 5. *pag.* 427. *& n.* 8. *pag.* 428.

Circa verbum *familia*, quod comprehendat etiam illegitimos, vide Martam *de ſucceſ. par.* 4. *q.* 21. *art.* 5. *n.* 12. & circa conſuetudinem locorum, juxta quam illegitimi dicuntur de domo, & familia, vide eundem Martam *par.* 1. *q.* 2. *art.* 3. *n.* 21. *& ſeq.* ubi quod Romæ ſunt in domo propria, & circa natos ex damnato coitu, nota, quod procreati ex conjugato, & ſoluta per accidentalem concubitum, ubi non accedit qualitas concubinatus, non dicuntur ex damnato coitu, nec privati remanent jure cognationis, Card. de Luca *de ſucceſſ. diſc.* 10. *n.* 15. Marta *ubi ſupra par.* 1. *q.* 16. *artic.* 1. *n.* 29. *& ſeq.* de Luca *de linea legal. lib.* 1. *artic.* 2. *n.* 28. *in fine*.

DISSER-

DISSERTATIO
R.D.P. MARCELLI SEVEROLI
SIGNATURÆ GRATIA,
& Juſtitiæ Votantis, & Decani &c.
PRO JURE
Vener. Capituli Generalis Sacr. Ordinis Carthuſienſis.
In deſtituendis, & inſtituendis Prioribus.

CUM in venerabili, & clariſſimo Carthuſienſium Ordine commune, ſeu generale Capitulum ſingulis annis celebrandi vetus ſit uſus, ut teſtantur Clemens III. *in Conſt.* 2. §. *Præterea*, & Cœleſtious III. *in Conſt.* 14. *pariter* §. *Præterea inter Privil. ejuſd. Ordin.* Edita etiam quoad hoc peculiari ſanctione per Capitulum generale anni 1151. ſub Baſilio Priore Majoris Carthuſiæ, & Miniſtro Generali octavo a Fuodatione Ordinis, quam Sanctionem Gaufridus Epiſcopus Gratianopolitanus confirmaverat, ut de his, quæ ad utilitatem Ordinis pertinere videntur, diligentiſſime tractetur, cujus correctioni, & emendationi, tam ipſius Majoris Domus, quam ceterarum Priores, & reliqui Ordinis Superiores, & qui ſunt ſubjecti, ut legere eſt in antiquis ejuſdem Ordinis Statutis *par.* 2. *cap.* 2. refert Martene *de antiq. Monachor. ritib. lib.* 2. *cap.* 37. *n.* 5. quod poſtmodum plures Summi Pontifices ratum habuerunt, & novis juſſionibus ſervari mandarunt, præcipue Alexander III. & Innocentius III. quemadmodum ſummatim annotat Camillus Tutinus *in Proſpect. Hiſtor. Ordin. Carthuſienſ. fol.* 30. *ad ann.* 1163. *verſ.* Alexandr. III. & *fol.* 42. *ad. ann.* 1208. *verſ. Idem Pontifex*, abſque ulla hæſitatione reſpondendum, quod Capitulum generale ita congregatum, libera, abſolutaque juriſdictione uratur, Priores, ſeu removendi, ſi qui criminoſi ſint, ſive abſolvendi, faciendo eidem miſericordiam, quam de more in ipſis Capitulis generalibus poſtulare tenentur, in ipſorumque locum alios ſubſtituendi, ſeu de novo ordinandi.

II. Ad cujus aſſertionis veritatem evincendam, licet ſatis eſſet referre id, quod alias contingit in caſu cujuſdam D. Ægidii Teſtæ olim Prioris Domus Carthuſiæ Patavinæ, cui cum poſt reditum a Capitulo generali fuiſſet denunciatum decretum Prioris Majoris Carthuſiæ tunc temporis Miniſtri Generalis Ordinis, quo declarabatur, ipſum fuiſſe a ſuo Prioratu abſolutum, ſive remotum, eique ſuffectum D. Booaventuram Benatum novum Priorem inſtitutum; Id ipſe ægre ferens, Juriſdictionem ejuſdem Miniſtri Generalis in dubium revocavit, judiciariam viam etiam ingreſſus, illius decretum oullitatis, & injuſtitiæ vitio redarguendo, potiſſimum ex eo, quod nulla videretur Miniſtro generali competere quoad hoc facultas, maxime poſt publicatam chartam Capitularem, in qua illius confeſſus reſponſa deſcribuntur, dum in ea defioitum apparebat ei nullam factam miſericordiam, hoc eſt a ſuo Prioratu minime abſolutum; ſed in illius adminiſtratione perſeverare debere, ſibi permiſſum eſſe; atque propterea non potuiſſe ab eodem Generali propria facultate removeri, maxime ſine cauſæ cognitione, & formatione proceſſus, & abſque citatione, nulliſque datis defenſionibus, quodammodo etiam concedendo ipſuſmet Capituli generalis poteſtatem in deſtituendis Prioribus, atque illam deducendo ad ſui favorem, ut negaret eidem Priori Majoris Carthuſiæ, ſive Miniſtro Generali Ordinis poteſtatem deſtituendi, poſtquam in eodem Capitulo generali ſibi non fuerat facta miſericordia, ut patet ex reſponſo Juriſcoofultorum Collegii Patavini, ad ejuſdem D. Ægidii requiſitionem reddito *ſub die* 2. *menſis Septembris anni* 1630. *& impreſſo Patavii apud Variſcum Variſci ad Puteum pictum in fol.* Qua tamen contentione devoluta ad Sedem Apoſtolicam, ad quam ipſe provocaverat, diſputataque Cauſa in Sacra Congregatione ſuper negociis Epiſcoporum, & Regularium, atque Eminentiſs. Patrum ſuffragiis ad ſan. mem. Urbanum VIII. delatis; idem Summus Pontifex auctoritate Apoſtolica peculiari decreto expedito per Breve *ſub die* 26. *Martii* 1631. declaravit prædictum D. Ægidium valide fuiſſe a Prioratu abſolutum, ac miſericordiam conſecutum per Miniſtrum generalem Ordinis, perpetuo ſilentio eidem controverſiæ impoſito; Unde ſi in fortiori caſu adeſt Pootificia deciſio, quod nempe ſoli Miniſtro generali abſque generali Capitulo potuerit competere hujuſmodi facultas, cujus poteſtas, & juriſdictio certe eſt minor illa Capituli generalis, ut infra probabimus, multo magis dicendum deciſione fuiſſe definitum, id competere ipſi Capitulo generali, cum in Cauſis, quæ Pontificio judicio deciduntur, quiſque ſciat illius ſententiam eſſe non ſolum legem illius cauſæ, pro qua producta eſt, ſed in omnibus ſimilibus, ut declaratum fuit ab Innocentio III. *in cap. In cauſis* 19. *de ſentent. & re judic.* & antea quoad Sanctiones ſeu Deciſiones Imperiales, fuerat dictum ab Imperatore Juſtiniano *in l. ſi Imperialis* 11. *ſive final. C. de Legibus*. Adhuc tamen peculiaribus rationibus, proprioque jure reſpectu Capituli generalis id clarum, manifeſtumque ſit.

III. Certum ſiquidem eſt, quod *de antiqua, & approbata Ordinis conſuetudine, ſinguli Priores, Rectores, Prioriſſæ, & Vicarii Monialium ejuſdem Ordinis in ſingulis Capitulis generalibus per ſe ipſos, ſi præſentes fuerint, alioquin per literas, miſericordiam petere tenentur: quod ſi non fecerint, nihilominus pro petita habeatur*, ut ſunt verba Statutorum in tertia compilatione facta ſub Franciſco de Puteo Miniſtro Generali trigeſimo quarto, anno 1509. *c.* 9. *de Capitulo Generali &c.* Et ſane, quod Capitulum generale faciendo Prioribus miſericordiam, de antiqua, & approbata Ordinis conſuetudine eodem deſtituete, ſeu removere, & novos inſtituere, ſeu ordinare valeat, ſatis aperte remanet declaratum in nova collectione Statutorum, ea ratione facta, ut omnia, quæ in antiquis, & novis Statutis, ac tertia compilatione confuſa, & diſperſa habebantur, ſimul ordine complectarentur; idque a San. Sede Apoſtolica, prævia peculiari Cardinalium Congregationum ſpecialiter deputata, mature examinata, auditiſque Monaſteriis contradicentibus, in forma ſpecifica confirmata fuerunt, in quorum *par.* 2. *c.* 22. *de Generali Capitulo*, ſic legitur diſpoſitum: *omnes Priores inſequendo communem obedientiam generali Capitulo promiſſam, & debitam, petunt miſericordiam, ut ſu-*

Digitized by Google

ut ſuper his ideſt ſuper eorum abſolutione, confirmatione, aut mutatione, poſſit in Definitorio poſtea deliberari. Ac primus omnium Reverendus Pater proſtratus petit miſericordiam, cui Prior antiquioris Domus Ordinis ex præſentibus reſpondet. Deinde ſinguli Priores ibidem præſentes, ſigillatim ſimiliter proſtrati petunt miſericordiam, & abſolutionem a ſuis Prioratibus; Priores vero abſentes, Vicarii, & Prioriſſæ Monialium per literas miſericordiam ſimiliter petere tenentur in ſingulis Capitulis generalibus, quod ſi non fecerint, nihilominus pro petita habeatur, & Monachi licet non petierint ad aſſignatas ſibi Domos ſe transferre teneantur: & turſus *num.* 46. dicitur: *ultimo die Capituli ſcilicet feria quinta poſtquam in Definitorio omnia expedita fuerint, & charta correcta, poſt veſperas in Eccleſia dictas, dato ſigno convocantur omnes Aulam, & congregatis omnibus primo leguntur nomina Defunctorum, quæ communiter eveniunt poſt lecturam aliorum, pro quibus dicitur De profundis &c. cum aliis precibus ut ſupra. Quibus completis Scriba Capituli legit reſiduum chartæ, & Priores, qui ibidem præſentes ſunt, ſi nondum viva voce promiſerunt Capitulo obedientiam pro ſe, & Domo, cujus ſunt Priores, quando in diſpoſitione Provinciæ Scriba eos nominat dicens: Priori tali non ſit miſericordia; tunc ipſe, qui nominatur, ſtatim ante Reverendum Patrem accedens proſtratus petit miſericordiam Capitulo Generali pro ſe, & Domo tali ſibi commiſſa. Quando autem ſcriba nominat aliquem Priorem, cui ſit miſericordia, tunc ille, qui nominatus eſt, ſi præſens eſt accedens ante Reverendum Patrem proſtratus dicit culpam ſuam, & ſurgens veniam petit de negligentiis, & defectibus commiſſis in adminiſtratione Domus antea ſibi commiſſæ, traditque Reverendo Patri ſigillum Domus ſuæ; ſimiliter fit cum mutantur Priores de Domo in aliam Domum*, Hujuſmodi enim verba videntur ſatis clara ad ſignificandum, quod penes idem Capitulum reſideat jus faciendi miſericordiam, hoc eſt abſolvendi, & deſtituendi Priores, qui confirmatione digni non dejudicantur, atque illos etiam confirmandi, ſive de una in aliam Domum mutandi, cum alias fuiſſet fruſtratorium dicere, Priores miſericordiam in illo petere teneri, ut ſuper eorum abſolutione, confirmatione, aut mutatione poſſit in Definitorio poſtea deliberari, ſi alias ipſi generali Capitulo facultas iſta deeſſet, & ſi ſub iſta mutatione non eſſet comprehenſa poteſtas, tam deſtituendi, quam etiam inſtituendi & ordinandi Priores, cum aliter mutatio fieri nequeat, quam deſtituendo remotos a gradu, & inſtituendo alios ſubrogatos, ut de ſe patet, & eſt Textus apertus in *Can. mutationes* 34. *verſ. Nam ſicuti Epiſcopi cauſ.* 7. *quæſt.* 1. ac colligitur ex ipſa definitione mutationis, de qua Sebaſtianus Medices *de definition. par.* 2. *cap.* 27. *num.* 4. *cum ibi allegat.* junctis traditis per Rot. *in deciſionibus edit. in Giennen. Juris mutandi, tam ſuper negotio principali, quam ſuper Reſtitution. in integrum* 26. *Aprilis* 1700. coram Muto, poſt hæc ſcripta viſis.

IV. Ponderatis etiam illius verbis, quibus fuit ſancitum, quod Monachi, ſive Priores, qui miſericordiam non petierint, adhuc ad aſſignatas ſibi Domos ſe transferre teneantur, cum verbum illud *aſſignatas* præcedentem collationem, ſeu Inſtitutionem præſupponat, ut ſunt Textus clari in *cap. inter dilectos* 40. *fin. de exceſſ. Prælator. & in capit. ſi Beneficia* 20. *in princ. de præbend. lib.* 6. in quorum poſtremo id egregie explicant Repetentes, & præcipue Geminian. *n.* 3. & Franc. *n.* 2. Necnon animadverſo, quod ſimili fere formula, qua loquuntur Statuta præfata, uſi fuerunt plures Summi Pontifices confirmando, & tribuendo pari jus Congregationi Caſſinenſi deſtituendi Abbates locales, in quorum Capitulis, & Dietis generalibus, ut præcipue Paulus V. *conſtit.* 261. *num.* 13. Urbanus VIII. *conſtit.* 313. *n.* 3. & 4. *in Bullar. Caſſinenſ. Margarini*. Et demum expenſa ratione ex notiſſimis, & in dubiis Juris regulis elicita, quod nempe omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, de qua in *capit.* 1. *de regul. jur*, quod nihil tam naturale eſt, quam eodem genere quodque diſſolvere, colligatum eſt, de qua in *l. nihil* 36. *ff. de regul. jur.* & quod ejus eſt nolle, qui poteſt, & vel de qua *in l. ejus* 3. *ff. eod.* Ut ſic, ſi auctoritates Capituli generalis in Ordine Carthuſienſi poterit quis a Prioratu abſolvi, ſeu removeri, faciendo ſibi miſericordiam, prout ex verbis relatis Statuti nequit contendi; utique etiam ex eiſdem clarum ſit idem Capitulum generale poſſe illos inſtituere, ſeu eligere, ut dicatur nolle, quod poteſt velle, & quod per eaſdem cauſas munus Prioratus diſſolvatur, per quas naſcitur, & colligatum remanet, deſumpto propterea, tam ex natura rei, quam ex natura cauſæ argumento ab expreſſo ad tacitum, quod in jure eſt validum, & frequentiſſimum, ut plene oſtendit Everard. *in Topic. legal. ſive in loc. argument. legal. loc.* 27. & eodem plane modo diſſerendo, quo præfatis regulis adductis ad rem, diſſerit Pellizar. *in manual. regul. tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 8. *ſeu* 3. *num.* 103.

V. Quapropter, cum in Ordine Carthuſienſi Statuta ut plurimum ſint conſuetudines in ſcriptis redactæ, quemadmodum Guigo Miniſter Generalis quintus, & Prior Majoris Carthuſiæ, morum Sanctitate, & doctrina illuſtris, ut patet ex his, quæ ad ipſum ſcripſerat *S. Bernardus Epiſt.* 11. & 12. adnotaverat, in Prologo ad Statuta, ſeu conſuetudines, quas ipſe primus, ne temporis tractu a memoria laberentur, ſcripto digeſſit, & hujuſmodi Statuta in eodem Ordine pro regula habeantur, ut notant Boer. *de ſtat. & vit. Eremitar. n.* 4. Suarez *de religion. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 1. *c.* 1. *ſub n.* 6. Garzias *in Politic. regular. tom.* 1. *tract.* 5. *diffic.* 1. *dub.* 2. *n.* 2. Zipeus *reſponſ. de Jur. Canonic.* 3. *tit. de regularib. reſponſ.* 1. §. *Iterum non obſtat. verſ. & quanquam*, Haſten. *diſquiſit. Monaſtic. lib.* 1. *tract.* 9. *diſquiſ.* 4. Caramuel. *Theolog. regular. part.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 34. *n.* 341. Anton. a Spirit. Sanct. *director. regular. par.* 2. *tract.* 3. *diſput.* 6. *ſect.* 3. *n.* 465. Gibalin. *ſcien. Canonic. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 1. *n.* 13. Unde eadem Statuta regulam vocaſſe Summum Pontificem Benedictum XIII. animadvertit Gregorius Prior Domus Montis S. Joannis Baptiſtæ prope Friburgum Provinciæ Rheni *in Epiſtol. dedicator. ad Privileg. Ordin. a ſe collect.* Utique his attentis nullum videtur remanere dubium, quoad aſſertam facultatem, & poteſtatem Capituli generalis, nedum deſtituendi, ſed & inſtituendi, dum alias eſt certum indiſtincte in omnibus Ordinibus Regularibus, quod electiones, & inſtitutiones Superiorum ſunt dirigendæ ſecundum propria inſtituta, & ordinationes, ut elicere eſt ex Clemen. *Exivi de Paradiſo de verbor. ſignificat.* ex Decreto *Sacri Concilii Tridentini ſeſſ.* 25. *de regularib. cap.* 7. & ex Clementis VIII. *Conſtit.* 60. §. 23. *qua confirmat. decreta ſuper reformat. regular. Bullar. nov. tom.* 4. *fol.* 60. tradunt poſt alios Barboſ. *vot. deciſio* 106. *n.* 9. *lib.* 3. Donat. *in prax. rer. regular. tom.* 2. *tract.* 3. *de tempor. election. q.* 1. *n.* 8. propterea id multo magis dicendum erit de Ordine Carthuſienſi, cujus Statuta, & ordinationes ſemper fuerunt habita in ſumma veneratione in Eccleſia, ut teſtatur S. Antonin. *in Summ. par.* 3. *tit.* 16. *cap.* 1. §. 5. atque ex eo repetit Caſſan. *in Catalog. glor. mundi par.* 4. *conſid.* 62.

VI. Quæ omnia magis firma, certioraque redduntur ex diuturna praxi, & obſervantia plurium Capitulorum generalium, in quibus cum petiiſſent Priores miſericordiam abſoluti ſunt, aliique in ipſorum locum ſuffecti; Sic enim fuit facta miſericordia anno 1336. Priori Domus Sellionis, illique ſubrogatus D. de Girardis de Villa Martiniæ; anno 1355. Rectoris Domus Salutis, in eaque inſtitutus Vualſtamus Monachus Novæ Cellæ; anno 1359. Bonifacio Domus Caſularum, eoque remoto ob malam adminiſtrationem injunctum præceptum, ut novæ electioni conſentiret factæ in perſonam Joannis de Caſa Monachi ejuſdem Domus; anno 1372. Priori Domus Baſſæ Villæ, ibique præfectus Martinus Monachus ejuſdem Domus; anno 1379. Prioribus Domus Montis Riccii, & Domus Portæ Cœli, quarum

rum

rum primæ præfectus Joannes de Orto Monachus Vallis Benedictionis, & poſteriori Joannes Berga Monachus Domus Scalæ Dei; anno 1376. Priori Domus Portæ Cœli, eique ſuffectus Simou antea abſolutus a Prioratu Domus Scalæ Dei; anno 1390. Priori Domus Lapidis Refugii in Hungaria, illique præfectus Petrus Procurator Domus Brunæ; anno 1401. Priori Domus de Paular, eique ſubrogatus Pontius de Toleto ejuſdem Domui profeſſus, anno 1407. Priori Domus Bononiæ translato ad Prioratum Domus Sanctæ Crucis in Jeruſalem Urbis, & Priori Domus Urbis abſoluto, tam ab officio Prioratus, quam ab officio Procuratoris Ordinis, atque Priori Domus Pontiani translato ad Prioratum Domus Piſarum; anno 1217. Priori Domus Sancti Pauli iu Gotholaunia, illique ſuffectus Joannes Marem Profeſſus Domus Scalæ Dei, 1441. Priori Domus de Axethome iu Anglia, eique Domui præfectus Ricardus Bartou, tunc abſolutus a Prioratu Domus in Henton; anno 1450. Prioribus Domorum Brugis, & Triſulti, ſuffecti in prima Thomas Procurator Domus Trajecti, & in ſecunda Gregorius ejuſdem Domus Procurator; anno 1453. Priori Domus de Paulani, eique ſuffectus D. Ferdinandus de Caldera abſolutus a Prioratu Domus de Ariago; anno 1473. Priori Domus Padulæ, cui ſuffectus Conſtantinus a Prioratu Domus Pontiani antea abſolutus, & Priori Domus Sanctæ Crucis in Urbe, cui ſubrogatus Hugo a Domo Padulæ paritei prius abſolutus; anno 1493. Priori Scalæ Dei, eodem inſtantiſſime poſtulante, ibique præfectus Paſchaſius Procurator ejuſdem Domus; anno 1500. Prioti Domus Lucæ, eique ſubrngatus Paulus Bellonus profeſſus Domus Venetiarum; anno 1518. vacante Prioratu Domus de Paular per obitum Aſcentii mortui in itinere cum ad Capitulum proficiſceretur, eidem Domui ab eodem Capitulo generali fuit præfectus Matthæus de Vegiis; anno 1536. fuit facta miſericordia Priori Domus Savonæ, eique ſuffectus Michael prius abſolutus a Prioratu Domus Caſularum, & huic Domui præfectus Petrus abſolutus a Prioratu Domus Savonæ; anno 1546. fuit declaratus depoſitus a Prioratu Domus Scotiæ Simon Gallus, demandataque adminiſtratio ejuſdem Domus Vicario in Spiritualibus, & Procuratori iu temporalibus, ſi forte Priore orbata exiſteret, ex quo longe diſtabat a Viſitatoribus, donec per Ordinem fuiſſet proviſum de Priore; anno 1552. prioris Domus Maggiani, ibique præfectus Timotheus prior Domus Florentiæ, Priori Domus Bononiæ, eique ſuffectus Gregorius a dicto Prioratu Maggiani abſolutus, Priori Domus Bellignardi, qui miſſus ad habitandom ad Domum Pontiani, & ſubrogatus Hieronymus Procurator præfatæ Domus Maggiani, Rectori Domus Ferrariæ, & Prior inſtitutus Joannes Baptiſta a Prioratu Domus Bononiæ abſolutus Prioribus Domorum Parmæ, & Montis Benedicti, quorum Priori præfectus Bartholomeus ab hoc Prioratu abſolutus, iſtique ſuffectus Rector ejuſdem Domus ad Ordinis voluntatem; anoo 1557. Prioribus Domorum Montelli, & Ferrariæ unuſque alteri ſubrogatus, Prioribus Domorum Caſularum, & Mediolani; cui præfectus Archangelus a præfato Prioratus Caſularum abſolutus, & Domui Caſularum præfectus Jo. Jacobus ibidem munere Procuratoris fungens; anno 1557. Priori Domus SS. Stephani, & Brunonis ad ſuam inſtantiam factam fuit miſericordia, ſuffectuſque D. Baſilius de Urbinn Prioratu Romæ abſolutus, Priorque abſolutus, juſſus reverti Domum Neapolis ſuæ profeſſionis, ibique Vicariatum exercere ad uutum Ordinis. Item Priori Domus Capri facta miſericordia, ſuffectuſque D. Philippus de Balſamn, Rectoratu Clarimontis abſolutus, Priorque abſolutus juſſu exercere Vicariatum pro arbitrio Ordinis. Item Rectori Clarimontis facta miſericordia, ſuffectuſque D. Antoninus profeſſus Sanctorum Stephani, & Brunonis, & Vicarius Domus Neapolis; anno 1564. fuit facta miſericordia Priori Silvæ Benedictæ, ipſomet inſtante, eique domui præfectus Petrus de Auriaco, nec non Priori domus Sancti Brunonis in Calabria, eique ſuffectus Autonius Sarrianus profeſſus, & procurator ejuſdem domus; anno 1573. ſubrogatus eſt in locum Prioris Florentiæ, cui facta fuit miſericordia, D. Silveſter Prioratu Parmæ antea abſolutus; eodem anno Adminiſtratori Domus Caſularum facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in ejus locum D. Hippolytus Prioratu Genuæ abſolutus. Item Priori Domus Vallis Piſii facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in ejus locum D. Pacificus jam Prioratu Savonæ abſolutus. Item Priori Domus Parmæ facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in ejus locum D. Severinus Mediolani Vicarius. Item Priori Domus Genuæ facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in ejus locum D. Archangelus jam adminiſtratione Domus Caſularum abſolutus. Item Priori Domus Aſtenſis facta fuit miſericordia ſuffectuſque in ejus locum D. Jacobus ibidem Profeſſus, Priorque abſolutus juſſus ire habitatum Mediolatu ad nutum Ordinis. Item Priori Domus Savonæ facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in ejus locum D. Angelus Genuenſis domus profeſſus; anno 1578. confirmatus fuit D. Chriſtophorus Noguerol inſtitutus a Reverendiſs. Patre Carthuſiæ in Priorem Domus de Paular; anno 1579. Priori Domus Capri facta miſericordia, ſuffectuſque D. Andreas Mazarius Prioratu Romæ abſolutus. Item Priori Domus Romæ facta miſericordia, ſuffectuſque D. Jo. Baptiſta Prioratu Capri abſolutus; anno 1584. Priori domus de Paular, eique ſuffectus Blaſius de Caraſco a Prioratu Domus Granatæ abſolutus, & in Prioratu domus Granatæ ſubſtitutus Bernardus de Caſtro a Domo de Paular abſolutus; anno 1592. Priori Domus Triſulti ad ſuam magnam inſtantiam; & propter ſuas infirmitates facta fuit miſericordia, ſuffectuſque D. Joannes Baptiſta Canavalis profeſſus, & antiquior Domus Neapolis, Priorque abſolutus juſſus reverti domum ſuæ profeſſionis ad recuperandam ſanitatem, ibique procurationem exercere. Item Priori Clarimontis ad ſuam maguam inſtantiam, & propter ſuas infirmitates facta fuit miſericordia, ſuffectuſque D. Bartholomæus profeſſus Vicarius domus Padulæ, Priorque abſolutus juſſus reverti domum Caprearum ſuæ profeſſioois, ſanitatis recuperandæ cauſa, ibique Vicariatum exercere pro libitu Ordinis. Item Priori domus Romæ aſſumpto ad Prioratum Mediolani propter ſuas infirmitates, & Romani Cœli, vel aeris intemperiem, naturæ valde contrariam, facta fuit miſericordia, ſuffectuſque D. . . . . Profeſſus Carthuſiæ, jam Prioratu Domus Sancti Spiritus Urbis Lugduuenſis abſolutus, conſtitutuſque Procurator Generalis Ordinis ad omnia negocia Romæ expedienda; anno 1603. Priori Domus Parmæ ad aliam inſtituto, ibique præfectus Petrus Maria Profeſſus, & Vicarius ejuſdem Domus; anno 1616. Priori Domus Bonæ fidei, eique ſubrogatus Claudius Janot Profeſſus Domus Sanctæ Crucis; anno 1617. Rectori Domus de Paular, & Conventualibus ejuſdem Domus ex ſpeciali gratia conceſſa electio Prioris ad formam Statuti; anno 1631. Prioratui Domus de Covis vacanti fuit præfectus Franciſcus Caravaca ejuſdem Domus Profeſſus, abſolutus proinde e Prioratu Domus de Caralla; anno 1636. Priori Domus Capri ad ſuam magnam inſtantiam facta fuit miſericordia, ſuffectuſque D. Joſeph Caudinor Profeſſus ejuſdem Domus, Priorque abſolutus juſſus reverti Domum Sanctorum Stephani, & Bruoonis ſuæ profeſſionis, ibique procurationem exercere; anno 1638. Priori Domus de Paular alibi inſtituto fuit facta miſericordia, eique ſuffectus D. Joſeph a Sancta Maria abſolutus a Prioratu Domus de Covis; anno 1641. eidem Priori Domus de Paular alibi inſtituto, & ſoffectus D. Franciſcus de Loaiſa abſolutus a Prioratu Domus Granatæ; anno 1642. Rectori Domus Triſulti ad ſuam magnam inſtantiam propter ſenium, & frequentes infirmitates facta miſericordia, ſuffectuſque Dominus Hugo Recchius Prioratu Domus Padu-

Læ ab-

Digitized by Google

læ abſolutus; Item Priori domus Padulæ ad aliam inſtitutio facta miſericordia, ſuffectuſque dominus Bruno, Icheſius Prioratu Capri abſolutus; Item Priori domus Capri ad aliam inſtituto facta miſericordia ſuffectuſque D. Vincentius Cagianus ejuſdem domus Profeſſus, & Vicarius domus Romæ; anno 1644. domui Conceptionis ſuit Præfectus Joannes Franciſcus Delmas abſolutus a Prioratu domus Aulæ Dei, & fuit facta miſericordia Priori domus de Covis, eique ſuffectus Blaſius Dominguez a Prioratu domus de Aniago abſolutus; anno 1649. Priori domus Sanctorum Stephani, & Brunonis facta fuit miſericordia; anno 1655. Priori domus Clarimontis ad ſuam magnam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque dominus Vincentius Cagianus Profeſſus domus Capri; anno 1656. fuit facta miſericordia Priori domus Durboni ad aliam inſtituto, necnon Priori domus Montelli, ſuffectuſque in prima Stephanus de Sauvage, in ſecunda Anſelmus Graviſio a Prioratu domus Vedanæ abſolutus; eodem anno 1658. Priori domus Triſulti ad aliam inſtituto facta miſericordia ſuffectuſque D. Joſeph de Martino Profeſſus & Procurator domus Neapolis; Item Priori Clarimontis ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque dominus Benedictus Braccus Prioratu domus Triſulti abſolutus, Priorque abſolutus juſſu eligere ſibi domum ad formam Statuti; anno 1670. Priori domus Padulæ ad aliam inſtituto facta miſericordia, inſtitutuſque D. Franciſcus Maria Rocca Profeſſus, & Procurator ejuſdem domus in Hoſpitio Neapolis ad ſuam magnam inſtantiam facta miſericordia, inſtitutuſque D. Nicolaus Marianus domo Padulæ abſolutus, Priorque abſolutus juſſus procurationem exercere in Grangia Urſolinis; anno 1674. Priori domus de Paulari alibi collocando facta miſericordia, eique ſuffectus D. Auguſtinus de Salazar abſolutus a Prioratu domus de Aniago, in qua ſuffectus fuit D. Joannes de Meſſa; anno 1675. Priori domus Padulæ ad ſuam magnam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque D. Ambroſius Brancalaſſus Prioratu Capri abſolutus, Priorque abſolutus juſſus procurationem exercere in Grangia Cadoſlæ; anno 1678. fuit facta miſericordia Prioribus domus Majoricarum, & domus Sanci Petri, unicuique ſuffectus Dionyſius Terdaquez, & alteri Joannes Baptiſta Vaulnez antea abſolutus a Prioratu domus Bellilarici; anno 1679. Priori domus Padulæ ad ſuam inſtantiam facta miſericordia ſuffectuſque D. Dominicus de Vivo ibidem Vicarius, Priorque abſolutus juſſu ſibi domum eligere ad formam Statuti; anno 1680. D. Hugoni Crudo Priori domus Clarimontis a Patre Generali ſuper annum inſtituto facta non fuit miſericordia; eodem anno Priori domus Pariſienſis ad aliam inſtituto, eique ſuffectus Carolus Franciſcus Maurin Profeſſus, Vicarius ejuſdem domus, & Priori domus Aurelianenſis fortiter inſtanti, cui ſuffectus Leo Heinſelin a Prioratu domus Pariſienſis abſolutus; anno 1682. Priori domus Padulæ ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque dominus Nicolaus Maria Martianus Prioratu Neapolis abſolutus, Priorque abſolutus juſſus procurationem exercere in Grangiis; Item Priori domus Neapolis ad aliam inſtituto facta miſericordia, ſuffectuſque dominus Joannes Scalſus Profeſſus, & Procurator ejuſdem domus; Itidemque Priori domus de Paulari ad ſuum inſtantiam facta miſericordia, & in ejus locum ſuffectus dominus Joannes de Meſſa abſolutus a Prioratu domus de Aniago, in qua pariter ſubrogatus fuit dominus Andreas de Lunar Prior domus de Xeritio, iſtique taliter abſoluto ſuffectus etiam D. Auguſtinus de Salazar, abſolutus ut ſupra a Prioratu domus de Paulari; anno 1683. Priori domus Triſulti ad ſuam magnam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque D. Juſtus de Ambroſiis Profeſſus Padulæ, Priorque abſolutus juſſus exercere procurationem; anno 1681. Prioris domus Neapolis ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, Priorque abſolutus juſſus exercere procurationem in Gangia de Summa inſtitutuſque in Priorem D. Juſtinus Monte Profeſſus, & Procurator ejuſdem domus; anno 1687. Priori domus Audomari ad aliam inſtituto, ibique Præfectus Nicolaus Leſcaillet a Prioratu domus Valencenarum abſolutus; eodem anno Priori domus Triſulti ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque D. Dominicus Capellus ejuſdem domus, & Vicarius Romæ, Priorque abſolutus, juſſus reverti domum Padulæ ſuæ Profeſſionis anno 1689. domui Clarimontis Priore orbatæ datus Prior D. Gabriel Baſſua Profeſſus, & Procurator ejuſdem domus; Item domino Joanni Baptiſtæ Berger Priori domus Romæ, & Procuratori Generali Ordinis, apud Patrem Generalem occupato, ſubſtitutus in utrunque officium dominus Joannes Maria de Rochefort Profeſſus Carthuſiæ, tunc Coadjutor in eadem domo; anno 1690. fuit facta miſericordia Prioribus domorum Vallis Chriſti, & Majoricarum, abſolutus & ſecundo Joachim Rinimelli Profeſſus, & Procurator ejuſdem domus; anno 1693. Priori domus Montis Sancti Petri ad ſuam inſtantiam facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in ejus locum D. Nicolaus Crippa Procurator domus Papiæ, Priorque abſolutus juſſus ire domum Aſtenſem, ibique exercere officium Procuratoris in obedientia Bricchi; anno 1694. Priori domus Mantuæ ad ſuam inſtantiam facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in ejus locum D. Antonius Caſtiloneus Profeſſus, & Procurator domus Mediolani, Priorque abſolutus juſſus domum Papiæ reverti ſuæ profeſſionis, procurationemque domus exercere; eodem anno Priori domus Capri, propter ſenium, varioſque morbos inhabili, facta miſericordia, ſuffectuſque D. Gregorius Salſanus Profeſſus, & procurator domus Neapolis; Item Priori domus Clarimontis ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque D. Hugo Caputus Profeſſus & Procurator Padulæ, Priorque abſolutus, juſſus ſibi domum ad formam Statuti eligere; anno 1695. Priori domus Triſulti ad ſuam magnam inſtantiam facta miſericordia, ſuſectuſque D. Angelus Cacciamanos Profeſſus, & Procurator ejuſdem domus, Priorque abſolutus redire juſſus domum Sanctorum ſuæ profeſſionis, ibique procurationem exercere; anno 1696. Priori domus Caſularum ad aliam inſtituto facta fuit miſericordia, in ejuſque locum ſuffectus dominus Paulus Sanctus Profeſſus, & Coadjutor domus ejuſdem; Item Rectori domus Vallis Piſii facta fuit miſericordia, ſuffectuſque dominus Ignatius Merlus Profeſſus, ac Procurator ejuſdem domus, Rectorque abſolutus juſſus ire domum Caſularum, Vicariatumque exercere; Item Priori domus Parmæ ad aliam inſtituto facta miſericordia, ſuffectuſque D. Baſilius Riccardus Profeſſus domus Papiæ Procurator domus Taurienſis; item Priori Montis S. Petri ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque D. Bruno Tuſcanus jam Prioratu Caſularum abſolutus, Priorque abſolutus juſſus reverti domum Papiæ ſuæ profeſſionis, procurationemque exercere in obedientia S. Columbani; Item Priori domus Mantuæ facta fuit miſericordia, ſuffectuſque D. Hugo Accurſius jam Prioratu Parmæ abſolutus juſſus ire domum Sancti Petri, procurationemque exercere; anno 1697. Priori domus Clarimontis ad ſuam inſtantiam facta eſt miſericordia, ſuffectuſque D. Baſilius Guidottus Profeſſus, & Procurator domus Padulæ, Priorque abſolutus redire juſſus domum Padulæ ſuæ profeſſionis, ibique procurationem exercere; anno 1699. Rectori domus Sancti Petri facta fuit miſericordia, ſuffectuſque D. Hugo Caroccius Rectoratus domus Taurinenſis abſolutus, Rectorque abſolutus juſſus ire domum Savonæ, ut probat; Item Rectori domum Taurienſis facta fuit miſericordia, ſuffectuſque dominus Claudius Guichenon jam Prioratu Ripaliæ abſolutus. Item Priori domus Montelli facta fuit miſericordia, Prioratuſque facultas Patri Generali commiſſa, ut de his omnibus, & aliis pluribus patet ex chartis in Capitulis generalibus ſingu-

lis annis prædictis ſcriptis. Hæc enim exempla reddere rem indubiam explorati juris eſt ex *l. Prætor. ait* 2. §. *videmus ff. de collat.* cum concordantibus per Gallin. *de verb. ſignif. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 9. Marc. Anton. *variar. reſol. lib.* 2. *reſol.* 56. *num.* 26. & 27. Actolin. *reſo. forenſ.* 65. *num.* 11. Gobbium *conſul. deciſ.* 18. *n.* 69. & 70. Quod præcipue dicendum quoad Ordinem Carthuſienſem, in quo certe ſimilia non eſſent acta, niſi fuiſſent juxta ſpiritum ſuarum Conſtitutionum, & conſuetudinum, cum idem Ordo nunquam a legibus ſuis, & bona inſtitutione, ſanctoque propoſito ceciderit, ut ſcribunt Jacob. Vuſeling. *in epitom. rer. Germanic. cap.* 29. Vuerner. Relevvinkius *in faſcicul. tempor. ætat.* 6, *ad ann.* 1084. Nebrid. a Mondel. *in antiquar. Monaſtic. epiſtol.* 128. §. *Inter hæc*, & alii, ac ſemper fuerit ſuorum Statutorum obſervantiſſimus, ut ait Hurtad. *reſol. moral. de congr. lib.* 1. *in digreſſ. ſingul.* 1. *numer.* 36. *in fin. verſ. verum eſt*; Imo in illo rigor antiquarum conſuetudinum ita perpetuo fuerit ſervatus, ut inde ab omnibus valde venerabilis dijudicatus extiterit, ut annotat S. Anton. *Hiſtor. par.* 2. *tit.* 15. *cap.* 22. §. 5. *ver. certe valde venerab. eſt*, atque ex eo tranſcribunt Caſſanæus *in Catal. glor. Mund. dict. conſid.* 62. *verſ. & eſt venerab. Religio*, Gravina *in oper. inſcrip. Vox Turturis dict. par.* 1. *cap.* 12. Suar. *de relig. tom.* 4. *tract.* 9. *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 9. *in fin.* Hurt. *ubi mox n.* 184. *in fin. verſ. quod vero in hoc Sacro Ordine & n.* 200. & 201.

VII. Quinimo ex hac longiſſima, & perpetua praxi reſultat nedum obſervantia interpretativa, quam induci ex multiplicitate actuum nemini eſt controverſum, dum alias ad eam inducendam ſatis eſſent duo, vel tres actus, ut præcipue pro vindicanda juriſdictione cujuſdam Capituli generalis inquit Megal. *var. reſolut. lib.* 2. *reſol.* 127. *ſub n.* 7. immo ſufficere unicum actum, & aliquando fuiſſe ubſervatum, quamplures voluerunt, quos referunt, & ſequuntur Cravett. *conſil.* 118. *numer.* 2. Lotter. *de re benefic. libr.* 2. *quæſt.* 47. *numer.* 30. Rubeus *de validit. legal. cap.* 43. *num.* 16. Cenſal. *deciſ. Lucenſ.* 15. *num.* 115. Rota coram Cavaler. *deciſ.* 80. *num.* 5. cor. Buratt. *deciſ.* 673. *num.* 9. cor. Cerr. *deciſ.* 824. *num.* 7. cor. Bich. *deciſ.* 244. *num.* 37. *in rec. deciſ.* 248. *num.* 3. *par.*.... & *deciſ.* 6. *num.* 9. *par.* 4. *tom.* 2. & *deciſ.* 396. *num.* 15. *par.* 9. quæ prorſus obſervantia eſt attendenda pro explicatione dictarum Conſtitutionum, ſeu Statutorum Ordinis, cum generale ſit, quod quælibet diſpoſitio declaretur per ſubſecutam obſervantiam, nedum, ſi verba alioquin eſſent dubia, ſed etiam, ſi illa eſſent improprianda, & intellectus videretur in contrarium de jure verior, cum talis dicatur ineſſe ſenſus in verbis, qualem obſervantia, effectuſque ſecutus demonſtrat; ideoque id cenſeatur diſpoſitum, & in lege ſeu Statuto demandatum, quod fuit obſervatum, ut per Textum *in cap. cum dilectus* 8. *de conſuetud.* tradunt Soccin. Sen. *conſ.* 145. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 39. *num.* 29. Bertazzol. *conſ. civil.* 97. *num.* 6. Franc. *deciſ.* 22. *num.* 5. Fontanell. *deciſ.* 457. *num.* 9. & 11. *par.* 2. Rocc. *diſp. jur. ſelectar. cap.* 171. *num.* 8. *lib.* 1. Rot. cor. Buratt. *deciſ.* 444. *num.* 6. coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 966. *num.* 17. coram Royas *deciſ.* 279. *num.* 7. *inter Diverſor. deciſ.* 584. *num.* 3. *pars.* 1. *in recent. deciſ.* 375. *num.* 9. *part.* 9. *deciſ.* 261. *num.* 8. *par.* 14. *deciſ.* 65. *num.* 12. *par.* 15. *deciſ.* 253. *num.* 8. *part.* 16. & *deciſ.* 210. *num.* 7. *par.* 17. Abſque eo quod hoc caſu ſit neceſſe, quod illa fuerit præſcripta, vel in contradictorio judicio obtenta, quia obſervantia interpretativa non dicitur inducere novum jus ſcriptum contra jus ſcriptum, ſed declarat ipſam legem, ſeu Statutum, quod remanet in ſua vi, & uti lex ſic interpretata diſponit propria virtute, non autem alterius Juris, Decian. *conſ.* 124. *num.* 26. & 27. *lib.* 3. Jo. Franciſ. de Ponte *conſ.* 41. *num.* 3. *lib.* 1. Ciral. *controv.* 106. *num.* 89. & *ſeqq.* Manſ. *conſult.* 170. *num.* 73. & *ſeqq.* Palma *alleg.* 497. *numer.* 33. *tom.* 4. Rota *in recen. deciſ.* 316. *num.* 15. *deciſ.* 756. *numer.* 9. *par.* 9. *deciſ.* 169. *numer.* 19. & *ſeqq. pars.* 12. *deciſ.* 520. *numer.* 9. *part.* 13. *deciſion.* 212. *numer.* 7. *part.* 18. *deciſ.* 32. *numer.* 6. *parte* 19.

VIII. Sed etiam ex præfata praxi reſultat præcipuum, & peculiare jus præbens meliorem titulum de Mundo, cum ſit praxis perenni ſex ſeculorum, & ultra decurſu roborata, quæ etiam in qualitate unius Centenariæ ſatis eſt, ut Placitum Apoſtolicum, Conſtitutiones derogatorias, vel aliud quodlibet neceſſarium, & opportunum jus, ſive titulum adeſſe dicendum ſit, Frideric. de Senis *conſ.* 234. *num.* 4. Marta *de Juriſdict. par.* 2. *cap.* 43. *num.* 65. Lother. *de re beneficiar. part.* 2. *quæſt.* 7. *numer.* 53. & *ſeqq.* Rota coram Buratt. *deciſ.* 875. *num.* 1. & 7. & *deciſ.* 938. *num.* 8. coram Merlin. *deciſ.* 45. *num.* 3. & *ſeqq.* coram Celſ. *deciſ.* 193. *num.* 4. & *in rec. deciſ.* 218. *num.* 51. & *ſeqq. par.* 7. *deciſ.* 70. *num.* 1. *par.* 16. *deciſ.* 574. *num.* 10. & *dec.* 709. *n.* 11. *par.* 18. & *deciſ.* 136. *num.* 4. & *ſeqq. part.* 10. Ita quidem, ut neque quoad hoc fuerit neceſſaria contradictio cum acquieſcentia domorum Carthuſiæ, cum Centenaria non ſe ſiſtat in ſolis terminis præſcriptionis, ſed faciat præſumere privilegium, vel aliud quodcunque jus, quod fortius adeſſe poſſit; cum tamen permanendo in terminis præſcriptionis, certum ſit, Centenariam æquiparari immemorabili, & proinde præſumi adeſſe, quicquid fuerit neceſſarium pro validitate actus, ita quidem ut hæc dicatur præſumptio Juris, & de Jure, quæ non admittit probationem in contrarium, juxta plene cumulata per Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.* 2. *q.* 17. *per tot.* Fontanell. *deciſ.* 217. *num.* 20. & *ſeqq. tom.* 1. Solorzan. *de Jur. Indiarum tom.* 1. *lib.* 3. *capit.* 3. *numer.* 73. 76. & *ſeqq.* Rota coram Dunozett. Jun. *deciſ.* 494. *numer.* 5. & *in recen. deciſ.* 253. *num.* 4. & 6. *part.* 13. & *deciſ.* 70. *numer.* 1. *par.* 16.

IX. Nec inficiari quis poterit, ſi forte objiciatur, quod, vel adeſſe poſſint particulares domus, reſpectu quarum id non fuerit in praxim deductum, vel quidem adduci valeant aliqui actus, ex quibus elici poſſit, quod Capitulum generale poſt factam miſericordiam Prioribus, ſucceſſorum electionem demandaverit Monachis domorum particularium, quia obſervantia generalis Ordinis debet comprehendere etiam domos illas, in quibus id non fuit practicatum, cum in re hac non ſit neceſſe, quod obſervantia adſit quoad talem determinatam numero domum, ſed ſatis ſit illam adeſſe, qua demonſtretur Capitulum generale uſum fuiſſe hac Juriſdictione in domos Ordinis, earumque Priores, ut in omnes univerſaliter illam exercere valeat, cum in his Cauſa univerſalis duntaxat ſit attendenda, quæ omnes actus pariformiter determinat, ut proximis terminis late probat Anton. a Spiritu Sancto *conſult. moral.* 64. *numer.* 21. & *ſeqq. ac per tot.* & in ſimilibus Rota cor. Royas *deciſ.* 297. *num.* 10. & *in recen. deciſ.* 316. *n.* 12. & *ſeq. par.* 9. *dec.* 260. *num.* 4. *par.* 15. & *dec.* 251. *num.* 33. & 34. *par.* 19. & actus, quibus idem Capitulum poſt factam miſericordiam aliquibus Prioribus, novorum electionem demandaverit Monachis domorum particularium, ſi quis adſunt, non deſtruunt, ſed magis confirmant Juriſdictionem Capitulorum generalium, quia ſicut in ceteris omnibus, ita in electione, non conſiderandus quis ſit ille, qui rem expediat, ſed cujus auctoritate expediat, a quo proinde dicitur fieri actus, non autem ab eo, qui illum exequitur, cum eligentes non ex propriæ facultatis, ſed ex mandati viribus recipiant auctoritatem, ut eſt Text. *in cap. cum in aliquibus* 4. *de reſcript. lib.* 6. & tradunt Roman. *conſil.* 366. *numer.* 1. Cravett. *conſil.* 122. *numer.* 3. & alii per Valenzuol. *conſil.* 155. *num.* 14. *tom.* 2. Regulare enim eſt, quod qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, *cap. qui per alium* 72. *de regul. Jur. lib.* 6.

X. Etiamſi forte in præfatis caſibus fuiſſet dictum, quod Monachi domorum particularium elige-

eligerent, *prout de Jure*; Cum ex hoc minime inferri valeat, quod eadem facultas eligendi non fuerit a Capitulo generali demandata, & quin illius auctoritate electio fuerit expleta, & quidem ex jure ſibi ex hujuſmodi conſuetudine, vel ex Privilegiis infra recenſendis competente, ad quæ illa verba *de jure* potius eſſe referenda, communiter tradunt Doctores, quos lato calamo referunt, & ſequuntur Bartaz. *de clauſ. Inſtrum. clauſ.* 4. *gloſſ.* 35. Gratian. *diſcept. forenſ.* 99. *ſub num.* 8. & ibi late Carol. Anton. de Luca *in animadverſ. num.* 2. Pignatel. *conſult. Canon.* 22. *num.* 3. *tom.* 4. Præſertim attenta regula, quod ea tantum mandari poſſunt, quæ quis habet jure ſuo, non alieno beneficio, de qua *l. more* 5. *ff. de Juriſdict.* ut ſic cenſendum ſit, quod Capitulum generale voluerit mandare non niſi jus eligendi jure proprio ſibi, non autem juris communis beneficio Monachis competens, juxta notata per Bellon. *de mandat. juriſdiction. cap.* 8. *quæſt.* 1. *num.* 30. Vel ſaltem quod quatenus dicta verba eſſent referenda ad jus commune, non aliter eſſent intelligenda, quam quod in mandatis fuerit limitata poteſtas, & auctoritas ipſis tributa, atque præſcripta forma in ea exercenda, ut nempe iidem Monachi domorum particularium, nomine, & auctoritate Capituli generalis illis vicibus eligerent, ſervata tamen in electionibus forma a jure communi tradita, attenta natura illius dictionis *Prout*, quæ ſemper ſtat limitative, itaut non ad ſubſtantiam, ſed ad qualitates duntaxat ſoleat referri, Bartol. *in extrav. ad reprimendum in verb. Prout ad fin. verſic. Item ex eo quod*, Surdus *conſ.* 335. *num.* 36. Barboſ. *dict.* 294. *numer.* 3. Rota *in recent. deciſ.* 158. *num.* 11. *part.* 5. Proptereaque verum ſemper ſit dicere, adeſſe in re hac firmam, & pervetuſtam obſervantiam, quæ proinde ſit ſervanda tanquam lex, ut in iſtis terminis, ſimiles nempe obſervantiæ vigentes in ſuo Ordine Carmelitano, dicit Lezana *conſult.* 13. *num.* 74. *verſ. eſt enim*.

XI. Accedit ad ejuſdem obſervantiæ majorem confirmationem, quæ ipſis exemplis relatis antiquior eſt probatio, grave, & fidiſſimum teſtimonium Guberti de Romanis quinti Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum ab anno 1254. ad ann. 1263. Viri doctrina, & religione perſpicui, ut tradunt Trithemius, Sixtus Senenſis, Bellarminus, Poſſevinus, Mireus, Labbeus, Cavæ, nec non Michael Pius, Leandr. Albertus Azovius, Malvenda, Altamura, & alii, qui Scriptorum, ſive Eccleſiaſticorum univerſe, ſive Ordinis Prædicatorum notitias præcipue recenſuere, quibus addendus Theophilus Raynaudus *in Mantiſſ. Indicul. Sanctor. Lugdunen. oper. tom.* 8. *ſive Hagiolog. Lugdunen. fol.* 105. Hic enim Humbertus *in oper. de erudition. religioſor. Prædicator. impreſſ. in Biblioth. SS. Patr. noviſſim. tom.* 25. *fol.* 456. *& ſeq.* cum *in lib.* 2. de modo prompte evadendi ſermones circa omne hominum, & negotiorum genus diſſerat *tract.* 1. *ſermon.* 24. inſtituendo Concionatores de iis, quibus admonere debent Carthuſienſes, eorum Ordinis initia, & conſuetudines percurrendo, inter cetera ſic inquit: *Septimum eſt in ſancta ſimplicitate, non ſiquidem habent aliquam regulam, ſeu conſtitutiones, ſeu conſuetudines &c. Priores Ordinis ad Capitulum in prima domo certo tempore ordinare ſolent in ſancta ſimplicitate, quod bonum videbatur aliquibus, propter quod moderni aſtutiores, & viribus innitentes, turbaverunt pacem antiquam, quaſdam novitates volentes inducere; quas alii recipere noluerunt. Circa hoc ergo monendi ſunt, quod de antiquitatibus videant, quia non quicquid eſt vetus, melius eſt; unde non quicquid eſt novum debent reſpuere. Alii vero monendi ſunt, quod antiquitatibus, quas S. Patres induxerunt, deferre debent, ita quod eas non immutare conentur ſine evidenti neceſſitate, vel utilitate; ita quod apud eos locum habeat, & columbina ſimplicitas, nec concurrat aſtutia ſerpentina, de quorum utroque Dominus monuit Diſcipulos.* Unde cum hæc ſcripta fuerint intra dictos annos 1254. & 1263. in quibus ipſe Humbertus munus Magiſtri Generalis ſui Ordinis geſſerat, ut diximus, & teſtimonium reddat de more tunc vigente ordinandi Priores in Capitulo generali quotannis celebrari ſolito, & quodammodo præſupponendo morem illum a Patribus primitivis inſtitutum fuiſſe; non eſt, cur alicui dubitationi ſit locus, quod de antiqua & appobata Ordinis conſuetudine ſit in Capitulo generali poteſtas, nedum illos abſolvendi, ſed & ordinandi; præſertim cum iſte Humbertus in controverſia exorta anno 1255. inter nonnullos Priores domorum Ordinis Carthuſienſis, ſuper modo, & forma celebrandi Capitulum generale, fuerit unus ex Judicibus Compromiſſariis, qui eandem amicabiliter compoſuerunt, ut patet ex Alexandri IV. *Conſtit.* 38. *inter privileg. Ordin.* qua concordiam præfatam approbaverat, & authoritate Apoſtolica confirmaverat, ejuſdem integro tenore inſerto, ubi pluries ſit mentio ejuſdem Humberti, quive propterea reſpiciens ad eandem controverſiam, inſtruxit ſuos concinatores, Carthuſienſes monendos eſſe circa dictas novitates, indeque nequeat dubitari, quod de moribus, & juribus ejus Ordinis fuerit apprime informatus.

XII. Præterea animadvertendum, praxim hanc Ordinis Carthuſienſis deſtituendi nempe, & inſtituendi Prioris in Capitulo generali, eſſe antiquis Monachorum Inſtitutis, & ordinationibus, immo ipſius vitæ Cœnobiticæ primordiis conformem, ut ſatis elicere eſt ex Regula Sancti Pachomii primi Monachorum in communi viventium Patris, quæve illi ab Angelo dictata perhibetur in ejus vitæ actis, in cujus *cap.* 27. nedum annuarum harum Congregationum ſit mentio, ſed ulterius in Epiſtola, quam ſcripſerat ad univerſa Monaſteria præcipue in inſcriptione, demandatur, *ut congregentur omnes Monaſteriorum Principes, & domorum Præpoſiti in Monaſterium, quod vocatur Barim die menſis, qui apud ipſos Ægyptios vocatur Menſore, ut rite omnium peccatorum, atque operum remiſſio compleatur*, ut legere eſt in *Codic. regul. edit.* per Holſtenium *fol.* 67. *&* 112. *Edit. Roman.* & meminit Gennadius *de vir. Illuſt. c.* 7. cujus Congregationis rationem, & quæ in illa tractantur, fuſius exponens S. Hieron. *in præfat. ad eadem reg.* 6. inquit. *Menſe, cujus vocabulum eſt Menſore, ideſt Auguſto, inſtar Jubilæi remiſſionis dies exercentur, & peccata omnibus dimittuntur, reconcilaturque ſibi, qui aliquam habent ſimultatem, & diſponuntur Monaſteriorum Capita, Diſpenſatores, Miniſtri prout neceſſitas poſtulaverit*, ut legere eſt in *eod. Codic. regul. fol.* 61. & apud Bivarium *de veter. Monach. lib.* 3. *c.* 6. §. 2. *ſub n.* 16. *verſ. omnium Monaſteriorum Princeps fol. mihi* 269. ut propterea, cum hæc Capitulorum generalium, quæ apud Regulares omnes congregantur, ſpeciem habere videantur, quinimo inde illorum antiquitatem repetere licere, jure aſſerant Bivarius *ubi mox.* §. 3. *ſub n.* 47. *fol.* 492. & Martene *de antiquit. Monach. ritib. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 2. ita multo magis aſſerendum videtur, quod ex eiſdem, mos Capitulum generale ſingulis annis congregandi, in eoque Priores abſolvendi, ſeu removendi novoſque ordinandi, ſeu ſubrogandi in Ordinem Carthuſienſem dimanaverit, apud quem omnia videntur, quæ priſcam Eccleſiæ primitivæ ſeveritatem redolent, ut inquit Anneus Robertus *lib.* 2. *rer. judicatar. cap.* 2. *fol. mihi* 330. *in princ.* & præcipue eam vivendi formam conſervet, quæ monaſticæ antiquitatis imaginem præſefert, teſtibus Cellor. *de Hierarch. lib.* 5. *cap.* 5. *in fin. fol.* 262. & Caſſaing. *de Privileg. Regul. tract.* 1. *cap.* 2. *verſic. Monachi in Cœnobiis in fin. fol. mihi* 37. Adeo ut Petrus Venerabilis *in Epiſt.* 28. *lib.* 1. Carthuſienſium propoſitum cunctis latinorum Eccleſiæ Monachorum inſtitutis præferendum ſe intellexiſſe ſcripſerit, ut in verbis relatis per Bouſquet *in not. ad Epiſt.* 105. Innoc. III. *lib.* 2. *regeſt.* 14. & Thomaſſin. *in veter. & nov. Eccleſ. diſciplin. de Benefic. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 5. indeque dixerit, Carthuſienſi ſignatæ, & famoſæ Religioni adhæſiſſe animam ſuam ſuper

omnes religioſæ profeſſionis Congregationes, in alia Epiſtola apud Mabilon. *tom.* 3. *veter. Analector. fol.* 482.

XIII. Attenta præſertim expoſitione, quam Regulæ Pachomianæ Sanctus Hieronymus dederat paulo ſuperius relata, dum alias eſt certum, quod quemadmodum idem Sanctus Hieronymus præcipuus Monachorum tunc in Palæſtina viventium Doctor, nullas Monachis ſcripſerat inſtitutiones, ſed omnia fere ejus ſcripta has inſpirate viſæ ſunt; ita Sanctus Bruno primus Ordinis Carthuſienſis Parens ſuam ducturus ſodalitatem a dictandis regulis abſtinuerat, cum Sancti Hieronymi ſcripta & San. Benedicti Regula quicquid ad ſui Ordinis inſtitutionem neceſſarium videretur, ſatis ſuperque elucidatum cunctis redderent, indeque propterea ſuas conſuetudines, & obſervantias regulares Monachi Carthuſienſes deduxerunt, ut aperte teſtatur Guigo in Prologo conſuetudinum a ſe editarum, cujus ſupra meminimus, & late exornant Bivarius *dict. oper. de veter. Monachat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. §. 4. *n.* 1. & Petrus Creſcentius *in Præſid. Roman. lib.* 1. *part.* 2. *narrat.* 2. *n.* 31. *verſ. vivono ſotto la divotione fol.* 486. *col.* 2.

XIV. Addúo proinde, quod id pariter in Regula Sancti Benedicti eſt quodammodo cautum; nam licet in illius *cap.* 64. *de ordinando Abbate*, ex quo deſumptus fuerat per Gratianum Textus *in Can. in ordinatione* 14. *diſtinct.* 16. id aperte non legatur ſancitum de Capitulo generali complectente membra Monaſteriorum ſubjectorum, cum de eo tempore Monachi Benedictini non regerentur ab uno duntaxat Capite generali, nec eorum Monaſteria in unum veluti corpus glutino perpetuo eſſent coagmentata, ſed unumquodque Monaſterium a ſuo particulari Superiore, ſeu Abbate gubernaretur, ut colligere eſt ex *cap. ne Religioſi* 24. *de regularibus & ex cap. in ſingulis* 7. *de Statut. Monachor. ubi* Abbas Panormitanus *ſub num.* 4. & alii plerique id advertunt; Attamen cum poſtmodum fuerint in Congregationes redacti, pluraque Monaſteria in unum corpus conſociata, & ſingulares Abbatiæ ſub unius Abbatis Generalis imperio comprehenſæ, ſic primævam, & puriorem regulæ diſciplinam ex imitatione fundatoris reſtaurando, dum Sanctus Benedictus geſſerat Præfecturam generalem Monaſteriorum omnium, quæ ipſe extruxerat, ut oſtendit Thomaſſin. *in veter. & nov. Eccleſ. diſciplin. de benefic. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *numer.* 10. poſtquam demonſtraverat, id fuiſſe perfamiliare omnibus Monaſticorum Ordinum Parentibus *anteced. cap.* 23. *num.* 9. *& trib. ſeqq.* & ante ipſum annotaverat Suarez *de Religion. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *ſub numer.* 3. *&* 4. Congregatio Caſſinenſis, cujus ſemper incolumis, illibatuſque fuit inter ceteras Ordinis Congregationes Primatus, unde illius Abbas, ſeu Præſidens generalis, Abbas Abbatum dictus, ot Chronico Caſſinenſi *lib.* 4. *c.* 59. & fatetur ipſemet Thomaſſin. *dict. cap.* 25. *ſub num.* 6. & in cujus majori Monaſterio Montis Caſſini Sanct. Pater ſuam Regulam dictaverat, & in quo lex Monaſtici Ordinis Caput tenet, & principatum, ut inquit Zacharias Papa *in conſtit.* 4. *num.* 7. *tom.* 1. *Bullar. Caſſinenſ. Margarini*, & fuſe probavit clar. mem. Angel. de Nuce quondam Abbas ejuſdem Monaſterii, & poſtmodum Archiepiſcopus Roſſanenſis *examin. Hiſtor. impreſſ. poſt. Not. ad d. Chronic. Caſſinenſ. libr.* 3. *c.* 29. *n.* 1373. *& ſeqq.* peculiari declaratione ad præſens in ipſa Regula inſerta, ſtatutum eſſe voluit, quod Abbates eligerentur per Capitulum generale, referendo ſe ad Privilegia Congregationi indulta, quorum antiquiora ſunt Eugeni IV. *conſtit.* 53. *n.* 4. *&* 6. *& conſtit.* 54. *num.* 2. *&* 7. *& conſtit.* 57. *num.* 3. Alexandri VI. *conſt.* 110. *num.* 6. & Leonis X. *conſtitut.* 129. *numer.* 5. *&* 9. *dict. tom.* 1. *Bullar. Caſſinenſis Margarini*, in quibus expreſſis, verbis dicitur, eiſdem indulgeri poteſtatem convocandi quotannis Capitulum generale juxta antiquam, & laudabilem Congregationis conſuetudinem; nec non, quod Capitulum ita congregatum, Abbates quoſcunque abſolvere, & removere valeat, ac Monaſteriis vacationibus alios Abbates præficere, & ordinare, quos idoneos dijudicaverit, & quidem juxta præſcriptum ab Ordinationibus, & Statutis ejuſdem Ordinis, ut propterea non abſonum ſit dicere ſimilem Ordinis Carthuſienſis conſuetudinem, tam ex antiquis Monachorum inſtitutis, & ex S. Hieronymi ſcriptis, quam ex Regula S. Benedicti fuiſſe deſumptam; indeque, *quod de Benedictinis Abbatibus dicitur, idem dicendum ſit de Prioribus Carthuſiæ*, ut ſunt verba Lamas *in Summ. par.* 1. *cap.* 5. quæ repetit Petrus Creſcentius *in dict. Præſid. Roman. par.* 1. *lib.* 1. *narrat.* 2. *numer.* 30. *fol.* 21. præcipue, cum in ipſa Religione Benedictina Priores prius dicerentur ii, qui poſtmodum Abbatiali dignitate fuerant donati, ut fuſe annotat Caramuel. *Theolog. regul. tom.* 1. *lib.* 11. *diſp.* 124. *ſub numer.* 1573.

XV. Hinc ad labefactandam hujuſmodi conſuetudinem, minime obeſſe poterit: quod in eiſdem ſtatutis Ordinis *d. par.* 2. *de electione Prioris*, cuicunque domui Priore orbatæ, videatur tributum jus novos eligendi Priores, ex quo Carthuſienſi Ordine electionem Priorum localium ſpectare ad domos particulares tradiderunt Sigiſmund. a Bononia *de election. & poteſtat. Prælator. regular. par.* 3. *cap.* 4. *dub.* 114. *num.* 4. *in fine* Barboſ. *in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect.* 502. *num.* 3. *& jur. Eccleſiaſtic. univerſ. lib.* 1. *capit.* 41. *ſub num.* 185. Illuminat. Moron. *reſponſ. moral.* 72. *ſub numer.* 4. Nam, ultra quod inibi diſpoſita, ſunt dicenda procedere duntaxat in caſibus, in quibus fieret electio, præfiniendo formam eo caſu ſervandam; non autem, quod ex illis fuerit juſſum, electionem ſemper eſſe faciendam in domibus particularibus, & quin Capitulum generale, tanquam ſuperiori poteſtate pollens, ſua auctoritate utens, prætermiſſa electione poſſit providere domui de Priore, juxta ea, quæ in ſimilibus prorſus terminis egregie differit Pagnan. *in cap. nullus* 1. *ſub numer.* 52. §. *quemadmodum de election.* innitens declarationi Sacræ Congregationis Concilii, quæ ad dubitationem ſibi propoſitam *An vigore c.* 6. *ſeſſ.* 25. *de regularib.* oportet ſemper facere electiones, vel poſſit aliquando Prælatus ſuperior authoritate ſui officii, prætermiſſa electione providere alicui Monaſterio, vel Provinciæ de Præfecto, vel alio Superiore; reſpondit, Concilium non jubere, ut ſemper fiat electio, ſed quando facienda erit, ſervanda forma præſcripta *d. cap.* 6.

XVI. Animadvertendum, quod io dicto Statuto unice ſit ſermo de caſu ſimplici ordinariæ vacationis in eadem domo, vel per obitum Priorum vel voluntariæ dimiſſionis, aut abſolutionis factæ a Viſitatoribus evenientis, illis verbis *cum Priorem cujuſcunque domus Ordinis noſtri obire, vel dimittere Prioratum ad formam Statutorum noſtrorum, vel etiam per Viſitatores in actu viſitationis abſolvi contigerit*; Unde inibi diſpoſita quoad electionem, non potuerunt procedere in caſu vacationis in Capitulo generali contingentis ob miſericordiam alicui Priori factam, maxime, ſi id evenerit ex eo, quod talis Prior fuiſſet dijudicatus rebellis, & in obſervantiis regularibus negligens, aut earum tranſgreſſor, quia cum tunc nequeat dubitari, quin remotio, ſeu depoſito a gradu, fuerit facta ab eodem Capitulo generali, utique ad illud ſpectare debebit novi Prioris inſtitutio, & ordinatio, quia Superior deſtituendo manus appoſuit: nec propterea decet, quod inſtitutio, & ordinatio ad inferiorem revertatur, juxta Regulam ab interpretibus communiter deſumptam ex *Cap. ut noſtrum* 36. *de appellat. & ex l. Minor autem Magiſtratus* 19. *ff. de Minor.* & præcipue per Cravet. *conſ.* 96. *num.* 10. *in fin. & conſ.* 198. *n.* 3. *&* 4. Riminald. Jun. *conſ.* 144. *n.* 29. Surd. *conſ.* 558. *n.* 1. *& ſeq.* Beroum *conſ.* 35. *num.* 8. *lib.* 1. Valenz. *conſ.* 94. *num.* 9. *lib.* 1. Rot. *in recent. deciſ.* 394. *n.* 6. *par.* 19. Et eodem modo, quo Paulus II. declaravit, ad ſolam Sedem Apoſtolicam pertinere Collationem Beneficiorum omnium,

in qui-

Digitized by Google

in quibus Summi Pontifices maoum appoſuerunt, & ceſſare omnes facultatés Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Collatorum, ex quo per talem manus appoſitionem, effectus cenſetur in eſſe productus *ut in extravag. ad Romani* 14. *de præb. inter commun.*

XVII. Et comprobari poteſt ex antiquâ Eccleſiæ diſciplina, juxta quam Oecumenicæ Synodus in degradatorum a ſe Epiſcopum Sedes, ſolebant per ſuum Præſidem conſecrare alios, imo & in Cathedras apud ſe morientium; nam Nicæna Synodus in Sancti Philogonii Patriarchæ Antiocheni apud ſe defuncti locum promovit Sanctum Euſtatium, juxta ea, quæ totidem fere verbis annotat P. Chriſt. Lupus *part.* 5. Schol. *ad Synod. General. & Provincial. in differ. de Romana Epiſcop. conſecrat.* §. *Schiſmaticus Ancyræ Metrop. verſ. etiam. fol.* 777. Quibus fundamentis innitens Eccleſia Romana, ut ibidem cenſet idem Lupus, conſtituit regulam de vacatione Beneficiorum in Curia, quod nempe ſoli Pontifici eſſet reſervata collatio, & proviſio perſonarûm, dignitatum, aliorumque Eccleſiaſticorum Beneficiorum, quæ in Romana Curia vacaſſent, ſublata eo caſu quacunque Ordinariorum Collatorum facultate, ut approbando, & innovando antiquam conſuetudinem declaravit Clemens III. ſive IV. *in cap. licet de præbend. lib.* 6. & ampliando Benedictus XIII. ſtatuit procedere, etiam quoad quælibet Eccleſiarum, & Monaſteriorum regimina, & alia Beneficia Eccleſiaſtica, quorum in Curia fuiſſet facta renunciatio, ſeu reſignatio, ſive depoſitio, vel privatio, aut muneris conſecrationis ſuſpenſio, *ut in Extravag. ad regim.* 13. *de Præb. inter commun.* innovata a ſingulis Pontificibus ſucceſſoribus *in regul.* 1. *Cancell.* quod Doctores unanimi conſenſu explicarunt, intelligendum eſſe, etiamſi privatus, ſive depoſitus fuerit abſens, & ſolum per Procuratorem ſe defenderit, vel verus contumax extiterit, ut aliis late comulatis fuſe tradunt Garz. *de Beneſic. par.* 1. *cap.* 1. *numer.* 75. & 79. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſ.* 15. §. 2. *num.* 8. *& ſeqq.* Monet. *de option. cap.* 3. *num.* 36. Barboſ. *de offic. & poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 24. Lother. *de re beneſic. lib.* 2. *quæſt.* 27. *n.* 30. & 90. Murg. *de beneſ. quæſt.* 3. *n.* 265. Hæc enim, licet dicantur de Papa, videntur habere locum in quocunque alio Superiore habente in ſuo genere ſimilem poteſtatem, ut quia habeat poteſtatem privandi, ſeu deponendi, prout eſt in Capitulo generali Ordinis Carthuſienſis, per ea, quæ notabiliter animadvertit Decius *in d. cap. ut noſtrum* 56. *ſub n.* 3. *verſ. & quod hic dicitur in Papa de appellat.* junctis traditis per Gonz. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 52. *n.* 27. & 28.

XVIII. Sic in pari caſu Peyrinus *de privil. Regular. tom.* 3. *in additament. ad Conſtit.* Clementis VIII. *ſive capit.* 9. *ſub numer.* 10. differens ad quem ſpectet electio in ſuo Ordine, quando quis renunciavit electioni de ſe factæ in manibus Prælati, ſeu Generalis, dum alias non aderat Statutum ſpeciale huic cauſui providens, ſed ſolum loquens de electione ordinaria in caſu mortis, vel depoſitionis, aut defectus in electione, prout fere eſt Statutum Ordinis Carthuſienſis, de quo loquimur, & allata *in verſ. docet autem* regula ſuperius expenſa de appoſitione maous Superioris, necnon ſubdita *in ver. ſed tamen in praxi* conſuetudine ex nonnullis exemptis elicita, quibus apparebat, quod eo caſu Generalis cum ſuis Collegis, in cujus manibus fuit facta renunciatio, ſuceeſſores deputaverat, poſtquam *in verſic. quare puto* dixerat, eandem conſuetudinem eſſe ſervandam, quibuſcunque juribus in contrarium non obſtantibus, quia tam Jus Commune, quam ſtatuarium poteſt conſuetudine abrogari, præſertim ſi Jus, quod alicui fuit ab illo tributum, non ſit prohibens, ſed concedens; tandem, ut quæſtionem propoſitam, tam pro ſuo Ordine reſolvat, quam ut regulam generalem præfiniat, ita in fine concludit: *Quare concludendum videtur univerſaliter, quod electio facienda per renunciationem, debet fieri ab eo Prælato, in cujus manibus fuit facta renunciatio, niſi aliter in caſu particulari Statuta ſpecialiter decernant;* Ergo multo magis id erit dicendum de Capitulo generali, cujus major eſt ratio, & cui originatio, & nativo quodammodo jure videtur competere hujuſmodi juriſdictio eligendi, & ordinandi Priores, qui pari modo in eodem Capitulo muneri ceſſarint, & Prioratum, vel renunciaverint, ſeu dimiſerint, ſed etiam, quos per miſericordiam, in ipſis ſactam ubi id moris eſt, prout in Ordine Carthuſienſi, idem Capitulum manus appoſuerit, eoſdem a Prioratu abſolutos, & remotos eſſe decedendo, cum Capitulorum generalium juriſdictio ſit, nedum Præpoſitorum domorum, & Monaſteriorum major, ut tradit Megal. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 127. *numer.* 4. ſed etiam ſupra omnes alios Superiores, ut notat Murga *ad conſtit. Benedictin. Hiſpan. ad Conſtitut.* 6. *ſive* 2. Alexandri IV. *num.* 524. cum habeat ſupra omnes domos, Monaſteria, ac Provincias auctoritatem, Paſſerin. *de electiou. Canonic. cap.* 3. *num.* 91. *in fin.* immo etiam habeat auctoritatem in ipſum Generalem, quem corrigere & punire poteſt, indeque eſt ſemper illi Superior, Sigiſmond. a Bonon. *de election. & poteſt. Prælat. part.* 1. *capit.* 1. *dub.* 10. *num.* 9. Lezan. *in Summ. quæſt. regular. tom.* 2. *cap.* 13. *n.* 12. *& ad Mar. Magn. Servitar. circa* §. 8. *num.* 23. Portell. *in dub. regul. verb. Generalis ſub num.* 4. *verſ. quod vero Capit. gener.* Samuel. *de election. tract.* 3. *contr.* 4. *concl.* 6. Pelliz. *in manual. regular. tract.* 9. *capit.* 8. *ſect.* 2. *num.* 62. Gibalin. *ſcient. Canonic. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 7. *ſub. num.* 6. §. *Supremus Superior. verſic. Et paſſim*, Fragoſ. *de regim. Reipub. Chriſt. part.* 2. *lib.* 11. *diſp.* 24. §. 7. *ſub num.* 10. *verſic. neque eſt dubium*, Anton. a Spiritu Sancto *director. regular. part.* 3. *tract.* 4. *diſp.* 1. *ſect.* 3. *n.* 47. *& diſp.* 8. *ſect.* 2. *n.* 37. Capon. *diſcept. forenſ.* 151. *cap.* 2. *numer.* 48. *tom.* 3. atque ejus poteſtas dicitur ſuprema, & ſupereminens, ita ut nedum ei competant ea, quæ competunt Generali Ordinis, ſed etiam multo majora, ita ut plura poſſit efficere, quæ per ſe non poteſt ipſe Generalis, ut addunt Pelliz. *ibidem num.* 6. Aoton. a Spiritu Sancto *diſp.* 8. *ſect.* 1. *n.* 10. præcipue cum repræſentando univerſum Ordinem complectatur omnes particulares juriſdictiones quibuſcuoque perſoois, aut Cœnobiis, extra Capituli tempus competentes, ut inquit Bordon. *var. reſolut. tom.* 2. *capit.* 78. *numer.* 42. cum quo conſonant Garzias *in Politic. regular. tom.* 1. *tract.* 6. *difficult.* 2. *dub.* 2. *numer.* 3. Baſſeus *in florib. Theolog. verb. Capitulum in ſupplem. num.* 11. *verſ. Capitulis Regularium*, Lezan. *in Summ. quæſt. regul. tom.* 2. *capit.* 12. *ſub num.* 6. Verticell. *de Apoſt. Miſſion. tit.* 4. *quæſt.* 97. *n.* 15.

XIX. Potiſſimum enim hæc omnia fortius procedere videantur in Capitulo generali Ordinis Carthuſienſis, & ad explicationem Statuti, de quo quæritur, dum facultas in eo tributa Monachis domorum particularium eligendi Priores in caſu vacationis ordinariæ in Cœnobio, ſeu domo evenientis, maxime ob abſolutionem factam Prioribus a Viſitatoribus fuerit uſque ab anno 1647. a Capitulo generali limitata, & reſtricta, facta declaratione, quod in non eſſet amplius in poteſtate Viſitatorum, niſi intercedente licentia Prioris Majoris Carthuſiæ, qui, ut talis, eſt etiam Miniſter generalis Ordinis, ut cuique notum, & tradunt Barb. *in Summ. Apoſtolica deciſ. collect.* 302. *ſub num.* 10. *verſ. Et iſte & jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 4. *ſub num.* 185. *v. tota Religio, & Sammarthani fratres, in Gallia Chriſtian. tom.* 4. *tit. Carthuſia Gener. in principi. fol.* 968. *col.* 1. *lit.* B. *in fin.* quemadmodum legere eſt in eadem ordinatione inſerta poſt *num.* 1. *d. cap.* 2. ibi – *Viſitatores, vel Commiſſarii de cetero non præſumant admittere reſignationem Priorum, vel facere eis miſericordiam ſine licentia Reverendi Patris*; & rurſus exprimitur in ipſis Statutis *ead. p.* 2. *cap.* 23. *de viſitationibus*, ubi *n.* 44. ita dicitur: *Neminem tamen Viſitatores abſolvant ab*

officio Prioratus, etiam ad inſtantiam & importunitatem Monachorum, ſine ſpeciali commiſſione, & licentia Capituli generalis, vel Reverendi Patris, niſi talem caſum invenirent, quod manifeſte immineret magnum damnum domus, vel ſcandalum Ordinis, ſi abſolutio hujuſmodi differretur uſque ad Capitulum generale; monemus tamen Viſitatores, ne facile ſcandalum, aut periculum magnum judicent imminere; quam ordinationem voluiſſe facere Capitulum generale, non videtur ambigendum, tam attentis Privilegiis particularibus quoad hoc eidem a Summi Pontificibus indultis, ut a Clemente III. & Cœleſtino III. quorum in principio meminimus, quæ in re hac referuntur a Roderic. *quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 41. art. 2. in fin.* nec non ab Alexandro III. Innocentio IV. infra referendis, quam ex eo, quod ita videatur quodammodo a jure communi *in capit. ſuper eo 9. de regularibus* per ea, quæ ibi tradit Abbas Panormitan. *numer. 6. & a Sacro Concilio Tridentino ſeſſion. 25. cap. 1. de regular.* munitum, quemadmodum cenſet Garzias *in Politic. regular. tom. 1. tract. 7. numer. 4.* quod nempe Capitulum generale ea omnia valeat præcipere, quæ neceſſaria cenſuerit, ut conſervata diſciplina perſeveret, cum tunc dicatur fieri ſecundum Regulam, ad quam id indirecte pertinet, & in qua dicitur implicite comprehenſum, quibus proinde ſubditi obedire tenentur, utpote in voto obedientiæ incluſum, ut diſſerunt poſt alios, quos referunt Lezana *in dict. Summ. quæſt. regul. tom. 1. cap. 28. num. 11.* Garzias *in loc. allegat. & antea tract. 5. diffic. 1. dub. 1. num. 2.* Paſqualig. *quæſt. moral. Canonic.* 141. *num. 5. centur. 2.* Pelliz. *dict. manual. regular. tract. 9. cap. 8. ſect. 2. cap. 63. & ſeqq.* Angel. Auda a Lantuſca *in Theatr. regular. verb. Capitulum, num. 1.* A Spiritu Sancto *dict. direct. regul. par. 3. tract. 4. diſp. 8. ſect. 2. num. 54.* imo poſſit uti hac poteſtate legiſlativa, etiam faciendo ordinationes, quibus reſtringantur privilegia, & facultates, ſive perſonis ſive Monaſteriis ſibi ſubditis competentes, qua ablatione poſita, ſubditi, nec valide poſſunt illis uti, ut ultra ea, quæ *in loc. alleg.* late proſequuntur præ ceteris *d.* Pelliz. *n. 75.* & a Spiritu Sancto *nu. 56. & 57.* bene probant Roderic. *quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 17. art. 5.* Sanch. *oper. moral. lib. 6. cap. 2. n. 19.* Tamburin. *de Jur. Abbat. tom. 1. diſp. 16. quæſt. 9. num. 1. & 2.* Peyrin. *de privileg. regul. tom. 3. ad Conſt. 2. Julii §. 3. numer. 9.* Diana *reſol. moral. par. 3. tract. 2. reſol. 87.* Verricell. *de Apoſt. miſſion. tit. 4. quæſt. 97. num. 15.* Megal. *dict. reſol. 127. num. 4. & ſeqq. ac per tot. part. 2.* Fr. Joannes a Sanctiſs. Sacrament. *in diſquiſit. regular. de officio, & poteſt. Prioris Clauſt. par. 4. princ. in. illat. 2. num. 212. & ſeqq.* & in terminis electionis Donat. *in prax. rer. regular. tom. 2. tract. 4. de electorib. quæſt. 32. num. 7. ad fin.* ubi præcipue quod Capitulum generale poteſt in electionibus ſuis ſubditis præcipere, ne utantur ea facultate, quam habent etiam a jure communi; nam licet careat facultate ſtatuendi contra ea, quæ a Jure præſertim communi fuerint præfinita, tamen poteſt illi renunciare, vel eadem limitare, aut ſibi ſubditos cogere, ne illis utantur.

XX. Ut ſic, cum ſit perquam clariſſimum, quod Prior Majoris Carthuſiæ ſit ſubjectus Capitulo generali, & non minus, quam ceteri Priores miſericordiam petere in illo tenetur, ut in principio ex ipſamet inſtitutione Capituli generalis retulimus; utique id, quod de ipſo Priore, ſeu Generali dicitur, fortius erit dicendum de ipſo Capitulo generali, ut generaliter arguunt Doctores antea relati, & præſertim Garz. *dict. tract. 7. diffic. 1. dub. 5. ſub num. 4. in parentheſi ad verba* Abbatis Panorm. ibi *relata & ſub n. 7.* & Bordon. *d. reſ. 78. num. 43.* & procul dubio, cum idem Prior Majoris Carthuſiæ utatur facultate ipſius Capituli generalis: ut pro certo fuit ſuppoſitum in decreto illo edito per ſan. mem. Urb. VIII. contra P. Toſtam in principio relato, quemadmodum patet ex illius Cauſæ actis, & quemadmodum legitur annotatum *in Margin. ad n. 6. d. cap. 2.* ibi *Nota ideſt R. P. Pieri domus Carthuſiæ, cui ſoli committitur authoritas Capituli generalis, prout exprimitur numer. 56. cap. 22. ſecundæ partis, vide etiam num. 32. & 45. præſentis cap. & num. 43. & 44. cap. 22.* maxime, cum non ſine ratione dicatur, id exprimi, & probari in locis ibi allegatis, cum *in d. n. 56. ſive potius 55. d. cap. 22.* id expreſſe legatur traditum, dum dicitur, quod poteſtas ejuſdem Prioris, & auctoritas, *quam quatenus habuit ſuper annum authoritate Capituli generalis, eidem ſemper remaneat, & eadem ſuper annum authoritate Capituli generalis utatur*, & in ceteris Capitulis, tam relatis, quam aliis pluribus ejuſdem Statuti perſæpe, dum de Priore ſupradicto fit mentio, additur etiam alternative Capitulum generale; vel e contra, & præſertim *d. n. 44. cap. 23.* ſuper adducti in illis verbis *ſine ſpeciali commiſſione, & licentia Capituli generalis, vel Reverendi Patris,* cum dictio illa alternativa *vel*, licet quoad diſpoſita unum, & idem in effectum contineat *l. cum illud 25. ff. quand. dies legat. ced. l. ſi illud 27.* ubi Bald. *ff. de legat. 2.* attamen eſt proprie, & ſui natura disjunctiva ſeparans perſonas, tempora, & caſus, ut per *l. Pediculis 33. §. Argento ff. de auro, & argent. legat. & in l. cum quidam 4. in princ. C. de verb. ſignif.* dicit Bart. *in l. ſi quis ita legaverit 32. ff. de aur. & arg. legat.* & per *cap. inter ceteras 4. de reſcrip.* ibi tenet Fagnan. *n. 11.* & ſic, quod Statutum intellexerit illo caſu licentiam, ſeu commiſſionem eſſe petendam vel a Capitulo generali, quando eſt congregatum, quod ſupremam, & abſolutam habet quoad hoc poteſtatem, vel a Priore Majoris Carthuſiæ, quando illud non eſt apertum, uti ejuſdem Capituli poteſtate, & juriſdictione fruente, & clarius patet ex *Conſt.* 17. Julii II. *Bullar. nov. tom. 2. fol. 478.* qua declaravit omnes, & ſingulas perſonas, cujuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis, vel præeminentiæ perpetuo debere eſſe ſub obedientia Prioris Majoris Carthuſiæ, & Capituli generalis eos copulando, & conjugendo per dictionem *Et*, quæ denotat æqualitatem terminorum in caſibus copulatis, ut per Text. *in l. unic. §. his ita C. de caduc. tollen.* tradunt Jaſon. *in l. Titia Textores 36. §. nihil differt n. 4. ff. de legat. 1. & in l. rogaſti 11. §. ſi Servus num. 1. ff. ſi cert. petat.* Natt. *conſ. 582. num. 19.* Menoch. *de Lucenſ. 55. num. 11.* quod qualitas exiſtens in uno cenſeatur exiſtere in alio ex copulatis, Rota cor. Coccin. *deciſ. 2122. n. 9.* quæ æqualitas, & æqualitatis ejuſdem exiſtentia certe adeſſe non poſſent inter Capitulum generale, & Priorem Majoris Carthuſiæ, cum illius poteſtas ſit inferior illa Capituli generalis, quæ eſt ſemper major, ut ſupra probavimus; & ſic non aliter verificari valeant, quam dicendo, quod fuerit conſideratum, quod poteſtas Capituli generalis fuerit eidem Priori communis facta; unde ſi per Capitulum generale potuit totum id juriſdictioni Prioris Majoris domus committi, multo magis erit dicendum idem valere per ſe eandem exercere, ex regula, quod nemo dat, quod non habet, nec plus juris poteſt in alium transferre, quam id, quo ipſe potitur, de qua *in leg. Nemo plus 55. ff. de regul. jur.* ad rem expenſam per Pelliz. *d. cap. 8. ſect. 2. ſub num. 61.*

XXI. Cum tamen ſepoſita etiam præfata ordinatione, & ſuppoſito, quod firma remanſerit facultas Viſitatorum eo modo, quod antea videbatur ipſis tributa *in dict. cap. 2.* de quo loquimur; adhuc tamen ea non obſtante eſſet dicendum Capitulo generali non fuiſſe vetitum, uti ſua poteſtate in abſolvendis Prioribus domorum particularium, qui in eo miſericordiam petiiſſent, vel quos Capitulum generale, ut tranſgreſſores obſervandos dijudicaſſet, novoſque Priores in eorum locorum inſtituendos, ſeu ordinandos, ponderando, quod tota ratio tributæ primitus juriſdictionis dictis Viſitatoribus, abſolvendi Priores prædictos, & eo caſu permiſſi juris eligendi earundem domorum Monachis

fuit

Digitized by Google

fuit, ne ob diſtantiam quamplurium illarum a Majori Carthuſia magnum damoum domus, vel ſcandalum Ordinis oriretur ob diutinam vacationem, ſi pro nova electione Prioris ſuiſſet expectandum arbitrium Prioris Majoris Carthuſiæ, vel ſuiſſet differenda uſque ad tempus, quo Capimlum generale eſſet congregatum, ut ſatis elicitur ex verbis ſupra relatis *dict. numer.* 44. *capit.* 23. junctis traditis *numer. 6. & 7. dict. capit.* 2. quatenus fuit dictum, quod ſi forte Monachi alicujus domus nolunt eligere novum Priorem, ſed malunt ſibi de illo per Capimlum generale, aut per Priorem Majoris Carthuſiæ provideri, facta per Vicarium interrogatione Conventui, an velit pro novo Priore habendo procedere per viam electionis, an potius ſuper hoc per Reverendum Patrem, aut Capitulum ſibi provideri, & juxta ſenſum majoris partis domorum Conventus fuerit reſponſum, *ſe velle eligere; debebit tunc Vicarius ibidem proponere, & coram omnibus tractare, an illa domus diſtet a Carthuſia ultra tres dietas; nam ſi non diſtat, debebunt, antequam procedant ad electionem, ſignificare domui Priori Carthuſia ſe eſſe orbatos Paſtore, & petere ab ea, ut ſibi providere dignetur; domus autem Carthuſia, ideſt R. Prior ejuſdem domus pro ſua prudentia, & paterna cura providebit orbata domui, prout ſibi magis expedire videbitur*; leges enim ex ſuis partibus ſuut interpretandæ §. *ex hoc* 13. *diſt. ad legem Aquil.* cum concordan. apud Tabor. *in Theſaur. locor. commun. libr. 9. capit.* 105. *axiom.* 2. & Statutum unum ab alio declarationem recipere debet, cum ita ſe habeat Statutum ad Statutum, ſicuti lex ad legem, Altograd. *conſil.* 30. *num.* 11. *& conſil.* 33. *num.* 20. *lib.* 2. Palma *alleg.* 249. *numer.* 22. *tom.* 3. Rota *in recent. deciſ.* 499. *n.* 24. *&* 25. *par.* 18. Et quidem, ut ſit ſupplendum, vel ſaltem interpretative extendendum id quod fuit in una parte expreſſum ad alteram partem, in qua fuit omiſſum, ſi alias deficientibus verbis ad utramque parteio poſſit trahi legis effectus per ſimilitudinem rationis, ad Textus *in leg. oratio* 16. *ff. de ſponſalib.* cum traditis per Baldum *in leg. ſi furioſi* 25. *per illum* Textum *Cod. de nupt.* & Angel. *in leg. ſciendum* 3. *ff. ad leg. Pompejam de Parricid.* cum aliis per Gallio. *de verbor. ſignificat. lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 39. *&* 40. Unde cum ratio prædicta temporis protrahendi in damnum domus, vel ſcandalum Ordinis ceſſet, dum Capitulum eſt apertum, & congregatum; cum illico ſubroget novum Priorem in locum abſoluti, manifeſtum eſt, quod Statutum permittens abſolutionem Priorum Viſitatoribus, & uticuique domui tribuens electionem Succeſſorum, nunquam voluerit comprehendere caſum vacationis, & electionis factæ in Capitulo generali, arguendo a natura contrariorum, quorum cum contraria ſit ratio, contrarius itidem debet eſſe effectus; quod enim operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum in oppoſito, juxta plene cumulata per Tabor. *in Theſaur. locor. commun. lib.* 3. *cap.* 87. *axiom.* 10. *& lib.* 13. *capit.* 29. *axiom.* 3. & Rotam *in recent. dec.* 234. *n.* 21. *par.* 18. ubi, quod arguendo in ratione contrariorum, dicitur uterque caſus determinatus.

XXII. Inſuper animadvertendum, quod quævis facultas, quæ poſſet dici tributa viſitatoribus, quoad abſolvendos Priores etiam ante præfatam ordinationem, & quodcunque jus, quoad aſſerere poſſent Monachi domorum particularium, ſibi competere quoad eorundem electionem ea omnia unice profluerent a Capitulo generali, & ab illo in ipſos eſſent transfuſa, & derivata, cum certum ſit, quod quemadmodum in aliis Religionibus, in quibus ultra Generalem, adſunt Prælati medii, & nationes, omnis juriſdictio, quam ipſi exercent, eſt per influxum Capituli generalis dum etiam juriſdictio ipſiuſmet Generalis ab eodem Capitulo mediante procedat, ipſo tamen Capitulo ab Eccleſia, & Summo Pontifice immediate illam habente, ut tradunt Suarez *de religion. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *ſub num.* 3. *& ſeqq.* Lezana *dict. Summ. queſt. regular. tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. Pellizarius *dict. manual. regular. tract.* 9. *cap.* 8. *ſect.* 2. *num.* 60. *in fin.* Angel. Auda a Lantuſca *in Theatr. Regular. verb. Generalis, num.* 2. *ver. quam authoritate*; ita multo magis in Ordine Carthuſienſi, in quo ſicut in aliis nonnullis Ordinis Monaſtici, non adſunt iſti Prælati medii, nec præter Generalem, ſive Priorem Majoris Carthuſiæ habentur unius Nationis, vel Provinciæ Prælati communes, ſed ſolùm habentur Viſitatores qui non ſunt Prælati Ordinarii, ſed veluti ſpecialem quandam Commiſſionem a Capitulo generali habentes, ſuiſque locis, & temporibus exercentes, ut legere eſt in Statutis *dict. part.* 2. *capit.* 23. *præſertim numer.* 1. *&* 2. & tangit Suarez *in loc. max. allegat. num.* 5. quæcunque eorundem Viſitatorum facultas a Capitulo generali dependens erit dicenda, ut animadvertit Fragoſ. *de Regimin. Reipublic. Chriſtian. part.* 2. *lib.* 11. *diſp.* 22. §. 7. *num.* 4. *ad fin. verſ. Viſitatores etiam*; unde, cum ſolum Capitulum generale habebat ſupremam Juriſdictionem, ut antea tradidimus, & ipſi ſoli ſit reſervata poteſtas meri, & mixti imperii, ut annotat idem Suarez *ibid. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 4. *ad fin. & num.* 5. & quidem ut talis poteſtas apud ipſum reſideat per modum unius, ut ex comuni inquit a Spiritu Sancto *ſup. allegat. part.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 3. *ſect.* 2. *num.* 65. & propterea magis dicendum ſit, quod gerat perſonam Principis, quam Generalis, qui talem perſonam repreſentare videtur, cum recognoſcat in Superiorem idem Capitulum generale, & ab illo ſuam poteſtatem habeat, ut præter tradita per eundem a Spiritu Sancto *ibid. par.* 4. *tract.* 4. *diſp.* 1. *ſect.* 2. *num.* 7. *&* 8. animadvertit Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 6. *ad med. verſic. nec habet locum*; idem Capitulum generale tribuendo Viſitatoribus poteſtatem abſolvendi, & Monachis domorum particularium facultatem eligendi Priores, nunquam poterit dici, quod illam voluerit abdicative in illos transferre, ſed duntaxat cumulative concedere, & ſic cum illis valere, concurrere, eoſque prævenire eodem plane modo, quo de juriſdictione data a Principe, ſeu aliis habentibus parem poteſtatem *ex cap. dudum* 14. §. *nos igitur de Prebend. lib.* 6. tradunt communiter Doctores, quos referunt, & ſequuntur Petr. Barboſ. *ad l.* 1. *art.* 4. *n.* 109. *& ſeqq. ff. de judic.* Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. rubr.* 2. §. 1. *gloſ. ultim. n.* 30. Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 55. Miſinger. *obſerv.* 99. *per tot. centur.* 6. Antunez *de donat. reg. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 14. *& part.* 3. *cap.* 34. *num.* 3. Rot. coram Burat. *deciſ.* 912. *num.* 4. *&* 5. coram Merlin. *dec.* 152. *num.* 3. *in rec. deciſ.* 457. *num.* 14. *& ſeq. par.* 5. *& in Juvenaſen. Juriſd.* 26. *Januar.* 1682. *in princip. &* 18. *Maii* 1683. §. *Domini ſteterunt*, cor. Emerix.

XXIII. Vel ſaltem, cum ſit certum, quod Capitulum generale habeat juriſdictionem ordinariam, & quidem univerſalem in totam Religionem, ut poſt Sotum, Victoriam, & Mirandam tradit Megal. *var. reſolut. ſupra allegat. part.* 2. *reſolut.* 127. *ſub numer.* 5. & Viſitatores atque Monachi, ſi quam habent facultatem, illam debeant, uti delegatam, & particularem, nullo modo per talem delegationem cenſendum erit, fuiſſe ademptam juriſdictionem Capitulo generali, qui eam habet ordinariam, ſed ſemper erit dicenda data cumulative non vero privative, itaut pari modo ſit locus præventioni, ut poſt ceteros late probant Felin. *in c. Paſtor.* 11. *n.* 2. *v. & regul. de offic. ordinar.* Decius *conſ.* 542. *n.* 6. Fab. de Anna *conſ.* 107. *n.* 7. *in fin.* Vinc. de Franch. *deciſ.* 147. *num.* 5. Gramm. *dec.* 30. *num.* 5. Cabed. *deciſ.* 13. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. Capic. Galeot. *contr.* 57. *n.* 1. *& ſeqq. & num.* 5. *lib.* 2. & quidem, ut juriſdictio iſta ordinaria uti naturalis, & ideo favorabilis debeat prævalere in concurſu cum delegata, eamque ad ſe trahere, uti accidentalem, proindeque odioſam, & debiliorem, ut diſſerunt Salgad. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.* 2. *cap.* 33. *n.* 62. *&* 63. Marta *dec. Piſanen. vot.* 171. *n.* 2. *&* 3.

XXIV. Nec Monachi ad tuendam hanc creditam ſibi facultatem eligendi Priores domorum particularium, etiam ob vacationem ſecutam ob abſolutionem eiſdem factam in Capitulo generali, juvari potuerunt diſpoſitione juris *in cap. 1. de election. in cap. Monachi 2. §. Priores de ſtatu Monachor. in Canon. Congregatio 43. cauſ. 16. quæſt. 7. in Canon. Abbates 3. in Canon. Abbatem 4. in Canon. quam ſit neceſſarium 5. §. defuncto, & in Canon. Abbas 8. cauſ. 18. quæſt. 2.* quæ ſolent allegari ad firmandum, quod Prælati Regulares a ſuorum Monaſteriorum Congregationibus, ſeu Capitulis ſunt eligendi; etenim in nullo ex dictis juribus, ſi bene advertantur, id directe fuit cautum, maxime pro decernenda hujuſmodi facultate Capitulis localibus privative quoad Capitula Majora ejuſdem Ordinis: ſed ſolum id fuit ibi dictum per modum rationis, & congruitatis, & quidem diverſis reſpectibus, quæ aut nequeunt amplius habere locum aut caſus alienos determinant; Cum ea omnia, vel fuerint decreta quoad electionem illorum Prælatorum Conventualium, qui habent Parochianos, & populum, atque auctoritatem perpetuæ prælationis, nec proinde intelligi poſſunt diſpoſita de Prioribus temporalibus, quive habent ſolos Monachos, ut poſt Gloſſ. *in cap. Monachi 2. §. Priores verb. niſi mutentur de ſtat. Monachor.* tradunt Archidiacon. *in ſumm. Cauſ. 16. quæſt. 2. numer. 5.* & Fagnan. *in dict. cap. Nullus 1. num. 47. & 48. de electìon.* vel tradita pro regulanda Epiſcoporum auctoritate quoad hoc in Monachos, quibus tunc erant ſubjecti, nec dum ab illa exempti, & ſub protectione Sedis Apoſtolicæ recepti (prout ſunt hodie fere omnes Ordines Regulares, ut bene animadvertit Navar. *conſ. 2. de Regularib. numer. 63. verſic. addo ſecundo*) quemadmodum colligere eſt ex Archidiacon. Bellamer. Turrecremat. Dartis, & aliis *in dict. Cauſ. 18. quæſt. 2.* vel ad repellendos, & excludendos laicos ab electionibus Monaſticis in Eccleſiis Conventualibus, etiamſi alias illas fundaſſent, & dotaſſent, quo prætextu etiam ipſi Abbates, & Capitula cum iis compoſitionem faciebant, ut eſt caſus in *cap. Sacroſancta 51. de electìon.* quod propterea fuit ibi declaratum irritum & inane, tanquam res pernicioſa, & Eccleſiaſticæ libertati repugnans, cum jus mere ſpirituale, prout eſt illud eligendi Prælatos Conventuales, non poſſit cadere in laicos, etiam titulo patronatus, quamvis alias ageretur de patronatibus Regiis, ut articulo mature diſcuſſo de ordine Summi Pontificis Clementis VIII. & unanimi decem Auditorum tunc præſentium ſuffragio fuit reſolutum per Rot. coram Penia *deciſ. 436. num. 3. & ſeqq. ac per tot.* ad quam ſe refert Fraſſus *de Patronat. Reg. Coron. Indiar. tom. 1. cap. 4. num. 34.* vel demum reſpiciendo ipſos Monachos tam eligendos, quam eligentes, quod nedum non eſſent alterius Religionis, vel habitus, ex quo eo tempore id non erat indefinite, ac univerſaliter prohibitum, prout poſtmodum fuit vetitum per Clementem V. in Concilio Viennenſi relato *in Clement. 1. de electìon.* immo in multis Monaſteriis contraria conſuetudo introducta, ideoque tanquam noxia Eccleſiis ſublata, cum non poſſint cohærere, & bene conjungi ii, quibus ſtudia, & vota diverſa ſunt, quemadmodum poſt ceteros annotat Suar. *de Religion. tom. 4. lib. 2. cap. 3. num. 11.* Sed nec etiam eſſent diverſæ Congregationis, cum illo religioſæ vetuſtatis, ævo, Monaſteria unius Ordinis unum Superiorem non haberent; ſed quodlibet ſuum Prælatum agnoſceret, ut ſuperius tetigimus, quæ proinde nequeunt amplius habere locum, poſtquam Monaſteria non ſunt ita diviſa, ſed unum corpus faciunt, & ab uno Superiore, ſive Provinciali, ſive Generali gubernantur; ideoque nil aliud deſideratur ad præſens, quam quod eligendus ſit ejuſdem Religionis, ſeu Ordinis, atque ejuſdem profeſſionis, & habitus, quamvis non ſit ex eadem Provincia, vel domo, ſeu Conventu, nec ſit profeſſus in eodem Monaſterio, de cujus Superiore eligendo agitur, cum ex hoc iſti Ordines dicantur habere talem unitatem inter ſe, ut diſtinctio locorum, vel Provinciarum prorſus accidentalis reputetur, ut animadvertunt Suarez *de Religion. dict. tom. 4. tract. 8. lib. 2. c. 6. num. 3.* Gonzal. *in comment. ad cap. cum dilectus 8. ſub numer. 16. verſic. poſtquam de conſuetud.* Piringh. *in nov. method. jur. canon. lib. 1. tit. 6. ſect. 8. §. 3. ſub n. 372. §. notandum ſecundo.* Concludentes propterea, quod hodie in ſimilibus electionibus nullum aliud jus eſt ſervandum, quam id, quod in ſingulorum Ordinum Statutis, & Conſtitutionibus fuit præfinitum, atque uſu, & conſuetudine in illis receptum.

XXV. Quare, cum in Ordine Carthuſienſi adſint Statuta, & Conſtitutiones ex antiqua, & perpetua obſervantia interpretata, quod Capitulum generale faciendo miſericordiam Prioribus domorum particularium, poſſit ſucceſſores, novoſque Priores inſtituere, ſeu ordinare, iſteque fuerit, & ſit uſus, & conſuetudo ipſius Ordinis, eadem prorſus eſt ſervanda, nedum, quia conſuetudo valet in hoc juri derogare, ut in iſtis terminis tradunt Lezzana *in relat. ſuper validit. cujuſd. Capituli impreſſ. poſt tom. 4. quæſt. regular. & repetit. inter conſult. variar. conſult. 13. numer. 74. & 86. & ad Mare Magn. & regul. Carmelit. circa §. 7. in explicat. cap. 1. Regul. ſub num. 74.* & Peyrin. *de privilegium regular. tom. 3. in dict. additament. ad Conſtitut.* Clementis VIII. *ſive cap. 9. ſub numer. 10. verſic. quare puto*: Sed etiam ex eo, quod ſimilis conſuetudo, & uſus, quibus electio Prælati localis, prætermiſſo Capitulo proprii Conventus, fit per Capitulum generale, vel per Superiores majores, non ſunt dicenda juri communi contraria, ſed potius conformia, ut videtur colligi *ex dict. c. Sacroſancta 51.* & ex ibi traditis per Doctores, & præcipue per Abbat. *num. 9.* & Layman. *num. 3. de electìon.* quemadmodum poſt Geminian. *in Can. decretis 1. ſub num. 4. verſ. ſecundo caſu diſtinct. 61.* & Selvam *de Benefic. part. 2. quæſt. 22. ſub numer. 18. verſ. & dicit Dominicus, & verſ. ſed quid iſtud in fin.* luculenter docet Fagnan. *in dict. cap. Nullus 1. num. 52. de electìon.* Atque præſertim, cum in eodem Ordine Carthuſienſi uſque ab initio, nedum omnes domus fuerint ſub unius capitis imperio univerſam Religionem gubernantis, ut obſervat Abbas *in cap. ne Religioſi 24. ſub numer. 1. verſ. nota tertio de Regularib.* & Suarez *de Religion. tom. 4. lib. 2. cap. 2. num. 3. ad fin. verſ. Religiones vero*, ſed etiam Capitulum generale congregari cœperit, & quidem de per ſe Ordinem moderando abſque Epiſcoporum interventu, & nulla ab ipſis in eo exercita juriſdictione, ut patet ex notatis per eundem Abb. *in capit. in ſingulis 7. ſub num. 7. verſ. ſed dict. quod de mente de ſtatu Monachor.* immo potius iidem Epiſcopi præfatum Capitulum in magna veneratione habuerint, ſicut elicitur ex Charta fundationis Carthuſiæ Luvignatenſis factæ anno 1177. a Gualterio Epiſcopo Lingonenſi, *qua eam exemptam ab omni juriſdictione ordinaria tradidit generali Capitulo dictæ Religionis in perpetuum corrigendam*, ut legere eſt *Tom. 4. Spicileg.* Dacherian. *fol. 264.* indeque refert Martene *de antiq. Monachor. ritib. lib. 3. cap. 27. num. 5.* Et ulterius Priores domorum ejuſdem Ordinis nunquam potuerint dici perpetui, ſed quodammodo obedientiarii Capitulo generali, in quo quotanis miſericordiam petunt, quodque illam pro libitu eiſdem facere poteſt, eoſque ad nutum removere, ut vidimus, & quidem, etiam mediante perſona Prioris Majoris Carthuſiæ, Miniſtri Generalis Ordinis ſupra annum ejuſdem Capituli generalis authoritatem exercentis, ut fuit definitum a San. Mem. Urbano VIII. in ſuperius relato Decreto contra P. Ægidium Teſtam, qui id acriter contendebat edito; Proindeque, quoad hunc ordinem ceſſent, ſemperque ceſſaverint ea, quæ Jus commune ſtatutis, quoad alios Monachos habentes Praelaturas perpetuas, vel Epiſcopum juriſdictioni, aut particularium Prælatorum regimini ſubjectos.

XXVI.

Digitized by Google

XXVI. Ceterum omnem contentionem dirimunt, remque hanc penitus claram faciunt antiquiſſima Privilegia Sedis Apoſtolicæ, quibus, & aſſerta conſuetudo remanet patefacta, & Ordinis Statuta illuſtrata, & cujuſcunque prætenſi juris contrarii reſiſtentia ſublata, nec non juriſdictio Capituli generalis Ordinis Carthuſienſis, quoad hoc ex Summorum Pontificum beneficiata, confirmata, & approbata, immo noviter tributa, & indulta, ut per Alex. III. *inter Privil. Ordinis ſupra relat. Conſtit.* 2. dum ejuſdem majoris domus Priorem Miniſtrum Generalem Ordinis, & Monachos alloquens inter cetera, inquit: *Ea, quæ generale Capitulum Ordinis veſtri provida circumſpectione diſpoſuerit, & ordinaverit de inſtituendis Prioribus, & ea etiam, quæ in Ordine ſalubriter ſtatuit, vel ſtatuerit, & juſtitiam, quam ſuper illos fecerit, quos Ordinis rebelles eſſe conſtiterit, auctoritate Apoſtolica confirmantes, rata, & firma decernimus impoſterum remanere, ſtatuentes, ne cui liceat appellatione, vel alio modo inſtitutioni Capituli veſtri contraire.* Item per Innocent. III. qui ſimilibus penitus verbis eadem indulſit ibidem *Conſtit.* 19. & per Innoc. IV. *Conſtit.* 63. qui conſtituta per ſuos Prædeceſſores præfatos confirmans, iterum rata, & firma perpetuo decrevit remanere dicens: *Ad exemplar felic. recordationis Alexandri, & Innocentii Prædeceſſorum noſtrorum, ea, quæ generale Capitulum Ordinis veſtri de inſtituendis, & deſtituendis Prioribus, ac illis, qui Ordinis ſunt rebelles, & aliis, quæ in Ordine ſalubriter, ac circumſpectione provida ſtatuerunt, hactenus, vel de cetero duxerint ſtatuenda auctoritate Apoſtolica confirmantes rata, & firma decernimus impoſterum permanere.* Hujuſmodi enim Privilegia cum ſint perpetua æquantur legi, & habentur ac ſi in corpore juris eſſent inſerta, ut in iſtis terminis dicit Sigiſmund. a Bononia *de elect. & poteſt. Prælat. part.* 3. *cap.* 4. *dub.* 120. *n.* 13. & generaliter tradunt Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 23. Henriq. *in Summ. Theologia moral. de indulgent. lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 3. Layman *Theol. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *ſub n.* 5. *verſ. dixi autem*, Raggius *de regim. regular. cent.* 2. *tract.* 8. *dub.* 160. *concluſ.* 2. *verſ. dices*, Murga *diſquiſit. Canonic. diſquiſit.* 4. *dub.* 2. *num.* 2. *tom.* 2. Illuminat. Moron. *reſponſ. moral.* 99. *num.* 119. Vidal. *in Arca ſalutari ſive inquiſit. moral. tit. de Vicar. Capitular. inſpec.* 1. *num.* 38.

XXVII. Privilegia vero præfata fuiſſe perpetuis futuris temporibus, & non pro uno, aut ſingulari Capitulo indulta, etiam loquendo de Prioribus Privilegiis Alexandri III. & Innocentii III. non videtur contendendum; tum quia ſunt Privilegia conceſſa Ordini Carthuſienſi, ejuſque Capitulo generali, quæ cum ex ſui natura ſint perpetua, eodem modo perpetua ſunt dicenda Privilegia eiſdem tributa, ut *ex Canon. quæ ſemel ſunt cauſ.* 19. *quæſt.* 3. tradunt Suarez *de leg. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 3. Salas *de legib. diſp.* 17. *ſect.* 2. *num.* 8. Guinipar. a Drepano *in diſput. Comment. pro juris Pontific. defenſion. &c. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. Donat. *in prax. rer. regular. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 2. *num.* 12. Fratr. Anton. a Spiritu Sancto *Director. regul. part.* 1. *tractat.* 1. *diſp.* 1. *ſect.* 1. *num.* 15. & 16. Bonden. *collect. legal.* 37. *num.* 2. *tom.* 2. Urceol. *conſult. forenſ. lib.* 2. *cap.* 73. *num.* 22. & 23. Rota *in recent. deciſ.* 400. *num.* 13. *part.* 9. & *deciſ.* 199. *numer.* 13. *part.* 12. Tum quia non prodierunt occaſione alicujus Capituli generalis, cujus confirmationem ipſa reſpicerent, ſed per modum legis univerſalis edita favore Ordinis Carthuſienſis, generaliter confirmando inſtitutiones, & deſtitutiones, quæ Capitulum generale fecerit ſine adjectione, aut limitatione temporis, & propterea tanquam indefinita, & univerſalia apta comprehendere omne tempus, tam præteritum, quam futurum, ut explicando ſimile indultum ſuper jure eligendi animadvertit dictus a Spiritu Sancto *conſult. moral.* 2. *num.* 10. & generaliter in privilegiis, & gratiis ac Beneficiis Principum, ſunt Textus *in cap. ex parte* 3. *de Decim. & in cap. quia circa* 22. *& ibi Gloſ. de privil.* & adnotant Perez de Lara *de Anniverſ. & Capellan. lib.* 1. *capit.* 16. *num.* 16. Topia *ad leg. final. ff. de Conſtit. Princip. part.* 1. *cap.* 4. *a numer.* 1. *ad* 10. Caſtill. *quotidian. controv. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 14. *& ſeqq.* & univerſe in aliis Roland. a Valle *conſ.* 61. *numer.* 28. & 29. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 4. *num.* 28. Covarr. *var. reſol. tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 8. Molpheſ. *deciſ. Camer. Summar. Neapol. tit. de immunit. funct. fiſcal.* §. 2. *qu.* 6. *n.* 1. Rota coram Dunoz. Jun. *deciſ.* 651. *num.* 47. *& in recent. dec.* 284. *num.* 11. *part.* 18.

XXVIII. Quod clariſſime innuunt verba quibus eadem Privilegia fuerunt recepta ibi — *ea quæ generale Capitulum Ordinis veſtri diſpoſuerit, & ordinaverit de inſtituendis, & deſtituendis Prioribus*, quæ tanquam ſubjunctivi modi, ſeu temporis, ſemper important tempus futurum, Jaſon. *in l.* 1. *ff. quod quiſque jur.* Felin. *in cap. ad hæc* 10. *de reſcript.* Signorol. *conſ.* 151. *in fin.* Rebuff. *ſuper concordat. tit. de appellat.* §. *Præterea verb. & quando ſubjunctivum*, Rota coram Coccino *dec.* 48. *num.* 7. ponderatis præcipue verbis immediate ſequentibus, *& ea etiam, quæ ſalubriter ſtatuit, vel ſtatuerit*, quæ neutiquam dici poſſunt fuiſſe reſtricta ad tempus unius, & ſingularis Capituli generalis, ſed aperte demonſtrat fuiſſe factum diſcrimen inter utraque tempora, præteritum nempe, & futurum diverſimode deſignata per verba pariter ſubjunctiva, attenta etiam natura dictionis *Vel* ibi poſitæ, quæ ſemper ponitur inter diverſa, juxta plene cumulata per Barboſ. *dict.* 415. *num.* 1. & ad declarandam Conſtitutionem Pontificiam per Spad. *conſ.* 49. *ſub numer.* 1. *verſic. & hoc comprobatur tom.* 3. ut propterea ſemper verum ſit dicere, quod dicta Privilegia fuerint perpetua, maxime, dum alias in Privilegiis verba de ſui natura in dubio ſemper intelligantur eſſe perpetua, Felin. *in capit.* 2. *in fin. de treug. & pace*, Oldrad. *conſ.* 300. *num.* 3. *& ſeqq.* Tiraquell. *in leg. Boves* §. *hoc ſermone limit.* 8. *ff. de verb. ſignificat.* Gironda *de explicat. Privileg. capit.* 16. *n.* 704. Verricell. *de Apoſtolic. Miſſion. tit.* 4. *qu.* 96. *n.* 3. Rota *in rec. d. dec.* 199. *num.* 11. *part.* 12.

XXIX. Et proculdubio, cum pro perpetuis fuerint perpetuo habita, & interpretata, nedum a diuturna obſervantia plurium Capitulorum generalium, ſuperius abunde explicata, ſed etiam a Scriptoribus, quibus eadem Privilegia recenſere fuit occaſio; Sic enim Fr. Gregorius Prior domus Montis Sancti Joannis Baptiſtæ prope Friburgum Provinciæ Rheni facta collectione Privilegiorum Ordinis juſſu Franciſci de Puteo miniſtri Generalis trigeſimi quarti, quam edi curavit Baſileæ anno 1510. cujus ſæpe meminimus, addito eiſdem repertorio materiarum in iis contentarum *liter. E.* ita dicit: *Priores Ordinis noſtri inſtituere, & deſtituere concedit Capitulo generali* Alexander III. *fol.* 1. & rurſus eandem Conſtitutionem Alexandrinam ſummando, ſive eidem Rubricam addendo, ita ſcripſit: *Confirmat inſtitutiones factas, & faciendas per Capitulum generale, cum poteſtate inſtituendi, & deſtituendi Priores, & corripiendi perſonas Ordinis, quibus non liceat appellare.* Sicut etiam Renatus Chopinus J. C. Andegavenſis, & in ſupremo Pariſiorum Senatu celebris olim Advocatus edito anno 1601. opere, cui titulus *Monaſticon, ſive de Jure Cœnobitarum*, in quo Monachorum initia, inſtituta, & jura perpolita eruditaque ſcriptione, ac non vulgari doctrina percurrit *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. de Carthuſienſibus loquens, inter cetera annotans ex Rebuffo, quod Regia nominatio, qua in Gallia jure concordatorum utuntur, non procedit in Carthuſienſibus Prioribus, cum per Regem libera ſint relicta Ordini Comitia eorum cuilibet Conventui legendorum, ut hujus rei rationem ſubindicet, ita ſubdit: *Nam eximio, ſingularique jure ſuffultum eſt Carthuſienſe ſodalitium bullatis* Alexandri III. *Codicillis quinto Idus Julias anno* 1176. *in hanc formulam: Confirmamus Inſtitutiones factas, & faciendas Priorum per Capitulum generale cum poteſtate inſtituendi, & deſtituendi Priores, & corripiendi Per-*

Digitized by Google

di Perſonas Ordinis. Horum vero Scriptorum, & Majorum Intellectum, & interpretationem rem hanc ſatis illuſtrare eſt in comperto, & patet ex traditis per Gloſſ. *in l. non puto* 10. *ad fin. ff. de Jur. fiſc.* Anton. de Butrio *in cap.* 1. *n.* 3. *de decim.* Benium *de Privileg. Juriſconſult. part.* 3. *privil.* 9. *ſub n.* 1. Bero *conſ.* 78. *n.* 22. *vol.* 2. Martam *deciſ. Piſan.* 6. *n.* 6. & 7. & in ſimilibus terminis interpretationis nempe aliarum Conſtitutionum, & Diplomatum Summorum Pontificum per Martium Cerchiarium *in differt. de Secularit. Canonic. S. Gregor. Bonon.* §. *Poſtea vero ad fin. verſ. & hac fol.* 54.

XXX. At ſepoſitis duobus iſtis Alexandri III. & Innocentii III. Privilegiis, tertium Innocentii IV. nullam videtur recipere diſputationem, quin dicendum ſit fuiſſe perpetuum, & omne tempus ſive præteritum, ſive futurum comprehendere, tam attento integro ejus tenore nuper relato, quam inſpectis verbis illis *de cetero*, quibus Summus ille Pontifex illud valere voluit, quorum eſt nota ſignificatio, quod importent tempus futurum, *Clem.* 1. *& ibi* Gloſſ. *in verb. de cetero, cap.* 1. *de poſtulat. Prelator.* Menoch. *conſ.* 461. *num.* 10. Aldovin. *conſ.* 72. *num.* 8. Tremacinq. *conſ.* 23. *num.* 3. *lib.* 2. Maſcabrun. *conſ.* 26. *num.* 48. Valenzuol. *conſ.* 85. *num.* 26. *& conſ.* 151. *n.* 23. Rota coram Penia *deciſ.* 9. *num.* 8. Unde, vel dicendum, quod ex hoc Privilegio remanſerint declarata illa Anteceſſorum, ad quorum exemplar dicitur indultum, tam ex eo, quod dicta verba *de cetero* demonſtrant, qualis fuerit mens Anteceſſorum, quoties, prout in præſenti adſunt aliqua verba id denotantia, juxta late deducta per Bonden. *collect. legal.* 37. *n.* 81. *& ſeqq. tom.* 2. quam ex eo, quod una lex aliam declarat, & priores ad poſteriores trahuntur, & poſteriores ad priores, de quo *in leg. non eſt novum* 26. *& l. ſed, & poſteriores* 28. *ff. de legib. in l. unic. in princ. Cod. de inoffic. dotib. in cap. cum expediat* 29. *de elect. lib.* 6. & in aliis concordan. apud Alexandr. *conſ.* 85. *num.* 9. *vol.* 4. & Rota coram Bich. *deciſ.* 98. *num.* 29. coram Priolo *deciſ.* 28. *num.* 17. *& in rec. dec.* 499. *num.* 24. *part.* 18.; vel ſaltem dicendum, quod, dum ejuſdem Innocentii IV. par fuerit poteſtas, eademque voluntas, ut fuerat Alexandro III. & Innocentio III. & major ab ipſo exercita, & explicata, quatenus alias valeret dubitari, quod Anteceſſorum Pontificum Privilegia reſpexerint unicum Capitulum generale, & Conſtitutiones duntaxat in eo factas, vel faciendas ſuper inſtitutione, & deſtitutione Priorum, non autem faciendas per futura Capitula, quod tamen dubium eſſet contra omnem juris rationem, & verum eorundem Privilegiorum intellectum ſuperius expenſum; iſtud tamen Privilegium ſatis ſuperque eſſet, dum clare loquitur de Prioribus inſtituendis a Capitulo generali impoſterum, & quocunque tempore, quia cum tunc confirmans dicendus eſſet exceſſiſſe limites confirmati, ipſius Privilegium importaret novam conceſſionem quoad id, quod Privilegia confirmata excederet, juxta ea, quæ *ex l. jus Civile* 6. *ff. de juſt. & jure &* Gloſſ. *in cap. ſi Apoſtolica* 22. *ad verb. Preferri verſ. & per hoc de Prabend. libr.* 6. bene tradunt Decius *conſ.* 347. *n.* 7. *ad fin.* Vinc. de Franc. *dec.* 192. *n.* 13. Caſtill. *contr. jur. lib.* 5. *cap.* 89. *n.* 71. Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 18. *qu.* 1. *num.* 7. Murga *diſquiſ. Canon. tom.* 2. *diſp.* 11. *dub.* 17. *num.* 164. Capyc. Latro *deciſ.* 67. *n.* 12. Roccha *diſp. Jur. cap.* 68. *n.* 13. *vol.* 1. Rota coram Coccin. *deciſ.* 894. *n.* 17. Atque propterea ſemper verum erit aſſerere, quod Ordo Carthuſienſis, quoad jus, & facultatem inſtituendi Priores in Capitulo generali habet Privilegium Pontificium perpetuum, & indefinitum, omneque tempus comprehendens.

XXXI. Confirmantur hæc omnia ex uſu, & praxi aliarum quamplurium Religionum, imo fere omnium Ordinum Monaſticorum, in quibus pari modo Priores, ſive Abbates Monaſteriorum localium eliguntur per Capitula generalia, ſive alia Capitula Majorum, nulla relicta quoad hoc facultate Capitulis, Conventualibus, ſive localibus, ut teſtantur Navarr. *comment.* 3. *de Regularib. ſub n.* 3. §. 7. *confirmatur, verſ. confirmatur item* Tambur. *de Jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quaſt.* 1. *n.* 3. Barb. *in collectan. ad Can. Abbatem* 4. *num.* 1. *ad fin. cauſ.* 18. *qu.* 2. Lavor. *elucubr. variar. tit.* 4. *cap.* 23. *n.* 21. Pirhing. *in nov. method. jur. canon. lib.* 1. *tit.* 6. *ſect.* 8. §. 1. *ſub n.* 253. *verſ. Porro & ſi* Lezana *dic. conſult.* 13. *n.* 86. *ad med. & ad dic. Mare Magn. Carmelit. circa* §. 7. *in explicat. cap.* 1. *regal. ſub n.* 47. *verſ. eſſe vero, & ad dic. Mar. Magn. Servitar. circa* §. 41. *num.* 134. & 135. Bordon. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 78. *n.* 44. *in fin. verſ. tum quin, & n.* 45. Et quidem in aliquibus id etiam introductum, præter id, quod in Conſtitutionibus fuerat diſpoſitum, vel nova conſuetudine, vel obtentis Privilegiis particularibus, vel utendo communicatione Privilegiorum, quæ aliis Ordinibus fuerunt indulta, & omiſſis aliis, & præſertim Caſſinenſibus, qui morem hunc imitatione Fundatoris reſtaurarunt, ut ſupra probavimus; ita in Congregatione Canonicorum Regularium Lateranenſium Sancti Salvatoris, quamvis primitus ex Regula Canonicorum Regularium Abbates, ſive Priores locales inſtituerentur per electionem ſuorum Capitulorum, *ut in c. Monachi* 2. §. *Priores, & ibi* Gloſſ. *in verb. mutentur de ſtatu Monach. & Canon. Regular.* poſtmodum in Dietis ſeu Capitulis generalibus una cum aliorum Superiorum electionibus faciendas eſſe fuit ſtatutum *in conſtit. part.* 3. *cap.* 26. *in fin.* & meminit Noalis *conſ.* 102. *n.* 1. *in fin.* In Congregatione Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Diſcalceatorum Regnorum Hiſpaniæ, quamvis juxta Regularia eorum inſtituta Miniſtri a Conventibus ejuſdem Congregationis eligi deberent, Paulus V. anno 1609. indulſit, quod ex tunc in futurum perpetuis temporibus ab univerſo Capitulo duntaxat eligerentur, ut retulit Gregor. XV. in ſimilibus literis impreſſis apud Caſtelin *de elect. Canonic. cap.* 19. *num.* 9. *fol.* 408. *& ſeqq.*; In Congregatione, quæ Montis Virginis nuncupatur, in Capitulo Generali fieri mutationes, & electiones Abbatum, & Priorum localium, habetur apud Carol. Marant. *contr. reſponſ.* 68. *num.* 2. *lib.* 5. & Card. de Luca *de regular. diſc.* 15. *n.* 1.; In Religione Servitarum Innocentius VIII. conſiderans, quod Conventualium Priorum electiones eo firmiores eſſent, quo ſolemnius celebrarentur, ſtatuit, quod Conventualium quorumlibet Priorum electiones in Capitulis Majoribus per Fratres dicti Ordinis fieri conſuetis, perpetuis futuris temporibus, juxta earundem morem fieri deberent, nec Fratres prædictos ad eaſdem aliter faciendas teneri, & obligatos eſſe declaravit, ac quicquid ſecus attentari contingeret, ſeu fieret, irritum, & inane eſſe decrevit, ut legere eſt in *eorum Mare Magn.* §. 41. ibique annotat Lezana *n.* 133. & 134., nec non Sigiſmund. a Bononia *de elect. & poteſt. Prælator. part.* 3. *cap.* 4. *dub.* 14. *ſub n.* 5. & a Spiritu Sancto *in Director. regular. part.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 6. *ſect.* 1. §. 2. *n.* 291.; In Religione demum Carmelitana Capitulum generale aut aliud Capitulum majus, debere eligere Priores Conventuales, non vero Conventus locales novis Conſtitutionibus a Sede Apoſtolica approbatis fuit præſcriptum, & ſi in Regula contrarium videretur diſpoſitum, ut late referunt, conſuetudinem hanc acriter propugnantes Lezana, & a Spirito Sancto *in loc. alleg.* adducendo inter cetera ad illius confirmationem prædictum Privilegium conceſſum Servitis ab Innoc. VIII. quod, & ipſis favere tradunt vigore communicationis Privilegiorum, quæ eſt inter Regulares, ut ſic, & eodem juvari pariter valeret Ordo Carthuſienſis, quatenus non habere propria, & individua Privilegia, præciſe id ipſi indulgentia, prout habere fuit demonſtratum, cum Ordini Carthuſienſi per Greg. XV. *in ſua Conſtit.* 42. *quæ incip. Ad uberes Bullar. nov. to.* 3. *fol.* 324. fuerint communicata omnia Privilegia, & Gratiæ, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, quibuſvis aliis Ordinibus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, per quoſcunque Romanos Pontifices indulta, & referunt Novar. *in Lucerna Regular. verb. Carthuſian. n.* 4. Caſſaing. *de Privileg. Regular. tract.* 1. *propoſ.* 2. & 3.

Barboſ.

Digitized by Google

Barboſ. *in Summ. Apoſtolic. deciſ. collect.* 502. *num.* 31. *& Jur. Eccleſ. univ. lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 183. Auguſt. a Virgine Maria *de Privileg. omn. Religioſor. verb. Communicatio Privilegiorum n.* 42.

XXXII. Concurrentibus potiſſimum favore Ordinis Carthuſienſis, nedum rationibus generalibus, cum iis omnibus, qui ſimili more utuntur communibus; quibus probatur, quod major ſit convenientia, quod electiones Priorum non fiant in Conventibus, ſive a Conventibus, quibus tales Priores præeſſe debent, ſed, quod ſint faciendæ in Capitulis generalibus, ſeu aliis majoribus, nempe illa tradita ab Innocent. VIII. in Privilegio, quod indulſit Servitis, quod electiones, quæ fiunt in Capitulis generalibus, ſunt firmiores, necnon aliis, tam pro ſuo ordine, quam univerſe pro aliis expenſis per Lezanam *in locis allegat.* & præſertim ad *dic. Mar. Magn. Servit. circa* §. 41. *num.* 135. *& dic. conſul.* 13. *num.* 74. *poſt* Navarram, Suarezium, & Perezium, quos ibi recenſet, & præſertim, quod inde evitentur quamplura incommoda, & ſcandala, quæ ex electionibus, quæ in Monaſteriis, & Conventibus particularibus fieri contingent, perſæpe oriri ſolent; Verum etiam concurrentibus rationibus præcipuis, & longe fortioribus, quibus manifeſtum ſit, praxim, quam ab antiquiſſimo tempore ſervat idem Ordo abſolvendi nempe ſeu deſtituendi, & eligendi, ſive inſtituendi Priores in Capitulis generalibus, eſſe, & ſemper fuiſſe ad ſtabilitatem Ordinis conſervandam, nedum utilem, ſed neceſſariam; itaut eam evertendo, non niſi ſcandalum, & ruina Ordinis eſſent eventura. Nam cum in Ordine Carthuſienſi ea ſit vitæ aſperitas, & diſciplinæ rigor, ut ſolummodo opera vitæ ſolitariæ, & contemplativæ a ſuis Monachis exerceantur, quemadmodum eſt in comperto, & obſervat Barthol. a Sancto Fauſto *in Theſaur. religioſ. lib.* 5. *quæſt.* 17. *n.* 5. dum manent ſeparati, & incluſi in Cellis frequentes agunt vigilias, & quidem perpetua carnium abſtinentia, hymnis, & ſacris precibus dies, & noctes perſonant, ſemper ſoli edunt, niſi certis quibuſdam diebus ſimul prandent, in quibus nemo comedens loquitur, nulluſque in cibo ſtrepitus eſt, ut patet ex eorum Statutis, & Ordinationibus, & ſummatim referunt Navarr. *conſ.* 53. *de regular.* Loriœh. *in Theſ. Theolog. verb.* Carthuſianus *tit.* 3. Robert. *rer. judicat. lib.* 1. *cap.* 2. Gravina *in oper. inſer. vox.* Turtur. *part.* 1. *cap.* 12. *&* 22. & alii, qui de eodem Ordine agunt, & præcipue clauſuram ita rigide ſervant, ut illa videatur quidam carcer perpetuus, ut inquiunt idem Navar. *Comment.* 4. *de regular. n.* 31. *verſ.* 5. *quod hanc legem, & dic. conſ.* 51. *de regularib. num.* 3. Dianat. *in praxi rer. regular. tom.* 1. *part.* 2. *tract.* 3. *quæſt.* 10. Rota *in rec. deciſ.* 95. *ſub n.* 8. *verſ. Minus obſtat, & ſeqq. part.* 6. Unde ipſi Monachi, quaſi cæleſtis carceris liberæ cuſtodiæ dicuntur addicti a Boaſquet. *in not. ad epiſt.* 165. Innocentii III. *lib.* 15. *regeſt.* atque ſolitudinem ita profitentur, ut inter eos ſilentium ſit pene perpetuum, itaut eorum propoſitum propius vitæ eremiticæ, quam Canoniticæ videatur accedere; Unde præfatus Innoc. III. Eremiticum Ordinem illum vocat *Epiſt.* 106. *libr.* 12. *regiſt.* 14., quam vivendi rationem acri ſtudio, & diligentia perpetuo ita illibatam, ſalvamque ſervari curarunt, ut obtinuerint ab Honorio III. neminem Carthuſienſium eſſe in illa a quovis moleſtandum, nec eſſe a ſolitudine diſtrahendum, ut *in Conſtit.* 3. *ejuſdem Pontificis Bullar. nov. tom.* 1. *fol.* 80. cujus mentionem faciunt Novar. *in dic. Lucern. Regular. verb.* Carthuſiani *num.* 3., & Barboſ. *in dic. Summ. deciſ. Apoſtol. collect.* 502. *n.* 4. *& in dic. Jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 41. *n.* 182. *in fine*. Et cum per Sixtum IV. anno 1481. per quaſdam ſuas literas fuiſſet conceſſum, ut omnes, & ſingulæ Perſonæ Ordinis Carthuſienſis, quæ Altaria in ambitu Eccleſiæ domorum, in quibus degerent, devote viſitarent, & iis, qui literis eſſent imbuti Pſalmum *miſerere*, illiteratis vero ſepties orationem Dominicam dicerent coram ipſis Altaribus, certas Indulgentias in eiſdem literis contentas conſequerentur, porrectis per Superiores Ordinis precibus eundem monitum eſſe voluerunt, *quod occaſione viſitationis dictorum Altarium datur facultas perſonis dicti Ordinis Cellas exeundi, & ſolitudinem infringendi, quæ potiſſimum regularem obſervantiam conſervat*. Hac ratione motus idem Pontifex commutavit viſitationem Altarium in quaſdam preces, & Orationes in Capellis Cellarum, vel locorum, in quibus ex Ordine perſolvuntur Divina Officia, dicendas, & recitandas, ut in aliis literis in forma Brevis, quæ habentur *in Conſtitut.* 125. *inter Privil. Ordin.*

XXXIII. Nec ſine maxima ratione fuit in hoc per Ordinem ſolicite inſtatum pro conſervanda regulari obſervantia cum hac clauſuræ, & ſolitudinis rigoroſa praxi, & mirabili conſtantia, nedum idem magnis laudibus, & præconiis commendatus, & in ſumma veneratione fuerit ſemper habitus a Summis Pontificibus, Sanctis Patribus, Principibus, & clariſſimis Viris, & a toto Chriſtiano Orbe, ut patet ex teſtimoniis, quæ poſt alios fuſe recenſet Theophil. Raynaud. *in opuſc. inſcript. Trias Patriarchar. ubi de* Sancto Brunone *punct.* 11. *oper. tom.* 9. *Hagiologic. exotic. fol.* 54. *& ſeqq.* Potiſſimum puta, Carthuſienſis Ordo illæſus, integer, & inſtructus ſemper ſtetit, ut præcipue poſt ceteros totidem fere verbis late diſerteque animadvertit Gibalin. *de clauſur. diſquiſit.* 3. *cap.* 3. §. 2. *num.* 21. §. *non paucis etiam*; quod ſane ſibi amplius non contingeret, & non minus rueret, quam alii Ordines Monaſtici, ſi relicto antiquo rigore fieret abſoluta poteſtas ſuis Monachis domorum localium pro lubitu ſibi eligere Priores, cum ex hac facultate fieret locus diſſidiis, & contentionibus, oriretur ambitus in ipſis Monachis, cum quiſque Prior eſſe cuperet, & frequentiſſimæ eſſent mutationes, cum quærerent cauſas, & prætextus, quibus extantes Priores eſſent a Viſitatoribus abſolvendi & removendi, ut plures eo munere fungi poſſent, & quod præcipuum eſt, ſumme relaxaretur rigor clauſuræ, & ſolitudinis, ad quas etiam revocare eos, qui jam Priores extiterint, eſſet perquam difficile, poſtquam ea relicta cum aliis converſari, & per urbes, & aulas vagari ob neceſſitates domorum jam ipſis fuiſſet facta permiſſio; Unde cum hæc nequeant evenire, ſi abſolutiones, & electiones juxta antiquam praxim fiant in Capitulo Generali, *in cujus rigore conſtat vigor totius Ordinis, & robur conſiſtere non dubitatur*, ut inquit Guigo Prior Majoris Carthuſiæ ejus nominis ſecundus, & Miniſter Generalis novus *in Prolog. oper. de quadripartit. exercit. Cella impreſſ. tom.* 24. *noviſſ. Biblioth. Sanctor. PP. fol.* 1469. Et ſane ſi in ceteris omnibus, perquam maxime in electione Priorum, dum provida diſpenſatione, ut plurimum illos, quos aliquod crimen non irretiverit, confirmat, vel ſit utilitas Religionis id expoſtulaverit, ad regendas alias domos transfert; illos vero, quos criminoſos & tranſgreſſores exiſtere fuerit compertum, abſolvit, & removet, ne alias ſequatur ſcandalum, antiquarum obſervantiarum relaxatio, ſic non plures Monachos, nec paſſim a clauſura, & ſolitudine retrahendo; nec propterea videtur eſſe locus ulteriori diſputationi, & quin fidenter ſit dicendum, quod mos qui hactenus obtinuit, ſervetur intactus, & quod Capitulo Generali ſit abſoluta poteſtas inſtituendi, & deſtituendi Priores domorum particularium; itaut ſi qui illam amplius in dubium vocare velint, *non defectui rationum, vel poteſtatis, ſed ſui duritiei cordis, & mentis perverſitati tribuere debeant* — ut utar verbis, quibus adverſus eos, qui pari modo ſimilem conſuetudinem, & poteſtatem Capituli generalis, ſui Ordinis Carmelitani impugnare volunt, utitur Fr. Anton. a Spiritu Sancto *in ſæpe alleg. direct. regul. part.* 2. *tract.* 3. *diſp.* 6. *ſect.* 1. §. 2. *n.* 291. *in fine*.

XXXIV. Quod præſertim dicendum de Carthuſienſibus Monachis, *quos una Religio, & profeſſionis vinculum alligavit, ut proinde nulla æmulatio præſiden-*

ſidendi, *aut quovis alia cauſa ad invicem dividere debet*, *ſed charitatis vinculum in unitate pacis conſervare*, itaut, ſi quis id contendere fuerit auſus, *non niſi humani generis inimico*, *qui propter invidiam in primos Parentes ſuperbia ſomitem*, *& æmulationem ſeminavit*; *procurante*, *& inſtigante contingere poſſet*, *ex quo eorum deſiderium*, *ſi effectum ſortiretur non ſolum eorum*, *ſed aliorum dicti Ordinis animarum periculum imminueret*, *& eveniret*, *ac etiam ipſa Religio in dies ſciſſuram pateretur*, *& ſucceſſu temporis ipſa Religio*, *quæ inter cæteras aſperioris*, *ſeu ſtrictioris obſervantiæ exiſtit*, *paulatim ad laxiorem vivendi modum declinaret in ipſius Religionis vilipendium*, & depreſſionem, applicando verba, quibus per Priorem Majoris Domus Carthuſiæ, & Definitores Capituli generalis Ordinis Carthuſienſis tunc exiſtentes, alias fuit petitum a Julio II. Summo Pontifice, quod vellet Apoſtolicæ Sedis auctoritate providere contra illos, qui tentarent aliis obedientiis ſubjici, quam Capituli generalis, & Prioris Majoris Carthuſiæ, ſub cujus unica obedientia omnes Domos dicti Ordinis citra, & ultra Montes, ac ubilibet commorantes exiſtunt, & quemadmodum ob dictas rationes fuit ab eodem Summo Pontifice decretum, & perpetuo ſervari demandatum in *ſua Conſt.* 17. ſuperius laudata, cujus meminerunt in locis allegatis Novarius *num.* 2. *&* Barb. *num.* 10. *&* 185. quam Conſtitutionem eiſdem prorſus reſpectis ſupplicationibus alias per Ordinis Superiores porrectis, & ut ea, *quæ ſtabiliendæ inter Religioſos Viros a ſeculi turbis ſegregatos*, *& Altiſſimi obſequiis ſub laudabili ſtrictioris obſervantiæ Inſtituto addictos*, *tranquilitatis ſtudio provide*, *atque ſapienter conſtituta*, *& ordinata eſſe noſcuntur*, *firma ſemper*, *atque illibata ſerventur Apoſtolici præſidii patrocinio*, nuper Innocentius XII. ad Inſtantiam V. P. Joannis Mariæ de Rochefort Ordinis Procuratoris Generalis vigilantiſſimi confirmavit, & corroboravit, novis etiam adjunctis ſanctionibus, quibus excommunicationis pœnam ipſo facto, & abſque ulla declaratione incurrendam, & non niſi a Summis Pontificibus pro tempore exiſtentibus remittendam, voluit eſſe alligatos quoſcunque, qui ſub quovis quæſito colore, prætextu, vel ingenio eidem contravenire auderent quomodolibet, ſeu præſumerent, ut in literis in forma Brevis *ſub die* 23. *Julii* 1698. & quidem ſummo jure, *cum tota Monachorum Religio obedientia ſit*, *& ſine obedientia Monachus nihil ſit*, quemadmodum *Monachi inobedientes*, *& ſuas voluntates facientes*, *& per hoc Deo non placentes* fuerunt edocti a Sanctiſſimo Brunone ipſorum Carthuſienſium Fundatore, & Parente maximo in *expoſit. de ordinat. Eccleſ. cap.* 10. *oper. recogn. a* P. Theodoro Petro *tom.* 3. *fol.* 45. *colum.* 2. *liter. C. & D.*

Ex quibus &c.

FRAN-

FRANCISCI MARIÆ
P I T O N I I
AD PRIMAM & SECUNDAM PARTEM
DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
P A R E R G O N.

Pictoribus mos eſt, prius, quam opera abſolvant, ea per intervalla temporis contemplari, ita enim abducto ab iis paulisper viſu, ſæpius judicium revocantes, etiam exigua diſcrimina obſervando attingunt, quæ ceteroquin
1 continenti inſpectione, & conſuetudine quotidiana occultarentur; ſic mihi Diſceptationes iſtas jandiu abſoluta oculo minus domeſtico poſtea recurrenti, quamplura declaranda, aut ſupplenda neceſſario viſa ſunt, excuſantibus defectum etiam occupationibus Fori, & cauſarum, in quibus detentus minus
2 vacare poteſt libris edendis, & ſtudio Poſteritatis, *Me Romæ ne volumina cenſes ſcribere poſſe inter tot curas, totque labores*, inquit Horat. *Epiſt. lib. 2. in epiſt. ad Julium Florum.*

Dixi igitur in *diſcept. 7. n. 2. part. 1. fol.* 163. quod prælatio deducta ex ordine ſcripturæ procedit in alternativa *ordinis* explicata per dictionem, *vel*, *aut*, *ſive*, circa quod advertendum, quod alternativa regulariter eſt *electionis*, non autem *ordinis*, unde ſi fundator mandet ex. gr. præſentari unum ex
3 conſanguineis ſuis in pari gradu exiſtentibus *Titium* vel *Sempronium*, poterit habens Jus præſentandi eligere, quem velit, non attento ordine ſcripturæ, tunc autem alternativa eſt *ordinis*, quando inter plures nominatos adeſt aliqua ratio, quæ perſuadeat ordinem, & prælationem, ut ſi quis mandet præſentari *Sacerdotem* vel *Clericum*; nam quia Sacerdos eſt dignior Clerico, & in eo concurrit major ratio, neceſſitatur Patronus præferre Sacerdotem, Clericum vero præſentare poterit in defectum illius, Text. *in can. Metropolitano diſtinct.* 63. Item ſi primo nominatus eſt prædilectus nominanti, ut vocatione facta de *nepotibus* vel *cognatis* per Text. *in l. heredes mei §. finali ff. ad Trebell.* Rot. *in Majoricen. beneficii* 16. *Febr.* 1699. *§. hiſque*, coram R. P. D. Tremoille loquens in vocatione agnatorum, deinde cognatorum; adde in vocatione Clerici *Parmen.* vel *Romani*, ſi fundator eſſet de civitate Parmen., licet Beneficium eſſet fundatum Romæ idque ob prædilectionem Patriæ, idemque procedit in vocatione Clerici de linea vel de familia, quia Clericus de linea præfertur, de Luca *de linea legal. art.* 24. *num.* 20. & procedit concluſio, etiamſi concurrat diſcretiva locutio in caſu, quo fundator voluerit unum præferri alteri, ſeu unum vocare in defectum alterius, ut ſi mandaret præſentari *filios*, *aut in eorum defectum conſanguineos*, *vel affines*, licet enim inter conſanguineos, & affines non videtur data alternativa ordinis, ex quo ubi fundator voluit ordinem explicavit per illa verba — *in defectum* adhuc tamen inter conſanguineos, & affines dicitur adeſſe alternativa ordinis, quia conſanguinei præſumuntur magis dilecti, quam affines, ut per plures Text. late probat Fagnan. *in cap. inter ceteras n.* 47. *&* 48. *de reſc.* quæ tamen regula generaliter fallit, ubi fundator etiam inter perſonas, in quibus militat ratio ordinis, vellet alternativam electionis dicendo ad *placitum*, ſive *arbitrio* Patroni, ſive etiam *libere* vel alia verba adjiciendo, per quæ excluſa remaneret alternativa ordinis.

Hæc alternativa *ordinis* in materia præeminentiali, & Juriſdictionali vocatur *cumulativa ordinis*, quod exemplificatur, quando aliquid committitur, ſeu conceditur pluribus perſonis, inter quas ordo
Juris conſideratur, puta ſi ſtatutum concedat pote- 4
ſtatem corrigendi *Abbati* vel *Priori*, vel *Cellerario*, quia tunc ea cenſetur data per prius, & poſterius, primo ſcilicet Abbati, deinde Priori, & in ejus defectum Cellelario, Text. *eſt in cap. cum ad Monaſterium de ſtatu Monach.* idem dicas ſi quid commiſſum, ſeu conceſſum fuerit *Epiſcopo* vel *Capitulo*, vel *Præcentori*, quamvis enim Berous *conſ.* 22. *n.* 41. *& ſeqq. libr.* 1. ſuſtineat eſſe locum præventioni in caſu, quo Statutum mandabat convocari Capitulum per Archidiaconum, vel per Præpoſitum, vel per antiquiorem Canonicum; tamen verius puto etiam in iſto caſu cenſeri datum jus convocandi ordinative per prius, & poſterius, ſi Archidiaconus eſt prima Dignitas, prout talis de jure eſt, & major Præpoſito, Ceccoper. *lucubr. can. lib.* 4. *n.* 12. & noviſſime me ſcribente firmavit Rot. *in Derthuſen. Juriſdictionis* 28. *Januarii* 1697. *§. præfatis*, cor. R. P. D. Pio, *& in Gerunden. Juriſdictionis ſuper jure convocandi Capitulum* 14. *Junii* 1702. cor. R. P. D. Priol.

Dividitur autem cumulativa in quatuor ſpecies.
Prima eſt cumulativa *præventionis*, ubi nempe Po- 5
teſtas competit pluribus inſolidum, tunc enim prævalet actus ejus, qui prævenit, ut plene, me ſcribente, Rot. *in Hiſpalen. juris præſidendi in choro* 2. *Julii* 1700. *§. & quamvis*, coram R. P. D. Olmo. Secunda ſpecies eſt cumulativa *ordinis*, de qua ſupra dictum eſt *n.* 4. Tertia ſpecies eſt cumulativa *prælationis*, ut in caſu juris præſidendi, & corrigendi in choro, licet enim adeſſet ſtatutum conce-
dens tale jus Dignitati, aut Officiali de Capitulo ſeu 6
Eccleſiæ; illud tamen tanquam factum ab Epiſcopo non dicitur abdicaſſe ab illo totam poteſtatem, ſed eadem, & major cumulative remanet in Epiſcopo, cujus ratione præfertur in præſidendo, jubendo, & corrigendo, ut in *d. Hiſpalen. ubi ſupra*; idemque procedit in alio jure conceſſo Officiali Epiſcopi, & ejus Miniſtro etiam per Papam, niſi enim aliter conſtet de mente iſtius, conceſſio præſumitur facta in adjutorium Epiſcopi, & tanquam Miniſtro gerenti negotium alienum, ex quo ſequitur volente Epiſcopo procedere, eum præferri, nec poſſe impediri per illum inferiorem etiam ratione præventionis ex regula Text. *in judicium ff. de judic.* Innoc. *in cap. final. n.* 3. *de offic. Archidiac. ibiq.* Abbas *n.* 7. *verſ. interim*, & ſuſtinet Lother. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 23. *ex n.* 40. *ad ſeqq.* & licet ipſe dicat non adaptari terminos cumulativæ exercenti aliquid Vicario nomine, ut legere eſt *n.* 43. adhuc tamen etiam in terminis Vicarii cumulativam admittit Merlin. *deciſ.* 152. *per tot. &* Rot. *in d. Hiſpalen. ubi ſupra §. & ſenſus*, *§. Neque his omnibus.* Neque hanc cumulativam prælationis Lotherius agnovit. Alter caſus cumulativæ hujuſmodi exemplificatur in duobus, quorum unuſquiſque poteſt de per ſe ſeparatim procedere, ita tamen, ut in contrarietate Decretorum, ſeu actuum, præferantur illi geſti ab uno, qui ſit major altero, ut in exemplo juris viſitandi competentis tam Epiſcopo, quam inferiori, puta Abbati, Capitulo, Decano, Præpoſito, & ſimili-

milibus ; ubi enim iſti in Viſitatione diſcordent circa mandata, & Decreta, ſemper prævalent, ſeu præferuntur illa Epiſcopi, ex plene firmatis per Rot. *in Toletana Juriſdictionis* 10. *Januarii* 1689. §. *his addentes*, & 17. *Junii ejuſdem anni* §. *prout nequaquam*, & *ii Decembris* 1690. §. *Verum cum ſeqq.* coram Reverend. Molioes Decano. Rurſus, ſi ageretur de actibus contemporaneis in eodem loco, & inſtanti ex. gr. correctionibus, & juſſionibus extrajudicialibus in Choro, ſeu Capitulo, tunc præfertur Juriſdictio Judicis majoris, Rota *in dict. Hiſpalen. ubi ſupra* §. *Non etiam*.

7 Quarta demum ſpecies cumulativæ eſt illa, quæ vocatur *ſimultanea*, ubi unus non procedit ſine altero, ut in exemplo juris concedendi licentiam ingrediendi in Clauſuram Monaſterii vel adeundi ad colloquium cum Monialibus ſubjectis Superiori Regulari, quæ debet concedi conjunctim, & ſimultanee tam ab eodem Superiore Regulari, quam Epiſcopo ; ita tamen, ut Epiſcopus primo loco ſubſcribat, ex Decreto Sacræ Congregationis apud Barboſ. *ad concl. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de regul. num.* 113. Card. de Luca *de juriſdict. diſc.* 102. *n.* 1. & 2.

In eadem *diſcept.* 7. *n.* 25. & *ſeqq.* firmavi, quod
8 in paritate gradus præferendi ſunt legitimi illegitimis ; ſecus ſi legitimi ſint remoòores, quodque ſtante conſuetudine Hiſpaniæ, juxta quam illegitimi veniunt appellatione illorum de domo, & familia, etiam in paritate gradus oon adſit obligatio in patrono præferendi legitimos, quæ ultima concluſio cum videatur contradicere prælationi, quam habent legitimi ſupra illegitimos in paritate gradus, idcirco diſtinguendos puto caſus ad intelligendam materiæ.

Primus eſt, ubi fundator inſtituit Beneficium ſeu Capellaniam dicendo – *Volo, quod beneficium conferatur conſanguineis meis*, vel cum aliis verbis, ſub quibus etiam civilibus ex conſuetudine Hiſpaniæ includuntur æque legitimi, ac illegitimi eos vocando *immediate*, & *directe*, abſque facultate data Patronis de illos præſentando, aut nominando ; & tunc ſi concurrant duo, alter legitimus, alter illegitimus, in pari gradu præfertur legitimus, ut ſcribunt Gonzal. *gloſſ.* 5. *num.* 124. *verſ. nec non*, Garz. *de beneſ. part.* 7. *cap.* 15. *n.* 48. *ad fin.* & *n.* 53. *circa fin.* Caſtil. *contr. jur. lib.* 5. *cap.* 67. *n.* 31. *verſic. Tertio*, de Luca *de linea legal. art.* 24. *n.* 25. *verſic. & ſi in fundatione*, Rot. *dec.* 361. *n.* 27. & 28. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* etiamſi illegitimus habeat præſentationem Patroni, alter non ; quia cum fundator non dederit ei facultatem nominandi, ſed ipſe vocaverit directe, præſentando de per ſe, & dirigendo verba ad collatorem ibi – *conferatur* – prælatio ſpectat ad Judicem, non ad Patronum, & Judex præferre debet legitimum uti digniorem ſeu nobiliorem.

Secundus eſt, ubi fundator vocat conſanguineos *mediate*, hoc eſt mediante facto Patronorum, ſeu data facultate Patronis de illos præſentando, ut ſi dixerit: *Volo, quod Patroni præſentent unum ex conſanguineis meis mihi proximiorem*, & tempore præ-
9 ſentationis unus ſeu plures Patroni Laici ex duobus conſanguineis in pari gradu, altero legitimo, & altero illegitimo, præſentent, & præeligant illegitimum, in hoc caſu præſentationem valere puto, nec poſſe infringi ex oppoſitione legitimi ea ratione, quod Patronus habet ſolam obligationem præſentandi unum ex conſanguineis, qui proximior fuerit ; ergo cum legitimus non ſit proximior, non eſt neceſſario præeligendus.

Minuſque præelectio legitimi deſumi poteſt ex mente fundatoris ; nam aut locutus eſt per verba naturalia, puta vocando conſanguineos, vel illos *de parentela*, quod verbum eſſe naturale, & incluſivum Baſtardorum docet Bart. *in leg. pronunciatio* §. *familia ff. de verb. ſignif.* cujus opinio prævalere debet, Lambert. *de jurepat. lib.* 1. *part.* 2. *qu.* 2. *art.* 27.
10 & Sanch. *conſ. mor. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 97. *n.* 4. Vivian. *l.* 4. *cap.* 2. *n.* 68. Ricc. *reſ.* 195. *n.* 2. *p.* 1. & Bartolum ſequitur Dec. *conſ.* 365. *ſub n.* 7. Gonzal. *gloſſ.* 15. *n.* 119. Barb. *appell.* 185. *n.* 4. Peregrin. *de fid. art.* 33. *n.* 89. & verba naturalia cum oſtendant, fundatorem affectione naturali fuiſſe motum, conſequenter æque includunt legitimos, ac illegitimos ; aut locutus eſt per verba civilia, ſed conſuetudo Regionis fert, quod illegitimi gaudeant inſigniis, nobilitate, & honoribus familiæ, ut in Hiſpania, & tunc Fundator præſumitur æqualiter ſenſiſſe de legitimis, ac illegitimis, qui proinde veniunt etiam in concurſu legitimorum, non autem duntaxat in eorum defectum, ut reprobato Peregrin. *de fideic.* firmant Garz. *de beneſ. part.* 7. *cap.* 15. *n.* 47. *ubi etiam de Spuriis* de Luc. *de linea legal. art.* 24. *n.* 25. *verſic. expreſſo* Lother. *lib.* 2. *qu.* 11. *n.* 149. *verſ. & in eadem*, Rot. *dec.* 361. *n.* 18. *in fin.* & *n.* 19. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* niſi contrarium pateat ex conjecturis, & obſervantia, vel niſi agatur de Jurepatronatus honorifico, ſeu inſtituto ad illuſtrandam familiam, quo caſu materia non eſt proportionabilis, ut in Patronatu reſervato in forma Primogenituræ, & Majoratus, tradunt Garz. *ubi ſupra n.* 50. Barb. *vot.* 98. *n.* 60. Royas *dec.* 254. *n.* 8. & 21. Rot. *d. dec.* 361. *n.* 18. & 19. *part.* 4. *to.* 2. *rec.* vel de fundato favore agnationis, aut per illuſtres, & nobiles perſonas, puta Cardinales, in quibus terminis loquitur Rot. *deciſ.* 126. *n.* 7. *part.* 1. *rec.* Lother. *lib.* 2. *qu.* 11. *n.* 150.

Ita, & taliter, quod data Patrono facultate præſentandi proximiorem, iſte habet liberum arbitrium præeligendi unum ex vocatis ſive illegitimum, ſive legitimum, abſque eo quod legitimus præteritus poſſit ſe opponere electioni jam factæ, cum Patrono hæc reſtrictiva non fuerit adjecta circa præferendum legitimum, & de Jure, Jus præſentandi activum (quod debet aliquid operari, & eſſe aliqualiter proficuum Patroon) det illi facultatem liberam præſentandi quem velit ex pluribus in pari gradu vocatis in Jurepatronatus paſſivo, Card. de Luca *de
jurepatr. diſc.* 29. *n.* 9. nec ejus præſentatio eſt nulla 11
aut annullanda, ſi præſentaverit dignum, omiſſo legitimo digniore ſeu nobiliore, Garz. *de beneſ. par.* 7. *cap.* 16. *n.* 18. & 19. Vivian. *de jurepatr. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 59. Lambert. *de jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *queſt.* 10. *art.* 3. *per totum*, Bellett. *diſquiſ. cleric.* §. 4. *n.* 51. quicquid ſit, an in beneficiis curatis Patronus teneatur eligere digniorem, de quo Paſſerin. *de elect. cap.* 30. *n.* 116. & *ſeqq.*

Differt iſte caſus a primo, ex quo ubi ſine præſentatione Patroni, duo directe vocati ab ipſo fun-
datore concurrunt ad beneficium pares in gradu, tunc 12
Judex præferre debet, qui majoribus qualitatibus antecellit, *Can. ſi forte diſt.* 63. *cap.* 3. *de jurepatr.*, & ſic præferre legitimum, qui ratione legitimitatis eſt dignior, & nobilior ; ſecus in ſecundo caſu, ubi fundator dat Patrono facultatem præſentandi, tunc enim ſi eſt unicus Patronus, aut plures, qui concorditer præſentent illegitimum (intelligo diſpenſatum, & capacem) non poteſt legitimus reddere nullam præſentationem, dum non probat, fundatorem appoſuiſſe Patrono hanc prælationem, & hoc ligamen, Lother. *d. lib.* 2. *qu.* 11. *n.* 149. *in fin.* Ideoque poteſt eligere quem velit, ut diſtinguendo inter vocationem directam abſque præſentatione, & facto Patroni, & inter mediatam, mediante ejus facto, tradit de Luca *de linea legal. art.* 24. *n.* 24. *verſ. ego pertranſeo*, & in ſimili conſonat etiam *n.* 16. ubi, quod ſi abſque præſentatione Patroni debetur beneficium conſanguineis in genere, attenditur prærogativa gradus proximioris, ſi vero mediante præſentatione, & tunc Patronus poteſt eligere etiam remotiorem in concurſu proximioris ; Patronus enim quando præſentavit dignum, iſte debet inſtitui, omiſſo digniore, qui non habet aliquam præſentationem aut ſolum minorem partem vocum ; qualitas enim legitimi eſt ſolum dignioritas, quæ ſi ligaret manus Patrono ex præſumpta mente Fundatoris, ſequeretur, quod omnis præſentatio digni, omiſſo digniore, eſſet nulla tanquam contra fundationem, quod eſt falſum, ex citatis *n.* 11. ex quibus convincitur Doctrina Caſtrop. *tr.* 13. *de beneſ. diſp.* 4. *punct.* 9. *n.* 13. quatenus putat legitimum nedum parem in gradu, ſed etiam remotiorem eſſe præeligendum a Patrono in concurſu

ille-

Digitized by Google

illegitimi proximioris, quod eſt contra communem, & omnia quæ dixi de illegitimo, fortius procedunt in legitimo deſcendente ex illo.

Tertius caſus eſt, quando Patronorum vota pro medietate ſcinduntur in legitimum, & pro alia in illegitimum, & tunc nemo dubitat, eſſe præferen-
13 dum legitimum a judice, ſeu Ordinario; nam revera in pari gradu qualitas legitimitatis eſt ſolum cauſa prælationis, ſeu gratificationis reſpectu Judicis, non autem reſpectu Patroni, niſi adſtringatur ex lege fundationis, Rot. coram Emerix Jun. *dec.* 82. *num.* 41. In caſu hujuſmodi diſcordiæ Patronorum ſolet in praxi reportari gratia Apoſtolica pro præſentato cum derogatione medietatis vocum, in quo advertendum, quod ſi poſt ſignatam gratiam favore illegitimi ante expeditionem literarum compareat legitimus in Dataria, iſti concedenda eſt gratia, excluſo illegitimo, & maxime ſpurio, qui dicitur infamis infamia facti, Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 22. *num.* 83. *verſ. & multo magis ſpurii*, nec attendi poſſet quod gratia fuiſſet ſignata, & ita vidi judicatum in praxi; ſi vero illegitimus prævenerit in obtinendo gratiam & expediendo literas, & coram executore ſe opponat legitimus, tunc videndum eſt, an gratia contineat fidelem expreſſionem, quod ſupplicans eſſet illegitimus, & cum eo concurreret legitimus compræſentatus ab alia medietate Patronorum; nam tunc gratia erit valida; ſecus ſi deficiat hæc expreſſio, quia illa tunc eſſet ſubreptitia; nam cum de jure in paritate vocum debeatur prælatio legitimo, non facta hac narrativa, corruit gratia ex deductis in *Mediolanen. Juriſpatronatus* coram Paluccio ſupra *diſcept.* 38. *numer.* 7. & 8. *part.* 2. & expreſſio debet eſſe ſpecifica, nec ſufficeret narrare ſe illegitimum, ſi eſſet ſpurius; nam hæc qualitas eſſet magis exoſa per Sacros Canones, & Pontifex ea expreſſa ſaltem difficilius gratiam conceſſiſſet, quod ſufficit ad ſubreptionem.

In *diſcept.* 13. *numer.* 39. & *ſeqq. part.* 1. *fol.* 270. addendus eſt caſus per me diſputatus in Sacra Congregatione Concilii, & reſolutus, ut infra
14 in una *Cremonen. Juriſpatronatus ſeu Diſceptationis*. Etenim cum ageretur de beneficio ſimplici fundato per Silveſtrum de Maynardis in Parochiali Sancti Proſperi Cræmonæ, qui inter alia vocaverat ad illud primo loco *quemcunque ex proximioribus de agnatione*, & ſecundo in eorum defectum *unum ex proximioribus de cognitione* eo vacato 21. *Decembris* 1701. Patronus nominavit ſuum filium ætatis annorum duodecim ſub ſpe futuræ diſpenſationis Apoſtolicæ, pro qua porrexit ſupplicationem 6. *Aprilis* 1702. & primam Tonſuram Clericalem ei conferri curavit ſub die 8. *ejuſd.* & hæc omnia intra terminum quadrimeſtris, qui durabat per totum 12. *ejuſdem Aprilis*.

Durante eodem termino inſurrexit unus de cognatione jam Clericus & legitimæ ætatis ſe ſe opponendo coram Ordinario 4. *Aprilis*, uti vocatus ex fundatione, & impediendo diſpenſationem ab ætate in Dataria per appoſitionem *nihil tranſeat* factam 8. ejuſdem menſis, remiſſoque per Datarium negotio ad Sacr. Congregationem Concilii, & diſcuſſo dubio -- *an ſit concedenda petita diſpenſatio* -- prodiit reſolutio negativa ſub die 8. Julii confirmata cum reſcripto in *Deciſis* ſub die 9. Septembris 1702.

Scribens ego contra primam reſolutionem, dicebam, quod cum voluntati fundatorum benigne favere debeamus, & ad executionem producere quidquid ipſi in limine fundationis expreſſe demandarunt; inde ſequitur, ut cum fundator voluerit admitti ad beneficium ſuum prius illos de agnatione, & ſolummodo in eorum defectum illos de cognatione, utique dum unicus tantum reperitur agnatus, iſte diſpenſati valet, ac debet ab ætate, ut obtineat beneficium, ſicut juſſit fundator prælative ad illos de cognatione, qui fuerunt tantummodo in defectum agnatorum ſubſidiarie vocati, dum quando agitur de præſentato a fundatore ejus
consanguineo, & ab eo expreſſe vocato, Sedes Apoſtolica paſſim ſemper diſpenſavit, ac diſpenſa- 15
re conſuevit, etiamſi agatur de præſentato exiſtente in ætate novem, vel decem annorum, ut teſtatur in praxi Vivian. *de Jurepatronat. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 9. Conrad. *in prax. benefic. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 10. *in fine verſ. pariter*, Rot. *de execut. lit. Apoſtolic. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 288. tradunt etiam Antonin. *variar. reſolut. libr.* 1. *cap.* 112. *caſ.* 51. *verſic. tamen contrarium*, Narbon. *de ætat. annorum* 14. *quæſt.* 54. *num.* 9. *verſic. & impetrari diſpenſationes*, Rota *deciſ.* 257. *num.* 9. & *ſeqq. part.* 16. *recentior.* & ego ſupra *diſceptat.* 13. *num.* 42. *in fin.*

Neque hæc diſpenſatio dici poteſt exorbitans aut difficilis, ſed eſt ſolita, & quotidiana, quæ paſſim, & clauſis oculis conceditur in Beneficiis Juriſpatronatus favore conſanguinei fundatoris, tam ſi agatur de diſpenſando ſuper duobus annis, ut eſt caſus præſens, quam ſi ſuper quinque, aut pluribus, ut tradunt *prææallegati*, ea ratione evidenti, quod de jure communi Clericus eſt capax beneficii in ætate ſeptem annorum, Panorm. *in cap. præterea ſub num.* 6. *de ætat. & qualit.* Ventrigl. *in*
prax. part. 2. *annot.* 6. §. 1. *num.* 4. Lotter. *de re* 16
benef. lib. 2. *quæſt.* 49. *num.* 12. Cardinalis de Luca *de fideicommiſſis diſc.* 8. *n.* 16. Unde cum ex Concilio Tridentino hodie requiratur ætas quatuordecim annorum, ideo diſpenſatio, quæ petitur adverſus hanc Conciliarem diſpoſitionem, dicitur favorabilis, tanquam mera remotio hujus obſtaculi quæ rem reducit ad primævum ſtatum Juris communis, ut obſervat in puncto Cardin. de Luca *de Juriſpatronatus diſc.* 70. *n.* 18. *verſ. aliud non operatur & de fideicom. diſc.* 8. *n.* 18. ubi propterea ſubjungit, quod ubi *ætatis defectus cauſat incapacitatem, Sedes Apoſtolica nullam habet difficultatem concedendi diſpenſationem de facili cuicunque petenti*.

Non obſtat, quod diſpenſatio concedi non poſſit in præjudicium cognati, eo quia niſi diſpenſatio conceditur, fit locus vocationi cognatorum, tanquam vocatorum in defectum illorum de agnatione, cum paria ſint in Jure neminem adeſſe, ſeu non adeſſe habilem, ſeu incapacem.

Objectum enim de facili evaneſcit diſtinguendo
caſus; nam illud bene procederet, quando funda- 17
tor vocaſſet unum de agnatione habilem de tempore vacationis beneficii, tunc nanque verificaretur præjudicium cognati ſubſidiarie vocati, dum eo ipſo, quod vacante beneficio non reperitur habilis in agnatione, ſtatim acquiritur jus cognato in ejus defectum vocato, quod jus dicitur radicatum, & perfecte quæſitum, nec propterea debet tolli per diſpenſationem, & in his terminis loquuntur omnes doctrinæ, & auctoritates, quæ exadverſo allegantur, & in his terminis bene verificatur præjudicium, quod nihil aliud eſt, quam habere damnum quoad Jus in re de præſenti radicatum, & quæſitum, ut firmat Card. de Luca *de Jurepatronatus diſcept.* 70. *num.* 16. & *diſcept.* 20. *num.* 6. & dixi *diſcept.* 13. *num.* 39. *part.* 1. *fol.* 270.

At ſecus eſt in caſu iſto, ubi fundator non vocavit illos de agnatione habiles de tempore vacationis beneficii, ſed ſolum voluit eſſe habiles de
tempore inſtitutionis, ibi -- *admittatur ad collatio-* 18
nem ipſius Beneficii quinque de familia ex proximioribus de agnatione, hoc quippe caſu ſubſidiarie vocatus non dicitur habere jus quæſitum, nec ullum præjudicium in termino quadrimeſtris conceſſo ad præſentandum, & in tempore præventivo, antequam veniat caſus inſtitutionis, & admiſſionis ad beneficium, ſed ſolum habet ſpem incertam, & jus mere eventuale, & conditionale, quatenus elapſo quadrimeſtre prius vocatus de tempore inſtitutionis non reperiatur capax, ut in puncto, quod ſufficiat habilitas præſentati tempore inſtitutionis, firmat Ventrigl. *in prax. part.* 2. *annot.* 6. §. 1. *num.* 8. ubi quod ante inſtitutionem poteſt fieri capax per diſpenſationem ab ætate, Conrad. *in prax. benef. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 26. Cardin. de Luca *de Jurepa-*

repatron. diſc.45. num.7. & 8. & diſc.70. numer. 17. & ſeqq. & diſc.82. num.5.

Cum ergo in termino quadrimeſtris agnatus fuerit præſeotatus, & porrexerit ſupplicationem pro obtiueoda diſpenſatione, non potuit cognatus in
19 eodem tempore quadrimeſtris ſe opponere, & hactenus impedire dictam diſpenſationem ſub prætextu præjudicii, quia præventive ante inſtitutionem, & in termino quadrimeſtris poteſt vocatus in Jurepatronatus paſſivo procurare diſpenſationem, & habilitationem, neque hæc dicitur præjudicare per poſterius vocato, qui in dicto tempore quadrimeſtris ſolum habet ſpem incertam, quatenus non habilitetur perſona, per prius vocata, & per fundatorem prædilecta, ut in terminis terminantibus tenet Card. de Luca *de Jurepatron. diſc. 70. num. 16. 17. & 18. & diſc.82. num. 5.* eumque refert, & ſequitur Carol. Anton. de Luca *de linea legal. lib. 1. art. 24. num. 11. & in obſerv.* ad Ventrigl. *in praxi part. 2. annot. 6. §. 1. num. 8. & 9.*

Alias enim cognatus ſe ſe opponendo huic diſpenſationi apertiſſime violaret mentem fundatoris, qui voluit ad Beneficium admitti agnatos ſuos, & ſolum vocavit cognatos in defectum eorum; Nam non dicitur verificata conditio deficientiæ agnatorum, ſub qua ſubſidiarie vocati ſunt agnati donec, & quouſque in tempore habili ante inſtitutionem adeſt ſpes, quod prius vocatus effici poſſit capax, ut obſervat Carol. Anton. de Luca *de lin. legal. dicto art. 24. num. 12. & in obſerv.* ad Ventrigl. *part. 2. annot. 6. §. 1. num. 9. & late* Cardin. de Luca *de Jurepatron. diſcept. 70. numer. 16. cum ſeqq. & diſc. 82. num. 5.*

Quoque aſſertum præjudicium ſit vanum, & imaginarium probatur evidenter ex eo, quod præjudicium tunc adeſſe dicitur, quando quis perdit illud
20 quod habet quæſitum de præſenti, juxta late diſcuſſa per Gomez, *in Regul. de jur. quæſit. qu. 4. n. 1. & per tot.* Cognatus autem tanquam vocatus ſubſidiarie in defectum lineæ agnatitiæ in termino quadrimeſtris, & ante inſtitutionem, non habet aliquod Jus de præſenti quæſitum, dum habilitas præſentati ſatis eſt, quod concurrat tempore inſtitutionis: ſed habet ſolam ſpem dependentem a futuro, quatenus non habilitetur præſentatus tempore quadrimeſtris, & ante inſtitutionem; eſſet ergo abſurdiſſima, & iniquiſſima praxis, quod ille, qui debet expectare, an prius vocatus habilitetur, vel non habilitetur, poſſet impedire habilitationem tempore quadrimeſtris, & ſic facere, quod conditio purificaretur in favorem ſuum, quia id vocaretur acquirere cum malitia, non autem perdere, ut in ſpecie quod in diſpenſationibus concedendis non attendatur præjudicium eventuale veniens ex futuro & in conſequentiam indirectam, firmat Rot. coram Celſo *deciſ. 495. n. 3. & 4.* Card. de Luca *de teſtam. diſc. 72. num. 11.* ibi — *quod frequens in praxi habemus in materia diſpenſationis ſuper impedimentis inhabilitantibus, quoniam niſi diſpenſatio concedatur propter obſtaculum incapacitatis illius, qui primo vocatus eſt, fieret locus vocationi, vel ſucceſſioni alterius remotioris habilis: & tamen ejus jus per hujuſmodi diſpenſationem tolli non dicitur, quoniam diſpenſatio principaliter directa non eſt ad præjudicandum ſubſtituto, vel ulteriori vocato, ſed ad habilitandum illum, qui primo vocatus eſſet habilis, niſi pateretur inhabilitatem ab ipſa lege poſitiva inductam.*

21 Res exemplo dilucidatur; ponamus enim, quod quis vocetur ad fideicommiſſum, ſi intra annum redeat ad Patriam, & ſi non redeat, vocatus fuerit alter ſubſtitutus, certe ſi ille primo vocatus eſſet exul, vel bannitus, & durante annn peteret a Principe remiſſionem exilii, vel banni, ut redire valeret ad Patriam, non poſſet hæc gratia remiſſionis impediri per ſubſtitutum, prætextu, quod eſſet ſibi præjudicialis dicendo, quod niſi concedatur gratia, fideicommiſſum ad ſe devolvitur; hoc enim non eſt præjudicium: ſed jus de futuro pendens ab eventu, quod ſi poſſet impedire gratiam, ſequeretur, quod eſſet in facultate ſubſtituti præjudicare prius vocato, & facto proprio acquirere fideicommiſſum impediendo conditionem favore prius vocati, eamque faciendo purificari pro ſe.

Idem contingit in fundatione hujus Beneficii pro illis de agnatione, & in eorum defectum pro illis de cognatione; Nam ſi pendente termino quadrimeſtris dato ad præſentandum, intra quod vocatus habet tempus ſe ſe habilitandi tam in ætate, quam in Clericatu, veniat unus de cognatione ſub colore præjudicii, impediendo diſpenſationem ab ætate, ut purificare faciat vocationem ſuam ſubſidiariam, iſta oppoſito eſt incongrua, indebita, & reprehenſione digna; quomodo enim vult impedire habilitationem, ut effectuetur mens fundatoris, ille qui nullum habet jus de præſenti, ſed tanquam vocatus ſubſidiarie debet expectare lapſum termini a Jure ſtatuti, & quomodo propriu facto poteſt facere ſibi naſci utilitatem devolutionis Juris ad ſe ipſum, & ita lucrari contra omnem Juris regulam; hæc ergo oppoſitio non vocatur remotio præjudicii, ſed ſpecies meræ æmulationis, ac malignitatis, ut ait Cardin. de Luca *de regal. diſc. 177. n. 30. in fine*, ſeu melius aviditatis.

Et ſi verum foret hujuſmodi fabuloſum præjudicium, jam nullæ amplius diſpenſationes poſſent
dari per Sedem Apoſtolicam, cum nulla ſit diſpen- 22
ſatio, quæ indirecte non auferat alteri ſpem, ſeu Jus ſperatum; utque dilucide pateat hoc æquivocum, multi occurrunt caſus diſpenſationum noſtro ſimiles, in quibus DD. dicunt non eſſe attendendum hujuſmodi præjudicium eventuale acceſſorium, & conſequentiale, & figuanter aliqua deducuntur.

Primo enim, in gratia remiſſionis banniti cum plena reſtitutione jure poſtliminii, ubi non attenditur præjudicium ſucceſſoris in jure ſperato, ſeu delato, & nondum acquiſito ea ratione, quod illi impeditur quidem acquiſitio, ſed nihil tollitur, quod jam obtineat, ut Cardin. de Luca *de regal. diſc. 177. num. 25.*

Videmus ſecundo, in indulto ſuper bigamia, quod conceditur Penſionario; nam Titularis non poteſt illud impedire ſub prætextu, quod ſibi præjudicet, eo quia niſi concedatur, penſio debeat vacare, ſeu extingui, Rota coram Celſ. *deciſ. 355. & deciſ. 395. per tot.* Card. de Luca *de regular. diſc. 148. num. 51.*

Tertio, in diſpenſatione Clerici ſuper ſucceſſione feudi, quæ non retardatur ſub prætextu præjudicii ulterioris vocati in feudo capacis, & habilis, eo
quia non dicitur tolli Jus tertii, ſed removeri im- 23
pedimentum, Card. de Luca *de regal. diſc. 148. n. 50.* ibi — *quia tunc non eſt tollere vitium, ſeu impedimentum, quod repellebat proximiorem, cui alias ſucceſſio debita eſſet, niſi illud impedimentum haberet, & tanquam per remotionem obſtaculi occurrendo præventive, ne impedimentum oriatur, & neque per hujuſmodi præventivas gratias, per quas occurritur futuro obſtaculo, tolli dicitur jus tertii.*

Quarto, magis ad rem habemus exemplum ſuper diſpenſatione illegitimi, qui ſit de linea prius vocata; nam alius legitimus de linea per poſterius
vocata nequit impedire diſpenſationem ſub prætex- 24
tu præjudicii, ut bene Card. de Luca *de fideicom. diſc. 68. n. 17.* ibi — *quamvis enim omnis legitimatio dicatur præjudicialis, quoniam habilitando illegitimos alias inhabiles, ita tollitur jus ſucceſſionis, quod alias remotiori aperiretur: attamen eſt præjudicium acceſſorium, & conſecutivum repellens a jure quærendo, dum per legitimationem non tollitur uni & datur alteri, ſed ſolum id, quod alias deferretur ratione gradus, & proximitatis illegitimo, ſi non haberet obſtaculum a lege poſitiva illatum ratione defectus natalium, eidem defertur tanquam per præventivam remotionem obſtaculi, ſeu impedimenti; ideoque longe differunt tollere ſpem, vel jus quærendum, ac tollere jus jam quæſitum.*

Quinto, confert exemplum in Jurepatronatus reſervato pro quibuſdam agnatis maſculis, & in eorum defectum feminis, ubi immutando legem fundatio-

fundationis concedi poſſe gratiam diſpenſativam in ultimo maſculo, ut ab eo adoptatus ſuccedat, non obſtante aſſerto præjudicio feminarum per poſterius vocatarum, nec non Prioris S. Mariæ Novæ ſubſtituti, Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 88. *n.* 7. *&* 8. ubi etiam id tenet in præjudicium Datariæ, quando ejus
25 eſt valde remotum, & incertum, ideoque non conſiderabile.

Male igitur allegatur præjudicium a cognato in hac diſpenſatione, quam impedivit in termino quadrimeſtris, & uſque in præſens impedimentum continuavit, quoniam durante tempore ad præſentandum, intra quod fuit petita, & ex adverſo impedita diſpenſatio, ipſe fuit merus extraneus, nullum habens jus de præſenti, & voluit lucrari Jus ſibi quærendum, non autem præſervare præjudicium juris quæſiti, juxta diſtinctionem Card. de Luca *de fideicom. diſc.* 68. *n.* 17. Rurſus ſe oppoſuit contra mentem fundatoris, qui prædilexerit agnationem tanquam ſubſidiarie vocatam quo caſu ſubſidiarie vocatus debet habere ſe mere paſſive, & expectare capacitatem perſonæ intra tempus a Jure præfixum, non autem eam impedire: quia fundator vocando prius, agnatos intellexit, quod illi ha-
26 berent beneficium prius, quam cognati, & quidem omni modo poſſibili, qui dari poteſt, & ſtante hac voluntate debet dari diſpenſatio, ut ea effectuetur, & habeat locum vocatio generis prædilecti, ita Card. de Luca *de fideicom. diſc.* 68. *num.* 24. ubi diſtinguit inter plures æque, ac ſimultanee vocatos, & inter vocatos ordine prælationis, nempe per prius, & poſterius, ut in hoc ultimo caſu nunquam ſub idiarie vocatus poſſit impedire habilitationem prius vocati ibi — *Agebatur de faciendo tranſitum de uno genere perſonarum ad alterum ſubſidiarie vocatum poſt omnino defectum, ſeu evacuatum genus prius vocatum; unde propterea dicebam, quod ſola exiſtentia iſtius perſona de genere prius vocato, quamvis tunc impedita, habentis tamen ſpem, ut impedimento remoto habilitari poſſet, ſufficiebat ad impediendam purificationem conditionis, ſub qua alterum genus ſubſidiarie vocatum erat, quodque propterea durante ſpe, ſeu potentia exiſtentia perſonarum de genere prius vocato ſucceſſio &c. non potuerit per dictos remotiores agnoſci facit*, Rot. *decis.* 215. *n.* 5. *pag.* 17. *rec.*

Fortius vero, quia prædictis omnibus de jure procedentibus ſimulatur intentio ipſa fundatoris, qui vocavit etiam incapaces, & volvit, ut ante inſtitu-
27 tionem efficerentur capaces, quod deſumitur tam ex vocatione primo facta de duobus filiis Catharinæ hæredis ibi - *ad ipſius beneficii collationem admittatur Silveſter de Piazzis &c. ubi habitum Clericalem ſuſcipiat*, quam ex vocatione individua facta de agnatis ſuis ibi - *& ubi nolit habitum Clericalem ſuſcipere, vel interim moriatur, admittatur &c. quique de familia Teſtatoris ex proximioribus de agnatione, qui habitum Clericalem ſuſcipiat*. Cum ergo voluerit Teſtator, ut medio tempore agnatus, & alii non Clerici, & exiſtentes laici, habilitentur per ſuſceptionem habitus Clericalis, ecce clara ejus voluntas ſuper vocatione inhabilis, quatenus habilitetur, & ſicut Teſtator voluit habilitari vocatos per ſuſceptionem Clericatus, ita per diſpenſationem ab ætate, cum utrunque parificetur quoad incapacitatem ad aſſequenda Beneficia, ut in puncto diſcurrit Card. de Luca *de Jurepatr. d. diſc.* 70. *n.* 18. & bene idem Card. de Luca *de fideicom. diſc.* 68. *n.* 24. ubi quod ſubſidiarie vocatus non eſt audiendus contra diſpenſationem ſuper natalibus illegitimi de genere prædilecto, ac per prius vocato, quando non abhorruit habilitatos ibi — *potiſſim. dum conſtabat Teſtatorem non abhorruiſſe illegitimos poſt quam legitimati eſſent, atque ſub genere iſtos quoque comprehendere voluiſſe; ideoque ad aliud diverſum genus ſubſidiarie vocatum tranſitus adhuc perfectus non erat, & conſequenter non agebatur de tollendo jure jam quæſito*, & in terminis Juriſpatronatus, quod ceteroquin ob ſolam vocationem alicujus lineæ prælative ad aliam dicatur adeſſe mens veriſimilis fundatoris, ad effectum diſpenſandi, dicit idem de Luca *de Jurepatr. d. diſc.* 86. *n.* 7. *verſ. ſecundo*.

Clarius autem hæc mens fundatoris manifeſtatur, dum quandiu vocavit agnatos, & cognatos ſuos ſemper permiſit eos inhabiles habilitari per ſuſceptionem Clericatus; quando vero defectis omnibus illis dedit poteſtatem hæredi præſentandi extraneum, denegavit habilitationem, ſed voluit illum eſſe debere habilem, non autem habilitandum ibi — *Deficientibus proximioribus &c. quiqnam alius beneviſus d. Catherinæ ejus nepti hæredi habilis tamen, & idoneus* — quæ diſcretiva inter conſanguineos, & extraneos ad evidentiam demonſtrat voluntatem Teſtatoris 28
permiſiſſe habilitationem in conſanguineis, quam negavit extraneis, & ideo cognatus non poteſt impugnare legem fundatoris, a qua jus ſuum deſumit, nec conſequenter impedire quicquid de jure, & ex lege fundationis conceſſum reperitur, Rot. coram Buratt. *decis.* 100. *num.* 14. *decis.* 153. *num.* 2. *& decis.* 183. *num.* 6. 8. *&* 9. *& decis.* 316. *num.* 14. & coram Seraphin. *decis.* 750. *n.* 1. & coram Cerr. *decis.* 794. *num.* 21.

Hæc erant, quæ ſcribebam in dicta *Cremonen.* & tamen S. Congregatio contrarium reſolvit, ut ſuperius dixi *ſub num.* 14. ceterum reſolutio nunquam captivare potuit intellectum, neque ſubſiſtere valet ſtando in rationibus præallegatis & deductis etiam in *diſcept.* 13. *n.* 39. *& ſeqq.* quibus adhuc inſiſto: ſed veritas eſt, quod alia motiva dederunt cauſam reſolutioni. Primo ob incongruam concordationem dubii, dum non debebat diſputari, *an ſit concedenda diſpenſatio*, eo quia in gratioſis totum pendet ab ar- 29
bitrio Superioris, qui poteſt denegare ex cauſa ſibi beneviſa, maxime dum adeſt oppoſitor, neque in hoc violatur mens fundatoris, qui præſumitur prius vocaſſe agnatos, quatenus ſint idonei, aut placeat Superiori eos reddere idoneos per diſpenſationem; ſed diſputari debebat aliud dubium — *an petitæ diſpenſationi agnati obſtaret oppoſitio cognati*, prout de jure non obſtabat ex præallegatis, quæ ſane incongrua concordatio dubiorum non leve præjudicium ſæpe tulit miſeris litigantibus, experientia teſte. Secundo, quia ſupplicatio pro diſpenſatione porrecta 6. *Aprilis* erat ſubreptitia, & nulla, dum expoſitum fuit agnatum eſſe Clericum, quando talis non erat,
ſed Clericatum poſtea ſuſcepit 8. *Aprilis*, & de tem- 30
pore diſputationis in Sacr. Congregatione erat lapſus quadrimeſtris, extra quod non poterat amplius diſpenſari in præjudicium Juris devoluti & quæſiti cognato ſubſidiarie vocato, nec obſtabat impedimentum litis, & appoſitio *nihil tranſeat* facta ex parte cognati, hoc enim non impediebat præſentari novam ſupplicationem in eodem quadrimeſtri, licet impediret concedi gratiam, ſeu expediri.

In diſcept. 16. *per tot. fol.* 293. firmavi, conſtitutionem adjunctorum Capituli vigore *Concil. Trident. ſeſſion.* 25. *cap.* 6. *de reform.* non eſſe conformem ju-
ri communi reprobando *Saraviam* contrarium te- 31
nentem, hanc meam opinionem noviſſime tenuit Rota *in Giennen adjunctorum* 15. *Junii* 1703. coram Reverendiſſimo Molines Decano, ubi pariter reprobatur *Saravia*, & firmatur Epiſcopum etiam in correctione Capitularium de jure communi non teneri requirere conſenſum Capituli etiam in gravibus, & arduis, exceptis quibuſdam caſibus in jure expreſſis, examinando omnes textus juris Canonici de hac materia loquentes, quæ deciſio emanavit poſt impreſſam *primam partem mearum diſceptationum*; adverte tamen quod per hanc deciſionem non tollitur quominus in arduis requirendus ſit conſenſus Capituli, ſi concurrat conſuetudo interpretativa, juxta *dec.* 615. *part.* 1. *diverſor.* de qua *diſcept.* 16. *num.* 11. *in fine part.* 1. *fol.* 295.

In diſcept. 17. *ſub n.* 42. *fol.* 320. dixi, quod exequens collationem invalidam facta ab alio, ſi habet jus conferendi, dicitur feciſſe actum de novo jure ſuo,
& non jure collationis alterius: ſed iſta concluſio in- 32
telligitur, quando quis ſponte, & ſimpliciter tradit poſſeſſionem nulliter proviſo; ſecus ſi vigore collationis alterius procedendo in figura juris executoris, ut apud Bich. *decis.* 254. *num.* 11. *& ſeqq.* quod intellige, quando in executione ſe reſtringeret ad titulum præcedentem, non excedendo partes ſimplicis executoris, & contrarium procederet, ſi poſſeſſio tradere-
tur

Digitized by Google

tur nedum in executionem Tituli præcedentis, ſed etiam cum clauſula *omni alio meliori titulo, & modo*, vel cum aliis verbis exprimentibus actum non reſtrictum ad ſolum titulum præcedentem, & ad meram illius executionem.

In diſcept. 19. *n.* 4. *part.* 1. *fol.* 337. dixi non va-
33 lere argumentum a Jurepatronatus activo ad paſſivum, & contra, ibi citatis adde Lother. *de re beneſic. lib.* 2. *queſt.* 11. *n.* 151. de Luca *de linea legal. art.* 24. *n.* 39. Venturin. *conſ.* 43. *n.* 103. *& ſeqq.* Rot. *dec.* 45. *n.* 9. poſt Vivian. *de Jurepatr. & in Aſculana Beneficiorum* 28. *Aprilis* 1698. §. *Nec refert*, cor. R. P. D. Caprara *&* 16. *Novembris* 1699. *&* 15. *Martii* 1700. coram R. P. D. Muto, quæ concluſio intelligitur. Primo, quando paſſivum eſt reſtrictum ad certas perſonas, nam tunc non poteſt ampliari ab activo, nempe ad alias perſonas in iſto vocatas. Secundo, quando conjecturæ, quæ militant pro vocatione certarum perſonarum in activo, non poſſunt verificari pro earundem vocatione in paſſivo. Tertio, quando paſſivum eſt clarum, & activum dubium. Quarto, ubi reſiſtit voluntas Teſtatoris ſeu fundatoris provocatione in paſſivo earundem perſonarum, quæ fuerunt vocatæ in activo, ut explicavit Rot. *in Auximana Jurisſpatronatus* 9. *Martii* 1703. §. *clarius*, cor. R. P. D. Muto.

Per contrarium valet argumentum ab activo ad paſ-
34 ſivum, quando paſſivum eſt dubium, tunc enim ab activo declaratur, ampliatur, & reſtringitur, idemque procedit quando utrunque eſt dubium, quia tunc ſicut determinatur activum, ita & paſſivum; cum vocatio ad activum quod eſt plus, influat pro præſumptione vocationis ad paſſivum quod eſt minus, Rot. *in Gerunden beneficii* 24. *Januarii* 1691. §. *& ſane in fine*, cor. bo. me. Bentincaſa *&* 5. *Maii* 1692. §. *quæ validiſſima*, cor. eodem, *& in Nullius ſeu Orbitellen. Jurisſpatronatus* 13. *Januarii* 1696. cor. R. P. D. Olmo, *& in Majoricen. beneficii* 16. *Febr.* 1699. §. *licet enim*, cor. R. P. D. Tremoille, *& in Melevitana Jurisſpatronatus* 28. *Januarii* 1701. §. *quemadmodum*, cor. eodem, *& in Auximana Jurisſpatronatus* 9. *Martii* 1703. §. *clarius*, cor. R. P. D. Muto — & paritas rationis inter utrunque currit, deque uno ad aliud valida eſt illatio nempe ab activo ad paſſivum, & e contra, Rot. *dict. Majoricen. ubi proxime*; unde ſi activum eſt in dubium, aut ſuper comprehenſione perſonarum, aut ſuper qualitate ipſius hæreditaria, familiari, vel mixta, tunc declaratur, ſuppletur, reſtringitur, & ampliatur a paſſivo; in quo tamen genere argumenti advertendum, quod ſcribit Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 28. *n.* 12. ubi
35 quod licet ex paſſivo reſtricto ad ſolos agnatos inferatur ad activum, tamen argumentum non bene procedit e converſo, cum paſſim detur activum hæreditarium, & ad extraneos tranſitorium firmo remanente paſſivo in genere vocato per fundatorem: Item notandum, quod argumentum procedit, quando adeſt diſpoſitio fundatoris pro utroque Jurepatronatus, non autem ubi de ea non conſtaret, ex. gr. ſi quis vellet prætendere Juspatronatus paſſivum pro certis perſonis, ex quo vocatæ fuerunt in activo, aliud enim eſt declarare ambiguam fundatoris voluntatem ſuper una ſpecie Jurisſpatronatus a diſpoſitis ſuper altera, aliud vero inducere voluntatem nullatenus explicatam, ut ait Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 29. *n.* 5. bene verum eſt, quod ſi diſpoſitio ſuper paſſivo eſſet quidem certa, ſed tamen mutila, & trunca, poſſet ſuppleri ex diſpoſitis ſuper activo.

Rurſus adverte, quod ſi fundator reſervaſſet Juſpa-
36 tronatus activum pro ſuis conſanguineis, & paſſivum pro extraneis; vel activum pro extraneis, paſſivum pro conſanguineis, hoc argumentum de diſpoſitione ad aliam non eſſet admittendum, niſi in iis in quibus intraret paritas rationis, quorum unus ex. gr. foret ſi dubitaretur an eſſent comprehenſi illegitimi, quia ſi in uno genere Jurisſpatronatus conſtaret, fundatorem excluſiſſe illegitimos, hæc diſpoſitio influeret in aliam per viam conjecturæ, & e contra, ſi conſtaret eos incluſiſſe; bene verum eſt quod aliqua adjecta in diſpoſitione pro extraneis, ſeu minus dilectis non influerent ad diſpoſitionem pro Conſanguineis ſeu magis dilectis quia non intraret paritas rationis, vide *dec.* 126. *n.* 4. *part.* 1. *rec.*

In eadem *diſcept.* 19. *num.* 9. *&* 11. *fol.* 339. dixi,
Fundatorem non ligari ex Jurepatronatus paſſivo 37
per ipſum ordinato ex Card. de Luca *de Jurepatron. diſcurſ.* 90. *n.* 4. adde Carol. Anton. de Luca *de linea legal. art.* 24. *n.* 22. & Magiſtralem *decis.* 365. *Cavalerii*.

In Diſcept. 22. *n.* 25. *fol.* 366. dixi, quod ſi recuperare Regna pro fide Catholica eſſet idem ac dotare Beneficia, ſequeretur abſurdum, quod quis ex. gr. recuperando Regnum Ungariæ prætendere poſſet Juſpatronatus ſuper Eccleſiis Galliæ vel Bavariæ, & illud reſervare poſſent etiam Epiſcopi, quod intellige ſuper Eccleſiis indotatis, exceptis Collegiatis, ubi illi non poſſunt reſervare Jus præſentandi principa-
lem Prælatum etiam ex cauſa dotationis & fundatio- 38
nis, ſed requiritur beneplacitum Apoſtolicum, niſi quando Prælatus ibi per electionem non conſtituitur, ut *in Hiſpania, Belgia, & Gallia*, ac ubi fundator hanc legem appoſuit ab initio, quod nempe Prælatus non conſtituatur per electionem, quæ lex inſerviet pro cautela evitandi Beneplacitum Apoſtolicum, Caſtropal. *oper. moral. Tract.* 13. *de benef. diſp.* 2. *punct.* 2. *n.* 12. & niſi ageretur de fundatione vetuſta & facta tempore, quo erat communis opinio, quod Epiſcopus poſſet reſervare jus præſentandi in Collegiata ſeu Conventuali, quicquid ſecus jus eligendi, ut tenebant Canoniſtæ magis Claſſici, nempe Card. Zabarell. *in cap. quod ſicut num.* 3. *poſt med. de elect. verſ. & videtur Innoc. ibid. num.* 9. *&* 2. *idem* Zabarell. in Clem. *plures* §. *& ut facilius ſub num.* 2. *de Jurepat.* Rocchus de Curte *eod. tit. in verb. Eccleſiam num.* 3. Lambert. *lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 5. *num.* 11. *verſ. ultimo ponam, & verſ. ſed tene hoc pro firmo, & n.* 13. *verſ. reperi poſtmodum, & part.* 1. *lib.* 1. *qu.* 9. *n.* 75. Covar. *in regul. poſſeſſor. malæ fidei part.* 2. *relection.* §. 10. *num.* 3. *verſ. quæ quidem, & n.* 4. *&* 5. Barboſ. *in cap. nobis de Jurepatr. num.* 5. *verſ. limita*, Boſquet. *in Notis ad* Innoc. III. *lib.* 1. *reſtigr.* 13. *Epiſtola* 21. Card. *in cap. Sacroſancta n.* 3. *verſ. in quorum ſolutionem, & verſic. & videtur de elect.* Gonzal. *in dicto cap. Sacroſancta numer.* 8. Amayden. *de Stylo Datariæ lib.* 1. *cap.* 15. §. 15. *ſub num.* 156. *&* 157. quæ opinio meo judicio erat verior, licet apud
modernos hodie contraria ſit indubitata, cauſata ex 39
æquivoco ſuper intelligentia, Text. *in cap. nobis de Jurepatr.* quod nempe laicus eſſet incapax Juris præſentandi in Conventuali, quando Textus loquitur de jure eligendi, ſeu intereſſendi una cum Clericis Eccleſiæ ad eligendum Prælatum, ibique votandi, & aſſentiendi, cujus juris eligendi laicus eſt incapax; nullatenus autem Textus loquitur de Jure præſentandi, imo eum capacem declarat permittendo, quod electioni jam factæ conſenſum præſtet, Rot. *dec.* 42. *num.* 14. poſt Antonell. *de jur. & oner. Clericor.* qui conſenſus ſtat loco præſentationis. Cauſata etiam ex alio æquivoco, quod Prælatus debeat aſſumi per electionem Clericorum, quæ non poſſit eis auferri, & dari Prælatus invitis, ut ait Lother. *lib.* 2. *queſt.* 6. *num.* 61. quando hoc tantum eſt de jure, & tamen fundator poteſt apponere legem juri contrariam in limine fundationis, unde poteſt expreſſe apponere, quod Prælatus non ſit per electionem, ſed ad Inſtitutionem Epiſcopi, & præſentationem, ex Caſtropal. *ubi ſupra*, & etiam ex conſuetudine electio exolevit in pluribus Regnis, ut teſtatur idem Auctor, nec proinde adeſt circa hoc perpetua juris prohibitio, ut putavit Lotherius, cum nihil in toto jure magis fuerit varium, & inconſtans quam modus providendi principales Prælaturas, *ut in can. Valentinianus cum plurib. ſeqq. diſt.* 63. & Summi Pontifices paſſim avocarunt jus eligendi a Capitulis, & Collegiis, ut *in regul.* 2. *Cancell.* immo ſicut Collegium ſtare poteſt ſine Prælato, *ut in diſcept.* 8. *n.* 28. *fol.* 182. *part.* 1. ita ſine illius electione, ultra quod non ſubſiſtit ex præſentatione ſolvi in habitu, aut actu jus eligendi; quia habitus ſemper durat, donec Eccleſia Superioris auctoritate fuerit

exin-

extincta actus reaſſumi poteſt ab Eccleſia donatio-
ne, præſcriptione, & extinctione Juriſpatronatus,
ex quibus licet non intelligam abrogare opinio-
nem contrariam, quæ hodie habet radices, dice-
rem tamen, reſervationem Juris præſentandi factam
40 in Conventuali de conſenſu Epiſcopi eſſe validam,
ſi fundatio eſſet antiqua, hoc eſt uſque de anno
1500. quia uſque tunc viguit opinio, quod non re-
quireretur beneplacitum Apoſtolicum, & ſecundum
opinionem quæ viget de tempore actus, ipſius a-
ctus validitas eſt dijudicanda ex Rot. coram Emerix
Jun. *deciſ.* 1084. *n.* 5. cum aliis ſupra *diſcept.* 22. *n.*
15. *fol.* 562. nam opinio moderna incœpit poſtea,
ut colligitur ex antiquis deciſionibus editis de an-
no 1536. cor. Mohedan. *deciſ.* 10. *n.* 5. *de Jurepat.*
& coram Puteo *dec.* 366. *n.* 4. *lib.* 2.

In eadem diſcept. 22. *n.* 38. *part.* 1. *& diſcept.* 38.
num. 1. *& ſeqq. part.* 2. dixi, prælationem in paritate
41 vocum deberi conſanguineo etiam Patroni extra-
nei, adde & ipſi compatrono extraneo præſentato
per medietatem vocum ab aliis compatronis, &
ita obtinui per ſententiam R. P. D. Foſſi anno 1703.
in cauſa S. Severini *Beneficii*, & pariter dixi in eadem
diſcept. 22. *n.* 30. *cum ſeq.* quod poſſeſſio præſentan-
di in menſibus ordinariis non relevat Patronum
ejuſque præſentatum ab onore probandi privilegium
Juriſpatronatus eſſe ex coæquali dotatione, & o-
mnia ibi firmata fuerunt per Sac. Rotam approba-
ta, me ſcribente *in Placentina Juriſpatr.* 23. *Martii*
1703. cor. Reverendiſs. D. Molines Decano.

Ad diſcept. 21. *n.* 23. adde, quod Metropolitanus
poteſt admittere appellationem a denegatione Ordi-
num in caſu, quo quis habet neceſſitatem eos
42 conſequendi ratione beneficii, cui ordo eſt annexus,
Rembold. *deciſ.* 186. *&* 195. ſecus ſi quis volunta-
rie, & ex mera devotione velit eos ſuſcipere; tunc
enim totum pendet ad arbitrio Ordinarii, a quo non
datur appellatio ad Metropolitanum, Card. de Luca *de
benefic. diſc.* 71. *n.* 3. Sac. Congregatio Conc. me ſcri-
bente *in Calagurritana exceſſuum* 16. *Junii* 1695. *in
reſponſ. ad* 10. bene verum eſt, quod in ordine ad
Sac. Congregationem Concilii vel Epiſcoporum, &
Regularium ſemper datur recurſus ei, cui fuerunt de-
negati Ordines ab Ordinario, quæ poteſt ex cauſa
ſibi beneviſa, & pro libitu concedere Ordines de-
negatos ab Ordinario, qui etiam cogitur cauſam
juſtam denegationis allegare eidem Sac. Congregatio-
ni, nec poteſt ſe excuſare cum ſolo arbitrio ſibi
conceſſo per Concilium Tridentinum & S. Cano-
nes, cum S. Congregatio repræſentet Summum Pon-
tificem, qui eſt abſolutus Dominus in his materiis.

Ad diſcept. 22. *n.* 39. *fol.* 370. *part.* 1. adde quod
proviſio facienda de qualificato ſeu de certo genere
43 Perſonarum juxta legem fundationis, eſt valida in
perſona non qualificati, neque paſſive vocati, ſi
habens jus paſſivæ vocationis non comparuit, nec
re integra ſe oppoſuit, ut præter ibi citatos *n.* 39.
firmavit Rot. *in Derthuſen. Beneficii* 29. *Aprilis*
1701. §. *licet enim* cor. R. P. D. Lancetta ad differen-
tiam caſus, quando qualitas requiſita in vocatis non
reſpicit favorem Perſonarum, ſed Eccleſiæ, & Be-
neficii, ut hoc melius, & magis idoneis conferatur
veluti Graduatis, Doctoribus, & Theologis; tunc
enim non valeret collatio aliter facta etiam ſi nul-
lus qualificatus peteret eam ſibi fieri ſeſeque oppo-
neret: ſed tenetur Ordinarius inquirere qualificatos,
intellige in Diœceſi, non autem per totum Mun-
dum, ut per Text. *in cap. Monaſterium* 16. *quæſt.*
7. inquit Lambert. *de Jurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *qu.* 10.
art. 3. *memor.* 17. *fol.* 660. quæ inquiſitio fieri debet
per edicta, & proclamata aliuſque æquivalentes mo-
dos, ut me ſcribente Rot. in *Forolivien. Canonica-
tus Theologalis* 25. *Junii* 1700. §. *ſecundo dominum*,
coram R. P. D. Anſaldo, ubi cum vacaſſet Præben-
da Theologalis Ordinarius ſub prætextu, quod nul-
lus adeſſet Theologus ſecularis, proviſionaliter de-
putavit Theologum Regularem ad legendam Sacram
Scripturam, juxta monitum Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 1.
de reform. ubi, Barboſa *n.* 13. Pignat. *conſult.* 149.
ſub n. 4. *tom.* 10. Pax Jordan. *lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 32. cum
aliis in præfacta deciſione adductis §. *Tantoque*;
elapſo autem ſemeſtri, & plus, unus de Diœceſi ha-
bilis impetravit Præbendam Theologalem a Sede
Apoſtolica ex capite devolutionis, & Rota literis
executionem dedit, ex quo Ordinarius non perqui-
ſiverat Seculares idoneos in Diœceſi per proclama-
ta, & edicta, ac oſtendebatur extitiſſe plures lau-
reatos in utroque Jure, quos ille non interpellave-
rat firmando ſufficere Canoniſtas ad hoc munus,
prout talis erat impetrator, cui tamen adjecta fuit
lex in literis, ut infra terminum unius anni lau-
ream magiſtralem in Sacr. Theologica facultate o-
mnino conſequi deberet.

Redeundo ad primum caſum, quando agitur de
beneficiis, quæ debentur certo generi Perſonarum
paſſive vocato, quæri poteſt, an ſi paſſive vocatus
compareat intra quadrimeſtre, ſed extra terminum 44
edicti ab Ordinario affixi, qui jam proceſſit ad col-
lationem, ſeu inſtitutionem favore diverſæ perſonæ,
ſit necne audiendus? vide ſuper hoc Card. de Luca
de jurepatr. diſc. 49. *ſub n.* 6. ubi agendo de caſu,
quod Ordinarius poſt affixum edictum, & nemine
intra ejus terminum comparente providerat jure de-
voluto, tenet quod ſit audiendus paſſive vocatus in
fundatione comparens intra quadrimeſtre, nec in
illius præjudicium valeat brevior terminus in edi-
cto præfixus; Rota vero cor. Penia *dec.* 1314. fir-
mat, quod ſtante vacatione beneficii de Jurepatro-
natus activo favore laicorum una cum paſſivo pro
proximioribus Fundatoris, ſi intra terminum edicti
fuerit præſentatus, & inſtitutus proximior, compa-
rens deinde magis proximior, cui eſſet debita inſti-
tutio, non debeat audiri, nec admitti, eo quia, cum
paſſive vocato nullus de jure ſit præfinitus terminus,
eſt locus præfixioni termini per edictum, unde eo
elapſo, & ſecuta inſtitutione, non eſt amplius au-
diendus. Noviſſime Rot. in *Barchinonen. beneficii*
14. *Martii* 1692. §. *probata* cor. bo. mem. Urſino te-
nuit, quod probata ſcientia paſſive vocati tam de
vacatione beneficii, quam publicatione edicti, &
non comparente infra terminum illius vel ſaltem in-
tra quadrimeſtre ante inſtitutionem, non ſit audien-
dus, quia præſumitur renunciare pro illa vice Juri
ſuo, & dictam ſcientiam licet admittat, eſſe debere
veram, certam, & non præſumptam, dicit tamen,
quod hæc ſcientia vera, certa, & indubitata proba-
ri poteſt ex conjecturis vehementibus, & urgentiſ-
ſimis, quales in ſuo caſu concurrebant.

In quo advertendum, quod terminus edicti debet
eſſe congruus, non autem nimis brevis, & brevitas
conſiderari debet ex circumſtantiis, puta ſi Patroni, 45
ſeu etiam paſſive vocati, eſſent abſentes vel impedi-
ti, & habito reſpectu ad loca minus vel magis remo-
ta, in quibus illi reperiuntur; nam ſtante brevitate
termini incongrui inſtitutio ſeu proviſio eſſet nulla,
& eſſet audiendus habens Juſpatronatus activum, ſeu
paſſivum præſentando, & reſpective ſe opponendo
etiam poſt terminum edicti, & collationem ſecutam,
ut de termino ſex dierum, Rot. cor. Rembold. *dec.*
373. *n.* 4. *& ſeq.* Lother. *de re benefic. lib.* 2. *quæſt.* 13.
n. 45. 54. *&* 55. Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 49. *n.*
4. Penia *d. dec.* 1314. *n.* 2. *in fine*, *& in rec. dec.* 97.
n. 5. *part.* 3. *& in Cremonen. præpoſituræ*, coram Con-
rado apud Caren. *reſol.* 10. *n.* 23. §. *non obſtat repeti-
ta* poſt Vivian. *dec.* 139. *n.* 28. *&* 29. ſæpe enim con-
tingit, ut vel Ordinarius affectate ſolicitet affixio-
nem edicti cum brevitate termini ad ſupplantandos
Patronos, vel ipſimet Patroni habentes minorem
partem vocum idem procurent in præjudicium com-
patronorum abſentium habentium majorem partem
vocum, vel in præjudicium proximioris paſſive vo-
cati, & obtinendo inſtitutionem in perſonam mi-
nus proximi, ad quas, & ſimiles fraudes eſt ad-
vertendum in contingentiis facti.

Rurſus notandum, quod data ſcientia edicti poſ-
ſunt Patroni, aut aliquis ex compatronis intra ejus
terminum comparere inſtando, ut expectari debeat
quadrimeſtre, ſive ut vacatio ad aliorum Patronorum 46
notitiam devenire poſſet, ſive ut ipſemet comparens
maturius deliberare poſſit ſuper electione præſentandi,

ſive quia paſſive vocatus & præſentandus nondum
ſit Clericus, vel non habeat legitimam ætatem, un-
de expediat habere terminum Juris, intra quem pot-
eſt habilitari tam in ſuſcipiendo Clericatu, quam in
aſſequenda diſpenſatione ſuper ætate, vel ea ſecluſa
poteſt naturaliter fieri legitimæ ætatis in fine quadri-
meſtris, qua ſtante comparitione, & oppoſitione
terminus Juris eſt expectandus, idemque procedit et-
iam ſi comparitio iſta contingat lapſo termino edi-
cti, ſed re integra ante inſtitutionem, ſeu collatio-
nem, Card. de Luca *de jurepatr. diſc. 49. n. 6.* Bu-
ratt. *decis. 727. numer. 7.* alias actus factus contra
hanc oppoſitionem, & inſtantiam eſſet nullus; &
nota demum, quod licet Ordinarius poſſit admittere
præſentationem etiam factam extra quadrimeſtre, id
tamen intelligitur in præjudicium Juris, quod ipſe
habet ob devolutionem, non autem in præjudicium
compatroni ſeu ejus præſentati intra quadrimeſtre,
etiamſi ille compatronus non habuiſſet niſi mino-
rem partem vocum; alio enim non præſentante intra
quadrimeſtre totum Jus remanſit conſolidatum in eo
qui præſentavit; limita, ſi compatronus præſentaſſet
extra quadrimeſtre in termino tamen prorogato per
Papam, Pax Jordan. *lucubr. tom. 2. lib. 10. tit. 7.
numer. 246.*

In eadem diſcept. 22. *n. 36.* dixi, quod proviſio-
nes beneficiorum de Jurepatronatus laicorum per Da-
tariam continuare ſolent per obitum in Curia abſque
præſentatione cum derogatione Juriſpatronatus in to-
tum, in quo obſervandum, quod Beneficia Juriſpa-
47 tronatus laicorum cum non caderent ſub reſervatio-
ne majori per obitum in Curia vigore *c. 2. de præ-
ben. in 6.* juxta communionem doctorum opinionem,
de qua ſupra *diſcept. 12. num. 60. fol. 255. par. 1.*
cœpit Dataria conferre cum derogatione Juriſpatro-
natus in totum; verum quia contingebat, quod Pa-
troni præveniebant proviſionem Apoſtolicam præ-
ſentando ante illam, quæ remanebat inutilis ob Jus
quæſitum præſentato vigore præambulæ præſentatio-
nis, ut *in diſceptat. 4. num. 56. fol. 96. part. 1.* id-
circo inolevit ſtylus in literis Apoſtolicis ponendi
datam de tempore obitus, ſeu vacationis, & ſic
præſentatio etiam præventive facta non poteſt appa-
rere anterior proviſioni Apoſtolicæ; cautela igitur
eſt pro Patronis, ut ſtatim vacante beneficio appo-
ni faciant in Dataria *nihil tranſeat*, & ſtatim præ-
ſentent, ac etiam obtineant Inſtitutionem præſentati
ab Ordinario, quo caſu citante impetratore Apoſto-
lico ad removendum *nihil tranſeat* coram Datario
opponi poterit Jus quæſitum præſentato per præſen-
tationem jam factam, immo etiam inſtitutionem ſe-
cutam; & cum Papa non intendat derogare Juri
quæſito, non poterit eſſe locus proviſioni Apoſtoli-
cæ cum derogatione Juriſpatronatus in totum: &
ita vidi practicatum, & obtentum in contingentia
facti, & obtineri fas eſt, ne alias laici retrahantur
a fundationibus beneficiorum, quod magis urget,
& redundat in favorem Sedis Apoſtolicæ, nempe
allicere laicos ad erogandum proprias facultates in
erigendis Eccleſiis, & Beneficiis, quam ſemel vel
bis, & ter providere Beneficia laicorum cum dero-
gatione eorum Juriſpatronatus, reddendo laicis gra-
tiam Juriſpatronatus diminutam, eoſque retrahendo
a fundationibus futuris.

In Diſcept. 25. quicquid dixi de conjecturata men-
te fundatoris excludendi reſervationes Apoſtolicas,
48 procedit nedum quando Juſpatronatus de Patronis lai-
cis fecit tranſitum in Eccleſiaſticos, ſed etiamſi fun-
dator poſt extinctam lineam laicorum conceſſerit
certis Collatoribus Jus conferendi tantum, non au-
tem Jus præſentandi; adhuc enim non cadit benefi-
cium ſub reſervationibus Apoſtolicis, ſi conſtat de
mente fundatoris. quod illi Collatores tantum ha-
beant conferre, & providere, ut dixi *diſceptat. 22.
ſub n. 41. verſ. valet fol. 372. par. 1.* & plene di-
ctum fuit *in Parmen. beneficii* 13. *Junii* 1701. *§. ſed
quatenus* cor. R. P. D. Scotto confirmata *in 3. in-
ſtantia* 27. *Junii* 1703. cor. Reverendiſ. Molines De-
cano, in qua fuerunt approbatæ omnes conjecturæ
excluſivæ reſervationum per me ſuperius adductæ *di-
ſcept. 25. n. 23. cum plurib. ſeqq. fol. 414. & ſeq. part. 1.*

Ad Diſcept. 26. *n. 16.* adde quod ubi Juſpatronatus
fuit reſervatum ab initio duobus vel pluribus diſtin-
ctis perſonis pro eorum deſcendentibus agnati ſeu 49
etiam exiſtens hæreditarium fuerit diviſum inter plu-
res per concordiam adjecta qualitate gentilitia, jux-
ta ea quæ dixi *diſcept. 53. n. part. 2.* tunc licet Juſ-
patronatus ſit gentilitium, tamen ſucceſſio, & præ-
ſentatio fit in capita inter deſcendentes cujuſcun-
que lineæ, ut major pars repræſentet totam lineam;
ſecus quoad ipſas lineas inter ſe, ſeu deſcendentes
omnium linearum collective, quia ſucceſſio eſt in
ſtirpes, itaut tantam vocem habeat unus deſcendens
ex uno ſtipite, quantum centum deſcendentes ex
alio, ut explicat Card. de Luca *de Jurepatr. diſc. 33.
n. 2. diſc. 54. n. 6. & diſc. 61. n. 13.* Rot. *deciſ. 2. n. 8.
p. 7. rec.* quam concluſionem male intellexit Ton-
dut. *q. benef. part. 3. cap. 157. n. 7.*

In Diſcept. 40. *fol. 16. & 17. part. 2.* ſuſtinui, one-
ra miſſarum non eſſe deducenda de valore beneficii 50
ſimplicis, hanc meam opinionem comprobavit no-
viſſime Sac. Rot. in *Pampilonen. benef.* 11. *Junii* 1703.
§. haud refragante cor. R. P. D. Muto ibi -- *haud re-
fragante quod ſcuta 470. & annua rubra 30. frumen-
ti debeantur pro celebratione Miſſarum, ſiquidem
iſta aliaque emolumenta quamvis ratione laboris de-
beantur, quando tamen Beneficiato debentur ratione
Beneficii, & non uti particulari, extraneæque perſo-
næ, & onus eſt voluntarium, detrahenda non ſunt,
&c. cum integros fructus percipere poſſit Beneficiatus
adimplendo per ſe dicta onera Miſſarum.*

Quodque dixi in eadem Diſcept. 40. *n. 3. verſ. ulte-
rius*, quod nempe Capellania Sacerdotalis requirit ſer- 51
vitium per ſe ipſum, intelligi debet regulariter lo-
quendo; nam alias dari poteſt caſus, quod Capella-
nia ſit Sacerdotalis, & tamen non requirat ſervitium
per ſe ipſum, ut apud Fagnan. *in cap. ut Abbates n.
6. in fine, & n. 7. de ætat. & qualit.* Rot. *dec. 335. n.
2. pag. 19. rec.* & nota ad materiam, quod licet fun-
dator dixerit præſentandum eſſe Sacerdotem, ex hoc
non inducitur qualitas Sacerdotalis actu tempore præ-
ſentationis, ſed ſufficit eſſe in tali ætate, ut poſſit
quis intra annum ad Sacerdotium promoveri; niſi
expreſſe dictum fuiſſet, quod præſentetur *actualiter
Sacerdos*, ut tradunt Gonzal. *gloſſ. 5. n. 105.* Vivian.
de Jurepatr. lib. 6. cap. 6. n. 50. & 51. Priol. *dec. 41. n.
11. & 12.* non obſtante quod ubi verſamur in diſpo-
ſitione hominis, non autem legis, ſeu juris, tunc
non ſufficiat quod qualitas Sacerdotalis interveniat
habitu, ſed requiratur actu ex Card. de Luca *de be-
nef. diſc. 96. n. 18.* Conrad. *in prax. benef. lib. 2. cap.
10. n. 88. 107. & 120.* Buratt. *dec. 180. ſub n. 1.* Quip-
pe cum Beneficia Sacerdotalia de jure communi poſ-
ſint conferri habenti qualitatem Sacerdotalem in ha-
bitu, ex Text. *in cap. ei cui de praeben. in 6.* præſumitur
fundator ſe conformaſſe cum diſpoſitione Juris, &
ſic eadem regula procedit in diſpoſitione hominis ac
juris, ut reprobatis contrariis firmat Pignat. *conſult.
2. n. 22. & ſeq. to. 7.* Immo ubi etiam fundator dixe-
rit præſentandum eſſe debere non ſimpliciter Sacerdo-
tem, ſed Sacerdotem actualem, adhuc ſi proviſio ſit
facta authoritate Apoſtolica, ſufficere quem eſſe in
tali ætate, ut valeat promoveri propter ordinariam
clauſulam *non obſtantibus &c.* ſuſtinet Gonzal. *gloſ. 5.
n. 106.* ubi hoc intelligit, niſi laicus expreſſe dicat in
fundatione, quod non ſufficiat eſſe in tali ætate, niſi
quod de tempore collationis ſit actualiter Sacerdos;
ego autem puto, quod ſi fundator dixerit præſentan-
dum eſſe Sacerdotem actualem, etiam ſi agatur de
proviſione Apoſtolica, non ſufficiat eſſe in ætate, ut
quis poſſit promoveri tam ſi fundator ſit laicus, quam
Clericus, dummodo fundaverit de bonis ſuis patri-
monialibus, Rota *dec. 1. n. 2. verſ. dixerunt de præb.
in novis & dec. 41. de conceſſ. præben. in antiq.* Ricc. *in
prax. part. 1. reſol. 195. n. 4.* & contrarium procedit in
ſtatuto Eccleſiæ, Abb. *in cap. cum in cunctis §. inferio-
ra num. 11. de elect.* Caputaq. *deciſ. 127. num. 2. & 3.
part. 1. diſcept. 41. part. 2. fol. 18.* Sermonem habui de
inquiſito ſuper crimine, qui debet poſtponi ei, qui
nullam habet maculam, hanc concluſionem Lo-

therii

Digitized by Google

therii *lib.* 2. *q.* 21. *n.* 130. declaravi, ut non proce-
53 dat in redacto ad frugem melioris vitæ, & ubi
agitur de Beneficiis curatis: ceterum, ſecluſa hac
circumſtantia, inquiſitus ſuper crimine debet rejici
in concurſu non habentis maculam in hujuſmodi
Beneficiis curatis, etiamſi fuerit abſolutus per ſen-
tentiam ex capite *Innocentiæ*, excepto caſu, quo
conſtaret, eum fuiſſe inquiſitum per meram calu-
mniam, Lother. *ubi ſupra n.* 151. Rot. *dec.* 400. *n.* 8.
& 9. p. 16. *& dec.* 291. *n.* 8. *& 9. p.* 19. *rec.* Bich.
dec. 408. *n.* 16. Dura tamen opinio eſt, quod non
ſufficiat ſententia ex capite *Innocentiæ*; ideoque de-
claranda, ut procedat in ſententiis nondum tranſ-
actis in judicatum, ſed ſuſpenſis per appellationem,
Rot. *d. dec.* 400. *n.* 9. *p.* 16. Criminaliter autem de-
nunciatus de aliquo delicto adhoc ne eligi poſſit
ad Dignitatem ſeu officium, non ſufficit denuncia-
tio, ſed requiritur ſemiplena probatio delicti, Bi-
chius *d. dec.* 408. *n.* 17.

Hic quæri poteſt, an inquiſitus, accuſatus, &
denunciatus ſuper delicto, ſi præſentetur ad aliquod
beneficium per majorem partem Patronorum, con-
currente compræſentato per minorem partem non
54 inquiſito, iſti vel illi ſit danda Inſtitutio ab Ordi-
nario, ubi lapſum ſit quadrimeſtre? Reſolutio colli-
gi poteſt ex diſcuſſis per Gonz. & Fagn. *in c. omni-
potens de accuſ.* quod vide Rot. *dec.* 426. *n.* 8. *verſ.
& quamvis p.* 1. *diverſ.* Garz. *de Benef. p.* 7. *cap.* 8.
n. 60. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 87. *&
ſeqq.* Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 5. *de attent.
accuſat. pend. num.* 27. *& ſeqq.* qui reprobatur per
Garz. *ut ſupra n.* 54. quatenus dicit, impetrationem
Beneficii factam a Papa per inquiſitum, non facta
mentione inquiſitionis, eſſe nullam, & late defendit,
quod licet accuſatus, & inquiſitus de crimine non
poſſit promoveri, tamen proviſionem, & collatio-
nem factam infami, vel criminoſo crimine non in-
ducente irregularitatem, ſeu inhabilitatem ad bene-
ficia, non eſſe ipſo Jure nullam, quod eſt contra
opinionem Gonzal. *in d. cap. Omnipotens n.* 9. &
Fagnan. *ibidem n.* 19. *& ſeqq.* indiſtincte tenentium,
hujuſmodi promotionem inquiſiti vel accuſati de
crimine non valere etiam, ſi poſtea ſequatur ſen-
tentia abſolutoria, & Garziæ opinionem reprobat
Caſtrop. *tract.* 13. *de Benef. diſp.* 4. *punct.* 5. *num.* 4.
Proviſio autem de Beneficio non eſt ſuſpendenda,
& differenda poſſeſſio exceptione criminis, niſi de
eo fuerit quis publice infamatus, Text. *in cap. ac-
cedens* 25. *de accuſ.*

An autem Patronus infamatus de delicto poſſit
præſentare? Diſtingue, aut eſt pura infamia facti,
55 & hæc non repellit a Jure eligendi & præſentandi,
Lambert. *de Jurepat. lib.* 2. *par.* 1. *q.* 9. *art.* 16. *ſub
n.* 3. *verſ. ubi tamen dicit unum*, Paſſer. *de elect. c.*
10. *n.* 142. aut eſt infamia Juris, & requiritur ſen-
tentia declaratoria ſuper delicto, alias præſentare
non prohibetur, Paſſer. *ubi proxime n.* 245. eſt enim
abſoluta concluſio, quod ubi pœna privationis vo-
cis activæ vel paſſivæ incurritur propter factum, exi-
gitur ſententia, quæ factum illud declaret præexiſtere,
ad Text. *in cap. cum ſecundum legem de hæret. in* 6.
Lother. *de re benef. lib.* 3. *q.* 28. *n.* 62. *&* 63. &
in terminis ſimoniaci, quod debeat eſſe notorius,
convictus, infamatus, & condemnatus, Lamber. *de
Jurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 12. *n.* 4. *&* 5. Paulus
de Cittad. *eod. tract. p.* 7. *n.* 8. *in fin.* & de excom-
municato, quod debeat eſſe publicatus, Lambertin.
lib. 2. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 2. *ſub n.* 8. Sanch. *conſil. mor.
lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 71. *n.* 12.

In Diſcept. 48. *part.* 2. *fol.* 37. dixi *num.* 9. quod
reſignanti datur regreſſus ad Beneficium, ſi non
fuit ſervata forma mandati, ſed fuit expreſſum ali-
56 quid præter vel contra illud, reddens gratiam nul-
lam, niſi probetur, reſignantem ratificaſſe, & ap-
probaſſe exceſſum mandati, & malam expreſſionem
factam Papæ: quæ tamen approbatio non inducitur
ex ſcientia præſumpta, & per conjecturas, ſed hæc
eſſe debet vera & præciſa reſultans certitudinaliter
ex aliquo facto poſitivo, ut ibi dixi *n.* 8. & hanc
opinionem approbavit Rot. me ſcribente *in Me-*

diolan. benef. 5. *Martii* 1703. §. *Neque*, coram R.
P. D. Caſſarello *& in Mediolan. beneficiorum* 2.
Julii 1703. §. *abſque eo quod*, cor. Reverendiſſimo
Molines Decano.

In diſcep. 50. *n.* 8. *part.* 2. *fol.* 45. dixi, non eſſe
invitandum Capitulum Eccleſiæ Cathedralis pro aſ-
ſociandis funeribus ſuæ Parochiæ, cum obligatio vo-
candi Parochum intelligitur de actuali, non habi- 57
tuali, addo id firmare in terminis Card. de Luca
de Paroch. diſc. 46. *n.* 4. qui ſubjungit, quod quan-
do Partium nihil intereſt, unos vel alios Clericos
evocari, quia nempe illi de corpore Eccleſiæ Pa-
rochialis, penes quos reſidet cura habitualis, ſe of-
ferant inſervire pro eadem mercede, videtur quod ca-
dere poſſit Judicis officium pro conceſſionem præla-
tionis, quod adde ad ea, quæ dixi d. *Diſcep.* 50. *n.* 14.
& 15. quod nempe evocari ſeu præferri extraneis
debeant illi de Eccleſia, ſtante conſuetudine.

In Diſcept. 52. *p.* 2. *n.* 49. *& ſeqq. fol.* 87. dixi,
Matrimonium etiam antea proteſtatum de metu eſ-
ſe validum, ſi ſtuprator eſt paris conditionis cum 58
Virgine deflorata, & ſtuprum commiſit, data fide
Matrimonii, invenio Rot. cor. Emer. Jun. *dec.* 1285.
firmare, quod non teneatur ad nubendum ſtuprator,
quando non probatur mutua repromiſſio ex parte fe-
minæ, & ſubeſt cauſa ſcandalorum, ex quo vir fuit
carceratus, & mulier diffamata in judicio, itaut o-
dia gravia ſint extorta, & in Gadicen. *Sponſal.* 5.
Julii 1698. cor. bon. mem. Urſino. Concluſio circa
ſcandala prædicta procedit in Matrimonio nondum
contracto; circa vero mutuam repromiſſionem, ego
eam non puto ulterius probandam, cum ſit ſatis
probata ex facto. Eo enim ipſo, quod ſupponimus,
Virginem conſenſiſſe in ſtuprum, data præambula ſpe,
ſeu fide Matrimonii, ecce quod ipſe conſenſus in
ſtuprum inducit acceptationem promiſſionis Matri-
monii, & ſic adeſt conſenſus mutuus feminæ ex
facto, nec requiritur probatio ex verbis; neque enim,
ſtante præambula promiſſione viri, poteſt dici, Vir-
ginem conſenſiſſe in ſtuprum voluntarie, & inde-
pendenter ab illa promiſſione, cum hoc in nulla
Virgine etiam diſparis conditionis præſumatur, mul-
to minus paris conditionis, niſi probaretur, quod
ea conceſſiſſet ſtupro, nequaquam ſperando aut cre-
dendo Matrimonium, & abſolute etiamſi vir pro-
miſſionem non adimpleret, ut quandoque contin-
gere poteſt in Virginibus amore deperditis, & am-
bubajarum genio inclinatis, quæ ſolo benevolentiæ
impetu, ac libidinis incitamento moveri poſſunt,
nullo habito reſpectu ad Matrimonium.

In Diſcept. 53. *& ult. n.* 1. *fol.* 105. dixi, quod
Juſpatronatus reſervatum ante *Clem. plures de Jurep.*
præſumitur potius gentilitium quam hæreditarium,
juxta noviſſimas deciſiones Sacr. Rot. Verum con-
trarium habetur in *dec.* 252. *n.* 23. *& ſeqq. p.* 16. *& 59
dec.* 99. *n.* 11. *p.* 17. quas ſequitur Addend. ad Ra-
mon. *conſ.* 11. *num.* 44. *& ſeqq. tom.* 1. ea ratione,
quod cum Clementina emanaverit per viam decla-
rationis antiqui Juris dubii, ejus præſumptio locum
habet etiam in Patronatibus ante Clem. conſtitutis;
licet autem ultima opinio Rotæ ſit in contrarium,
quam ego quoque tenui, dicerem tamen hanc cir-
cumſtantiam fundationis peractæ ante Clemen. non
poſſe allegari, nec pro præſumptione Juriſpatronatus
gentilitii nec hæreditarii, & pro neutra parte ſtare
præſumptionem Juris; ideoque quæſtionem deciden-
dam eſſe ex conjecturis obſervando, quæ ſint me-
liores, & fortiores pro una vel alia qualitate; &
in hoc ſenſu loquitur Rot. *in Florent. Juriſpatron.
de Riccaſolis* apud Vivian. *lib.* 4. *cap.* 1. *poſt nu.* 71.
verſ. item quod, quæ eſt origo hujus concluſionis;
ſolum namque firmat, non poſſe allegari diſpoſitio-
nem Clementinæ in Patronatibus ante illam funda-
tis, non autem quod præſumptio ſit pro qualitate
gentilitia, ut æquivocarunt moderni.

Nota ad materiam, quod donatio vocum patro-
nalium facit conjecturam Patronatus hæreditarii ex-
cluſive ad gentilitium, Tondut. *qu. benef. part.* 3. 60
cap. 144. *nu.* 19. Vivian. *lib.* 14. *cap.* 2. *num.* 55. *&*
87. Rot. *dec.* 288. *num.* 14. *part.* 3. *& dec.* 99. *num.*

11. *p.* 17.

11. *par.* 17. *ver.* Idem inferunt præſentationes factæ per portiones, & quotas vel allegato titulo hæreditario, vel productis Teſtamentis ad probandam qualitatem hæreditariam præſentantis. Item ſi quis in concordia ſuper Jurepatronatus intervenerit uti hæres Patroni anteceſſoris, vel ſi feminæ, & deſcendentes ex eis admiſſi fuerint ad Juſpatronatus, Grat. *diſcept.* 577. *n.* 46. Rot. *in Firmana Juriſpat. ſuper negotio principali* 15. *Decemb.* 1702. §. *Tantum abeſt cum ſeqq.* cor. R. P. D. Muto, ubi etiam firmat ſub nomine *Poſterorum* venire feminas, & earum deſcendentes, maxime ſi fuerint contemplati per feminam, quæ non cenſetur abhorruiſſe proprium ſexum. Sed hæc conjectura quando feminæ, & deſcendentes ab eis admiſſi fuerint, niſi accedat circumſtantia præſentationum factarum nomine hæreditario, in quibus terminis loquitur Grat. *ubi proxime* non excludit Juſpatronatus Gentilitium, nam in eo latius ſumpto ſuccedunt omnes de ſanguine ſive maſculi, ſive feminæ, ac ſive agnati vel cognati, Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 22. *n.* 10. *& diſc.* 60. *nu.* 30. ac in gentilitio ſtricte ſumpto veniunt feminæ agnatæ non ſimultanee cum maſculis, ſed per poſterius in defectum eorum, Rot. me ſcribente *in Comen Capell.* 4. *Maii* 1703. §. *ſublata* cor. R. P. D. Priolo *& in Lucana benef.* 13. *Junii* 1701. §. *prædictaque*, cor. R. P. D. Muto. Vide alia ad materiam apud Card. de Luca *de Jurepatr. diſc.* 60. *n.* 12. *& ſeqq.*

Ultimo loco adnectere placet aliqua circa materiam proceſſionum, quæ eſt frequens inter Regu-
61 lares & ſignanter articulum per me diſputatum in Sacra Congregatione Rituum in *Quiten proceſſionis* & reſolutum ut infra, quippe agebatur inter Patres Predicatores prætendentes ducere proceſſionem de mane Dominica infra Octavam Sanctiſſimi Corporis Chriſti privative ad PP. Minores Sancti Franciſci de Oobſervantia in Civitate Quiten vigore Brevis B. mem. S. Pii V. in quo articulo Sacr. Congregatio poſt plura Decreta tandem reſolvit, *licere Franciſcanis facere proceſſionem etiam de mane cumulative cum PP. Prædicatoribus diſtinctis tamen horis ab Epiſcopo, & data electione hora PP. Prædicatoribus, a qua ſemel electa non liceat amplius recedere* -- quod Decretum confirmatum fuit per Breve San. mem. Innocentii XII. & reperitur impreſſum apud Moderuum Patrem Mattheucium *in official. cur. regul. cap.* 26. *n.* 10.

Scribens ego pro Franciſcanis duos articulos decidendos eſſe ſupplicabam, alterum nempe circa Jus faciendi proceſſionem Dominica infra octavam cumulative cum PP. Dominicanis; alterum vero circa Jus eandem faciendi etiam de mane pariter cumulative, & in utroque articulo dicebam conſtare de bono Jure Franciſcanorum.

Quo enim ad Jus faciendi proceſſionem cumulativam in ipſa die Dominica infra octavam habent Franciſcani fundatam intentionem in motu proprio San. Mem. Gregorii XIII. qui caſſando, ac revocando Conſtitutionem præcedentem B. mem. S. Pii
62 V. particulariter emanatam favore Dominicanorum ſuper privativa celebrandi proceſſionem in eadem die Dominica generaliter conceſſit omnibus, tam Regularibus, quam Secularibus Jus illam faciendi non ſolum in die Dominica, ſed etiam in aliis diebus infra octavam, quæ Conſtitutio Gregoriana eſt impreſſa *Bullar. nov. tom.* 2. *in ordine* 10. & apud Emman. Rodriq. *regul. tom.* 2. *q.* 69. *art.* 1. & ejus vigore poſſe omnes Regulares hodie facere proceſſionem Corporis Chriſti in die Dominica infra octavam ſupponunt pro indubitato Gavant. *in manual. in verb. proceſſio n.* 31. Card. de Larrea *in Epitom. can. in verb. protoſ. in fine, & in verb. Chriſtus in Sacram. Euchariſt. circa fin.* Pax Jord. *tom.* 2. *elucubr. lib.* 11. *tit.* 25. *n.* 61. Pignatell. *conſult.* 99. *n.* 1. *verſ. & propterea tom.* 4. Lezan. *in verb. proceſſio quoad regul. num.* 11. Cherubin. *in compend. Bullar. tom.* 2. *Conſt. Gregor. XIII. ſcol.* 1. *fol. mihi* 62. Barb. *in ſumm. Apoſtol. dec. in verb. Corporis Chriſti ſolemnitas num.* 2. Donat. *q. regul. tom.* 1. *p.* 2. *tract.* 13. *q.* 182. *n.* 2. & noviſſime firmat Rot. *in Aquen. proceſſionis* 1. *Julii* 1676. §. *& jure quidem*, cor. Bourlemon.

Addebam ultra Conſtitutionem Gregorianam concurrere conſuetudinem nedum univerſalem totius Orbis Chriſtiani (juxta quam die Dominica infra octavam fieri ſolent plures proceſſiones cumulative tam per Regulares, quam Seculares, & practicari vide- 63
mus in ipſa Urbe, quæ in hac materia Eccleſiaſticorum Rituum Civitatibus inferioribus exemplar eſſe debet) ſed etiam particularem Civitatis Quiten, in qua Franciſcani tanquam primi Religioſi in fundatione Conventus, & tanquam ſimul Parochi ob defectum ſecularium in primis incunabilis ejuſdem Civitatis, celebrarunt proceſſionem publice per vicos, & plateas in ipſa die feſti Corporis Chriſti, ut tradit Didac. de Cordub. & Solin. *in ſuis Chronic. Provinciar. Peruvii lib.* 6. *cap.* 9. *fol.* 581. ubi teſtatur etiam hodie in eorum Conventu ſervari fontem Baptiſmalem in ſignum Parochiæ habitæ in exordio Civitatis, quam proceſſionem ſupervenientibus poſtea Clericis ſecularibus Parochiale munus exercentibus celebrare cœperunt in Dominica infra octavam per plures annos, antequam Dominicani fundaſſent Conventum in eodem loco, per quorum ſupervenientiam continuarunt proceſſionem cumulative cum illis in prædicta die Dominica uſque ad diem hujus controverſiæ per poſſeſſionem immemorabilem, & centenarium, quæ conſuetudo longæva, & antiquiſſima in hac materia proceſſionum totum 64
facit, & ſervanda eſt maxime in partibus remotis, in quibus ſolitum habetur pro lege inviolabili, & novitates pariunt ſcandala, & rumores, Barboſ. *in ſumm. Apoſtol. dec. in verb. conſuetudo circa proceſſiones n.* 2. *& in verb. proceſſio nu.* 22. *& de poteſt. Epiſc. alleg.* 78. *n.* 7. *ad medium*, Pignatell. *conſul.* 75. *num.* 2. *&* 3. *optime* Lezan. *oper. moral. tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 1. *n.* 86.

His inevitabilibus fundamentis ſubjungebam nihil obſtare objecta in contrarium, & primo non urgere, quod Gregorius XIII. non caſſaverit abſolute Breve Pianum, ſed modificaverit, & modificatio ſit intelligenda, ut Regulares poſſint facere proceſſionem intra clauſtra, non autem extra; hæc enim intelligentia mihi videbatur idealis, dum S. Pius V. in ſuo Brevi nihil ordinavit circa locum faciendi proceſſionem intra, vel extra Clauſtra, ſed ſolum conceſſit Dominicanis, quod facerent proceſſionem 65
privativam Dominica infra octavam, ideoque dici non poteſt, Gregorium modificaſſe illud, quod Pius non diſpoſuit nec expreſſit, juxta regulam Text. *in leg. nam quod liquide* §. *fin. ff. de penu legat.* Bald. *conſil.* 401. *n.* 1. *lib.* 5. Surd. *conſ.* 152. *n.* 49. *& conſ.* 262. *n.* 47. Gonz. *ad reg. Cancel. gl.* 13. *n.* 77. *& gl.* 14. *num.* 15.

Modificatio igitur intelligi debet circa privativam, ſuper qua cadit diſpoſitio Brevis Piani, ſicut præciſe modificationem ſuam explicando dixit Gregorius ibi - *literas S. Pii V. quoad effectum prohibitionis celebrandi proceſſiones hujuſmodi caſſamus*; itaut 66
vanum videtur recurrere ad extraneas interpretationes, quando habemus in hac parte ipſam declarationem ſummi Pontificis *l. ille aut illo* §. *cum in verbis ff. de leg.* 3. *l. non aliter ff. eodem l. continuus* §. *cum ita ff. de verbor. obligat. l.* 2. *C. de legib.* & tollendo hanc privativam bene aſſeruit Gregorius, ſe modificaſſe Breve Pianum, dum non prohibuit ſimpliciter Dominicanis celebrationem proceſſionis in Dominica, ſed prohibuit privative, & ſic cumulativam intactam reliquit.

Ceterum obſervabam, quod contraria intelligen- 67
tia ex aliis etiam conſiderationibus convincitur inſubſiſtens; tum quia agitur de proceſſione publica, & ſolemni, quæ nunquam celebratur intra Clauſtra etiam per Regulares, quidquid ſit de proceſſionibus privatis juxta notoriam conſuetudinem, & praxim, & in puncto pro intelligentia Bullæ Papalis concedentis Regularibus celebrationem proceſſionis obſervat Lezzan. *oper. moral. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 91. *&* 92. tum etiam quia Gregorius revocando Conſtitutionem Pianam conceſſit celebrationem

proceſ-

proceſſionis in die Dominica omnibus non ſolum
Regularibus, ſed etiam Secularibus, unde non poteſt
dici voluiſſe intelligere de proceſſione intra clauſtra,
dum Seculares non habent clauſtrum, Novar.
*in locern. regul. verb. proceſſ. & in ſumm. Bullar. tit.
de proceſ. regul.* Lezan. *oper. moral. tom. 2. in v. proceſſio
quoad regul. n. 9.* Tum demum, quia ducere
proceſſionem intra vel extra clauſtra non reſpicit
Jus Dominicanorum, ſed intereſſe tertii, ſcilicet
Ordinarii, & Parochorum, ſine quorum licentia
68 proceſſiones per eorum Territorium duci non valent,
quod intereſſe ceſſat, vel ſtante conſuetudine
in contrarium, ut apud Nicol. *in floſcul. in v. proceſ.
n. 2.* Lezan. *in v. proceſ. quoad regul. n. 8.* Portell.
in dubiis regul. in verb. proceſſiones num. 8. verſ. ſtandum
Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg. 73. n. 7. verſ. poſſe*,
vel quando proceſſiones fiunt per plateam Conventui
contiguam, quæ tanquam aſſignata per Regium
Præſidem Franciſcanis ad effectum faciendi
proceſſionem, dicitur proprium eorum Territorium,
nec in ea habet locus jus Ordinarii, aut Parochorum.

Secundo dicebam, non adverſari, quod ſan. me.
Clem. VIII. reintegraverit Conſtitutionem Pianam,
& revocaverit intermediam Gregorii ex clauſula illa
generali, *non obſtantibus Conſtitutionibus* in literis
Clementis appoſita, quia Clemens VIII. neque
per ſomnium ſibi figuravit reintegrare Conſtitutionem
Pianam, & revocare illam Gregorii; dum Dominicani
nulla facta mentione motus proprii Greg.
& ſupponentes Clem. literas Pii eſſe in viridi obſervantiâ
ſupplicarunt, ut hujuſmodi literas extenderet,
& ampliaret etiam ad Conventus impoſterum
fabricatos, dicendo mentem S. Pii V. fuiſſe veriſimiliter
talem, & ſub hac aſſertiva extorſerunt
literas ampliationis, & extenſionis ad Conventus
in poſterum fabricatos; unde ſubreptio harum literarum
eſt patentiſſima, veluti obtentarum nulla facta
mentione Conſtitutionis Gregorianæ, quæ revocaverat
literas S. Pii V. & conſequenter intrat con-
69 cluſio indubitata, quod ſicut Brevis revocati confirmatio
non valet, ita nec extenſio & ampliatio
ad tradita per Surd. *conſ. 18. n. 16. & conſ. 330. n.
17.* Giovagn. *conſ. 28. n. 35. lib. 2.* Lother. *de re beneſ.
lib. 2. q. 39. n. 18.* Rot. *deciſ. 969. n. 2. & 3. p. 2.
& dec. 166. n. 12. p. 5. rec.*

Et ſtante nullitate literarum ex capite ſubreptionis,
fruſtra recurritur ad clauſulam illam generalem,
non obſtantibus conſtitutionibus, quæ tanquam
70 acceſſoria corruit ſimul cum gratia principali, nec
per eam tollitur vitium ſubreptionis, cum dici
non valeat, Papam derogaſſe Conſtitutioni Gregorianæ,
quam ſi ſciviſſet nullo modo conceſſiſſet
gratiam extenſionis, & ampliationis, quæ non datur
in privilegiis non exiſtentibus, ſeu, quod idem
eſt, revocatis rite, ac recte, maxime motu proprio
& cum cauſæ cognitione, ut dicit Gregorius
in ſua Bulla ibi, *Reque propterea diutius diſcuſſa*;
ampliatio enim ſupponit præexiſtere aliquod ſubjectum
ampliabile, quod proinde ſi non exiſtit tanquam
revocatum, ampliari non poteſt, cum non
entis nullæ ſint qualitates, ut in terminis hujus
71 clauſulæ generalis *non obſtantibus* communiter tradunt
Corn. *conſ. 135. num. 3. in fin. & num. 4. tom. 4.*
Trentacinq. *var. reſolut. lib. 1. tit. de reſcript. reſol.
5. num. 19.* Card. Tuſch. *practicar. concl. lit. C. concl.
349. ex num. 18.* Marta *de clauſ. clauſul. 79. num. 10.*
Barboſ. *clauſul. 82. num. 8. & 10.* Gonzal. *ad regul.
8. gloſſ. 15. num. 32.*

Concurrentibus præſertim duabus circumſtantiis,
quæ objectum totaliter deſtruunt, altera nimirum
quod non agitur de abrogandis Conſtitutionibus,
aut Privilegiis in corpore juris clauſis, quorum notitiam
dum Papa habere præſumatur tanquam retinens
omnia jura in ſcrinio pectoris, propterea per
72 clauſulam *non obſtantibus* illis derogaſſe cenſetur:
ſed agitur de conſtitutione extravaganti, & particulari,
quam Papa præſumitur ignorare, non ſolum
ſi illa facta fuerit per prædeceſſores, ſed etiam ſi
ab ipſo propter multiplicitatem negotiorum; unde

ad eam derogandam non ſufficit clauſula *non obſtantibus*,
ut in ſpecie ratiocinatur Corneus *d. conſ. 135.
n. 3. & 4. tom. 4.* & probatur *in cap. ceterum & c.
cum autem de reſcript. & cap. 1. de conſtit. in 6.*
Alciat. *de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 31. num. 5.*
Gemin. *conſ. 78. n. 1. & ſeqq.* Zabarell. *conſil. 40.
num. 1. & optime* Rot. *dec. 48. n. 18. & 19. p. 8.
rec.* & ipſos etiam Advocatos, & Magiſtratus præſumi
ignorare ſactum proprium pluribus negotiis occupatos,
inquit Larrea *alleg. 92. n. 18.* Trobat. *de
affect. Imm. q. 1. n. 3.*

Altera vero circumſtantia eſt, quod motus proprius
Gregorii habet in venere clauſulam ibi – *Literas
nullo unquam tempore impugnari poſſe, minuſque
ſub quibuſvis revocationibus comprehendi, ſed
ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanarunt,
toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas
eſſe*, quo caſu nulla revocatio generalis ſuſ- 73
fragatur, ut pluribus adductis, Barboſ. *clauſul. 84.
num. 7. in fine*, Gonzal. *ad regul. 8. gloſ. 36. num.
37. & ſeqq.* Azzor. *inſtit. moral. par. 1. lib. 5. cap.
22.* Bonaccin. *de legib. diſp. 1. queſt. 3. punct. 8. §.
3. n. 11. verſ. addo*, præſertim in præjudicium Franciſcanorum,
qui ultra Bullam Gregorianam habent
Jus quæſitum ex conſuetudine, ut in terminis proceſſionum
Marius Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſolut.
103. num. 17.* Valenzuol *conſil. 174. num. 28.
& 29.*

Quibus non contradicit auctoritas Donat. *queſt.
regul. tom. 1. tract. 13. q. 82.* licet enim hujuſmodi
auctor Domenicanus hac in re non mereatur integram
fidem tanquam intereſſatus, & ſcribens pro
ſua Religione, tamen *n. 2.* ingenue fatetur, Breve
Pianum fuiſſe revocatum per Gregorium, & in ſequenti
num. 3. & 4. ſolum firmat per ſupervenientiam
literarum Clementis VIII. poſſe hodie Dominicanos
ducere proceſſionem Corporis Chriſti per
vicos, & plateas ſine licentia Ordinarii, & Parochorum,
& nihil dicit de privative celebrando proceſſionem
Dominica infra octavam, & in puncto
quod licet Dominicani vigore Bullæ Clementis poſſint
ducere proceſſionem per vicos, & plateas, tamen
omnes alii Regulares poſſint eam facere quibuſcunque
diebus infra octavam vigore motus pro- 74
prii Gregorii XIII. advertit Lezzan. *verb. proceſſio
quoad regulares n. 11. verſ. nota.*

Tertio dicebam non relevare, quod Sacr. Congregatio
ſæpius declaraverit, Dominicanis ſuffragari
Brævia S. Pii V. & Clemen. VIII. ex Decretis Sa- 75
cræ Congregationis in duplici *Averſana 15. Septembris
1657. & 17. Aprilis 1660. & in Ruben.
4. Maii 1685. & in Oſtunen. 16. Februarii 1685.*
& aliis, quia reſolutiones ſolum dicunt, quod Dominicani,
qui ſolebant facere proceſſionem Corporis
Chriſti in alia die quam Dominica, non poterant
impediri per Parochos, quominus celebrarent
proceſſionem etiam in ipſa Dominica cumulative
cum ipſis, non obſtante ſolito in contrarium, & in
his terminis firmant ſuffragari eiſdem Brevia Pii,
& Clementis, unde potius retorquetur ad probandum,
quod Dominicani non habent Jus proceſſionis
privative in die Dominica & per contrarium
habent ſolum Jus cumulative; & in hoc ſenſu bene
declaratum fuit, ſuffragari Dominicanis Breve Pianum,
quod fuit revocatum per Gregorium duntaxat
quoad privativam, firma remanente cumulativa
celebrandi proceſſionem cum omnibus aliis
Regularibus, & Secularibus, ut ſuperius *ſub n. 4.*
circa quam cumulativam intelligi debet etiam Breve
Clementinum mere extenſivum Piani.

Pariter inapplicabilia deteguntur Decreta ejuſdem
Sacr. Congregationis relata per Nicol. *in Floſcul.
in verb. proceſſio n. 12.* in quibus dicitur, non
eſſe permittendas duas proceſſiones eadem die in 76
eodem loco, quia loquuntur de proceſſionibus particularibus
duarum Religionum ejuſdem Inſtituti,
nempe de proceſſione B. M. Virginis fieri ſolita
per Minores de Obſervantia, & Conventuales, in
quibus caſibus firmant, ſi Conventuales celebrare
ſolent proceſſionem in una die, non poſſe Minores

de Obſervantia eam celebrare eodem die, & ſic etiam exiſtente uno Monaſterio Servitarum in quaſi poſſeſſione faciendi proceſſionem B. M. Virginis certa die, non poſſe Monaſterium aliorum Servitarum in eodem loco exiſtens eadem die hujuſmodi proceſſionem peragere, quæ reſolutiones ſunt extraneæ a terminis noſtris, dum non agitur de iſtis proceſſionibus particularibus, & privatis, quales eſſe illas de Cordone, Roſario, & ſimiles, dicit Ceccoper. *lucubr. Canonical. lib.* 2. *num.* 211. & Barb. *in ſumm. Apoſtol. deciſ. in verb. regulares quod proceſſiones num.* 9, ſed de proceſſione publica, & ſolemni Sanctiſſimi Corporis Chriſti, quam Gregorius XIII. expreſſe voluit poſſe fieri ab omnibus, tam Secularibus, quam Regularibus in die Dominica, & aliis quibuſque diebus infra octavam, abrogando, & caſſando privativam conceſſam Dominicanis, quæ Papalis diſpoſitio fundatur in Jure, cujus principiis attentis, id quod publicum eſt, omnibus publice, & communiter patet, nec ſuper eo unus alium impedire valet per Text. *in* §. *flumina cum ſeqq. Inſtit. de rer. diviſion. leg.* 1. §. *ſi in mari ff. de nov. oper. nunciat.* Bald. *conſ.* 463. *num.* 5. *l.* 4. *juxta antiquam impreſſionem.*

Quarto denique gratis opponi dicebam prætenſam conſuetudinem contrariam Hiſpaniarum, aliorumque locorum, dum iſta non ſolum non probatur, ſed potius excluditur reflectendo quod Breve Pianum emanavit ad inſtantiam Dominicanorum exiſtentium Salmanticæ; & tamen in hac Civitate ipſi non celebrant proceſſionem privativam die Dominica; ita etiam in Urbe videmus, quod eodem
77 die non faciunt proceſſionem, & demum attendenda eſt conſuetudo civitatis Quiten in qua viget controverſia, ubi inter Dominicanos & Franciſcanos ſemper ab immemorabili ſervata fuit cumulativa celebrandi proceſſionem tam ante, quam poſt emanata contraria Brevia Pii, & Clementis, ut optime conſiderat Card. de Luc. *in Miſcell. Eccleſ. diſc.* 32. *n.* 9. & 10. tanto magis quia, ut dici poſſet, Dominicanos habere conſuetudinem privativam faciendi proceſſionem, probare oporteret, quod in die
78 Dominica tam noſtri, quam alii Regulares voluiſſent facere proceſſionem, & fuiſſent repulſi per Dominicanos, & repulſioni acquieviſſent, Adden. ad Gregor. *dec.* 493. *lit.* A. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 123. *num.* 1. Buratt. *conſ.* 191. *n.* 17. Oliva *de foro Eccleſ. part.* 3. *cap.* 13. *n.* 3. & *ſeqq.* Pignatell. *conſult.* 88. *n.* 4. *lib.* 4.

Tranſeundo nunc ad alium articulum circa Jus faciendi proceſſionem de mane cumulative cum Dominicanis horis ab Epiſcopo diſtinctis, dicebam Franciſcanos habere etiam in hac parte aſſiſtentiam motus proprii ejuſdem Gregor. XIII. qui non ſolum caſſavit Breve Pianum circa privativam faciendi proceſſionem in die Dominica, ſed etiam circa privativam temporis, & horæ, ut dilucide patet confrontando literas S. Pii V. cum motu proprio Gregorii. Etenim S. Pius V. expreſſe conceſſerat Dominicanis privativam circa diem, & horam, ut legitur tam in narrativa ſui Brevis ibi *eiſdem die, & hora feſtivitatem, ſeu proceſſionem celebrare*, quam in diſpoſitiva ibi — *Itaut nulli alii ſuper eo illos impedire, ſeu eodem tempore vel die proceſſionem facere poſſint*. Per contrarium vero Gregorius totam hanc privativam circa diem & horam revocavit clare, & literaliter his verbis: *Literas Pii Prodeceſſoris harum ſerie penitus, & omnino quoad effectum probationis celebrandi proceſſiones hujuſmodi caſſamus*; cum enim Papa revocaverit literas Pianas circa hanc prohibitionem, & quidem in totum, ut dicit ibi
79 *penitus, & omnino*, certe dicitur revocaſſe etiam circa prohibitionem faciendi proceſſionem eadem hora, & tempore, alias non revocaſſet in totum, ſeu penitus, & omnino, ad Text. *in Clement. in prima ubi gloſ. in verb. omnino de vita, & honeſt. Cleric. l. ſi cum exceptioni* §. *quatenus ff. quod met. cauſ. l. ubi autem* §. *final. ff. de verbor. obligat.* Ruin. *conſil.* 20. *num.* 4. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 1. *n.* 21. & *conſ.* 687. *num.* 44. Alexand. *conſil.* 13. *num.* 7. *lib.* 2. cum aliis apud Barboſ. *diction.* 240. *num.* 6. & *diction.* 259. *num.* 3.

Immo præter verba concurrit etiam mens Summi
Pontificis clariſſima expreſſa in ratione, & cauſa fi- 80
nali ſuæ Conſtitutionis; conſideravit enim Summus Pontifex Breve Pianum tendere in diminutionem cultus Divini, dum conceſſa privativa in die & hora Dominicanis, ſequebatur, quod univerſus populus Civitatis confluebat ad unam Eccleſiam, & in illa commode recipi, & ſic intereſſe proceſſioni minime poterat; & ulterius ſequebatur, quod propter frequentiam populi varia ſcandala, & jurgia oriebantur, unde populus remanebat privatus devotione, & ſpirituali veneratione Sacramenti ibi — *Nos tamen attendentes id non ſine Divini cultus diminutione eſſe aliquo modo poſſe, cum omnes ad unam & eandem Eccleſiam confluentes in ea commode recipi, ſicque proceſſioni hujuſmodi intereſſe nequeant, præter id, quod inibi ſepe contingit, ut propter populi frequentiam ſic confluentem varia ſcandala, & jurgia oriantur, & populus ipſe ſpirituali veneratione Sacramenti hujuſmodi multiplici facto privetur, reque propterea diutius diſcuſſa &c. lit. S. Pii &c. caſſamus*, ex quibus edocemur Gregorium revocaſſe privativam non ſolum circa diem, ſed etiam circa tempus, & horam; dum conſideratio ſcandalorum, & frequentiæ populi præcipue cadit, & verificatur in illa proceſſione, quæ fit privative in certa hora, & tempore, itaut populus cogatur ad eam ſolam confluere, nec habeat campum concurrendi ad aliam proceſſionem, prout contingit in proceſſione unica, & privativa, quæ celebratur de mane, vel in alia, quæ celebratur de ſero. Cum igitur voluntas Papæ de revocando Breve Pianum etiam circa tempus, & horam, ſit manifeſta tanquam deducta ex viſceribus cauſæ finalis Sac. Congr. juſtiſſime reſpondere poſſe dicebam, licere Franciſcanis facere proceſſionem etiam de mane, Rot. cor. Cerr. *dec.* 419. *num.* 12. & cor. Seraph. *dec.* 981. *n.* 2. & *in rec. deciſ.* 122. *num.* 12. *part.* 7. & *dec.* 93. *num.* 14. *part.* 10.

Addebam prædictis, quod Franciſcani fuerunt primi in fundatione eorum Conventus in Civitate Quiten, & elegerunt ſibi horam de mane pro celebratione proceſſionis, antequam Dominicani fundarent proprium Conventum in eadem Civitate, & conſequenter inferebam, non poſſe privari tempore, & hora, quam ab antiquo poſſident, & ſemper poſſederunt: ſed ſi facienda eſt variatio, & mutatio temporis, ſpectaret ad Dominicanos poſteriores in funda-
tione variare & mutare, non autem ad Franciſca- 81
nos in fundatione priores, Lantuſc. *in Theat. regul. in verb. proceſſio numer.* 3. Barb. *in ſum. Apoſt. deciſ. in verb. proceſſio n.* 21. Pax Jord. *elucubr. tom.* 2. *l.* 11. *tit.* 2. *n.* 63. Nicol. *in floſcul. in verb. proceſſio n.* 12. & articulo diſcuſſ. firmavit Rot. *in d. Aquen. proceſſionis* 1. *Julii* 1676. §. *nec obſtat in fin.* cor. Bourlem.

Et denique, quia in Indiis, & partibus Peruvianis proceſſio Corporis Chriſti per Regulares fieri
non ſolet, niſi de mane, non autem de ſero, eo 82
quia expenſæ cereorum, & candelarum ſunt exorbitantes in illis locis, ubi cera aliquando valutatur ad rationem petiarum 10. aut 12. pro quolibet aſſe, ut eſt notorium; unde cum Sanctiſſima Euchariſtia debeat exponi in altaribus a ſummo mane, ſi proceſſio fieret de ſero, manutenerі deberent cerei, & candelæ per totam diem cum maximo diſpendio pauperum Regularium, & ſignanter Minorum de obſervantia, qui nihil poſſident; hinc eſt, quod proceſſio ſemper fit de mane per omnes Regulares ad evitandas ſupradictas expenſas, & conſequenter dicebam, proceſſionem fieri poſſe etiam de mane per Franciſcanos ita ſe conformando cum conſuetudine Civitatis, & habendo reſpectum ad hujuſmodi impenſas & præcipue, quia hora proceſſionum regulariter ſemper eſſe deberet de mane, ut ait Pax Jord. *tom.* 2. *lucubrat. lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 34.

Quibus ita ſe habentibus, non obſtabat, quod Dominicani vigore alterius Bullæ Greg. XIII. *in ordine ſa* 66. debeant habere præcedentiam in proceſſionibus ſupra Franciſcanos, & ſic pertineat ad ipſos ſolos

facere

facere proceſſionem de mane, quia objectum erat
inſubſiſtens, dum Bulla Gregorii loquitur, quando
proceſſio fit unitim, & in ea ſimultanee incedunt
83 Dominicani, & Franciſcani; ſecus quando unuſ-
quiſque ex hujuſmodi Regularibus facit ſuam pro-
ceſſionem ſeparatam intra limites Plateæ eorum
Conventibus contiguæ, ut reſpondet Rot. *in alle-
gata Aquen proceſſionis* 1. *Julii* 1676. §. *Nec obſtat*,
coram Bourlemont.

Minuſque urget, duas proceſſiones in uno eodem-
que mane non eſſe permittendas, ne detur diver-
ſio populi, quia Doctrinæ in contrarium allegatæ
84 procedunt in proceſſionibus particularibus, & pri-
vatis, non autem in publica Corporis Chriſti, ex
ſupra deductis *num.* 76. Imo Gregor. XII. in præ-
citata Bulla *in ordine la* 10. prohibuit privativam
hujus proceſſionis etiam circa tempus & horam,
ne orirentur ſcandala ob frequentiam populi con-
fluentis ad unam Eccleſiam, itaut iſta privativa de
mane Dominicanis concedi nullatenus valeat, quia
alias eſſet contrariari Bullæ Gregorii, ac quod con-
ſiderabile eſt, incurrere in ſcandala, & indecentia
ab eodem Pontifice conſideratas per modum cauſæ
finalis ad tollendam privativam; cui aſſertioni emiſ-
ſæ per Papam in motu proprio ſtandum eſt etiam
85 in præjudicium tertii, ut dicunt Jaſon. *conſ.* 227.
num. 38. *&* 40. *lib.* 2. *& conſil.* 101. *n.* 16. *&* 17.
lib. 4. Rota coram Coccin. *deciſ.* 2194. *num.* 64.
cum ſeqq. tom. 5. nec contrarium judicari poteſt,
attenta clauſula ſublata cum decreto irritanti in eo-
dem motu proprio appoſita, Rot. coram Coccin.
dec. 1292. *num.* 2. *& dec.* 1469. *num.* 1. *&* 9. *&
alibi paſſim*; quicquid ſecus procedat in locis par-
vulis, ubi difficile eſt proceſſionem duci poſſe eo-
86 dem tempore in utroque loco cum juſta, & debi-
ta veneratione, ut apud Pignatell. *conſult.* 99. *n.* 3.
tom. 4. & in his terminis procedit Rot. *in Aquen
poſſeſſionis* 4. *Julii* 1676. §. *Nec obſtat*, coram Bour-
lemont. ubi quod quia utrique proceſſioni conve-
niens eſt frequentia populi ſolemnitas, & venera-
tio imo debita ex præſcripto Sacri Concilii Triden-
tini ad evitanda etiam ſcandala, dictum fuit, quod
proceſſio prius fiat a Parochia antiquiore, & poſtea
a juniore ex prærogativa antiquitatis.

Maxime quando ex ſimultanea celebratione dua-
87 rum proceſſionum in caſu præſenti, nunquam na-
ta fuerunt inconvenientia diminutiva venerationis
debitæ his proceſſionibus cum opportuna frequentia
populi, dum agitur de magna Civitate, in qua de
præſenti exiſtunt pluſquam ſexaginta millia anima-
rum, & quæ in dies ampliſſime creſcit tanquam
caput vaſtiſſimæ Provinciæ, & decorata Regio Se-
natu, ut tradit Didac. de Cordub. *in Cronic. Pro-
vinc. Peruv. lib.* 6. *capit.* 9. & ad quam Civitatem,
ultra Cives & indigenas, concurrere ſolent ad præ-
dictas proceſſiones etiam plurimi Indi circumadja-
centium locorum, & ulterius, quia Conventus Do-
minicanorum, & Franciſcanorum ſituati reperin-
tur in duobus angulis ejuſdem Civitatis inter ſe op-
poſitis, & valde diſtantibus, itaut proceſſiones ſem-
per factæ fuerint in maxima pace, & quiete per
ſpacium centenariæ & ultra; unde immutare hoc
ſolitum eſſet potius indulgere ſcandalis conſideratis
per Gregorium ut ſupra ob frequentiam populi; &
inducere novitates regulariter perturbatrices, præ-
ſertim in populo Indiano contra Textum *in l. mi-
nime ff. de legib. cap. cum conſuetudinis* 9. *de con-
ſuetudine* & dixit D. Auguſtinus *Epiſt.* 128. *cap.* 5.
ibi: *Ipſa mutatio conſuetudinis, etiam quæ adjuvat
utilitate, novitate perturbat*, & Tacit. *in Hiſtoriis
lib.* 5. ibi: *Ritus quoquomodo inducti antiquitate de-
fenduntur*, & Lucian. *Hiſtor. lib.* 1. ubi: *Mutatio
etiam in melius majorum malorum conſuevit eſſe prin-
cipium*, præſertim quia videmus in Urbe practicari
plures proceſſiones Dominica infra Octavam ſine
88 ulla incompatibilitate, & repugnantia, & conſue-
tudo Urbis eſſe debet Regula Civitatibus inferiori-
bus, Ventrigl. *in prax. part.* 1. *annot.* 12. §. *Unico
num.* 26. Barboſ. *ad Concil. ſeſſ.* 25. *de regularibus
cap.* 10. *& de poteſt. Epiſcop. allegat.* 78. *numer.* 24.
Franceſ. *de Eccleſ. Cathedral. cap.* 25. *num.* 400. *&
cap.* 33. *num.* 172. Valenzuol. *conſ. in fine*, Qua-
rant. *in ſumm. Bullar. verb. præcedentia verſ. & quo-
niam* Sperell. *deciſ.* 76. *num.* 16.

Sed ceſſare dicebam omnem difficultatem, dum
proceſſiones fieri non debent ſimultanee in eadem
hora, ſed celebrari *horis ab Epiſcopo diſtinctis*, cui
reſcripto indulgendum venit tanquam fundato in 89
diſpoſitione Sacrorum Canonum, & Concilii Tri-
dentini, juxta quam ſpectat ad Ordinarium præ-
finire horam proceſſionum publicarum, ut *in cap.*
6. *ſeſſ.* 25. *de reform.* ibi – *Epiſcopis &c. in proceſ-
ſionibus &c. ſit præcipua omnium rerum agendarum
auctoritas*, Barb. *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 78.
num. 3. & *ſeqq. & ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.*
13. *de regul. n.* 41. Novar. *in ſumma Bullar. com-
ment.* 113. *n.* 11. Gavant. *in manual. in verb. pro-
ceſſio in addition. num.* 2. Pignatell. *conſult.* 8. *n.* 6.
tom. 1. Rot. *deciſ.* 4. *num.* 10. *poſt* Novar. *in ſumm.
Bullar. & deciſ.* 12. *num.* 13. *&* 14. coram Celſ. *&
deciſ.* 86. *num.* 29. *penes* Urceol. *de Tranſaction.* &
reſolutum fuit a Sacra Congregatione Rituum *In
Hiſpalen. ſub die* 21. *Januar.* 1690. *in reſponſione
ad primum &* 26. *Febr.* 1695.

Cumque Ordinarii ſint informati de omnibus in 90
hac materia neceſſariis, merito ad eos remitti ſolet
arbitrium circa horam proceſſionis, & Sacra Con-
gregatio in aliis cauſis ſæpiſſime inſtantias partium
ſibi factas, remiſit ad Epiſcopos, ut in una *Nea-
politana* 11. *Martii* 1638. & in alia *Lucana* 20.
Junii 1654.

Regulares non poſſunt ducere proceſſiones extra
clauſtra, niſi de licentia Ordinarii vel Parochi, ut 91
dicunt Doctores: ſed quæro, an requiratur licentia
utriuſque, vel ſufficiat unius? Dicas, ſufficere licen-
tiam Parochi, Ceſpedeſ. *de exempt. regul. dub.* 212.
num. 4. Immo primo loco requirendam licentiam
Parochi, per cujus Parochiæ limites ducitur proceſ-
ſio ex Decreto Sac. Congregationis apud Pignatell.
conſult. 65. *num.* 7. *tom.* 6. *& alios*, quod intellige,
ut requiratur licentia unius Parochi, ſi proceſſio du-
citur per unius Parochiam: ſed ſi ducitur per plu-
res Parochias, omnium Parochorum, per quorum
Territorium illa tranſit, requirendus eſt aſſenſus.
Quando autem Parochus licentiam denegat irra- 92
tionabiliter, & abſque juſta cauſa, tunc Epiſcopus
eam ſupplere poteſt, Card. de Luca *in Miſcell. Eccl.
diſc.* 15. *num.* 7. nec proinde ſufficit ſola licentia
Epiſcopi ad evitandum aſſenſum Parochi, quicquid
male obiter dixerit extenſor deciſionis 784. *in fine*,
coram Dunozet. Jun. licet enim Epiſcopus ſit Pa-
rochus primarius, tamen cum ſua unicuique juriſ-
dictio ſervari debeat, non poteſt Epiſcopus auferre
Parocho Jus Territoriale, & Parochiale.

Hoc autem procedit, ubi Parochiæ habent ſuos 93
fines, & limites diſtinctos: ſed ſi eſſent diviſæ per
familias, ſeu domos effuſas per Civitatem promiſ-
cue, tunc non videtur requirendus aſſenſus Parochi,
eo quia iſtorum Jus Parochiale non coheret Terri-
torio, ut ait Card. de Luca *de Juriſd. diſc.* 20. *nu.*
24. Unde ſi Regulares haberent etiam Parochiam
diſtinctam per familias circa ducendam proceſſio-
nem per totam Civitatem, non poſſent prohiberi
per alios Parochos, Card. de Luca *in miſcell. Eccl.
diſc.* 32. *n.* 17. *&* 18. qui licet loquatur, ubi Pa-
rochiæ non ſunt diſtinctæ, ſed promiſcue Sacramen-
ta populo adminiſtrantur, tamen eadem ratio mili-
tat in Parochiis diſtinctis per familias, ubi nullius
adeſt Territorium, ſed ſolius Epiſcopi, cujus pro-
inde licentia tantum requirenda eſt, niſi aliter fe-
rat conſuetudo.

Poſt impreſſum hoc *Parergon* ſucceſſit caſus, in
quo ego ſcripſi, nuper deciſus per Sac. Rotam *in
Barchin. benef.* 22. *Febr.* 1704. cor. R. P. D. Caſſarel-
lo, ubi uxor cujuſdam nobiliſſimi viri hæredes ſcri-
pſit in univerſa hæreditate ejus filios ex legitimo ta-
men matrimonio procreandos, ejuſque, & eorum fi-
liis pariter legitimis deficientibus, ſubſtituit Capella-
niam, ſeu Presbyteratum, quem ex bonis hæredita-
riis erigi juſſit, Juſpatronatus autem reliquit Marito
viven-

Digitized by Google

viventi, eoque extincto *proximiori* ipſi fundatrici *in gradu parentela*, ad Beneficium ultimo loco vacatum præſentavit unus de linea legitima, ſed remotior, & extra terminum menſis in fundatione ſtatutum, immo poſt lapſum duorum annorum a dic vacationis, & præſentatio fuit admiſſa ab Ordinario, qui inſtitutionem conceſſit buic præſentato in concurſu præſentati intra legitimum tempus per deſcendentem ex linea illegitima proximiorem per duos gradus, quæſtio fuit in Rota *an, & cui eſſet adjudicandum Beneficium*, & reſoluta favore præſentati a deſcendente per lineam illegitimam, me contrarium ſuſtinente pro altero præſentato: quia vero in hac reſolutione firmata fuerunt plura contraria iis, quæ ſcripſi *diſcept.* 41. *num.* 3. & in hoc Parergon *n.* 3. *& ſeqq.* idcirco ad veritatem plenius enucleandam infraſcripta adjungo.

Suppoſita enim communi diſtinctione, quod baſtardi veniunt in diſpoſitione concepta per verba
94 naturalia, ſecus per verba civilia, cujus diſtinctionis Auctor fuit Bartol. *in l. pronunc. §. familia ff. de verbor. ſignif.* quam in materia Juriſpatronatus ſequitur univerſa ſchola doctorum, ſignanter Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 15. *n.* 36. *& ſeqq.* Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *n.* 139. *& ſeqq.* de Luca *de linea legal. lib.* 1. *art.* 24. *n.* 25. Pax Jord. *tom.* 2. *lucubr. l.* 10. *tit.* 26. *n.* 39. *& ſeqq.* Grat. *diſcep.* 218. *n.* 11. *& ſeqq.* Adden. ad Gregor. *dec.* 432. *n.* 23. Adden. ad Pamph. *dec.* 237. *n.* 11. & ſæpiſſime eam approbavit S. Rot. tam antiqua, quam moderna, *ut in deciſ.* 361. *n.* 6. *&* 7. *p.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 350. *n.* 2. *poſt* 2. *vol. conſ.* Farinac. & cor. Royas *dec.* 254. *n.* 8. *& in rec. dec.* 262. *n.* 6. *p.* 8. *& dec.* 241. *n.* 12. *p.* 16. & cor. Emerix Jun. *dec.* 867. *n.* 3. *& in Comen. Capellan.* 18. *Apr.* 1701. *§. fructuque & 31. Martii* 1702. *§. nec contrarium* cor. R. P. D. Tremoille impreſſa ſupra *diſcept.* 53. *n.* 37. *& 4. Maii* 1703. *§. Minoris*, cor. R. P. D. Priolo *confirmata* 15. *Martii* 1704. cor. R. P. D. Kaunitz *& in Mediol. capellania* 23. *Martii* 1703. *§. neque obſtat & 22. Junii* 1703. *§. quod demum*, cor. Rev. D. Molin. Decano *& d. Barochin. benef.* 22. *Febr.* 1704. *§. ſed Domini*, cor. R. P. D. Caffarel. in quibus omnibus cauſis ego ſcripſi, ita & taliter, quod ubi verba ſunt civilia ſicut non includuntur illegitimi, ita nec eorum deſcendentes legitimi, juxta theoricam Bald. *in l. fin. C. de v. ſignif.* Spada *conſil.* 24. *n.* 12. *& ſeqq. lib.* 2. Ciarlin. *contr.* 172. *n.* 46. *lib.* 2. cum aliis *in Comen. capellania* 18. *April.* 1701. *§. parumque in fin.* cor. R. P. D. Tremoille, *& in d. Barochin. ubi ſupra §. quæ proximitas*, cor. R. P. D. Caffarello.

Tranſeundo ad quæſtionem, an verbum *parentela* ſit civile vel naturale, licet inveniam frequentiori numero ſcribentium illud in ſenſu civili uſur-
95 pari, quorum primus fuit Butrius *in cap. per venerabilem qui filii ſint legitimi, quem refert ubi propoſit. n.* 9. Alex. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus il primo n.* 56. *&* 58. *ff. ad Trebell.* Ferett. *conſ.* 185. *n.* 5. Farin. *q.* 13. *n.* 53. *v. nec illorum*, Rocchus de Curte *de Jurep. in v. competens n.* 10. *in fin.* Lambertengh. *de contract. gl.* 17. *n.* 1. Vivian. *de Jurepatr. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 65. *&* 68. Lambert. *eod. tract. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 2. *art.* 27. *n.* 1. Ciarlin. *contr.* 172. *n.* 22. *&* 24. *lib.* 2. Garz. *de benef. p.* 7. *cap.* 15. *n.* 37. *&* 40. Gratian. *diſcept.* 218. *n.* 13. Adden. ad Gregor. *dec.* 433. *n.* 23. Ricc. *in prax. p.* 1. *rec. fol.* 186. *nu.* 2. Sanch. *conſil. moral. l.* 3. *c.* 3. *dub.* 97. *n.* 4. de Luca *de linea legal. art.* 24. *n.* 25. Rot. *dec.* 251. *n.* 6. *p.* 2. *rec.* & Royas *dec.* 254. *n.* 7. *& in dicta Barochinen. ubi ſupra §. in præſenti cum ſeqq.*

Attamen non obſtante hac doctorum copia, firmiter puto verbum *parentela* eſſe vocabulum naturæ, non autem Juris, ſeu civile, & ſub eo conſequenter venire illegitime procreatos, & deſcendentes ex eis in Jurepatronatus; & moveor ex origi-
96 nali Bartoli opinione, qui *in dicta l. pronunciatio §. Familia*, ſicut tradidit diſtinctionem communiter receptam, quod baſtardi ſub verbis naturalibus includuntur, non autem ſub civilibus, ita *eodem loco* per modum exempli explicando verba naturalia ponit vocabulum hoc *parentela*, & dicit ſignificare naturam ibi — *Puto advertendum qualiter verba ſunt concepta, utrum per verba ſignificantia naturaliter, an per verba ſignificantia Jus; primo caſu pone exemplum, dicit ſtatutum Piſis* omnis qui eſt de Parentela nobilium &c. *& tunc credo quod baſtardus dicatur de Parentela; quædam ſunt, quæ ſignificant jus*, ut agnatio &c. *& tunc jus non dicitur cadere in baſtardum.*

Hanc Bartoli opinionem ſecuti fuerint Doctores magis claſſici firmantes verbum *parentela* eſſe naturæ non Juris, & ex illegitima conjunctione progenitos comprehendere, nempe Aretin. *in leg. cum quidam §. quod dicitur ff. de acquir. hæred.* Anchara. *in cap. canonum ſtatuta n.* 369. *de conſtit.* Decius *conſ.* 365. *n.* 7. *verſ. baſtardi dicuntur*, Rebuff. *in leg. appellatione parentis* 51. *ff. de verb. ſignific. verſ. duodecimo*, Peregr. *de fideicom. art.* 22. *n.* 89. *& conſil.* 52. *n.* 12. *lib.* 4. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 365. *n.* 6. Azeved. *conſ.* 24. *n.* 23. *& ſeqq. & n.* 38. Gonzal. *ad regul.* 8. *gl.* 5. *n.* 119. *verſ. dicuntur*, Tiraq. *de retract. lignag. §.* 1. *gl.* 8. *n.* 4. Barb. *appel.* 185. *n.* 4. Larrea *dec.* Granat. 32. *n.* 8. *verſ. & nota verba*, Pax Jord. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 26. *n.* 41. Jov. *de ſolemn. in contr. minor. gloſſ.* 22. *§.* 4. *numer.* 1.

At reſpondeo contrariis; quod excepto Alexan- 97
dro & Garz. qui impugnant Bart. omnes alii loquuntur præſuppoſitive, ſine lege, aut ratione, nec facta mentione de eodem Bartolo *ubi ſupra*, imo ſiccis verbis, & ſæpe incidenter unus ſequitur alterum more avium, quæ prævolantem ſequuntur, nec propterea attendendi, Mart. *in præfat. ad conſ. n.* 44. 45. *&* 58. auctoritas vero Garziæ demenda eſt de numero tanquam hac in re inconſtantis, & non fuſi, poſtquam enim *numer.* 40. enumerando verba civilia, inter illa poſuit vocabulum *conſanguinitas*, ac etiam *parentela*, tranſeundo poſtea ad deſcribenda nomina naturæ *numer.* 43. inter ea ponit verbum *conſanguineos, parentes*, ac verbum Hiſpanum *parenteſco*, quod dicit eſſe idem ac *conſanguinitas*, ibique diſtinguit, an dicatur in diſpoſitione *que tenga parenteſco*, vel potius *de ſu parenteſco*, primo caſu credit eſſe verbum naturæ, & ſecundo verbum Juris, & idem repetit *num.* 46. *in fine*, quæ diſtinctio eſt idealis, cum ego non agnoſcam, quid inter ſe diſcrepent iſta duo, nempe *parentes & parentela*, ſive etiam *que tenga parenteſco*; ſive *de ſu parenteſco*, notando etiam contradictionem, quia verbum *conſanguinitas* putat civile *n.* 40. poſtea dicit eſſe naturale ſub *n.* 43. *&* 46. *in fine v. ſi vero dicitur*, unde iſte Doctor in numero calculari non debet uti ſibi contrarius, & inconſtans, Marta *ubi ſupra n.* 63. Rot. *dec.* 214. *n.* 9. *p.* 16. *rec.* quo ſublato una cum Addend. ad Gregor. & Carol. Anton. de Luca ejus ſequacibus, ut faciendum eſſe monet Card. de Luca *de penſion. diſc.* 81. *ſub n.* 9. nec non ſublato Riccio, qui erronee ſe fundat in doctrina Bartol. *in leg. tutelas ff. de capit. diminut.* nihil dicentis de hoc verbo *parentela*, dempto tandem Præpoſito, qui potius ſe refert ad Bartolum ibi *num.* 9. *verſic. videt Bartolum & n.* 11. *in fine*, utique materialis numerus Doctorum hinc inde non eſt inæqualis, & in hac contrarietate prævalere debet illa opinio, quæ Bartoli auctoritate ſubſtantiatur.

Rationes autem aſſiſtunt Bartol. & primo, quia nomen *parens* eſt naturæ, & comprehendit, tam
legitimum, quam naturalem, Bald. *in leg.* 4. *§. pa-* 98
rentes in addit. ff. de in Jus vocan. ibi — *appellatione parentis continetur nedum legitimus, ſed naturalis*, & appellatione parentis venit pater, & mater, quæ ſunt nomina naturæ, Bartol. *in leg. final. C. de verb. ſignific. num.* 1. *verſ. ſed cum dico*, verbum quoque *parentes* inde derivatum, quod omnes etiam tranſverſales complectitur, eſſe naturale, & non civile tenet ipſemet, Garz. *part.* 7. *cap.* 15. *num.* 43. Bald. *conſ.* 146. *num.* 1. *verſ. contrarium lib.* 2. Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *num.* 85. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *num.* 40. unde

con-

Digitized by Google

conſequens eſt, ut etiam verbum *parentela* habeat ſignificatum naturalem, quia non invenio differentiam inter dicere *parentes* vel *parentela*; qui enim ſunt parentes, ſunt de parentela, qui autem ſunt de parentela ſunt parentes; ergo utrobique par ſignificatus ineſſe debet.

Secundo, quia in Jure civili eſt incognitum hoc vocabulum *parentela*, cum nullus Textus invenia-
99 tur, qui de eo mentionem faciat, ſed fuit repertum per vulgares, ſeu Italicos, ut ait Gl. *in clem. unic. de Jurejur. in verb. parentelam*, Rebuff. *in l. appellatione parentis* 51. *verſic. ex prædictis in fin.* Soccin. ſen. *conſ.* 37. *n.* 9. *verſ. vel quia lib.* 3. quando autem agitur de vocabulo vulgari, hoc non reputatur Juris, neque ſonare in Jus, ſed in factum, & naturalitatem eo modo craſſo, & naturali, quo accipitur per vulgares, ut inquit Bald. *in l. leg. Julia in fin. ff. de ritu nuptiar.* Salicet. *in l. fin. nu.* 5. *C. de verb. ſignific.* Corneus *conſil.* 169. *n.* 8. *lib.* 3. vulgaris autem, & vernacula lingua, quæ regulariter non conſiderat civilitatem neque fictiones Juris, accipit parentelam in ſenſu naturali, & largo comprehenſivo omnium eorum, qui ſunt ſanguine quomodolibet conjuncti ſecundum leges naturæ, quas ſolas contemplatur vulgus, & non figmenta Juris, optime Bald. *conſ.* 441. *n.* 1. *verſ. in contrarium lib.* 3. Neque ſane apud populum, *quem penes arbitrium eſt, & forma loquendi juxta* Horat. *in arte poetic.* reperitur verbum magis effrænatum, & ſpatioſum, quam *parentela*, quam vociferant, & uſurpant vulgares etiam inter conſanguineos uxoris cum conſanguineis viri, quos vocant *cognati*, licet inter eos nulla ſit affinitas, ſeu conjunctio naturalis.

Tertio, quia parentela latino ſermone nihil aliud eſt, quam *conſanguinitas*, ut ſcribit Tiraq. *de Re-*
100 *tract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 8. *n.* 2. ibi — *parentes pro conſanguineis, parentelam pro conſanguinitate*, Alberic. *in dictionar. in verb. parentis appellatio*; ſicut autem verbum *conſanguineus* nomen naturæ eſt, ita & *conſanguinitas*, nec ullam invenio differentiam inter dicere *conſanguineos*, vel illos de *conſanguinitate*, omnia enim ſignificant conjunctionem ſanguinis, ut in ſpecie quod conſanguinitas ſit nomen naturæ, Fagn. *in c. per tuas n.* 8. *de probat.* Ruin. *conſ.* 9. *n.* 5. *lib.* 4. quicquid male putaverit Garz. *ubi ſupra* & cum eo Caſtrop. *tract.* 13. *de benefic. diſp.* 4. *punct.* 9. *n.* 12. & nullum nomen tam naturale eſt, quam ſanguis, qui idem eſt in legitimo, ac illegitimo; uterque enim eſt ex ſpermatibus, juxta notabile dictum Bald. *dict. conſ.* 441. *n.* 1. *verſ. & modus generationis lib.* 3. ut quicquid dixerit Garz. *par.* 7. *c.* 15. *n.* 40. verius eſt, & indubitatum appellatione illorum *de ſanguine* contineri illegitimos, ut firmavit Rot. *dec.* 571. *n.* 4. *part.* 4. *tom.* 1. *rec.* de Luc. *de linea legal. lib.* 1. *art.* 15. *n.* 33.

Neque obſtat ratio Alexandri *in leg. ex facto* §. *ſi quis ff. ad Trebell.* quatenus contrariando Bart. inquit, quod pater, & filius ſunt nomina naturæ, & tamen, in dubio intelligitur de legitimo; hæc enim ratio nimis probat, quia deſtruit communem diſtinctionem Doctorum inter verba naturæ, & verba Juris, ſeu civilia, ut prima includant, alia excludant illegitimos, quæ diſtinctio hodie in foro eſt recepta, nec adeſt controverſia ſuper hoc inter Doctores; ſi enim etiam in verbis naturæ intraret interpretatio, de legitimo ſequeretur, quod verbum *deſcendens* intelligeretur de legitimo, item verbum *conſanguineus*, verbum *conjunctus*, & ſimiliter omnia alia verba, quæ per Doctores ſine quæſtione annumerantur pro naturalibus, & incluſivis illegitimorum,
101 & in ſpecie quod nomen *filius* ſit mere naturale eſt Textus clarus *in l. Tutelas ff. de cap. diminut.* ibi *ſic deferuntur ut perſona naturaliter deſignentur ut ecce deferunt hereditatem Senatuſconſulto matri, & filio*, quodque conſequenter illegitimos comprehendat, tradunt Angel. *in leg. ex facto* §. *ſi quis il ſecondo n.* 2. *ff. ad Trebell.* Felin. *in cap. in præſentia n.* 23. *de probat.* Peregrin. *de fideicom. artic.* 22. *n.* 80. Garz. *par.* 7. *c.* 15. *n.* 3. Cephal. *conſ.* 656. *nu.* 38. Jovius *de ſolemnit. in contr. minor gl.* 22. §. 4. *n.* 61. Barboſ. *appell.* 99. *n.* 19. *& in d. Barchinonen. ubi ſupra* §. *ſed Domini*, Rot. *dec.* 350. *n.* 2. *poſt ſecundum vol. conſ.* Farinacc. quicquid contrarium dixerit *in dec.* 361. *n.* 6. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Minuſque urget quod verbum *parentela* habeat originem ex matrimoniis, & pro affinitate per nuptias accipiatur, *ut in can. porro* 35. *qu.* 5. *gloſ. in Clem. unic. de Jurejur. in verb. parentelam*; Quippe contrarium apertiſſime probatur tam de Jure Cano-
nico, quam civili, juxta quod affinitas etiam con- 102
trahitur ex illicita conjunctione, itaut prædicetur etiam de iis, qui ex iniquitate complexuum ſunt generati, ut in Jure Canonico eſt Text. *in cap. per tuas de probat.* quem clarum appellat Fagnan. *ibid. n.* 7. *in fin.* & in Jure civili Text. *in l. & nihil ff. de ritu nuptiar.* & quod propterea verbum *affinitas* ſit naturale docet Fagn. *in d. capit. per tuas n.* 12. ex D. Thoma *in* 4. *diſt.* 41. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 1. optime Gonzal. *d. gloſſ.* 5. *n.* 126.

Et clare patet ex eo, quod ſi parentela eſſet refe-
renda ad originem matrimonialem, verbum *paren-* 103
tes, quod Doctores communiter habent pro naturali, excluderet illegitimos, idem dicendum foret de verbo *conjunctus*, quod nemo diſſentit eſſe naturale, ut per Garz. *ubi ſupra nu.* 43. Pax Jordan. *dict. tit.* 26. *n.* 40. de Luca *de linea legal. lib.* 1. *art.* 24. *n.* 26. *verſic. verba naturæ & lib.* 2. *art.* 44. *num.* 4. Peregrin. *de fideicomm.* 22. *num.* 89. Item de verbo *cognati*, quod habetur pro naturali, juxta apertum Tex. *en leg.* 10. *ff. de gradib. affinitat.* ibi — *qui eſt agnatus & cognatus &c. alterum enim civile, alterum naturale nomen eſt* — Garz. *ubi ſupra n.* 43. de Luca *de linea legal. lib.* 1. *art.* 24. *num.* 25. *ubi ſupra, & lib.* 2. *art.* 44. *n.* 4. Peregrin. *de fideicomm. art.* 22. *n.* 85. Pax Jordan. *d. tit.* 26. *n.* 40. prout etiam verbum *propinquus* excluderet illegitimos, ſi ad matrimonia relatio habenda eſſet, & tamen illud eſſe vocabulum naturæ dicunt de Luca *de linea legal. lib.* 1. *art.* 15. *n.* 13. Pax Jordan. *tom.* 2. *lucubr. lib.* 10. *tit.* 26. *n.* 4. ſic denique dicendum foret de verbo *poſteri*, quod eſt naturale, Jovius *de ſolemnit. in contract. minor. gloſ.* 22. §. 4. *n.* 61. ac etiam de alio verbo *cognatio*, quando illud ego cenſeo eſſe naturaliſſimum, quicquid opinaverit Garzias, qui verbum *cognati* dicit naturale, verbum *cognatio* civile, cum verius ſit utrunque ad naturalem ſignificatum referri, ut probant Textus *aperte in l. non facile & leg.* 10. *ff. de gradibus affinit. & leg. & nihil ff. de ritu nupt.* & Pax Jord. *dict. titul.* 26. *n.* 41. in quam diſſonantiam neſcio, qua ratione Garzias adeo frequenter trahatur, putando nomen naturæ verbum *parentes*, non autem *parentela*, verbum *conſanguinei*, non autem *conſanguinitas*, verbum *cognati*, non autem *cognatio*, quando notum eſt, quod *derivata patris naturam verba ſequuntur*; itaut hæc verba, aut omnia dici debeant civilia, aut omnia naturalia, cum nulla ſit differentia inter verbum productivum, & productum.

Denique, quod *parentela* ſit verbum naturale incluſivum baſtardorum, probat hæc ultima ratio,
quod ſcilicet cum ex prædictis pateat adeſſe Docto- 104
res hinc inde, & pro naturalitate hujus vocabuli ſtare opinionem Bartoli Principis Legiſtarum, ad omne pejus verbum erit dubium, an ſit naturale, vel civile, nam dubietas naſcitur ex conflictu doctorum; in dubietate autem habemus concluſionem claram, quod verbum accipi debeat potius in ſenſu naturali, quam civili, ſive agatur de diſpoſitione ſtatuti, ſive hominis, ut de ſtatuto Bald. *d. conſil.* 44. *n.* 1. *verſ. ſed in ſtatutis l.* 2. & in diſpoſitione hominis, Farinac. *q.* 13. *n.* 45. Larrea *dec.* 32. *n.* 8. *in fine*, Gonzal. *gloſſ.* 5. *nu.* 125. *cum duabus ſeqq.* Garz. *part.* 7. *c.* 15. *num.* 53. *in fin.* Pax Jord. *dict. tit.* 26. *n.* 48. Caſtrop. *tract.* 13. *de benef. diſp.* 4. *punct.* 9. *n.* 12. Rot. *dec.* 361. *n.* 21. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Quæſtio etiam eſt inter Doctores ſuper aliis verbis, an ſint civilia vel naturalia; nam verbum *Domus* licet communiori ſententia Doctores cenſeant eſſe civile, & explicari pro agnatione, attamen habere

here

105 bere etiam ſignificatum naturæ dicit Bart. *in leg. Tutelas ff. de cap. diminut.* Bald. *conſ.* 441. *n.* 1. *verſ. & ſi dicas lib.* 3. Corn. *conſil. lib.* 3. Barboſ. *vot.* 98. *n.* 50. verbum *de ſtirpe* ſeu *Trunco*, civile putat Garz. *d. cap.* 15. *n.* 39. Caſtrop. *tract.* 13. *de benef. diſp.* 4. *punct.* 9. *n.* 12. naturale exiſtimatur apud de Luca *de linea legal. art.* 23. *n.* 24. *in fin. lib.* 1. *& in obſerv.* ad Gratian. *diſcept.* 218. *n.* 7. *in fin.* verbum *Caſata*, licet communiter accipiatur pro civili, nihilominus naturale putarunt Bald. *in l. leg. Julia ff. de ritu nuptiar.* Salicet. *in l. fin. n.* 5. *C. de verb. ſignif.* Corneus *d. conſ.* 169. *lib.* 3. verbum *Genus* ſeu *de genere* ad civilitatem redigit Garzias *d. c.* 15. *n.* 49. Pax Jordan. *d. tit.* 26. *n.* 39. Caſtrop. *tract.* 13. *ubi ſupra punct.* 9. *n.* 12. etiam ad ſenſum naturalem trahit Rebuff. *in leg.* 62. *verſ. genus ff. de verb. ſignif.* verbum *proximus*, *proximior*, *proximitas* habere ſignificatum civilem ſuſtinet Honded. *conſ.* 5. *n.* 32. *l.* 2. Jovius *de ſolemnit. in contr. minor. gloſſ.* 22. §. 4. *n.* 59. *in fine*, ſed contrarium docet Bald. *conſ.* 146. *n.* 1. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 571. *n.* 6. *part.* 4. *tom.* 1. *rec.* ubi refellitur Honded. *& in dec.* 616. *n.* 4. *in fin. eadem p.* 4. eademque quæſtio concurrit ſuper verbo *progenites* & *proles*; quæ ego putarem naturalia, licet contradicant Garz. & Carl. Anton. de Luca *ubi ſupra* loquentes de verbo *progenies*, ſicut naturale puto verbum *Attinentes*, niſi reſtringeretur ex adjuncto civili, Peregrin. *dict. art.* 22. *n.* 41. & in ſpecie de verbo *Attinentes*, quod ſit naturale Bald. *conſ.* 145. *n.* 1. *verſ. eſt ſtatutum lib.* 2. & de verbo *familia*, licet regulariter ſit civile, tamen illud eſſe naturale inquit Jovius *de ſolemnit. in contr. minor. gloſſ.* 22. §. 4. *numer.* 19. omiſſis aliis verbis, quæ referre longum eſſet.

Ego tamen, licet non audeam impugnare communem diſtinctionem, quando verba ſunt naturalia, & quando civilia, ut veniant, vel reſpective ſub eis non veniant illegitimi, eorumque deſcendentes; nihilominus dico, quod nullum verbum in Jure noſtro reperitur, quod certe, indubitate, ſeu inflexi-
106 biliter, & invariabiliter dici poſſit civile, niſi *Agnatio*, *Agnati*, juxta Text. *in l.* 10. *ff. de gradib. affinit.* quod ſolum conſideravit Bart. *in d. l. pronunc. §. familiæ* & ita loquitur, eumque intelligit Panor. *in c. in præſentia n.* 22. *de probat.* ibi *verba ſignificantia naturalitatem &c. verba ſignificantia Agnationem &c.* hoc enim verbum eſt illud, quod ego credo non poſſe inflecti in alium ſignificatum, non obſtante communi uſu loquendi, & conſuetudine Regionis, juxta quam naturales dicerentur de agnatione, & non obſtante ſubjecta materia proportionabili illegitimis, & in his terminis bene procedit doctrina Garz. *p.* 7. *c.* 15. *ſub n.* 53. *verſ. ſed cum iſta*, & Grat. *diſc.* 218. *n.* 13. *& ſeqq.*

Omnia alia verba, quæ Doctores communiter reputant civilia, nempe *Caſata*, *Domus*, *Cippus*, *familia Genſ. Genus*, *ſtirps*, *proſapia*, *& ſimilia*, ſunt ambigua, & æquivoca, quia poſſunt intelligi tam civiliter, quam naturaliter; eatenus enim accipiuntur
107 in ſenſu rigido & civili, quatenus Doctores putant verbum *Domus*, *familia*, *caſata &c.* eſſe idem ac *Agnatio*, ut videre eſt apud Bart. *in l. Tutelas ff. de cap. diminut. & in l. pronunc. §. familia ff. de v. ſignif. & l. fin. C. eod.* cum aliis apud de Luc. *in obſerv. ad* Grat. *diſc.* 218. *n.* 17. *v. alii tamen*; unde ſicut iſta verba ſunt civilia, & reſtricta per interpretationem Doctorum, ita nihil prohibet, quin poſſint eſſe naturalia, & latiorem habere ſignificatum ex diverſa Interpretatione deducta, vel ex communi uſu loquendi, & conſuetudine, vel ſtatuto Regionis, mente Teſtatoris, obſervantia, aliiſque circumſtantiis; idemque dico de verbis mere naturalibus, nempe *Pater*, *filius*, *deſcendens*, *conſanguineus &c.* quæ licet per Doctores in ſenſu naturali, & largo accipiantur, id tamen non excludit, quominus habere poſſint etiam ſenſum civilem, & reſtrictum ex mente & voluntate Teſtatoris, aliiſque circumſtantiis proxime adductis. Cumque propterea rari ſint caſus, quod ſive agatur de ſtatuto, ſive de diſpoſitione hominis, non concurrant aliquæ circumſtantiæ, quæ poſſint verba naturalia, & civilia reſtringere, & ampliare reſpective, non eſt tuta regula inſiſtere judaice in cortice verborum, quæ plerumque in Teſtamentis adjici ſolent ad placitum Notariorum, & ſuper quibus Doctores ſunt confuſi, & diſcordes circa interpretationem civilem, vel
naturalem: ſed in ſubſtantia diſpoſitionis inſiſtendum 108
eſt, concludendo, quod quæſtio iſta tota eſt voluntatis decidenda ex conjecturis, & circumſtantiis, ut eſt Textus in hac materia magiſtralis *in leg. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad Trebel.* ubi cum quis rogatus eſſet reſtituere hæreditatem ſub conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit*, licet Papinianus putaverit ſub hoc verbo *liberis* naturalem filium contineri, Ulpianus tamen hæc limitando adjungit – *mihi autem quod ad naturales liberos attinet*, *voluntatis quæſtio videtur eſſe*, *de quibus liberis Teſtator ſenſerit: ſed hoc ex dignitate*, *& voluntate*, *& conditione ejus qui fideicommiſit*, *accipiendum erit* – & ita quæſtionem iſtam eſſe reſolvendam tradunt Pax Jord. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *n.* 43. Gonz. *ad reg.* 8. *gloſſ.* 5. *num.* 124. Barboſ. *vot.* 98. *ſub n.* 53. *& ſeqq.* Rota cor. Bich. *dec.* 7. *n.* 4. *& & in rec. dec.* 49. *n.* 12. *&* 13. *p.* 4. *tom.* 2.

Prima igitur circumſtantia eſt, mens, & voluntas Teſtatoris, ſeu fundatoris. Etenim ea aſſiſtere vi-
deretur pro incluſione illegitimorum. Primo, ſi ille 109
aliquem illegitimum in ſua diſpoſitione cognoviſſet, & honoraſſet, Barboſ. *vot.* 98. *n.* 56. Rot. *deciſ.* 388. *n.* 11. *p.* 1. & Adden. *ad dec.* 262. *n.* 25. *p.* 18. *recent.* Lother. *lib.* 2. *q.* 11. *n.* 149. Secundo, ſi vocaſſet *filios legitimos* immediate ſubjungendo, *aut de ſuo corpore deſcendentes*, nam opponendo hæc verba ampliativa verbo *legitimo*, argumentum foret, quod etiam de naturalibus intellexiſſet, juxta Bald. *conſil.* 463. *lib.* 5. quem refert Cyriac. *controv.* 209. *n* 26. Tertio, ſi feciſſet mentionem de legitimatione aliquorum ex vocatis, ſeu vocaſſet *legitimos*, vel *naturales* propter disjunctivam, ſeu alternativam, Gratian. *diſcep.* 218. *n.* 23. Rot. *dec.* 126. *n.* 2. *part.* 1. *recent. & dec.* 350. *n.* 4. *poſt ſecundum volum. conſ.* Farinacc. ubi *num.* 5. additur alia conjectura. Quarto, ſi in alia teſtamenti parte de naturalibus mentionem habuiſſet, Barboſ. *appellation.* 69. *n.* 25. Quinto, ſi dixiſſet omnes ſeu quoſcunque deſcendentes, ac parentes ſeu quoquomodo natos, quo caſu venirent etiam ex odibili coitu progeniti, Peregrin. *dict. art.* 22. *num.* 81. Sexto, ſi direxiſſet verba ad perſonam, quæ non poterat habere filios legitimos, & naturales, ut ad furioſum, qui non poteſt contrahere matrimonium, etiam ſi ageretur de Teſtatore in dignitate conſtituto, Caſtren. *in leg. ex facto §. ſi quis n.* 6. *ff. ad Trebell.* vel ad Presbyterum, ſeu conſtitutum in Sacris, ut dixit Rot. *in Mediolanen. Capellaniæ* 22. *Junii* 1703. *§. quod demum*, coram Reverendiſſ. Molines Decano, ſed contrarium tenet Bartol. *in l. heredibus* 77. *§. ſi Titius n.* 4. *ff. ad Trebell.* ubi quod ſi relinquatur conſtituto in Sacris, qui gravetur reſtituere ſub conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit*, debet intelligi hæc conditio de liberis, quos ille habere poteſt, ſcilicet de Eccleſia, quæ ſtat loco filii legitimi; ſi vero dictum fuerit, *ſi ſine liberis ex ſuo corpore deſcendentibus*, firmat relictum eſſe nullum, quia invitat ad fornicandum: quæ tamen concluſio refellitur per Mant. *de conject. libr.* 12. *tit.* 9. *n.* 3. *&* 4. maxime, quia Bart. loquitur in ſucceſſione bonorum, non autem in juribus honorificis, prout eſt Juſpatronatus, in quibus terminis loquitur Rota *ubi ſupra*; alias ſequeretur, quod ſpurii & ex damnato coitu procreati nunquam admitti poſſent in Jurepatronatus, licet eſſent expreſſe vocati, quia urgeret motivum Bartoli, quod diſpoſitio invitaret ad fornicandum, & tamen videmus, quod veniunt ſpurii etiam
ſub verbis naturalibus, & quando urgent conjecturæ, 110
quod Jus ſanguinis tantum fuerit contemplatum *ut in dec.* 350. *n.* 8. *part.* 3. *& dec.* 262. *n.* 8. *& ſeqq. part.* 8. *rec.* Lother. *de re benef. lib.* 2. *q.* 11. *num.* 145. *&* 146. Garz. *part.* 7. *cap.* 15. *n.* 43. *&* 46. *in fin.* Carol. Anton. de Luca *de linea legal. d. art.* 24. *n.* 25. *v. verba natura*, Rot. *dec.* 616. *n.* 5. *part.* 4. *tom.* 1. *recen. & in dict. Mediolanen. Capellania ubi ſupra*; urgente etiam concluſione, quod Juriſpatronatus capaces ſunt etiam perſonæ turpes, & inhoneſtæ, & conſequenter

ſpurii,

Digitized by Google

ſpurii, & ex damnato coitu progeniti *dec.* 362. *n.* 8. *&* 10. *part.* 8. *dec.* Gratian. *diſcep.* 218. *num.* 5. quodque ne laici retrahantur a fundationibus Eccleſiarum, & Beneficiorum eorum voluntati obobſequendum etiam in his, quæ juri contrariantur, & quamvis id non procedat in materia nutritiva peccati; tamen fundatoris intentio ad hoc non dicitur ordinata, nec ideo debet conſiderari, Mantic. *ubi ſupra num.* 4. ultra quod ille in hac materia Jurispatronatus non videtur immutare ad fornicandum, cum non agatur de intereſſe ſucceſſionis bonorum, ubi ne illa tranſeat ad alios invitetur quis ad peccandum, ſed de jure honorifico, ubi non cadit intereſſe burſale, & commodum divitiarum, Gonzal. *in cap. querelam num.* 14. *de elect.* ubi quod electio, & præſentatio ſunt fructus bonoris, quibus poſſeſſor non fit locupletior, nec proinde obnoxius reſtitutioni, ego tamen multum abhorreo ſpurios, adulterinos, & ſacrilegos, & contra eos rigide procederem, & requirerem, quod vel eſſent expreſſe vocati, vel tacite non ſolum ex verbis naturalibus, ſed etiam ex conjecturis urgentiſſimis, & ſic intelligo Rot. *in dict. Barchinonen. beneficii* 22. *Febr.* 1704. §. *illud autem*, cor. R. P. D. Caſſarello, & tunc ſecluſa contraria, & ſpeciali lege fundationis eos duntaxat admittetem per poſteris, & in defectum omnium legitimorum, & in concurſu extranei.

Septimo, mens fundatoris includendi illegitimos
111 argueretur, ſi verba eſſent directa ad perſonam, quæ baberet illegitimos, & fundator hoc ſciebat, Caſtren. *in d. l. ex facto* §. *ſi quis num.* 6. *in fine*, Octavo, ſi in aliqua parte Teſtamenti fundator quibuſdam vocatis adjecit qualitatem legitimitatis, & hanc omiſit in vocatione aliorum; nam hæc diſcretiva videtur denotare, quod ſicut ubi voluit, legitimitatem expreſſit, ita ubi non expreſſit, eam noluiſſe cenſetur, Ferett. *conſ.* 11. *n.* 9. Cyriac. *contr.* 209. *num.* 27. *&* *dec.* 388. *num.* 12. *par.* 1. *recen.* & in materia Juriſpatronatus, *in dec.* 126. *numer.* 4. *part.* 1. *recen.* *&* *dec.* 350. *num.* 3. *poſt ſecundum vol. conſil.* Farinacc. *& in Mediolanen. capellania* 23. *Martii* 1703. §. *neque obſtat*, coram Reverendiſs. Molines Decano, ubi de caſu, quo ad Juſpatronatus vocati fuerunt *deſcendentes*, ad hæreditatem vero hæredes legitimi, & naturales, & ſcripſi ſupra *diſcept.* 41. *ſub num.* 3. ſed contrariam ſententiam tenet Caſtren. *in d. l. ex facto* §. *ſi quis num.* 5. *in fine verſ. primo enim loco*, Peregrin. *de fideic. art.* 22. *num.* 80. *verb. qua tamen*, in qua contrarietatem dicerem, quod ubi verba eſſent civilia per interpretationem Doctorum, *ut caſata*, *familia*, *Domus &c.* quæ intellectum civilem ex theorica Doctorum, & naturalem ex circumſtantiis habere poſſunt, tunc non intraret argumentum diſcretive, *dec.* 410. *numer.* 7. *part.* 14. *recen.* ſed potius exinde reſultaret firmior declaratio verbi civilis ex regula, quod una pars Teſtamenti aliam declarat, itaut neque per poſterius venirent illegitimi, eo magis ſi illi, quibus adjecta fuit qualitas legitimitatis erant magis dilecti, quam alii de familia vocati, quibus hæc qualitas non fuit repetita, Rot. *in d. Barchinonen. beneficii* 22. *Febr.* 1704. §. *quodque*, coram R. P. D. Caſſarello, ſed intraret diſcretiva, ſi verba eſſent mere naturalia, ut *filius*, *deſcendentes*, *& ſimilia*, juxta ſcripta *diſcept.* 41. *ſub num.* 3. crederem tamen in hoc caſu exinde deſumi prædilectionem, & prælationem legitimorum ſupra illegitimos, itaut iſti in concurſu illorum non eſſent admittendi, ſed ſolum in defectum, ac per poſterius, licet hoc aſſerere non ſit tutum; nam aliquando Teſtatores plus diligunt illegitimos, quam legitimos, ut ait Baldus *conſ.* 441. *num.* 2. *verſ. quinto lib.* 3. Gyriac. *contr.* 209. *num.* 36. ideoque id pendet ex aliis conjecturis, quia materia conjecturalis eſt, & tota facti, vide *deciſ.* 461. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.*

Mens autem contraria illegitimis colligitur. Primo, ſi quis in aliqua parte Teſtamenti excluſiſſet il-
112 legitimos ex odio, vel per viam regulæ, quæ influeret etiam in vocatione ad Juspatronatus, totumque Teſtamentum infirmaret, Card. de Luca *de fideicom. diſc.* 30. *num.* 16. *&* *dec.* 253. *per totam par.* 6. *recent.* Secundo, ſi dixiſſet veros filios & deſcendentes, ſeu veros patentes, Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 9. *num.* 1. Tertio, ſi vocaſſet filiam, ejuſque liberos, quo caſu non eſt credendum ſenſiſſe de liberis ex reprobata fornicatione ſuſceptis, Angel. *in d. l. ex facto* §. *ſi quis il ſecondo n.* 2. idem procedit in vocatione Uxoris & filiorum facta per Maritum, vel Mariti, & filiorum facta per Uxorem, cum non ſit credendum intellexiſſe de liberis ex iniquo coitu generandis, ſed ex juſtis nuptiis, Barboſ. *appell.* 99. *n.* 29. *&* 30. Quarto, ſi agnationem expreſſiſſet una cum verbo *familia vel Domus vel caſata*; ſecus ſi contemplata fuiſſet agnatio poſt vocationem per verba naturalia *deſcendentium*, *& conſanguineorum*; hoc enim caſu illegitimi excluſi quidem remanerent per prius in concurſu legitimorum, non autem per poſterius, Bich. *dec.* 7. *num.* 10. Lother. *lib.* 2. *q.* 11. *num.* 150. Quinto, ſi fuiſſent vocati filii, & deſcendentes legitimi, ſed contrarium tenet Rot. *dec.* 155. *num.* 3. *par.* 1. *recen.* ubi quod vocatis legitimis de jure per poſterius veniunt ipſi legitimi, & his non exiſtentibus interpretative fit tranſitus ad illegitimos, Gratian. *diſcept.* 218. *num.* 4. Rot. *dec.* 350. *num.* 1. *poſt ſecundum vol. conſil.* Farinacc. *&* *dec.* 155. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* hæc concluſio apud me paritur difficultatem, quia vocatio per poſterius non habet locum, niſi inter comprehenſos ab initio virtute verborum ex allegatis *diſcept.* 14. *num.* 3. cum autem appellatione legitimorum non veniant illegitimi, immo incluſio legitimorum ſit excluſio illegitimorum, non videtur quomodo illegitimi poſſint includi in diſpoſitione interpretative, & contrarium procederet ubi ageretur de verbis civilibus admixtis cum naturalibus. Tunc enim cum adſit capacitas in verbis includendi illegitimos, verba civilia ſtant prælative quoad legitimos, non excluſive ad illegitimos per poſterius, ut declat Rota *in Viterbien. fideicom.* apud Palm. Nepot. *allegat.* 243. *num.* 12. dicit tamen Rot. *dec.* 361. *n.* 5. *&* 6. *&* 26. *part.* 4. *tom.* 2. *rec.* quod etiam ſub verbis civilibus ſecundario, & in ſubſidium veniunt illegitimi, ſed contrarium tenet Garz. *part.* 7. *cap.* 15. *num.* 46. cum infra citatis *n.* 115. ſed Rota intelligi debet, quando ſunt verba civilia, quæ habent etiam ſenſum naturalem capacia eos includendi.

Sexto, viderentur excluſi illegitimi, quando fun- 113
dator vocaſſet *proximiorem ſibi in gradu Parentelæ*; nam expreſſio gradus dat intelligere illos de Parentela legitima, dum alias illegitimi non habent gradum, ut conſiderat Jovius *de ſolemnit. in contr. minor. gloſſ.* 22. §. 4. *num.* 50. *in fine &* *n.* 56. *&* 60. Hondedei *conſil.* 32. *num.* 20. *&* 22. *lib.* 2. gradus enim inventi fuerunt per jus civile, & Canonicum ad effectum ſucceſſionis, & prohibitionis Matrimoniorum reſpective; hæc tamen conjectura non ſtringit, quia licet gradus ſint inventi a Jure, tamen Jus eos non invenit, neque ſtatuit potius pro legitimis, quam pro illegitimis, ſed pro utriſque, ut probat Concil. Trident. *cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* ubi reſtrinxit impedimentum affinitatis ex fornicatione ad primum, & ſecundum gradum ibi — *ad eos tantum, qui in primo, & ſecundo gradu conjunguntur, in ulterioribus vero gradibus &c.* ecce gradus conſiderati, & expreſſi in conſanguinitate naturali contracta ex illicito coitu, probat hoc etiam Gloſs. *in l. non facile ff. de grad. affinit. in verb. per nuptias*; gradus enim dicitur ad ſimilitudinem ſcalarum ad deſignandam proximioritatem ſanguinis inter conſangineos, ut ait Text. *in l.* 10. *ff. de grad. affinit.* & datur gradus naturæ, & gradus juris, de Luca *de linea legal. lib.* 2. *artic.* 89. *n.* 1. ideoque expreſſio gradus non concludit civilitatem, ſed verificatur etiam in gradu naturæ, juxta quam etiam illegitimi dicuntur conjuncti in gradu, ut in puncto Bald. *conſ.* 441. *lib.* 3. ubi quærit, utrum ſpurii dicantur eſſe de domo, & de conjunctis *uſque in quartum gradum* & affirmative tenet ibi — *num.* 1. *verſ. & de jure æqualitatis*, nec obſtant ſuperius adducti in contrarium, quia loquun-

quuntur in materia diverſa, quæ pertinet ad proviſionem juris civilis, quo caſu gradus civilis conſideratur, non autem gradus naturæ, ut explicat Jovius *ubi ſupra num.* 57. *& ſeqq.* ideoque non applicantur ad materiam Juriſpatronatus, quæ eſt proportionabilis illegitimis, nec pertinet ad proviſionem juris civilis, ut ſunt tutelæ, & ſucceſſionis, Rebuff. *in l. appellatione Parentis* 51. *v. duodecimo ff. de verbor. ſignific.* confert Rot. *dec.* 571. *n.* 6. *& dec.* 616. *num.* 4. *par.* 4. *rec.* & proinde non videtur ſubſiſtere in hac parte, quod de gradu dixit Rot. *in d. Barchinonen.* 22. *Febr.* 1704. §. *eoque*, coram R. P. D. Caſſarello, immo illegitimi ſeu naturales habent gradum ſucceſſionis de jure civili in uncia, extante legitima ſobole, & in duabus unciis, ea non exſtante, nec uxore *auth. licet C. de nat. liber.* Marta *de ſucceſſ. par.* 1. *quæſt.* 16. *artic.* 1. *num.* 22. ſuccedunt etiam Matri, ac inter ipſos, quæ ſucceſſio non datur ſine gradu conſanguinitatis, & hoc clare volunt Doctores, quatenus dicunt in diſpoſitione concepta per verba naturalia illegitimum præferri legitimo in gradu remotiori, ſecus in pari gradu, Garz. *par.* 7. *cap.* 15. *n.* 48. *verſ. quod ſolum*, Rot. *deciſ.* 361. *circa finem par.* 5. *tom.* 2. *rec.* cum aliis ſupra *num.* 8. ergo loquentes de gradu inter illegitimos, ſupponunt illos habere gradum naturalem, facit etiam Cephal. *conſ.* 591. *lib.* 4. dicens, naturales eſſe de linea, quem ſequitur Marta *de ſuc. par.* 4. *quæſt.* 21. *artic.* 5. *num.* 12. de Luca *de linea legal. lib.* 1. *artic.* 2. *num.* 27. ſi enim ſunt de linea; ergo ſunt in gradu, quia linea plures gradus continet: habent enim naturales jura cognationis, de Luca *d. artic.* 2. *num.* 27. *verſ. Collaterales*, & gradus dicitur ratione cognationi naturalis, Gloſſ. *in l. non facile ff. de grad. affinit. in verb. nulli ſunt*; an autem in dubio, quis cenſeatur ſpurius, vel naturalis, licet Rot. *in d. Barchinonen. ubi ſupra*, firmavit præſumptionem ſtare pro ſpurietate: contraria tamen opinio eſt verior ex allegatis apud Barboſ. *vot. dec.* 98. *n.* 64. *& ſeqq.* quod nempe quis potius præſumatur naturalis.

Secunda circumſtantia oritur ex conſuetudine Re-
114 gionis, & communi uſu loquendi; nam ſi juxta illum baſtardi dicuntur de domo, & familia, iſti includuntur etiam ſub verbis, quæ Doctores habent pro civilibus, Gloſſ. *in l. ex facto §. ſi quis in verb. ex voluntate ff. ad Trebull. ibique Repetentes*, Larrea *dec.* 32. *num.* 43. *&* 44. Gonzal. *gloſſ.* 5. *n.* 124. Caſtrop. *tr.* 13. *de beneſ. diſput.* 4. *punct.* 9. *num.* 12. *in fine*, Pax Jordan. *d. lib.* 10. *tit.* 26. *n.* 43. An autem ſufficiat, quod iſta conſuetudo probetur ex atteſtatione Doctorum affirmative tenet Cyriac. *contr.* 209. *n.* 41. ſed negative Honded. *conſ.* 5. *num.* 38. *lib.* 2. Jovius *de ſolemnit. in contr. minor. gloſſ.* 22. §. 4. *num.* 53. in hoc videnda eſt Rota *in Bononien. fideicom. de Manzolis* 24. *Maii* 1699. coram R. P. D. Anſaldo apud Balducc. *tom.* 1. *tit.* 3. *dec.* 10. *num.* 26. *& ſeqq.* & quicquid ego ſcripſi ſupra *diſcept.* 7. *num.* 24. *verſ. quodque fol.* 166. Rota *in dicta Barchinonen. ubi ſupra* §. *oppoſita verſ. quin etiam*, cujus tamen concluſio procedit ubi Ordinarius in ſententia expreſſit non adeſſe conſuetudinem; ſecus ubi nihil dicit, ſed tantum inſtituit præſentatum quam ſtante conſuetudine inſtituere non debuiſſet; nam hæc conjectura nihil facit, quando de conſuetudine teſtantur Doctores in loco verſati, & ſuper ea alias judicavit Rota, ut de conſuetudine Hiſpaniæ *in dec.* 361. *numer.* 9. *ſeqq. par.* 4. *tom.* 2. Royas *dec.* 254. *n.* 20. *& in rec. deciſ.* 241. *n.* 9. *par.* 16.

Tertia circumſtantia oritur ex dignitate, & conditione diſponentis; nam ſi iſte eſſet naturalis etiam
115 nobilis, non videtur abhorruiſſe ſibi ſimiles, Rot. *dec.* 388. *num.* 10. *part.* 1. & Adden. *ad dec.* 262. *num.* 282. *& ſeqq. par.* 8. Jovius *de ſolemnit. in contr. minor. gloſſ.* 22. §. 4. *n.* 19. *verſ. maxime*, Bich. *dec.* 7. *num.* 5. item ſi eſſet femina, vel idiota, hoc nanque caſu præſumitur, quod diſpoſuerit in ſenſu
116 potius naturali, quam civili, Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 379. *num.* 9. Barboſ. *vot.* 98. *n.* 57. *&* 58. Per contrarium præſumptio urgere pro diſpoſitione concepta in ſenſu civili, ſi ageretur de Teſtatore ſeu fundatore literato, ſeu etiam valde nobili, qui non præſumitur voluiſſe deferre Juſpatronatus illegitimis, cum majus ſit dedecus talibus perſonis quod ſucceſſio in Jurepatronatus deveniat ad baſtardos, quam aliis plebeis, Gloſſ. *in l. ex facto §. ſi quis rogatus in verb. ex voluntate verſ. ſecundo dignitas ff. ad Trebell. ibique* Angel. *n.* 2. *verſ. vel quia*, Alexan. *num.* 57. Peregrin. *de fideic. artic.* 22. *n.* 84. & in terminis Barboſ. *d. vot.* 98. *num.* 60. Rot. *dec.* 126. *n.* 7. *par.* 1. *rec.* Lotter. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *n.* 150. Gratian. *diſcept.* 218. *num.* 32. ubi ampliat etiam ad perſonas non nobiles talis tamen conditionis, juxta quam attenta eorum vita honeſta, & ſpectabili eſſet verecundia habere tales ſucceſſores, quæ ampliatio non placet, cum Doctores requirant diſponentem eſſe perſonam valde nobilem, ut dicit Caſtren. *in d. l. ex facto §. ſi quis rogatus num.* 7. ubi concluſionem hanc multum ampliat dicendo, quod debeat eſſe perſona nobilis, quæ habeat ſignoriam, & Caſtra, & juriſdictiones, non autem, quæ habeat privatum patrimonium, ut ſunt nobiles Veneti, Rota vero *in dec.* 126. *num.* 7. *par.* 1. *rec.* loquitur de nobilitate, & dignitate fundatorum, qui erant S. R. E. Cardinales, & Lother. *de re beneſ. lib.* 2. *quæſt.* 11. *num.* 150. exponit concluſionem, quando perſona *eſſet valde nobilis, & Eccleſiaſtica*, ex quibus convincitur doctrina Gratiani; intellige tamen, ut hæc nobilitas non arceat perpetuo illegitimos ſi verba eſſent naturalia, ſed tantum exiſtentibus legitimis, itaut in eorum defectum per poſterius admittantur, ut in *d. dec.* 126. *num.* 2. *&* 7. *par.* 1. *rec.* Lother. *ubi proxime numer.* 150. ſecus crederem, ubi verba eſſent civilia ex in-
terpretatione Doctorum, nempe *Domus, familia, caſata, & ſimilia &c.* quia tunc eſſent excluſi, etiam 117
deficientibus legitimis, Garz. *par.* 7. *c.* 15. *num.* 46. Ciarlin. *contr.* 172. *num.* 43. *&* 44. *lib.* 2. Rot. *in Comen. Capellania* 18. *Aprilis* 1701. §. *Parumque*, coram R. P. D. Tremoille.

Quarta circumſtantia deſumitur ex ſubjecta mate-
ria. Si enim agatur de Jurepatronatus inſtituto in 118
forma Primogenituræ, & majoratus ad illuſtrandam familiam, materia cum non dicatur proportionabilis, non veniunt illegitimi, Royas *dec.* 254. *n.* 8. *&* 21. *& in rec. dec.* 361. *nu.* 17. *&* 26. *par.* 4. *tom.* 2. ſecus ſi Juſpatronatus non fuerit inſtitutum in forma majoratus, quicquid dixerit Garz. *par.* 7. *cap.* 15. *num.* 51. ubi quod ſic ut majoratus eſt res honorifica, ita & Juſpatronatus arcens illegitimos, & Gratian. *diſcept.* 218. *num.* 25. quatenus putat præferendos eſſe legitimos, donec extant, & ſolum admittendos illegitimos in eorum defectum, & de Luca *ibidem in obſervat. num.* 8. *& de linea legal. lib.* 1. *artic.* 23. *num.* 24. *in fine*; hæc enim prælatio procedit, quando expreſſe, vel tacite ex conjecturis reſultat; nam alias quando verba ſunt capacia includendi legitimos æque ac illegitimos, tam iſti, quam illi veniunt primario, & æqualiter data ſolum prælatione legitimi in pari gradu, juxta ſuperius dicta *num.* 8. non autem ſi exiſtat in gradu, remotiori, quia tunc excluditur per illegitimum proximiorem, Peregrin. *de fideicomm. artic.* 22. *n.* 80. *verſ. ubi etiam & late fundat* Rot. *dec.* 361. *num.* 18. *verſ. non obſtat, & num.* 19. *cum ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & coram Royas *dec.* 254. *nu.* 14. *in fine*, ubi refellit Gratia-
num, & declarat Garziam, ut procedat in patro- 119
natu in quo ſucceditur ad inſtar Majoratus; nam extra hunc caſum dicitur agi de materia indifferenti, in qua non debemus facere differentiam inter legitimum, & non legitimum, ut ait Bald. *conſ.* 441. *num.* 1. *in fine lib.* 3. & de materia proportionabili illegitimis, quale eſt Juſpatronatus, cujus ipſi ſunt capaces, Rocch. de Curte *de jurepatr. in verb. competens num.* 10. Lambertin. *eod. tract. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 7. *artic.* 13. *n.* 4. Caſtropal. *tract.* 13. *de beneſ. diſput.* 2. *punct.* 3. *n.* 24. Card. de Luca *de jurepat. diſc.* 37. *num.* 7. *verſ. an potius*, Rota *dec.* 350. *num.* 1. *poſt ſecundum vol. conſ.* Farinac. *& dec.* 319. *n.* 4. *par.* 3. *& dec.* 262. *n.* 10. *par.* 8. *rec.*

Qua in re non bene firmavit Rot. *in d. Barchinonen. Beneficii ubi ſupra*, coram R. P. D. Caſſa-

tello,

tello, quatenus dixit illegitimos ſicut non venire in
120 ſucceſſione Majoratus, qui eſt res honorifica, ita
nec in Jurepatronatus, quod etiam dicitur honori-
ficum, allegando Garz. *ubi ſupra num.* 50. *&* 51.
quando iſte Doctor fuit alias declaratus per Sacr.
Rotam, ut procedat in Jurepatronatus inſtituto in
forma Majoratus & Primogenituræ, non autem in
Jurepatronatus ſimpliciter, ut *in dec.* 361. *par.* 4.
tom. 2. & coram Royas *dec.* 254. *locis ſupra cita-
tis*; alias retenta hoc ſuppoſito ſequeretur, quod
in Jurepatronatus nunquam illegitimi admitti poſ-
ſent ob repugnantiam materiæ, etiam ſtante conſue-
tudine, juxta quam illegitimi veniant appellatione il-
lorum *de Domo, genere, caſata, & familia*, quan-
do contrarium expreſſe judicavit *in d. Comen. Capel-
lania*, coram R. P.D. Tremoille ſuperius impreſſa
diſcept. 53. *numer.* 38. *& ſeqq.* confirmata *in ſe-
cunda, & tertia inſtantia*, coram R. P. D. Prio-
lo, & Kaunitz. item repugnante ſubjecta materia
neque venirent ſub verbis naturalibus *d. deciſ.* 361.
num. 26. *par.* 4. *tom.* 2. Rebuff. *in l. appellatione Pa-
rentis* 5. *verſ. duodecima ff. de verb. ſignific.* quod
eſſet contra deciſa in omnibus deciſionibus S. Ro-
tæ hactenus emanatis, de quibus ſupra *numer.* 95.
& æquivocum eſt clarum, quia licet Juſpatronatus
definiatur Jus *honorificum*, non tamen eſt res ordi-
nata ad conſervandam agnationem, nec ad decus,
121 & ſplendorem familiæ, ſicut Majoratus, Barboſ. *d.
vot.* 98. *num.* 60. Rota *d. dec.* 361. *num.* 12. *& ſeqq.
par.* 4. *tom.* 2. quod patet ex eo, quod illegitimi
ſunt capaces Juriſpatronatus, & tamen non eſſent
capaces, ſi illud eſſet materia eis non proportio-
nata, prout eſt illa ordinata ad ſplendorem fami-
liæ, & agnationis, advertendo hic, quod nulla
eſt differentia, quando verba ſunt de jure natura-
lia, vel ſunt talia per conſuetudinem, & commu-
nem uſum loquendi, etiamſi alias eſſent civilia per
interpetationem Doctorum, juxta ſuperius dicta *n.*
63. nam utroque caſu Teſtator cenſetur naturaliter
locutus, & naturali ſanguinis affectione motus, quæ
ſicut eſt æqualis erga legitimos, & illegitimos, ita
paritas affectionis paritatem permiſſionis inducit,
ut ait Bald. *conſ.* 441. *numer.* 1. *in fine lib.* 3. ubi
quod hæc eſt veritas, quando materia eſt indiffe-
rens, prout eſt Juſpatronatus; an autem in iſto or-
dinato per viam Majoratus ſuccedant illegitimi per
poſterius in defectum legitimorum affirmative tenet
Larrea *dec.* 32. *numer.* 31. *verſ. & hanc & num.* 37.
ubi ampliat, quod intellige, quando verba ſunt ca-
pacia includendi etiam illegitimos, juxta ſuperius
dicta *numer.* 112.

Quinta demum circumſtantia conſiſtit in obſer-
122 vantia, quæ eſt omnis diſpoſitionis proba, & fide-
lis interpres, eique ſtandum eſt, etiamſi contrarius
intellectus eſſet de jure verior, ut dicunt in ter-
minis Gonzal. *d. gloſſ.* 5. *n.* 124. Pax Jordan. *tom.* 2.
lib. 10. *tit.* 26. *n.* 44. Card. de Luca *de jurepatr. diſc.*
61. *n.* 12. Carol. Anton. de Luca *de linea legal. artic.*
23. *n.* 15. *verſ. ſuccoditur lib.* 1.

Poſtremo utilem adjungo quæſtionem, an forma
præſcripta per Sacrum Concilium Tridentin. *ſeſſ.* 24.
c. 16. *de reform.* ſtatuens, ut Capitulum, *officialem,*
123 *ſeu Vicarium intra octo dies poſt mortem Epiſcopi con-
ſtituere teneatur, qui ſaltem in jure Canonico ſit Do-
ctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poſſit
idoneus*, ſervanda ſit ab Archidiacono, qui ſed va-
cante ſuccedit in juriſdictione Epiſcopali vigore con-
ſuetudinis; hæc quæſtio fuit diſputata in S. Congre-
gatione Concilii *in Gerunden. deputationis Vicarii*,
ubi inter alia propoſitum fuit tertium dubium - *An
Archidiaconus major Eccleſiæ Gerunden. Sede Epiſco-
pali vacante teneantur in electione Vicarii ſervare
formam præſcriptam* a S. Concil. Tridentino *ſeſſ.* 24.
c. 16. *de refor.* & negativa prodiit reſolutio ſub die
5. Septembris 1699. & pariter ad quartum dubium,
*an deputatio unius ex Vicariis Generalibus facta per
Archidiaconum Sede vacante in perſonam coadjuto-
ris in quodam Canonicatu, & Doctoris in jure civi-
li tantum ſit valida*, dictum fuit *proviſum in tertio*.
Ratio autem eſt, quia cum de jure ſive Epiſcopus,
ſive alius juriſdictionem Epiſcopalem exercens poſ-
ſit vel per ſe ipſum juriſdictionem exercere, vel in
electione Vicarii aſſumere perſonam ſibi beneviſam
etiamſi nulla facultate, aut Doctoratus gradu ſit in-
ſignita, cum ſufficiat qualibet peritia, & idoneitas
cap. quoniam in pleriſque de offic. Vicar. Solorzan. *de
jur. Indiar. lib.* 3. *cap.* 13. *numer.* 48. & in terminis
Epiſcopi, quod non teneatur eligere Vicarium, ſed
ſit repoſitum ejus arbitrio, Text. *in c. Epiſcopus de
offic. ordin. in* 6. Rot. *dec.* 115. *n.* 19. *& ſeqq. par.* 14.
recen. quodque non teneatur in Vicarium aſſumere
ſibi Doctorem tradunt Sbrozz. *de Vicar. queſt.* 36. *n.*
19. *lib.* 1. Fermoſin. *de poteſt. capit. ſede vac. tract.*
1. *quæſt.* 9. *numer.* 13. *in fine*, Vulpell. *in prax. cap.*
44. *n.* 15. Zerol. *in prax. verb. Vicarius num.* 21. &
reſolvit S. Congregatio *in Saluriarum* 2. *Septembris*
1542. *ſuper primo dubio ut in lib.* 17. *Decretor. pag.*
103. inde ſequitur, ut diſpoſitio Concilii in *d. ſeſſ.*
24. *cap.* 16. hanc liberam, & voluntariam poteſta-
tem de jure competentem corrigendo duntaxat quoad
Capitula Eccleſiarum Cathedralium, non ſit exten-
dendas ad alias Perſonas, quas non expreſſit, cum
tanquam correctoria juris communis regulariter
ſtricte veniat interpretanda, ut in puncto, quod
Concilium de Capitulis Cathedralium duntaxat Ec-
cleſiarum intelligatur communiter, ſcribunt Fagnan.
in cap. his quæ de major. & obed. n. 77. Solorzan.
de jur. Indiar. lib. 3. *cap.* 15. *num.* 47. *&* 48. Garz.
de benefic. par. 5. *cap.* 7. *n.* 20. Sbroz. *de offic. Vi-
car. lib.* 1. *q.* 26. *num.* 16. Ragucc. *de voce Canon. in
capitul. cap.* 37. *num.* 6. Fermoſin. *de poteſt. cap. ſede
vacante tract.* 1. *q.* 9. *n.* 23. Ricc. *Collect. dec. par.*
5. *collect.* 1502. *verſ. limita*, Barboſ. *de Canonic. c.*
40. *n.* 50. *verſ. ubi limitat*, eoque fortius cum di-
cta diſpoſitio Conciliaris ſit etiam pœnalis, & odio-
ſa, dum in caſu quo per Capitulum intra octo dies
Vicarius non deputetur, devolvit jus deputandi ad
Metropolitanum vel Epiſcopum viciniorem in pœ-
nam negligentiæ, & contraventionis, Garz. *par.* 5.
cap. 7. *num.* 20. ideoque ratione odii, pœnalitatis
multo magis reſtringenda eſt ad ſola Capitula, de
quibus loquitur, & expreſſe diſponit.

Quod aſſumptum probatur primo, ex quo plu-
ries S. Congreg. declaravit præfatam diſpoſitionem
conciliarem non habere locum in Capitulis Titulo- 124
rum, S. R. E. Cardinalium, neque in Capitulis Col-
legiatarum, ad quæ devolvitur ſede vacante juriſdi-
ctio Prælati defuncti illis Eccleſiis, & in quibus
Prælati potiuntur juriſdictione ordinaria, & quaſi
Epiſcopali; in illis enim Capitula licet ſuccedant in
Juriſdictione quaſi Epiſcopali ſede vacante, non ta-
men tenentur deputare Vicarium, neque ſervare for-
mam in d. decreto Concilii præſcriptam, ut teſtan-
tur Fagnan. *in d. c. his quæ num.* 77. *de major, &
obed.* Farinacc. *in annot. ad Concil. ſeſſ.* 24. *cap.* 16.
§. an extendatur, Barboſ. *de Canonic. d. cap.* 42. *n.*
36. Garz. *d. par.* 7. *cap.* 7. *numer.* 19. Solorzan. *ubi
ſupra n.* 50. idque non alia ratione, niſi quia cum
in dicto Decreto non ſint ſpecificata Capitula Col-
legiatarum, proinde non comprehendantur ſub illo
tanquam correctorio juris, & pœnali.

Secundo, quia formam hanc a Concilio deman-
datam non tenetur ſervare Metropolitanus, ad quem
jus deputandi Vicarium devolvitur ob Capituli ne- 125
gligentiam, & contrafactionem ex eadem ratione,
quod illud uti correctorium juris, non extenditur
ad Metropolitanum, & ſic diverſam perſonam,
quam non expreſſit, ut late probat Solorz. *de jur.
Indiar. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 35. *&* 47. quando tamen
videbatur, quod devolutio ad Metropolitanum ſuc-
cedentem in locum Capituli deberet fieri cum ſuo
onere, & ſua cauſa.

Tertio, id comprobatur ex punctuali Text. *in
Clement. ſtatutum de elect. §. ceterum*, ubi Summus
Pontifex declarat pœnas inflictas in Capitula Ec-
cleſiarum adminiſtrantia juriſdictionem Epiſcopa-
lem ſede vacante, non extendi ad perſonas parti-
culares, ad quas ex conſuetudine vel privilegio de-
volvitur juriſdictio Epiſcopalis ſede vacante.

Quarto adſtipulatur argumentum deductum ex
ejuſdem

ejuſdem Concilii decretis, cum enim *ſeſſ. 7. cap. 10.*
de reformat. prohibuiſſet ſub pœna Interdicti Capi-
tulis Cathedralium Sede vacante, ne poſſent Dimiſ-
ſorias concedere Clericis intra annum vacationis,
ſucceſſive in *cap. 10. ſeſſ. 23. de reform.* hanc prohi-
bitionem, & pœnam extendi mandavit etiam ad
alios Sede vacante ſuccedentes in juriſdictione Epi-
ſcopali loco Capituli; unde aſſequimur, quod in præ-
cedenti *ſeſſ. 7. c. 16.* loquente de Capitulis nequa-
quam comprehendebantur perſonæ particulares, dum
fuit opus extendere hoc Decretum ad illas, ſicut,
ergo in *ſeſſ. 24. cap. 16.* ſolum expreſſit Capitula,
& ubi voluit intelligere alias Perſonas, eas ſpecifi-
cavit per viam extenſionis, ita ſignum evidens eſt,
quod in eodem *cap. 16.* ubi alias perſonas non ex-
preſſit, ſoli Capitula ſint comprehenſa, non autem
aliæ perſonæ particulares.

Quinto demum probatur ex ratione ceſſante;
caoſa enim ordinandi, ut Capitulum eligeret Vica-
rium Sede vacante, ea fuit, quod cum de jure com-
126 muni Capitula Eccleſiarum Cathedralium poſſent de
per ſe juriſdictionem exercere Sede vacante, Felin.
in cap. cum olim de major. & obed. n. 4. Pellegrin. *in*
prax. Vicar. par. 1. ſect. 4. ſubſect. 1. n. 4. & de facto
eam exercerent non ſine magno ſubditorum grava-
mine, dum in Capitulis ut plurimum adeſſe ſolent
æmuli, & aliqua capita Etheroclyctica, ut ait Pa-
vin. ad propoſitum *de poteſt. cap. ſed vac. par. 2. q.*
16. num. 8. ſive factionariæ diviſiones connaturales
corporibus communitativis, ex quibus mala Eccle-
ſiæ, & juſtitiæ adminiſtratio producebatur; hinc ad
uſum antiquiorum Canoniſtarum ſignanter Abba-
tis *in cap. irrefragabilis de offic. ordinar.* & Felin.
in d. capit. cum olim de major, & obed. Concilium
Trident. hujuſmodi malo obviavit imponendo Ca-
pitulis electionem Vicarii pro adminiſtratione juſti-
tiæ, & exercitio Juriſdictionis, ut hanc fuiſſe cau-
ſam finalem hujus conciliatis ſanctionis, tradunt
Card. de Luca *in annot. ad Concil. diſc. 31. n. 5.* Qua-
rant. *in ſumma Bullar. in verb. capitulum n. 8.* Fermo-
ſin. *de Sede vacan. q. 1. n. 16. & q. 8. n. 22.* Solorzan.
de Jur. Indiar. lib. 3. cap. 13. num. 61. quæ ratio, &
cauſa finalis totaliter ceſſat in Archidiacono, ſeu
alia particulari perſona ſuccedente in juriſdictione
Epiſcopali, cujus reſpectu non poſſunt conſiderari
factionariæ diviſiones, quæ olim in Capitulis re-
ctam juſtitiæ adminiſtrationem impediebant, Fer-
moſin. *d. q. 8. n. 22. verſ. quod in Epiſcopo,* circa quod
confert locus Tacit. *lib. 3.* Annal. ibi *veraque aut in*
deterius credita judice ab uno facilius diſterni, odium,
& invidiam apud multos valere.

Quibus non obſtat, quod de jure communi ju-
riſdictio Epiſcopatus devolvitur ad Capitulum Sede
vacante, ideoque licet Archidiaconus eam acquiſi-
verit ex conſuetudine, vel præſcriptione, attamen
127 cenſeatur eandem adminiſtrare nomine Capituli ex
Oldrad. *conſ. 194.* unde ſicut Capitulum tenetur ob-
ſervare formam præſcriptam in Concilio Tridenti-
no, ita & Archidiaconus in ejus locum ſubrogatus,
illudque repræſentans; etenim juriſdictio acquiſita
per Archidiaconum ex conſuetudine exercetur no-
mine proprio, & independenter a Capitulo, contra
quod præſcripſit, nec propterea illud repræſentat, ut
limitat Oldrad. *d. conſ. 193. ſub n. 2. verſ. niſi in Caſu.*
Regulariter enim juriſdictio acquiſita ex conſuetu-
dine, vel præſcriptione præſumitur exerceri jure pro-
prio, niſi contrarium probetur juxta caſum, ſuper
quo conſuluit Oldradus *ubi ſupra,* in cujus themate
conſtabat, quod Sede vacante juriſdictio devolveba-
tur ad Capitulum Ludunen. ſed exercebatur per Ar-
chidiaconos uti ejus Miniſtros.

Alternativa electionis ſuperius explicata *num. 3.*
quando quis mandat præſentari Titium, vel Sem-
128 pronium conſanguineos ſuos in pari gradu exiſten-
tes, exemplificatur etiam in vocatione extraneorum,
puta, ſi fundator ordinaſſe præſentari unum de li-
nea Titii, vel Caji; nam linea Titii negligi poſſet,
de Luca *de linea legal. lib. 2. art. 33. num. 3.* quod
intellige ſimpliciter loquendo; nam alias poteſt eſ-
ſe, quod in primo nominato concurerat aliqua ratio,
quæ perſuadeat prælationem, vocato autem *Presby-*
tero, vel *Clerico,* Presbyter eſt præferendus, quic-
quid male putaverit de Luca *ubi proxime numer. 8.*
idemque dico in vocatione alicujus de linea pater-
na, vel materna, quia linea paterna eſt prædilecta;
licet contrarium velit de Luca *ibid. n. 7.*

Ad corroborationem eorum, quæ dixi *n. 14. &*
ſeqq. circa quod ſubſidiarie vocatus nequeat impedire
gratiam diſpenſationis pro priore vocato, adde ca-
ſum, quem refert de Luca *de lin. legal. lib. 1. reſ-*
ponſ. 22. ubi quod ſtante fundatione Beneficii, jux-
ta quam eligi debet Clericus de familia, & in ejus
defectum alius ſubſidiarie vocatus, ſi tempore vaca-
tionis Beneficii adeſt Laicus de familia, qui inſtet
coram Epiſcopo pro Tonſura Clericali & ſimul in-
ſtitutione in beneficio, & per contrarium concurrat 129
ſubſidiarie vocatus jam Clericus, ſuſtinet illum de fa-
milia eſſe clericandum, & inſtituendum, excluſo ſub-
ſidiarie vocato non obſtante, quod ille non ſit Cle-
ricus, quia nunquam admittitur ſubſtitutus, quando
adeſt ſpes futura primi vocati ad obtinendam quali-
tatem requiſitam pro inſtitutione *ut reſponſ. 22. n.*
5. & Adden. ad Gregor. *dec. 338. n. 16.* & non ob-
ſtante, quod demandata fuerit electio Clerici, & ſic
qualitas adjecta verbo intelligatur juxta tempus ver-
bi, quia quando in fundatione adſunt verba affirma-
tiva, ut nempe eligatur Clericus vel Sacerdos, tunc
ſufficit habitualis, quicquid ſecus, ubi verba ſunt
negativa ex Marant. *reſponſ. 65. num. 26. par. 5.* ubi
quod mox clericandus puer præſentari poteſt, quæ
omnia intellige, durante quadrimeſtre, ut dixi *diſ-*
cept. 13. n. 40. par. 1. fol. 270.

Iſte quadrimeſtris antequam labatur, prorogari
poteſt ab Ordinario etiam ſine caoſa, & ſine cita-
tione compatronorum, & competitorum, immo 130
ipſis invitis, quia non agitur de præjudicio alicu-
jus niſi ipſiuſmet prorogantis, Pax Jordan. *tom. 2.*
lucubr. lib. 10. tit. 7. n. 346. Rota *dec. 343. n. 35. par.*
12. rec. Creſcen. *dec. 11. num. 4. & 5. de dilat.* ubi
ſubjungit, quod forſan dicta prorogatio Ordinarii
non præjudicabit Papæ, quominus Jure Ordinarii
providere poſſit, ſed in hac parte *Creſcentius* re-
probatus fuit per Rot. *dec. 74. n. 11. & ſeqq. par.*
16. a qua licet receſſum fuerit *in dec. 13. par. 17.*
rec. attamen ultimo loco *in dec. 180. par. 18.* reſo-
lutum fuit contra *dec. Creſcentii,* firmando proro-
gationem Ordinarii non eſſe in præjudicium Papæ,
qui non prævenit, ſed ſolius Ordinarii, & declarat
præallegatam *dec. 13. par. 17.*

Verbum *Parentela,* de quo ſupra *n. 96. & ſeqq.*
neque de jure civili, neque apud linguæ latinæ Pro-
feſſores cognitum habemus, ut ait Card. de Luca *de*
præem. diſc. 13. num. 12. ſubjungens *num. 17.* quod
latius patet, quam verbum *familia* quodque omnes
conjunctos comprehendit, nulla data agnationis, vel
cognationis diſcretione, & addit, quod verbum *San-*
guinis, ſeu *de Sanguine* omnes quomodocunque
per ſanguinem conjunctos comprehendit in materia
Eccleſiaſtica, & Juriſpatronatus, vide etiam Lother.
lib. 2. quæſt. 11. n. 78. ubi quod verbum *proximior*
conſanguineus de genere vel *cippo* eſt terminus natu-
ralis; quæ omnia ſupple iis, quæ dixi ſupra *num.*
96. & ſeqq. quod autem progeniti ex damnato coi-
tu veniant in fundatione Juriſpatronatus concepta
per verba naturalia tenuit Navar. *conſ. 4. de jurepat.*
131 ea ratione, quia in verbis naturalibus ſpectatur jus
ſanguinis, qui idem eſt in legitimo, ac in ſpurio,
ac quia ſecundum Abb. *in c. nonnulli §. ſunt & alii*
num. 11. de reſcript. inſpecta æquitate naturali, ſeu
Canonica ſpurii admitti debent pro conjunctis, ne-
dum per lineam maternam, ſed & paternam, ſeu
maſculinam; quicquid ſecus de jure civili, & Na-
varum ſecuti ſunt DD. & S. Rota, ut apud Barboſ.
vot. 98. num. 68. Garz. *de benef. par. 7. cap. 15. nu.*
46. circa fin. Lother. *lib. 2. quæſt. 11. num. 145.* de
Luca *de linea legal. art. 24. ſub num. 25.* Pax Jor-
dan. *tom. 2. lucubr. lib. 10. tit. 26. numer. 40.* Rot.
dec. 530. num. 8. par. 3. & dec. 571. num. 3. & 4.
& dec. 616. num. 5. par. 4. tom. 1. & dec. 45. num.
3. & 4. poſt Vivian. *de jurepatr. & dec. 262. num.*
7. &

7. & 8. *par.* 8. *rec.* &, *in Mediolanen. Capellaniæ* 25. *Martii* & 22. *Junii* 1703. confirmata nuper me ſcribente 25. *Aprilis* 1704. coram Reverendiſſimo Molines Decano; prohibitio autem Juris, ne poſſit relinqui ſpuriis, non procedit in Jurepatronatus relicto ab extraneo; ſeu tranſverſali abſque contemplatione Patris, Rocch. de Curt. *in verb. competens alicui numer.* 9. Ciarlin. *controverſ.* 172. *numer.* 97. ego tamen non credo ſufficere verba naturalia pro incluſione hujuſmodi natorum ex damnato coitu, ſed ulterius requiratur aliqua vehemens conjectura, Rot. *d. dec.* 616. *n.* 5. *par.* 4. *tom.* 1. Loth. *ubi ſupra n.* 148.

Ad materiam diſtributionum, de qua ſupra *par.* 1. *diſcept.* 1. & *diſcept.* 34. & *par.* 2. *diſcept.* 37.
133 quæro, an Canonico jubilato debeantur omnes diſtributiones etiam auctæ ex diſpoſitione hominis, ſeu Teſtatoris, qui eas reliquit Canonicis cum onere intereſſentiæ divinis officiis quotidie, ubi prius feſtis tantum diebus Canonici officiabant in choro, quamvis in earum Augmento, non concurrat ſervitium quadragenarium? Affirmative reſolvit S. Congregatio Concil. *in Bononien.* 16. *Junii* 1696. & *in Burgi* S. Donnini 19. *Aprilis* 1704. ſed videndus eſt Larrea *allegat. final.* 105. *tom.* 3. ubi probat privilegium emeritorum non extendi ad erogationes extraordinarias, item obſervandum an reſiſtat mens Benefactoris, qui veram, & naturalem intereſſentiam, non autem fictam requiſiverit exemplo emolumentorum, quæ dantur pro Anniverſariis, ſolummodo actualiter, non autem ficte intereſſentibus, Pignatel. *conſult.* 224. *n.* 21. *tom.* 4. Panimoll. *dec.* 20. *annot.* 3. *numer.* 73. & 74. Item obſervanda Eccleſiæ conſuetudo, an hujuſmodi diſtributiones auctæ, & extraordinariæ nunquam conſueverint dari infirmis, & injuſte carceratis, & habentibus alia impedimenta excuſantia intereſſentiam.

An Magiſtratus Judices, Deputati, & ſimiles Laici intimari debeant pro celebratione Synodi Diœce-
134 ſanæ? negative reſolvit S. Congregatio Rituum *in Averſana*, me ſcribente 26. *Aprilis* 1704. *in reſponſ. ad primum*, prout eos non poſſe intereſſe Synodo, & locum ac Sedem in illa habere, non invitante, vel contradicente Epiſcopo *in Urbinaten.* 23. *Januarii* 1700. *in reſponſ. ad* 7. Pax Jordan. *lib.* 8. *tit.* 2. *numer.* 66. Romaguerr. *ad Conſtit. Synod. Gerund. lib.* 1. *tit.* 12. *cap.* 3. *num.* 21. Pignatell. *conſult.* 70. *tom.* 1. ubi quod articulus iſte conſideratione dignus eſt, ne paulatim, ac latenter incipiant Laici ſeſe immiſcere in Eccleſiaſticis, & quod eſt voluntatis, efficiatur neceſſitatis.

Ad ea, quæ ſuperius ſcripſi circa jus faciendi proceſſionem Dominica infra octavam Corporis Chriſti *n.* 61. & *ſeqq.* adde novas reſolutiones Sacr. Congreg. Rituum. Etenim in *Aliphana* diſputato dubio — *an liceat PP. Dominicanis prohibere PP. Ordinis Minorum Diſcalceatorum, ne in die Dominica infra octavam Corporis Chriſti peragant proceſſionem* ſub die 15. Martii 1702. reſponſum fuit — *non competere PP. Diſcalceatis facere proceſſionem niſi de mane;* me autem poſtea ſcribente pro Diſcalceatis, & prætendente, quod liceret eiſdem facere proceſſionem etiam de ſero diſtinctis horis Epiſcopo, &
data electione horæ PP. Prædicatoribus dictum 135
fuit — *in deciſ* — ſub die 26. *Aprilis* 1704. Rurſus in una *Placentina*, in qua diſputabatur — *an liceat PP. Dominicanis prohibere aliis Regularibus, ne in die Dominica infra octavam Corporis Chriſti peragant proceſſionem* — prodiit reſolutio ſub die 30. *Aprilis* 1701. his verbis *affirmative quoad proceſſionem Sanctiſſ. Corporis Chriſti*, quo vero *ad proceſſionem S. Antonii de Padua in caſu occurrentiæ negative, dummodo fiat diverſa parte diei data electione temporis, vel de mane, vel de veſpere PP. Dominicanis* — credo quod ratione conſuetudinis diverſa in hac materia prodierint hæc Decreta, ſed an conſuetudo relevet contra motum proprium S. M. Gregorii XIII. emanatum per viam legis generalis, de quo ſupra *n.* 62. & *ſeqq.* cum clauſula ſublata, & Decreto irritanti, & derogatione cujuſvis privilegii, & conſuetudinis, ut advertit Rot. *in Aquen. Proceſſionis* 1. *Julii* 1676. §. & *jure*, coram Bourlemont unuſquiſque plane dignoſcere poteſt.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX
CONCLUSIONUM NOTABILIUM.
AD
PARERGON

Prior litera paginam deſignat, altera numerum marginalem.

A

ABbatj, vel Priori, vel Cellerario conceſſa facultas quomodo intelligatur, pag. 77. n. 4. Accuſatus, vel inquiſitus de crimine, an poſſit præſentari, vel præſentare, pag. 85. n. 53. in fine, & num. 54. & 55.

Advocati Magiſtratus, & Papa præſumuntur ignorare factum proprium ob multiplicitatem negotiorum, pag. 87. n. 72.

Agnatus excludit baſtardos, non obſtante communi uſu loquendi, & conſuetudine regionis, pag. 92. n. 106.

Alternativa inter plures nominatos, quando ſit ordinis, vel electionis, pag. 77. n. 3. & pag. 96. n. 128.

Archidiaconus præfertur in jure convocandi conceſſo per ſtaturam ipſi vel Præpoſito, vel antiquiori Canonico, pag. 77. n. 4.

Argumentum intrat de Jurepatronatus activo ad paſſivum, & econtra, pag. 82. n. 33. intellige, ut ibi n. 24. & ſeqq.

B

Baſtardi an veniant appellatione illorum de parentela in Jurepatronatus, pag. 90. & 91. & ſub quibus aliis verbis cenſeatur incluſi, & de conjecturis, & circumſtantiis ad eorum incluſionem, vel excluſionem, & quando veniant per poſterius pag. 92. n. 105. cum ſeqq. & pag. 92. n. 109. & ſeqq. ubi late examinatur materia, veniunt ſub verbis naturalibus; ſecus ſub civilibus, etiamſi agatur de eorum deſcendentibus legitimis, pag. 90. o. 94. vide in verb. *Illegitimus*.

Nati ex damnato coitu, quando cenſeantur vocati pag. 92. num. 110. & pag. 97. num. 132. nati ex conjugato, & ſoluta non dicuntur ex damnato coitu.

Beneficium de jure conferri poteſt Clerico in ætate ſeptem annorum, pag. 79. num. 16. quando ſit Sacerdotale habitu vel actu, pag. 84. n. 51.

Beneficium vacans in curia vide *Patronus* Sacerdotale de jure conferri poteſt habenti qualitatem Sacerdotalem in habitu, pag. 84. n. 51.

Beneficii poſſeſſio non eſt ſuſpendenda & differenda exceptione criminis proviſi, niſi de eo fuerit publice infamatus, pag. 85. n. 54. in fine.

C

Canonico jubilato an debeantur etiam diſtributiones auctæ, pag. 97. n. 133.

Capellania poteſt eſſe Sacerdotalis, & non requirere ſervitium per ſeipſum, pag. 84. n. 51. quando ſit Sacerdotalis, actu, vel habitu ibidem.

Clauſula, *non obſtantibus* &c. in Brevi appoſita, quibus derogare cenſeatur, pag. 87. n. 72.

Clauſula, vide in *verbo Monaſterium*.

Clericatus poteſt concedi vocato per fundatorem, non obſtante oppoſitione ſucceſſive vocati, pag. 96. n. 129. quando requiratur actu, vel ſufficiat habitu, ibidem.

In Collegiata an Epiſcopus poſſit reſervare jus præſentandi, pag. 82. oum. 38.

Collegiata poteſt ſtare ſine Prælato, & ſine illius electione, ibid. num. 39.

Concilium Tridentinum circa electionem Vicarii capitularis, in quibus caſibus non habeat locum, pag. 95. n. 124. & ſeqq.

Confirmatio, extenſio, & ampliatio Brevis revocari non valet, pag. 87. n. 69.

Conſuetudo privativa requirit tria, & quæ, pag. 88. n. 78.

Conſuetudo an probetur per atteſtationem Doctorum, & S. Rotæ, & quid per ſententiam de partibus, pag. 94. num. 114.

Cumulativa in materia juriſdictionali dividitur in quatuor ſpecies, & quæ ſint, pag. 77. num. 5. & ſeqq.

D

Datariæ præjudicium non attenditur, quando ejus jus eſt valde remotum, & incertum, pag. 81. n. 25.

Dimiſſoriæ non poſſunt concedi, Sede Epiſcopali vacante, per Capitula Cathedralium intra annum vacationis, pag. 95. num. 125.

Diſpenſatio ab ætate conceditur præſentato de ſanguine fundatoris vocato ad beneficium, pag. 79. n. 15.

Diſpenſatio non poteſt concedi in præjudicium juris alteri quæſiti, pag. 81. n. 30.

Doctor intereſſatus in re, ſuper qua ſcripſit, non meretur integram fidem, pag. 87. n. 73.

Donatio vocum patronalium facit conjecturam Juriſpatronatus hæreditarii, pag. 85. n. 60.

Dubiorum mala concordatio in cauſis ſæpe tulit præjudicium, pag. 81. n. 29.

Dubietas naſcitur ex conflictu Doctorum, pag. 91. num. 104.

E

Edictum in vacatione beneficii patronati, quem terminum continere debeat, pag. 83. n. 45. comparens poſt ejus terminum, an ſit audiendus, ibid. n. 44.

E lectio Vicarii, vide *Vicarius*.

Epiſcopus præfertur in præſidendo, & jubendo in choro, licet per ſuum ſtatutum hæc facultas fuerit conceſſa uni de Capitulo, pag. 77. n. 6. idem procedit in alio jure conceſſo per Papam Officiali Epiſcopi, ibidem.

In viſitatione, quæ cumulative pertinet ad Epiſcopum, & inferiorem, in diſcordia decretorum prævalent illa Epiſcopi, ibid.

Epiſcopus in correctione Capitularium de jure communi non tenetur adhibere conſenſum Capituli, etiam in gravibus, & arduis, pag. 81. oum. 31. limita ut ibi.

Epiſcopus an poſſit reſervare Juspatronatus in Collegiata, ſeu Conventuali, pag. 82. n. 38. non poteſt admittere præſentationem intra quadrimeſtre in præjudicium aliorum patronorum, qui intra terminum præſentarunt, pag. 83. n. 46.

Epiſcopus non tenetur eligere Vicarium, ſed eſt repoſitum

ſitum in ejus arbitrio, pag. 95. n. 123. nec tenetur eligere Vicarium Doctorem, ibid.
Excommunicatus an poſſit præſentare, pag. 85. n. 55.
Executio actus nulli data ab eo, qui illum poteſt facere, de novo, an importet actum novum, pag. 83. n. 32.

F

Factionariæ diviſiones vigent in corporibus communitativis, pag. 96. n. 126.
Feminæ, & deſcendentes ab eis veniunt ſub nomine *poſterorum*, pag. 86. n. 60.
Feminæ & Idiotæ præſumuntur loqui potius naturaliter, quam civiliter, pag. 94. n. 116.
Fundator beneficii ſi juſſit conferri illud conſanguineis ſuis abſque facultate data patronis de eos præſentando, concurrentibus duobus in pari gradu legitimo, & illegitimo, præfertur legitimus, pag. 78. n. 8. & quando in pari gradu illegitimus obtineat non obſtante legitimo, ibid. n. 9. quando in una diſpoſitione excludendo illegitimos cenſeatur excluſiſſe in alia, pag. 82. n. 36.
Diſtinctio inter vocationem directam abſque præſentatione patroni, & inter mediatam, mediante præſentatione, refertur, pag. 78. n. 12.
Paſſive vocatus in fundatione comparens poſt terminum edicti, an ſit audiendus, pag. 83. n. 44.
Fundator poteſt excludere reſervationes Apoſtolicas, etiamſi agatur de jure conferendi certis collatoribus reſervatum, pag. 84. n. 48.
In funeralibus quando debeant præferri Clerici Eccleſiæ Parochialis aliis exteris, pag. 85. n. 57.

G

Gradus alter eſt naturæ, & alter Juris, eum habent etiam illegitimi, pag. 93. n. 113. & ſuccedunt in unica legitima, ſobole non extante, nec uxore, pag. 94. n. 113. verſ. immo.
Gratiæ diſpenſationum, in quibus caſibus poſſint concedi, non obſtante oppoſitione habentis jus in ſpe, pag. 80. n. 22. & ſeqq. & pag. 96. n. 129.
In gratioſis totum pendet ab arbitrio Superioris, pag. 81. n. 29.
Gratia eſt nulla facta in favorem Clerici, qui talis non eſt, pag. 81. n. 30. vide *Illegitimus*.

H

Habilitas quando requiritur de tempore vacationis beneficii, vocatus per poſterius admittitur, & habet jus quæſitum, ſtante inhabilitate prioris vocati, pag. 79. n. 18. ſecus ſi habilitas requiritur de tempore inſtitutionis, ibid.
In tempore quadrimeſtri poteſt habilitari præſentatus per diſpenſationem ab ætate, neque per hoc dicitur præjudicari vocato per poſterius, pag. 80. n. 19. & ſeqq.

I

Illegitimus quando obtineat beneficium ad præſentationem in concurſu legitimi in pari gadu, pag. 78. n. 9. & quando præferatur legitimus, ibid. num. 8.
Illegitimi continentur appellatione illorum de parentela, pag. 78. num. 10. & pag. 92. n. 106. & ſeqq. quando veniant in concurſu legitimorum, non autem in eorum defectum, pag. 78. n. 10.
Gratia Apoſtolica pro præſentato illegitimo quando ſit deneganda, comparente legitimo, iſtoque ſe non opponente, niſi coram executore quando ſuſtineatur, pag. 79. n. 13.
Illegitimus ſpurius dicitur infamis infamia facti, ibid.
Inquiſitus, vide *Accuſatus*.
Juriſdictio acquiſita ex conſuetudine cenſetur exerceri jure proprio, pag. 96. n. 127.

Jubilatus, vide *Canonicus Jubilatus*.
Juſpatronatus activum quando influat in paſſivum, & econtra per viam argumenti, pag. 82. n. 33. ibid. num. 34. & ſeqq.
Fundator non litigatur Jurepatronatu paſſivo, ibid. num. 37.
Juſpatronatus in conventuali non poteſt reſervari ab Epiſcopo, vide limitationes, ibid. n. 38. & ſeqq.
Reſervatum duobus ab initio, quomodo fiat præſentatio inter deſcendentes, pag. 84. n. 49.
Erectum ante clem. plures an præſumatur gentilitium vel hæreditarium, pag. 85. num. 59. conjecturæ pro hæreditario adducuntur, ibid. Gentilitium eſt largum, & ſtrictum, & quos comprehendat, ibid.
Ad quem pertineat probatio, quod Juſpatron. ex privilegio ſit ex conqualı dotatione, pag. 83. n. 41.

L

Lex generalis non afficit eos, qui habent jus quæſitum ex conſuetudine, pag. 87. n. 73.
Libris edendis minus vacare poteſt detentus occupationibus fori & cauſarum, pag. 77. n. 2.
Licentia, vide *Monaſterium*.
Lineæ appellatione veniunt naturales, pag. 94. num. 113. in fine.

M

Majoratus excludit illegitimos, pag. 94. n. 118. & quid per poſterius, vide pag. 95. n. 121. in fine.
Mandati exceſſus non cenſetur approbatus ex illius ſcientia præſumpta, pag. 85. n. 56.
Miſſarum onera, vide *Onera*.
Licentia ingrediendi in Monaſterium, vel alloquendi cum Monialibus ſubjectis Superiori Regulari pertinet ſimultanee ad Epiſcopum & Superiorem Regularem, pag. 78. num. 7.
Motus proprius, quando non dicatur revocatus ex derogatione generali, pag. 87. n. 63.

N

Appoſitio *nihil tranſeat* non impedit præſentari novam ſupplicationem, licet impediat concedi, ſeu expediri gratiam, pag. 81. n. 30.
Cautela apponendi *nihil tranſeat* in Dataria pro Patronis, quando eorum beneficium vacat in Curia, pag. 84. n. 47.

O

Odium, & invidia apud multos reſidet, & verum facilius dignoſcitur ab uno Judice, ex Tacito, pag. 96. n. 126. in fine.
Onera Miſſarum non ſunt deducenda de valore beneficii ſimplicis, pag. 84. n. 50.
Opinio Doctorum, quæ viget de tempore actus, illum reddit validum, pag. 83. n. 40.
Ordinarius, vide *Epiſcopus*.
Obſervantia diſpoſitionis attenditur ad includendum, vel excludendum illegitimos, pag. 95. n. 122.
A denegatione Ordinum quando detur appellatio ad Metropolitanum, & quando ad Sacr. Congregationem, pag. 83. n. 2.

P

Papa præſumitur ignorare factum proprium, pag. 87. num. 70.
Parentela an includat illegitimos, pag. 90. & 91. num. 96. & ſeqq. & pag. 96. num. 131.
Patronus habet facultatem præeligendi, & præſentandi unum ex pluribus in pari gradu etiam illegitimum in Jurepatronatus paſſivo, pag. 78. n. 11.

Patronus quomodo poſſit præſentare, & obtinere beneficium pro ſuo præſentato, non obſtante vacatione in Curia, pag. 84. n. 47.
Pictores abſolvunt opera per intervalla temporis, pag. 77. num. 1.
Poſſeſſio, vide *beneficii poſſeſſio*.
Prælatio deducta ex ordine ſcripturæ, quando procedat, ibid. num. 3. & pag. 96. num. 128.
Judex ex duobus in pari gradu præferre debet, qui majoribus qualitatibus antecellit, pag. 78. n. 12. & 13.
Prælatio debetur conſanguineo patroni, immo & compatrono extraneo in paritate vocum, pag. 83. num. 41.
Prælatio in beneficiis curatis debetur non habenti ullam maculam in concurſu inquiſiti, etiam per ſententiam abſoluti, pag. 85. n. 53.
Proceſſio in Dominica infra octavam corporis Chriſti fieri poteſt ab omnibus non obſtante privativa conceſſa PP. Dominicanis per B. M. S. Pium V. pag. 86. num. 61. cum plur. ſeqq. ubi vide alia plura, & pag. 97. num. 135.
Præſentatio digni omiſſo digniore non eſt annullanda, & quid in beneficiis curatis, ibidem.
Præſentante patrono in termino prorogato, alius compatronus qui præſentavit in termino juris non poteſt prætendere totam vocem in ſe conſolidatam, pag. 84. num. 46.
Præſentatus ad beneficium, qui eſt inquiſitus, vel accuſatus de crimine, an debeat inſtitui in concurſum compræſentati per minorem partem vocum, pag. 85. num. 54.
Puer non clericandus præſentari poteſt, pag. 96. num. 129. in fine.
Publicum, quod eſt, omnibus communiter patet, nec ſuper eo unus ab alio impediri poteſt, pag. 88. num. 76.

Q

Quadrimeſtris, vide *Terminus*.
Qualificato ſi debetur beneficium, eo non comparente, quando poſſit conferri non qualificato, pag. 83. num. 43.
Qualificato tenetur Ordinarius inquirere in Diœceſi per edicta, & non per totum Mundum, ibid.

R

Regreſſus ad beneficium datur reſignanti, ſi non fuit ſervata forma mandati, & gratia reſignationis eſt nulla, pag. 85. num. 56.
Regulares circa proceſſiones, vide in verbo *proceſſio*, & pag. 87. num. 74. & ſeqq.
Reſervationes Apoſtolicæ non intrant, ſi ex conjecturis deductis ex lege fundationis beneficium debet ſemper conferri per certos collatores, pag. 84. num. 48.

S

Scientia vera, & certa, ubi requiritur, ſufficit quod deducatur ex conjecturis vehementibus & urgentiſſimis, pag. 83. num. 44. in fine.
Scriptura, ex qua quis ſuum jus deſumit, impugnari non poteſt, pag. 81. num. 28.
Simoniacus, an poſſit præſentare, pag. 85. n. 55.
Spurius vel naturalis, an quis præſumatur in dubio, pag. 94. num. 118. in fine, an veniant appellatione illorum de ſanguine, pag. 91. n. 100.
Stuprator an teneatur ad nubendum, quando non probatur mutua repromiſſio ex parte feminæ, pag. 85. num. 58.
Subreptio non tollitur per clauſulam *non obſtantibus*, &c. pag. 87. num. 70.
Pro Synodo Magiſtratus laici intimari non debent, nec ibi intereſſe, pag. 97. num. 134.

T

Terminus edicti ab Ordinario præfixi debet eſſe congruus, non autem nimis brevis, pag. 83. n. 45.
In termino prorogato per Papam poteſt fieri præſentatio, non obſtante quod alii patroni præſentaverint intra quadrimeſtre, pag. 83. & 84. n. 46.
Patrono non præſentante intra terminum totum jus conſolidatur in alio qui præſentavit, pag. 84. n. 46.
Terminus quadrimeſtris patrono prorogari poteſt ab Ordinario, etiam invitis compatronis, & an hæc prorogatio præjudicet Papæ, pag. 96. n. 130.
Teſtatores aliquando plus diligunt baſtardos quam legitimos, pag. 93. num. 111. in fine.

V

Vacante beneficio juriſpatronatus laicorum in Curia, quomodo poſſit evitari proviſio Apoſtolica per patronos, pag. 84. n. 47.
Verbum *penitus*, & *omnino* ſignificat in totum, pag. 88. num. 79.
Verbum *cognati* idiomate vulgari quos etiam comprehendat abuſive, pag. 91. num. 99.
Quæ ſint verba civilia, quæ autem naturalia ad effectum excludendi vel includendi baſtardos reſpective, pag. 91. num. 105. & ſeqq. & pag. 96. num. 131.
Vicarius Capitularis ad formam S. Concilii Tridentini an debeat eligi per Archidiaconum, ad quem devolvitur juriſdictio, & adminiſtratio Epiſcopatus, Sede vacante, pag. 97. num. 123. cum ſeqq.
Virgo paris conditionis, quando cenſeatur conſenſiſſe in ſtuprum independenter a matrimonio, pag. 85. num. 58.
Vocatio, vide *Illegitimus fundatur*.

I N D E X
RERUM NOTABILIUM,

Quæ in Prima, & Secunda Parte hujus Operis continentur.

Prior numerus indicat Diſceptationem; Secundus ejuſdem Diſceptationis numerum marginalem, & ubi V. Votum R. P. D. Severoli deſignat.

A

Abbas.

Vide etiam in verbo *Ordinarius*, *Prælatus*

Abbas ubi habet juriſdictionem ordinariam, ad eum pertinet dare atteſtationes ſuper ſtatu libero, diſcept. 20. num. 2.

Abbatum mitra differt ab illa Epiſcoporum in Synodo Provinciali, diſcept. 49. num. 5.

Abbate exiſtente in Collegiata cum uſu Pontificalium, ex hoc illius inſignitas probatur, diſcept. 49. numer. 2. in fine.

Epiſcopus concedendo Abbati omnimodam juriſdictionem, reſervatis ſibi Pontificalibus tantum, dicitur, ſe ſpoliaſſe omnibus iis, quæ ſunt juriſdictionis, & quorum Prælatus inferior eſt capax, diſcept. 20. numer. 3.

In Inveſtitura facta Abbati, quidquid non exceptuavit Epiſcopus, dicitur conceſſiſſe, diſcept. 20. num. 5.

Abbates Regulares non comprehendit Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de Refor.* diſcept. 20. n. 10.

Amplia, etiamſi nullum habeant territorium ſeparatum, diſcept. 20. n. 10.

Abbas jure Vicario Epiſcopi exercere poteſt, etiam ſpectantia privative ad Epiſcopum, diſcept. 20. num. 11.

Abbas dare poteſt teſtimoniales de vita, & moribus eorum, qui illi ſubjiciuntur in criminalibus, ſaltem cumulative cum Epiſcopo, diſcept. 20. n. 12.

Non tamen ſufficiunt, ſed requiruntur etiam illæ Epiſcopi, diſcept. 20. num. 18.

Abbati reſervari non poteſt inſtitutio in Beneficiis de jurepatronatus, diſcep. 25. n. 12.

Abbas poteſt ſe intitulare Judicem ordinarium eorum locorum, in quibus habet juriſdictionem ordinariam, etiam cumulative cum Epiſcopo, diſcept. 20. nu. 21.

Abbas ſi habeat juriſdictionem jure delegato, datur appellatio ab ipſo ad Epiſcopum, diſcept. 20. n. 22.

Abbas eſt proprius Prælatus Monaſterii, non autem Epiſcopus, diſcept. 20. n. 24.

Abbas poteſt dare licentiam perſonæ Eccleſiaſticæ ſubjiciendi ſe examini in foro laicali, ſi habet juriſdictionem ordinariam, diſcept. 20. n. 25.

Et quando habet pro ſe obſervantiam, diſcept. 20. numer. 25.

Abbas an habeat facultatem benedicendi Concionatores deſtinatos pro Eccleſia Monaſterii, & aliis Parochialibus intra diſtrictum Abbatiæ, diſcept. 20. n. 26.

Quod non habeat, diſcept. 20. n. 28.

Abbas pro Parochiis Monaſterio annexis poteſt deputare Vicarium ſine alia approbatione Epiſcopi, diſcept. 20. num. 27.

Abbas non eſt capax eorum, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, diſcept. 20. num. 29.

Epiſcopus transferens aliquam Eccleſiam in Abbatem pleno jure, non dicitur transferre, quæ ſunt Ordinis, diſcept. 20. n. 29.

Abbas poteſt removere proviſum a Papa de Beneficio manuali, diſcept. 23. num. 25.

Declara procedere, ſi Papa ſimpliciter conferet; ſecus ſi conferet perpetuo quoad vixerit, ibidem.

Abbas Eccleſiæ Secularis habens uſum Pontificalium non poteſt uti Baldachino, diſcept. 43. num. 5. & ſeqq.

Abbates Seculares, & Regulares habentes uſum Pontificalium poſſunt uti Baldachino in tribus anni feſtivitatibus, diſcept. 43. n. 4.

An poſſint tenere circulum Canonicorum cum pontificaliter celebrant, diſcept. 44. n. 3. & ſeq.

Eis prohibetur habere aſſiſtentiam paratorum in ſedibus choralibus, diſcept. 44. n. 6.

Sedes Abbatum pontificaliter celebrantium eſt Sedes cum poſtergali abſque umbraculo, ſeu Baldachino, diſcept. 43. n. 6.

Vide etiam in verbo *Baldachinum*, *Aſſiſtentia*, *Circulus*.

Abbas quicunque Secularis dicitur Prælatus inferior, diſcept. 43. n. 2.

Inter Epiſcopum, Abbatem pontificaliter celebrantem debet eſſe differentia, diſcept. 44. n. 6.

Abbatibus pontificaliter celebrantibus præſcripta fuit certa forma, diſcept. 44. n. 7.

Et debet uti apparatu differenti, & minori illo, qui ab Epiſcopis adhibetur, ibid.

Declara, niſi concurrat ſpeciale privilegium peragendi functiones Pontificales cum toto apparatu more Epiſcoporum, diſcept. 44. n. 8.

Abbati Collegiatæ pontificaliter celebranti non licet adhibere omnes Canonicos ſacris veſtibus paratos, & octo pluvialia, diſcept. 44. num. 9.

Fortius, quando in Collegiata nulla reperitur dignitas, cui conveniat aſſiſtentia cum pluviali, diſcept. 44. num. 9.

Abbas ſi adſit prima dignitas Collegiata habens uſum Pontificalium, eſt argumentum inſignitatis Collegiatæ, diſcept. 49. num. 2.

Congregationi Caſſinenſi tribotum fuit Jus deſtituendi Abbates locales in eorum Capitulis, & dietis generalibus, num. 4. V.

Monachi Benedictini antiquitus non regebantur ab uno tantum capite generali, ſed unumquodque Monaſterium a ſuo particulari Superiore, ſeu Abbate gubernabatur, num. 14. V.

In Ordine Benedictino Priores olim dicebantur, qui poſtea Abbates dicti ſunt, num. 14. V.

Abbates ſive Priores Monaſteriorum localium fere omnium Ordinum Monaſticorum eliguntur per Capitula generalia, ſive alia Capitula majorum, nulla relicta quoad hoc facultate Capitulis Conventualibus, ſive localibus, num. 31. V.

Enumerantur plures Regularium Ordines, in quibus idem practicetur, ibid.

Abbas Caſſinenſis dictus eſt Abbas Abbatum, n. 14. V.

Abbatia.

Loca Abbatiæ non ſunt propriæ juriſdictionis ordinariæ Epiſcopi, ſi ſint cumulative ſubjecta ordinariæ juriſdictioni Abbatis, diſcept. 20. n. 20.

Declara tamen, ut ſint illis cauſis, quas cognoſci Epiſcopus, ibid. n. 28.

In Cancellaria Abbatiali recognoſci ſtatus liberos, & eorum atteſtationes probatur, ex quo in ea reperiuntur licentiæ Epiſcoporum vicinorum, ibid. n. 8.

Abbatia S. Mariæ in Balneo olim erat nullius, & quomodo hodie ſubjecta ſit Epiſcopo Burgi S. Sepulchri, ibid. ante num. 1.

Abraſio.

Vide etiam *Raſio*, *Tonſura*, *Corona*.

Abraſio capillorum denotat quem ereptum ſeculo in familiam Dei jam tranſiiſſe, diſcept. 6. n. 42.

Abſens, *Abſentia*.

Fructus propter abſentiam non amittit Canonicus ipſo jure, ſed facto hominis, diſcept. 34. num. 3.

Canonicus ut propter abſentiam privetur Canonicatu, expectari debent tres anni, in quorum primo privatur medietate fructuum, in ſecundo omnibus fructibus, & in tertio titulo Canonicatus, ibid. n. 3.

Diſtributiones etiam, quæ ſuccedunt loco Præbendæ, perdit Canonicus abſens abſque monitione, ibid. numer. 3.

Limita, ſi non reſidet ex cauſa inimicitiarum, quas poſt obtentum Canonicatum citra culpam ſuam contraxit, ibid. n. 4.

Dummodo habeat licentiam Superioris, ibid. num. 4.

Licentia non conceditur per Sacr. Congreg. niſi ad annum; poſt annum vero debet abſens Canonicatum reſignare, aut permutare, ibid. n. 4.

Vide etiam *Immunitas*,

Abſenti non debentur fructus, & diſtributiones, niſi concurrat juſta cauſa, & licentia Superioris, diſcept. 34. num. 7.
Inimicitia citra culpam Canonici contracta eſt juſta cauſa abeſſendi, & lucrandi diſtributiones, quandiu durat abſque præfinitione temporis, ibid. num. 5.
Decreta Congregationis, quod abſens ob inimicitias reſignet aut permutet, intelliguntur in caſu particulari, non generaliter per viam legis, ibid. n. 5.
Abſens ſine licentia Superioris nemo lucratur fructus, & diſtributiones, ibid. num. 23.
Declara procedere in abſentia voluntaria, puta cauſa ſtudii, vel litis, aut peregrinationis; ſecus in abſentia neceſſaria ſeu violenta ut propter carcerationem, vel exilium, ibid. n. 23. & diſcept. 37. num. 8.
Vel propter bellum, aut terræmotum, ibid. n. 9.
Vide etiam *Carceratio*, *Exilium*,
Item declara, non procedere in abſentia ex rationabili neceſſitate corporis, & tunc licentia data dicitur ab ipſa lege vel jure, diſcept. 34. n. 23. vide & diſcept. 37. n. 4.
In Prælatis, & Curatis etiam, ſtante juſta, & neceſſaria cauſa abeſſendi, requiritur licentia Superioris, ibid. num. 3. limita ut ibi.
Sacerdotes Jovis apud Gentiles nuncupati *Flamines Diales* abeſſe non poterant ex cauſa etiam neceſſaria ob adverſam valetudinem abſque licentia Summi Pontificis, diſcept. 34. n. 24.
Timor belli eſt juſta cauſa abeſſendi, diſcept. 37. n. 11. qui timor durat etiam in treuga, ibid. n. 11.
Infirmis etiam ex propria culpa conceduntur diſtributiones in abſentia, diſcept. 32. n. 21,
Abſens ex cauſa neceſſaria inimicitiarum abſque licentia Superioris non excuſatur ad lucrandum fructus, & diſtributiones, ibid. n. 24.
Limita in eo, qui deſcendit coactus ad evitandum vitæ periculum, ibid. n. 25. & diſcept. 37. n. 9.
Abſens ob exilium a Magiſtratu vel Principe datum non tenetur oſtendere licentiam Superioris, diſcep. 34. num. 23. & ſeqq. & diſcept. 37. n. 6.
Omne juſtum impedimentum, propter quod non poteſt quis adire ſuam Eccleſiam, eſt legitima cauſa non reſidendi, & lucrandi fructus Beneficii, diſcept. 34. n. 10.
Lis reputatur juſta cauſa abeſſendi, ſi tangat ſtatum perſonæ Beneficiati, diſcept. 37. n. 13. vide etiam ibidem num. 14.
Impotentia accedendi ad reſidentiam ex facto Magiſtratus aut Principis dicitur juſtum impedimentum non reſidendi, ut ſic impeditus non amittat fructus, & diſtributiones, diſcept. 34. n. 12.
Declara, procedere in impedito vi publica, ſed injuſta, vel vi privata alicujus; ſecus ſi ex facto juſto Principis, aut Magiſtratus, diſcept. 34. n. 12.
Beneficiatus impeditus reſidere ex vi majoris poteſtatis, nempe ex facto Judicis vel Principis, dicitur habere juſtam abſentiæ cauſam, ibid. n. 10.
Abſentia ex cauſa litis quando ſit legitima, necne remiſſive, ibid. n. 39. & diſcept. 37. n. 7. pro abſentia ex cauſa ſtudii requiritur licentia Superioris, ibid. n. 6.
Abſens ex cauſa peſtis lucratur diſtributiones, etiam ſeclusa conſuetudine, ibid. n. 15.
Privilegium Gregorii XV. ut Capitulares Collegiatæ Eccleſiæ Oppidi de Xativa poſſint ſe abſentare per tempus conceſſum a Concilio, non obſtantibus ſtatutis ejuſdem Eccleſiæ, quod nullo anni tempore abeſſe poſſint, diſcept. 1. num. 1.
Canonici abſentes in vacationis trium menſium per Concilium conceſſa non lucrantur diſtributiones, nec alia emolumenta debita ratione actualis intereſſentiæ, ibid, numer. 2.
Amplia, etiamſi omnes reditus Canonicatuum in ſolis diſtributionibus conſiſterent, ibid. n. 3.
An privilegium abſentiæ concedat nec ne diſtributiones, diſtinctio Gloſſæ, ibid. n. 4.
Canonici privilegiati in abſentia quoad diſtributiones non poſſunt gaudere anniverſariis, & mortuariis, ibid. n. 10.
Idem procedit quoad illas diſtributiones, quæ in pane, & vino conſiſtunt, niſi omnes in pane, & vino conſiſterent, ibid.
Privilegium abſentiæ ſi dicat *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret aut præſens eſſet*, non includunt verba hæc diſtributiones, ibid. n. 11.
Veniunt tamen ſi dicat *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret, & intereſſet* Divinis Officiis in choro, ibid. numer. 12. & 13.
Privilegium abſentiæ continens verba capacia comprehendendi etiam diſtributiones in ſuo proprio, & ſtricto ſignificatu, licet dicat *perinde ac ſi reſideret*, adhuc extenditur ad diſtributiones, ibid. n. 13.
Si omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, tunc expreſſione fructuum in privilegium abſentiæ veniunt diſtributiones, ne privilegium reddatur inutile, ibid. num. 17.
Privilegium abſentiæ, ſi ultra expreſſionem fructuum continet verba *emolumenta quæcunque*, mentione emolumentorum, veniunt diſtributiones, licet non omnes reditus, ſed major pars eorum in diſtributionibus conſiſtet, ne privilegium ſit fere inutile, ibid. n. 17.
Verba *emolumenta quæcunque* poſt expreſſionem fructuum in privilegio abſentiæ oſtendunt Pontificem voluiſſe præter fructus aliquid aliud dare Canonicis, ibid. n. 18.
Privilegium abſentiæ ſi concedat fructus, & alia emolumenta, dictio *alia* refertur ad ſimilia fructibus præcedenter expreſſis, ibid. n. 20.
Verbum *integre*, & verba *in Eccleſiis reſidentes* expreſſa in privilegio abſentiæ, inferunt intereſſentiam ſecundum Hoſtien. ibid. n. 23.
Contrarium ſecundum Jo. And. ibid. n. 25.
Concordantur, ibid. n. 27.
Privilegium abſentiæ conceſſum Cruceſignatis quomodo ſit conceptum, ibid. n. 22.
Privilegium lucrandi in abſentia ſi habet verba capacia includendi diſtributiones in ſuo ſignificatu, tunc reſidentis in Eccleſia importat etiam intereſſentiam; ſecus ſi non adſit talis capacitas verborum, ſed potius reſtrictio, ibid. n. 27.
Privilegiatis abſentibus debentur etiam candelæ, & cerei in anniverſariis, & funeribus, ſi dantur ad manus ſingulorum; ſecus ſi dantur in ſeparate Camerario, aut alteri Capitulum repræſentanti, ibid. n. 33.
Canonicus abſens ob litem cum Capitulo ſuper Canonicatu vel fructibus lucratur diſtributiones, diſcept. 37. n. 1. limita, ut ibi n. 2.
Item beneficiati litigantes ſuper participatione augmenti redituum, ibid. n. 2.
Ratio litigandi per procuratorem non procedit in lite ad utilitatem Eccleſiæ, ſed ad commodum proprium, ibid. num. 2.
Canonici ſeu beneficiati in caſibus, in quibus ſunt licentiati a jure, non indigent licentia hominis, ſeu Superioris, ibid. n. 2.
Limita, ſingatur de cauſis abſentiæ voluntariæ, ſive cauſa ſit expreſſa a jure, ſive non, ibid. n. 5.
Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt ſi vi fluminis ac tempeſtatis impeditur reditus ad Eccleſiam, ibid. n. 9.
Aut ſi detinetur in lecto febri correptus, ibid.
Aut quando ob inimicitias capitales cogitur ſtatim diſcedere ad evitandum imminens mortis periculum, ibid.
Et generaliter in omni caſu repentino, qui cogit ſtatim abeſſe, ibid.
Licentia pro abſente non ſolum requiritur ad evitandum contemptum, ſed etiam ad effectum, ut Superior examinare valeat veritatem cauſæ, ibid. n. 10,
Declara, procedere in abſentia Prælatorum, & Parochorum, ſecus in Canonicis, & aliis beneficiatis, nam quoad iſtos requiritur ſolum ad evitandum contemptum, ibid.
Licentia petita, & obtenta non relevat ad effectum lucrandi fructus, ſeu diſtributiones in abſentia, ſi cauſæ non ſunt veræ nec a jure approbatæ, ibid.
Timor belli eſt juſta cauſa non reſidendi, ibid. n. 11.
Amplia, ut timor belli durare dicatur etiam in treuga, ib.
Omne juſtum impedimentum eſt cauſa legitima abeſſendi, ibid. num. 12.
Limita, quando impedimentum eſt affectatum, ibid.
Et quando poteſt per diligentiam de facili removeri, ibid.
Lis reputatur juſta cauſa abeſſendi, ſi tangat ſtatum perſonæ beneficiati, ibid. n. 13.
Lis pro cauſa gravi reſpiciente ſtatum perſonæ beneficiati, ſeu beneficii, eſt juſta cauſa abſentiæ, ibidem n. 18.
In cauſis levibus ſufficit litigare per procuratorem; ſecus in gravibus reſpicientibus ſtatum perſonæ ipſius beneficiati ſeu beneficii, ibidem.
Canonico querelato, qui ad ſeſe defendendum in cauſa criminali petiit curiam, & obtinuit ſententiam abſolutoriam, debentur diſtributiones, ibid. n. 14.
Abſens ex cauſa peſtis non lucratur diſtributiones, niſi ea graſſetur & probetur legitima conſuetudo, quod diſtributiones dari conſueverint abſentibus ex juſta cauſa, ibidem num. 13.
Talis conſuetudo non requiritur in aliis juſtis cauſis abſentiæ, ſignanter ob rationabilem corporis neceſſitatem, ibidem.
Abſentia ex cauſa peſtis eſt ob rationabilem corporis neceſſitatem, ibid.
Indultum abeſſendi ex cauſa ſtudii non debet concedi niſi ad triennium ad effectum lucrandi fructus, ibid. numer. 16.
Non tamen conceduntur diſtributiones, niſi omnes fructus in illis conſiſtant, vel in illis una cum aliquibus fructibus tenuis præbendæ, ibid.
Et quomodo intelligantur illa verba *cum aliquibus fructibus tenuis præbendæ*, ibid.
Indultum abeſſendi cauſa ſtudii non eſt concedendum majoribus 23. annorum, ibid. n. 17.
Et conceſſum ad triennium habenti ætatem 24. annorum, poſt annum expleta ætate annorum 25. expirat, ibid.

Regu-

Digitized by Google

Regula 1. Cancellariæ procedit, etiamſi privatus ſeu depoſitus fuerit abſens, & ſolum per procuratorem ſe defenderit, vel vetus contumax extiterit, n. 17. V.

Abſolutio.

Compulſus moderate per cenſuras ad ſervandum promiſſa ſponſalia, ſi ſit pertinax, debet Judex eum abſolvere etiam nolentem, diſcept. 32. num. 81.

Abſurdum.

Abſurdum graviſſimum ſequeretur, ſi Epiſcopus in condendis ſtatutis, & in corrigendis ſubditorum exceſſibus cogeretur habere conſenſum Capituli, diſcept. 16. n. 42.

Abſurdum magis eſt Juſpatronatus deferri ad extraneos, quam ad naturales, diſcept. 53. num. 40.

Abſurdum eſt, quem reportare utilitatem, & præmium ex proprio delicto, diſcept. 47. n. 9.

Acceſſus.

Acceſſus fieri non poteſt ab uno gradu extremo inferiori ad unum extremum ſuperiorem, rupto medio, diſcept. 4. n. 10.

Acclamatio.

Acclamatio, ſeu congratulatio Vocalium in loco electionis habet vim Collegialis approbationis, diſcept. 24. n. 9. & n. 17.

Sive fiat turmatim, & in communi, ſive per ſingulos in particulari, diſcept. 24. n. 9 & n. 71.

Secus ſi fieret extra Capitulum per Canonicos uti ſingulares, diſcept. 24. n. 9. 17. & 71.

Intellige, prædicta procedere tantum, ubi in electione non requiritur forma, *c. quia propter de elect.* diſcept. 24. n. 9.

Accuſatio.

Accuſatio, & depoſitio Epiſcoporum, ſicut quæſtio fidei, ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, non ad inferiores, diſcept. 16. n. 43.

Accuſatus Sacerdos de crimine, quod in proceſſu non fuit probatum, ſi neget, non poteſt ex judiciis condemnari, ſed debet abſolvi, & integram ſuorum beneficiorum perceptionem obtinere, diſcept. 34. n. 27.

Olim dimittebatur, injuncta purgatione Canonica per juramentum accuſati, cum ſeptem ſociis ſui ordinis quod hoc crimen non commiſit, ibid.

Si autem delictum probatum eſt, intrat pœna ordinaria depoſitionis, & privationis Beneficii, diſcept. 34. n. 26.

Parentes minantes accuſationem judicialem reperti in ſtupro cum filia niſi nubat, ſi ille contrahat matrimonium metu accuſationis, an hoc ſit validum, diſcept. 32. n. 69.

Accuſare judicialiter ſtupratorem filiæ non eſt decorum parentibus ob infamiam domus, diſcept. 32. n. 58.

Acquieſcentia.

Acquieſcentia, & conſenſu non obſtante, poteſt quis electionem impugnare ex novo jure ſuperveniente ex proviſione Apoſtolica, diſcept. 24. n. 36.

Declara, procedere ubi clare patet, electionem fuiſſe nullam; ſecus quando conſenſus coadjuvaverit tantum illius validitatem, ibid.

Acquieſcentia anteceſſorum non præjudicat ſucceſſoribus, diſcept. 50. n. 42.

Requiſitum acquieſcentiæ prævia contradictione & rejectione non exponitur in conſuetudine centenaria, num. 8. V.

Acquiſitio.

Acquiſitio Juriſpatronatus de Jure ex tribus tantum cauſis valide fieri poteſt, ſcilicet fundationis, conſtructionis, & dotationis, diſcept. 22. n. 16.

Et ex quovis alio titulo facta eſt mere gratioſa, ex privilegio. ibid. n. 27.

Acquiſitiones omnes Juriſpatronatus Concilium Tridentinum annullavit, præterquam ex cauſis fundationis, conſtructionis, & dotationis, ibid. n. 27.

Sub iis tamen per æquiparationem comprehenduntur cauſæ augmenti dotis, & reædificationis, & ſimilium, ibid. n. 19. & n. 22.

Acta.

Acta coram executore data in gratia ſubreptitia ſunt nulla ex defectu Juriſdictionis, diſcept. 24. n. 47. & n. 53.

Fortius, quando coram eo fuit oppoſitum de ſubreptione gratiæ, ibid.

Et quando Papa in ſecundis literis declaravit nullitatem actorum, volendo, quod valeant a die gratiæ poſterioris, ibid. num. 53.

Actio:

Actio civilis ſola ſtatui, & mendicitati Fratrum Minorum repugnat, &, ea ſecluſa, admittere poſſunt annua legata, & anniverſaria perpetua, diſcept. n. n. 79.

Vide plura ſub Verbo *Fratres Minores.*

Actionem non habent Patres Societatis Jeſu ad exigendum eleemoſynas perpetuas, ſi relinquantur pro eorum domibus profeſſis, ibid. n. 73.

Vide *Jeſuita.*

Quis poteſt eſſe debitor in conſcientia, licet actione civili compelli non poſſit, ibid. n. 86.

Ad conſiſtentiam actionis ſufficit mutua fidelitatis obligatio in partibus, licet non ſit actio civilis, ibid. n. 78.

Legata in teſtamento ex defectu juris invalido debet hæres in conſcientia, ſi illi conſtet de mente teſtatoris, licet contra eum non detur civilis actio, ibid. n. 86.

Ex actione perſonali intentata non contrahitur vitium litigioſi ſuper titulo Beneficii, diſcept. 31. n. 1.

Non eſt tempus exactionis quod dat jus, ſed tempus, quo actiones ſunt redactæ, diſcept. 51. num. 5.

Actor.

Per non jus actoris vincere ſufficit proviſo ab Ordinario de beneficio; & poſſeſſori, diſcept. 4. num. 92.

Actus.

Actus non dicitur fieri ab exequente, & a mandante, num. 9. in fine V.

Actum ſimoniacum committens ipſo facto privatur beneficiis, & penſionibus, diſcept. 47. num. 12.

Solemnitas requiſita in actu præparato non ſufficit, ſi adhibeatur in actu præparatorio, diſcept 58. n. 11.

Actus matrimonii tempore illicito non valet, licet conferatur in tempus licitum, ibid. num. 33.

Actus æquivoci non firmant ultimum ſtatum, diſcept. 53. num. 33.

Actus talis factus eſſe dicitur, qualis fuit a partibus denominatus in proœmio, quod diſpoſitivam illuminat, & declarat, diſcept. 22. num. 23.

Actus judicandus eſt, qualis apparet, non qualis fieri fortaſſe coluit, diſcept. 11. n. 29.

Actus contrarii, qui non habuerunt effectum, confirmant potius, quam deſtruant obſervantiam, diſcept. 17 n. 51.

Actus particularis trahi non poteſt in conſequentiam univerſalem, diſcept. 4. num. 75.

Maxime in materia ſtricta renunciationis, & remiſſionis propriis juris, ibid.

Actum non ſuſpendit neque imperfectum reddit dilatio, ſed illum trahit ad certam diem pro executione non pro perfectione, diſcept. 5. n 9.

Actus dicitur fieri tempore, quo effectus producitur, & paria ſunt aliquid fieri in tempore, vel conferri in tempus, diſcept. 6 num. 26.

Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi literarum per Conſtitutionem Gregorianam, diſcept. 5 n. 57.

Item ad conſervandum reſignanti ad talem diem fructus beneficii, ibid.

Et ut reſignatarius poſſit complere ætatem ad beneficium requiſitam, ibid.

Actus acceſſorii in executionem actus nulli illum non convalidat, diſcept. 24. n. 64

Limita, ſi fiant ab habente poteſtatem faciendi actum de novo, cum ſcientia nullitatis actus, ibid. vide etiam diſcept. 17 n. 42.

Actus prænominationis, qui dedit cauſam controverſiæ, non venit attendendus, diſcept. 9. n 78.

Ad actum ipſo jure reducuntur jura, quæ durant habitu, diſcept. 8. num 24.

Habitus quotidie poteſt ad actum reduci, ibid.

Quando vis ſtat in qualitate actus, nedum in ſubſtantia ultra hanc probare oportet qualitates omnes ejuſdem actus, diſcept. 53. num. 37.

Actus univoci non æquivoci inducunt obſervantiam, diſcept. 53. num. 2 & diſcept. 17. num. 53.

Collegiata habitu, & actu dici non poteſt, niſi ſint ad minus tres Canonici, diſcept. 8. n 27.

Non tamen requiritur, quod ibi adſit Prælatus, ſeu Præpoſitus, ibid. num. 28.

Actus electionis ſpectans ad Canonicos nihil commune habet cum pertinentibus ad Epiſcopum, diſc. 9. n. 15.

Argumentum non valet ab actibus Epiſcopalibus ad electionem, ſeu proviſionem Apoſtolicam circa alternativam, ibid. n. 16 48. 56. & ſeqq.

Juramentum neceſſarium ad aliquem actum non eſt probandum intervenisse, ſed præſumitur, diſc. 12 n. 29.

Secus ſi ageretur de juramento voluntario non de requiſito per legem, ibid.

Dicta præſumptio non militat, ſi per viam conditionis apponatur in Bulla proviſionis obligatio juramenti, ibid. n. 27. & ſeqq.

Ex actibus etiam ſubſequentibus poteſt purgari metus in ſponſalibus, diſcept. 32. n. 17.

Actus non neceſſarii correſpondentiæ puellæ erga ſponſum, ſed exuberantes, & cum ſignis externis lætitiæ, & riſum excludunt totaliter mentem coactam, ib. n. 18.

Animus colligitur ex actibus qui fiunt ſecreto ab incuſtodiis, ibid n. 19.

Actus juriſdictionis voluntariæ quoad forum internum eſt exercibilis ubique locorum, diſcept. 20. n. 15.

Actus audiendi confeſſiones non eſt Juriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ, quæ exercetur ſine ſtrepitu, & figura judicii, ibid.

Ex actu etiam nonnisi acquiritur ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio præſentandi diſcept. 13. n. 36.

Unicus actus non ſufficit, ſed requiritur longæva quaſi poſſeſſio præſentandi in menſibus reſervatis ad ſe eximendum

mendum ab onere juſtificandi æquivalentiam ſeu præponderantiam cauſæ onerosa, & refundendum in proviſum Apoſtolicum onus probandi contrarium, diſcept. 22. n. 33.

Actus ſimoniacus extinctionis ſeu venditionis penſionis, etiamſi temporaliter tantum fuerit vendita, vel extincta, punitur privatione penſionis in perpetuum, diſcept. 11. n. 8. n. 20. & ſeqq.

Vide *Penſio*.

In dubio regula eſt pro validitate actus, diſcept. 36. numer. 6.

Matrimonium eſt actus legitimus, qui non recipit conditionem neque diem, diſcept. 52. n. 25.

Actus, ut re ro narendatur, oportet quod potuerit intercedere ab initio ibid. n. 32.

Quando vis non ſtat in mera ſubſtantia, ſed in qualitate actus, oportet nedum juſtificare ipſam ſubſtantiam, ſed etiam qualitates omnes ejuſdem actus, diſcept. 53. n. 37.

Ex multiplicitate actuum reſultat obſervantia interpretativa n. 7. V.

Pro vindicanda juriſdictione Capituli generalia duo vel tres actus ſufficiunt, ibid.

Imma ſufficit unicus actus, & aliquando fuiſſe ſervatum, ibid.

Etiam in terminis præſcriptionis centenaria æquiparatur immemorabili, & facit præſumi adeſſe quidquid fuerit neceſſarium pro validitate actus, n. 8. V.

Et hæc dicitur præſumptio Juris, & de Jure, quæ non admittit probationem in contrarium, ibid.

Cauſa univerſalis duntaxat eſt attendenda, quæ omnes actus pariformiter determinat, n. 9. V.

Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, n. 9. V.

Actus fieri prohibitus abſque præviis certis ſolemnitatibus & cauſis, ſi fuerit factus cum auctoritate Judicis præſumitur pro ejus decreto, quod omnia rite ac proceſſerint, niſi contrarium oſtendatur, diſcept. 36. num. 5.

Adjunctus.

Epiſcopus extra viſitationem procedens ad correctionem in figura judicii tenetur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, diſcept. 16. num. 1.

Tam in formando proceſſu, quam in aliis actibus uſque ad finem cauſæ incluſive, ibid.

Utrum hæc Conſtitutio Concilii ſit conformis necne diſpoſitioni Juris communis, ibid. n. 2. & ſeqq.

Saravia tenens, quod ſit conformis diſpoſitioni Juris communis, impugnatur, ibid. n. 12.

Adjuncti hodie adhibendi ſunt in cauſis criminalibus attenta determinatione Concilii, ibid. n. 82.

Loquitur tantum de Capitulis exemptis, ibidem numer. 83.

Adminiſtratio, Adminiſtrator.

In adminiſtratione generica Confraternitatis patronæ cadit etiam jus præſentandi illi competens, diſcept. 4. n. 84.

Ex adminiſtratione Hoſpitalis per perſonas ſeculares ſpatio centenariæ plene probata remanet illius ſecularitas, diſcept. 23. n. 5.

Immo ad hunc effectum ſufficit quadragenaria, ibid. n. 5. & 6.

Expreſſio beneficii facta per Papam in commiſſione Hoſpitalis non vitiat illam, ſi conſtat quod illam conſideravit uti officium, & adminiſtrationem, ibid. numer. 20.

Adminiſtratio bonorum Eccleſiæ interdicitur Epiſcopis, antequam literas ſuarum proviſionum Capitulo oſtenderint, vigore Extrav. Injunctæ de elect. inter commun., diſcept. 12. n. 10. ibid. n. 34.

Cardinales de Epiſcopatibus proviſi non poſſunt in adminiſtratione Eccleſiæ ſe ingerere ante præſtitum juramentum fidelitatis, & de viſitando Apoſtolorum limina, ex Conſtitutione Sixti V. ibid. n. 28.

Proviſus de beneficio certo, cujus erat adminiſtrator, ſi in adminiſtratione continuat, incidit in cenſuram *cap. avaritia de elect. in ſexto*, & eo privatur, diſcept. 23. n. 28.

Amplia, ut procedat non ſolum in electo, ſed etiam in præſentato ad quodlibet beneficium, ibid. num. 28. & 52.

Et pœna privationis hoc caſu incurritur ipſo jure, ibid. n. 28.

Et tale jus, quo privatur ipſe adminiſtrans, tribuitur collitiganti ſi adeſt, ibid. n. 28.

Et gratia poſtea obtenta non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione eſt ſubreptitia, & nulla, ibid. n. 28.

Adoratio.

In adoratione crucis Canonici parati præferuntur Vicario Epiſcopi generali, diſcept. 15. n. 8.

Adſcribimus. Vide Verbum

Aegidius, *Vide Egidius*,

Aequalitas, *Vide Equalitas*,

Aequiparatio, *Vide Equiparatio*,

Aequipollens, *Vide Equipollens*,

Etas, *Vide Etas*.

Adulatio.

Obligatio non inducitur ex verbis jocoſe aut per adulationem, & ficte prolatis, diſcept. 52. n. 77.

Affectio.

Affectio ſeu reſervatio ſuper Canonicatu afficit Præbendam, & alia annexa conſecutive, ſive ſeparabiliter, ſive inſeparabiliter ſint annexa, diſcep. 10. numer. 28.

Maritus fundans beneficium pro conſanguineis ſuis, & uxoris cenſetur conſideraſſe ordinem tacitum, & ſubintellectum rationis majoris affectionis erga ſuos, diſcept. 7. n. 4.

Filius præſumitur habere parem affectionem erga utramque lineam, ex qua ipſe proceſſit, ibid.

Declara procedere in materia Inſtitutionis beneficiorum; ſecus in fideicommiſſis, & majoratibus, ibid.

Affines.

Affines admittuntur ad probandum in materia matrimoniali, diſcept. 52. n. 70.

Sive agatur de valore matrimonii, ſive de eo diſſolvendo, ibid.

Limita, ſi adeſt diſparitas inter conjuges, ibid.

Amplia, etiamſi diſparitas reſultet ex qualitate & numero amicorum, quos unus ex conjugibus haberet, ibid.

Declara, ut repoſitum ſit in arbitrio Judicis fidem hujuſmodi teſtium ponderare ex qualitate cauſæ pendentis, & conditione pari vel diſſimili perſonarum tam in nobilitate, quam in divitiis & aliis circumſtantiis, ibid.

Afflictio.

Non eſt addenda afflictio afflictis, diſcept. 34. numer. 22.

Aggregatio.

Aggregatum extranei in Concilium transfere in illum conſecutive Juſpatronatus Univerſitatis etiam abſque conſenſu Epiſcopi, diſcept. 13. numer. 34. ibid. numer. 46.

Agnatio, Agnatus.

Agnatos ſeu gentiles ſignificat verbum *Deſcendentes* in Jurepatronatus mixto, diſcept. 4. n. 15.

Agnati, & gentiles quoties vocantur ad jus præſentandi cum qualitate hæreditaria Juſpatronatus, dicitur mixtum, & requiritur in ſuccedere volente duplex qualitas, una ſanguinis, alia hæreditatis, ibid. numer. 1.

Sed qualitas hæreditaria ſufficit vel reſpectu ultimi morientis, nec requiritur reſpectu utriuſque, ibid. numer. 2.

Vide in verbo *Hæres*, *Juſpatronatus*

Agnatus ſuccedit in Jurepatronatus mixto, ſi ultimus, cui ab inteſtato ſucceſſiſſet, alium inſtituit, ibid. numer. 4.

Agnatus ſeu tranſverſalis poteſt eſſe hæres primi potentia, & habitu, licet non ſit hæres ultimi, ibid. numer. 7.

Agnati tranſverſales nunquam excluduntur ex defectu qualitatis hæreditariæ, niſi expreſſe renunciaverint hæreditati utriuſque, ſcilicet primi & ultimi, ibid. num. 9.

Agnatus tranſverſalis ſufficit, quod ſit hæres ultimi etiam in potentia (puta ſi iſte alium inſtituiſſet) vel e contra, quod, repudiata hæreditate ultimi, remaneat hæres primi pariter in potentia, ut habeat qualitatem hæreditariam requiſitam ad ſuccedendum tam in feudo, quam in Jurepatronatus mixtis, ibid. numer. 9.

Feudum mixtum non poteſt alienari per agnatum, ibid. num. 16.

Juſpatronatus facilius reputatur hæreditarium, & non agnatitium, ſi vocantur feminæ poſt maſculos, ibid. num 22.

Juſpatronatus reſervatum alicui, & ejus deſcendentibus in infinitum abſque ulla mentione agnationis, vel familiæ, intelligitur de filiis uti hæredibus, & eſt hæreditarium, ibid.

Agnatorum, & cognatorum ſublata differentia in Jurepatronatus, prout in ſucceſſionibus, attenditur, quis ſit proximior in gradu, diſcept. 7. n. 12.

Ad evitandam vocationem extranei excluſivam agnatorum verba debent impropriari, & filiorum nomine comprehendi nepotes, diſcept. 14. n. 15.

Senior & antiquior de domo ſignificat veram & propriam agnationem, ibid. n. 17.

Contrarium, deficientibus aliis conjecturis evidentibus, ibid. n. 20.

Feminæ, & deſcendentes ab eis non propriam, ſed alienam agnationem conſervant, ibid n. 17.

Agnatione contemplata, feminæ quando cenſeantur excluſæ, ibid. n. 17. & plur. ſeqq. Vide *Femina*.

Feminæ

Feminæ etiam nuptæ in aliena familia retinent, ac conſervant agnationem quouſque vivunt, ibid. n. 22. & diſcept. 26. n. 2.
Præſentationes ſemper factæ per maſculos agnatos abſque ulla feminarum vel extranearum mixtura excludit præſumptionem juris *ex clement. plures de Jurepatr.* diſcept. 53. n. 6. & 29.
Vide *Clementina*.
Appellatione illorum de agnatione in Hiſpania veniunt etiam illegitimi, diſcept. 45. n. 3.

Alba.

Albanorum Duces dant annuas eleemoſynas Conventui Franciſcanorum Albæ, diſcept. 2. n. 90.

Alcozer.

Conventui Alcozer Minorum Obſervantium Begarii Duces dant quotannis certam eleemoſynam, ibid. numer. 90.

Aldobrandinus.

Silveſter Juriſconſultorum celeberrimus ac Pater S. M. Clem. VIII. diſcept. 52. n. 13.

Alexander.

Optio titulorum Cardinalium ortum habuit ſub Alexandro V. diſcept. 51. n. 29.
Conſtitutio S. Pii V. aſſignans Vicariis perpetuis diverſarum Parochialium Urbis omnia emolumenta funeralium ultra congruam, locum habet in funeribus etiam non Parochianorum, attenta declaratione Alexandri VII, diſcept. 30. n. 43.
Alexandri VI. Conſtitutio, Vide *Conſtitutio*.

Alienatio.

In alienatione rerum Eccleſiæ, & aliis concernentibus intereſſe commune Capituli, & Canonicorum requiritur conſenſus Capituli, diſcept. 16. n. 44.
Feudum mixtum non poteſt alienari per agnatum, diſcept. 4. n. 16.

Alienigena.

Appetens comparative magis civem quam alienigenam, ceſſante concurſu, ſeu competentia civis, in alienigenam conſentire cenſetur, diſcept. 32. n. 4.

Alimenta.

Annui legati pro alimentis non ad longum tempus ſunt capaces Fratres Minores, puta infra decennium, vel ad vitam Fratrum Conventus, diſcept. 2. n. 88.
Comites de Chinchoa gravarunt hæredes ad ſubminiſtranda in perpetuum alimenta pro Capitulis generalibus Fratrum Minorum, quæ in Hiſpania fiunt, diſcept. 2. n. 90.
Juſpatronatus ultra jus præſentandi continet jus alimentorum, & plura alia jura, diſcept. 2. n. 79.
Alimenta debentur ex fructibus, & diſtributionibus beneficiato juſte exuli, & carcerato, & excommunicato, diſcept. 32. n. 28.
Congrua per Rectorem præſtanda Vicario regulatur jure alimentorum, diſcept. 27. n. 31.
Alimenta ceſſant per obitum alimentarii, ibid.
Jus alimentandi patronum tranſit etiam in patronum extraneum non exiſtentem de ſanguine fundatoris, diſcep. 39. n. 2. Jus alimentorum non poteſt vendi ſpecialiter per patronum, ibid.
Jus alimentorum eſt perſonaliſſimum, ibid.
Contrarium, & quod ſit annexum patronatus, ibid.
Donatio generalis non comprehendit Jus alimentorum, ibid. Contrarium, ibid.
Jus alimentorum eſt unus ex fructibus Juriſpatronatus, ibid.
Riccius dicens, patrono conſanguineo fundatoris pauperi, etiam poſt translatum Juriſpatronatus in extraneum divitem, alimenta deberi, confutatur, ibid.

Alius.

Dictio *Alius* importat ſimilia, diſcept. 1. n. 20.
Privilegium abſentiæ concedens fructus, & alia emolumenta, dictio *alia* refertur ad ſimilia fructibus præcedenter expreſſis, ibid.
Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, numer. 9. V.
Qui per alium ſervit, per ſe ipſum ſervire videtur, diſcept. 20. n. 3.
Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam id, quo ipſe potitur, n. 20. V.

Allegatio.

Allegare extra propoſitum dicitur allegare *ad Baliſtam*, diſcept. 12. n. 25.

Aloyſius.

Eminentiſſimus Aloyſius Cardinalis Homodeus laudatur, diſcept. 27. n. 29.

Altare.

Qui altari ſerviunt, de altare edant, diſcept. 2. numer. 84.
In altaribus a teſtatore deſignatis ſi celebrentur Miſſæ, mens illius pinguius impletur, diſcept. 2. numer. 49. & 53.
Executio characteris ſeu Ordinis Clericalis non conſiſtit tantum in miniſterio altaris, diſcept. 84. n. 15. 16.
Congruum non eſt, quod unum altare diſcooperiatur pro alio cooperiendo, diſcept. 37. n. 8.

Alternativa.

Eccleſiæ Vaden. & Urbanien. alternative prænominantur, diſcept. 9. n. 77.
Alternativa prænominatio non practicatur in proviſionibus Eccleſiarum unitarum, excepta Urbanien. & Vaden, ibid. n. 74. in fin.
Exempla Eccleſiarum unitarum, in quibus prænominatio uni tantum datur abſque alternativa, ibid.
Alternativa eſt dictio *vel*, quæ proprie ſeparat perſonas, tempora, & caſus, n. 10. V.
Alternativam prænominationem quæ verba unionis importent, ibid. n. 77. 80. & ſeq.
Alternativæ prænominationi locus eſt, ſi duæ Eccleſiæ inferiores de novo unico contextu in Cathedrales eriguntur, & uniuntur, ibid. n. 36.
Contrarium, ibid. n. 40. & ſeqq.
Item datur alternativa prænominatio, ſi, una jam exiſtente Cathedrali, altera de novo in Cathedralem erigitur, & ſimul uniuntur, ibid. n. 37.
Contrarium, ibid. n. 40. & ſeq.
Per alternativam ſervatur æqualitas, & ſubmovetur omnis umbra præeminentiæ, ibid n. 37.
De natura unionis æque principalis eſt concedere alternativam inter utranque Eccleſiam, ibid. n. 11.
Declara, procedere circa actus, & functiones Epiſcopales, quando adeſt diſcordia inter Eccleſias; ſecus quoad prænominationem, ibid.
Gratia denominationis alternativæ in unione conceſſa ad certos caſus firmat in reliquis prænominationem in digniori deſumendam, ibid. n. 12. & ſeqq. n. 15.
In functionibus, quæ ſpectant ad utranque Eccleſiam, ſi adeſt diſcordia ad tollendas diſſenſiones, practicatur alternativa, ibid. n. 20.
Sed ea iſta alternativa non infertur ad alternativam prænominationis in ſcriptura proviſionis, ibid.
Canonici ſi concordant de loco electionis, non intrat alternativa, ibid. n. 18.
Alternativa prænominationis ratione alternativæ loci electionis ceſſat in proviſionibus Apoſtolicis, quia ceſſat electio, & actus localitatis, ibid. n. 19.
Decreta SS. Congregationum Concilii Tridentini, ac Epiſcoporum, & Regularium ſuper alternativa functionum Epiſcopalium ſervanda in Eccleſiis Pennen. & Hadrien. unitis, ibidem numer. 85. & plur. & ſeqq.
Dictio alternativa *Vel* unum, & idem in effectu continet quoad diſpoſita, n. 20. V.
Alternativa conceſſa ex certa cauſa ceſſat, deficiente cauſa illa, diſcept. 9. n. 58.
Vide etiam *Prænominatio*.

Amicus.

Ex amicorum majori numero oritur diſparitas inter conjuges, diſcept. 52. n. 70.

Amiſſio.

Amiſſio juris quæſiti in incorporalibus non datur abſque ſcientia, & patientia, diſcept. 9. n. 29.

Amor.

Amor cauſæ, & calor defenſionis in conſulentibus ſunt propriæ opinionis deterrimi Judices, diſcept. 27. numer. 1.
Amor præcipue inducit puellas ad peccandum, diſcept. 52. n. 54.
Amorem magis oſtendit vir, quam femina, licet hæc magis ardeat, ibid.
Amor præcipue puellas inducit ad peccandum, tanquam magis extimulatas ad appetendum virum, diſcep. 52. n. 54.

Anaſtaſius.

Anaſtaſius Cardinalis S. Marcelli ob non reſidentiam fuit depoſitus, diſcept. 51. n. 29.

Ancharanus.

Ancharani conſilium 81. quod Juſpatronatus gentilitium in ultimo fiat hæreditarium, quando procedat, necne, diſcept. 33. n. 1. & ſeqq.
Non procedit in Jurepatronatus conceſſo ex privilegio ibid. n. 9. limita n. 10. & ſeq.

S. Angelus.

Terra S. Angeli fuerat civitas antiquiſſima, diſcept. 9. num. 79.
In provincia Angelorum Duces Begarii fundatores, & patroni 300. aureos quolibet triennio largiuntur pro impenſa Capituli Minorum Obſervantium, diſcept. 2. num. 90.
Angelus dictavit Regulam S. Pachomio, n. 12. V.

Anima.

Animæ teſtatorum non ſunt fraudandæ debitis ſuffragiis, diſcept. 2. n. 40.
Si fiat legatum Fratribus incapacibus pro celebratione Miſſarum, Miſſæ ſemper ſunt celebrandæ, & mens teſtatoris adimplenda, ne anima illius debitis ſuffragiis defraudetur, diſcept. 2. n. 4.

Deus

Digitized by Google

Deus & anima ſi fuerunt inſtituti, executor in teſtamento relictus ſuccedit loco hæredis univerſalis, diſcept. 2. num. 20.

Animus.

Animus qualis eſt, talis facies apparet, diſcept. 32. numer. 18.

Animus colligitur ex actibus, qui fiunt in ſecreto ab incuſtoditis, ibid. n. 19.

Conditio in animo retenta nihil operatur, diſcept. 51. num. 41.

Nihil celerius animi celeritate, ibid. n. 23.

Deputationes Regularium in Hoſpitali ſeculari, niſi ſint factæ animo imprimendi novum ſtatum, non juvant ad immutandum illius ſtatum ſecularem, diſcept. 23. numer. 14.

Et excluditur animus mutandi illius ſtatum, ſi fuerunt deputati Regulares ad vitam, & ſic ut ſeculariter, non ut amovibiliter ad nutum, diſcept. 23. n. 14.

Secreta intentio retenta in animo juvat in foro interno, non in externo, diſcept. 52. n. 44.

Annalis.

Annalem poſſeſſionem interrumpit citatio nulla ex alio capite, quam ex defectu Juriſdictionis, diſcept. 24. numer. 56.

Regula de annali. Vide *Regula*.

Annata.

Annata ſunt fructus primi anni beneficii, diſcept. 18. num. 3.

Annata eſt onus fructuum ſeu reale, quod non debetur, niſi fructus percipiantur ex re ſeu beneficio, ibid. num. 3. & 7.

Annata non ſolvitur ratione ipſius gratiæ collationis, ſed coadjutoriæ, ibid. n. 4.

Declara, ibid. n. 7.

Annata ſeu commune eſt tributum Summo Pontifici debitum in recognitionem dominii univerſalis Eccleſiæ, ibid. n. 6. & 22.

In proviſionibus beneficiorum eventualibus, & quando adeſt introitus, exactio annatæ non fit in actu expeditionis, ſed tantum ex momento vacationis, ibid. n. 16. & 17.

Media annata ſolvitur contemplatione fructuum beneficii, non propter ipſum beneficium, ſeu illius collationem, ibid. n. 1. & 4.

Media annata ſeu commune ſervitium reſtitutum fuit per Cancellariam hæredibus coadjutoris ante coadjutum defuncti, ibid. n. 4.

Media annata per coadjutorem ſoluta non venit reſtituenda, ſi prædeceſſerit coadjuto, & nullos fructus perceperit, ibid. n. 5. & ſeqq. n. 10. & ſeq.

Factum Cardinalis Camerarii non præjudicat Summo Pontifici in exactione annatæ, ibid. n. 31.

Immo nec illi præjudicat factum totius Collegii Cardinalium, ſed requiritur factum ipſius Pontificis, ibidem.

Et hoc procedit etiam ad firmandam obſervantiam, ib. num. 32.

Annata in coadjutoriis non eſt onus reale fructuum, ut in aliis proviſionibus eventualibus, ſed eſt tributum perſonale incumbens proviſo de coadjutoria pro gratia exorbitanti, ibid. n. 23.

Annata ſolvitur etiam pro ſalario coadjutori reſervato ſuper diſtributionibus quotidianis in coadjutoriis beneficiorum inferiorum, ibid. n. 18.

Annata non debetur pro diſtributionibus quotidianis, ibid. n. 19.

Coadjutor Epiſcopi, ſi ei aſſignetur congrua ſeu alimenta ſuper fructibus Eccleſiæ, ſolvit annatam etiam pro dicta congrua, ultra aliam annatam pro coadjutoria, ibid. n. 20.

Annexio.

Annexio præſumitur ex correſpondentia numeri Præbendarum, & aliorum membrorum ad numerum Canonicatuum, diſcept. 10. n. 22.

Et facit ut reſervatio, ſeu affectio ſuper Canonicatu afficiat Præbendam, & alia annexa, conſecutive, ibidem.

Sive ſeparabiliter ſive inſeparabiliter ſint annexa, ibidem.

Rota, & Antonellus ſupponentes hanc eſſe annexionem inſeparabilem notantur, ibid.

In reſervatione ſpeciali non ſufficit hujuſmodi annexio, ibid.

Declara, niſi adſit derogatio ſtatutis, & conſuetudinibus de optando, cum mentione ſpeciali Præbendæ vel domus, ibid.

Si Papa in proviſionibus derogavit ſtatutis, & conſuetudinibus de optando, veniunt non ſolum membra annexa ſeparabiliter, ſed etiam ſeparata, temporalia, diſcept. 10. n. 23.

Debet tamen conſtare de voluntate Papæ, quod ea contulerit in ſpecie volendo, quod proviſus habeat omnia poſſeſſa per Canonicum defunctum, ibid.

Quid ſi ante datam proviſionis Apoſtolicæ, jam in Eccleſia facta eſſet optio membri temporaliter annexi, & quod tunc derogatio ſtatuti de optando non tollat Jus tertii per optionem antea quæſitum, ibidem.

Contrarium, & quando procedat prima opinio; ibidem.

Membra non annexa quando veniant ſub proviſione Apoſtolica, ibid.

Anniverſarium.

Canonici privilegiati in abſentia quoad diſtributiones non poſſunt gaudere anniverſariis, & mortuariis, diſcept. 1. num. 20.

Candelæ & cerei in anniverſariis, & funeribus ſi dentur ad manus ſingulorum, debentur etiam privilegiatis legitime abſentibus; ſecus ſi dantur inſeparate Capitulum repræſentanti, diſcept. 1. n. 33.

Idem procedit in cereis, ſeu pecunia legata Canonicis præſentibus in choro officiis celebrandis, ibid.

Doctores negantes emolumenta anniverſariorum deberi abſentibus loquuntur de privilegio continente diſtributiones, non de privilegio generali pro emolumentis quibuſcunque, ibid. n. 34.

Privilegium concedens fructus, & emolumenta quæcunque Canonicatuum, & Præbendarum non comprehendit anniverſaria illa tantum proprie debita, qui pro redemptione animarum Dei opem implorant, niſi aliter in eo ſit expreſſum, ibid. n. 35.

Fratres Minores de Obſervantia poſſunt recipere quidquid eis traditur pro celebratione Miſſarum & anniverſariorum per viam eleemoſynæ, diſcept. 2. numer. 1.

Legata Fratribus Minoribus pro anniverſariis & Miſſis non debentur, ibid. n. 39.

Legata perpetua Fratribus Minoribus pro anniverſariis & Miſſis licet non debeantur, ſunt tamen adimplenda ex parte hæredis, & debet ad id Judex auctoritatem ſuam interponere ſive ex officio, ſive ad inſtantiam cujuslibet de Populo, ibid. n. 40.

Fratres Minores annua legata, & anniverſaria perpetua admittere poſſunt, ſecluſa omni actione civili, ibid. num. 79.

Abſens ex cauſa litis ſuper anniverſariis cum Capitulo non lucratur diſtributiones, diſcept. 37. n. 2.

Annus.

Ad excluſionem novi examinis reprobati requiritur, quod effluxerit annus a die reprobationis, diſcept. 13. n. 15.

Et admittitur etiam poſt annum, quando impedimentum novo examini præſtitit oppoſitor, ibidem, numer. 16.

Anſaldus.

R. P. D. Anſaldus celeberrimus Advocatus, & Sacræ Rotæ Auditor laudatur, diſcept. 9. n. 60.

Antecedens.

Qui vult conſequens, intelligitur, velle antecedens, diſcept. 9. n. 20.

Anteceſſor.

Anteceſſori factum legatum quando pertineat necne ad ſucceſſorem, diſcept. 51. n. 20.

Acquiſcentia anteceſſoris non præjudicat ſucceſſori, diſcept. 50. n. 42.

Anteceſſores nequeunt præjudicare ſucceſſoribus in patronatu gentilitio, diſcept. 53. n. 13. & 25.

Antiquitas.

Antiqui Doctores non ſemper evangelizant, licet eos more ovium ſequamur, diſcept. 4. n. 80.

Senior, & antiquior de domo ſignificat veram & propriam agnationem, diſcept. 14. n. 17.

Contrarium, deficientibus aliis conjecturis evidentibus, ibid. n. 20.

Verba conceſſionis *ipſis poſterique ſuis, & poſt illorum obitum ſeniori, & antiquiori duntaxat de domo illorum*, ſunt perſonaliſſima, & reſtrictiva, & intelliguntur tantum de perſonis ibi nominatis, & de earum familia effectiva, ibid. n. 26. & 27.

Amplia, etiamſi conceſſio facta ſit pluribus fratribus, quia adhuc non venit familia contentiva aliorum tranſverſalium in genere, ibid. n. 28.

Eccleſia dignior dicitur habens dignitatem antiquiorem, diſcept. 9. n. 8.

In antiquis erectio Eccleſiæ probatur ex teſtimonio Hiſtoricorum, diſcept. 8. n. 10.

Enunciativa in antiquis probat matrimonium, ſi de eo non agatur principaliter, ſed incidenter, diſcept. 7. num. 20.

Enunciativa antiquiſſima probat etiam ſine relato, diſcept. 53. n. 23.

Antiquitatibus, quas SS. Patres induxerunt deferendum eſt, nec immutari debent ſine evidenti neceſſitate, vel utilitate, n. 11. V.

Non

Digitized by Google

Non quidquid vetus eſt, melius eſt, nec quidquid eſt novum, reſpui debet, ibid.

Capitula generalis Regularium unde eorum antiquitatem deſumant, n. 11. V.

Ordo Carthuſienſis eam præcipue vivendi formam conſervat, quæ Monaſticæ antiquitatis imaginem præſefert, ibid.

Et apud ipſum omnia videntur, quæ priſcam Eccleſiæ primitivæ ſeveritatem redolent, ibid.

Antonellus.

Antonellus, & Rota reprehenduntur, ſupponentes annexionem inſeparabilem illam, quæ reſultat ex correſpondentia numeri Præbendarum, & aliorum membrorum ad numerum Canonicatuum, diſcept. 10. numer. 23.

Annulus.

Traditio anuli non concludit proviſionem ſponſaliam, diſcept. 52. n. 73.

Importat ſponſalia de futuro, non de præſenti, ibid, num. 75.

Apertio Oris.

Ad obtinendam aperitionem oris adverſus indulta Apoſtolica cum clauſula ſublata, & decreto irritanti ſufficit fumus, & non requiritur rigoroſa meritorum diſcuſſio, diſcept. 22. n. 1. & 2.

Regula 8. hodie 9. Cancellariæ ſine neceſſitate aperitionis oris derogat de per ſe privilegiis in contrarium, non obſtantibus derogatoriis derogatoriarum, diſcept. 22. n. 29.

Apocha.

Superſcriptio in dorſo apocæ facta per partem declarat, quid intus contineatur, diſcept. 21. n. 18.

Apocha ſponſalium ſubſcripta per duos teſtes confidentes, & deinde lacerata non cauſat impedimentum publicæ honeſtatis, diſcept. 52. n. 98. & 101. & ſeqq.

Teſtes confidentes in apocha ſponſalium adhibiti non tenentur illa denunciare in vim decreti appoſiti in publicationibus matrimonii, ibid. n. 103. & ſeqq.

Et ſi illa revelarent facerent conſurgere impedimentum, quod antea non aderat, ibid. n. 105.

Si tamen factum fuit propalatum, & cogantur ſubjicere ſe examini, tenentur ex vi juramenti propalare factum denunciatum in ordine ad circumſtantias ipſis notas, ibid. n. 106.

Apparatus.

Epiſcoporum apparatus aliquando conceditur Abbati ex privilegio, diſcept. 44. n. 8.

Apparere, Apparentia.

Paria ſunt in Jure non eſſe, & non apparere, diſcept. 8. n. 3.

Apparentia externa fuit motivum inducendi impedimentum publicæ honeſtatis in matrimonio, diſcept. 52. n. 96. & 97. ea ceſſante, ceſſat dictum impedimentum, ib. n. 98. in fin.

Qualitas externæ apparentiæ non poteſt occultis ſponſalibus adaptari, ibid. n. 100.

Appellatio.

Appellans non eſt judicandus ab eodem Judice, a quo appellavit, diſcept. 13. n. 18.

Appellatione interpoſita a Judicato in poſſeſſorio tantum, non poteſt Judex *ad quem* judicare in petitorio, diſcept. 10. n. 13.

Limita, quando appellatio fuit commiſſa in Curia, ſive in Tribunalibus Urbis ibid.

Appellatum ſi non fuit ab ultimo ſcrutinio, nemo audiri debet ſuper invaliditate electionis, diſcept. 4. numer. 119.

Stante cumulativa, non datur appellatio ab uno ad alium Judicem tanquam ad parem, diſcept. 20. n. 22.

Limita, ſi Abbas habeat juriſdictionem jure delegato, quia tunc ab ipſo ad Epiſcopum daretur appellatio, ibid

Reprobato ab examinatoribus Synodalibus datur appellatio de Jure, diſcept. 13. n. 2. & 49.

Proviſo per Summum Pontificem in forma dignum reprobato ab examinatoribus Synodalibus datur appellatio ſeu recurſus ab illorum reprobatione, & mala relatione, diſcept. 13. n. 3. & 49.

Et novum examen conceditur, ibid.

Præſentato a Patronis laicis, & reprobato ab examinatoribus Synodalibus datur appellatio ad utrumque effectum, ibid. n. 4. & 49.

Reprobato datur appellatio, quando conſtat de gravamine, & mala relatione examinatorum, ibidem numer. 5.

Injuſtitia reprobationis dignoſcitur ex interrogationibus, & reſponſionibus, ibid. n. 5.

Si reprobatus antea fuerat ad beneficia curata approbatus, relatio examinatorum redditur totaliter ſuſpecta, & datur appellatio, ibid. n. 5. & 50.

Reprobato ab examinatoribus datur appellatio, etiamſi non conſtet de gravamine, ibid. n. 6.

Gratia admiſſionis ad novum examen, quando de jure competebat recurſus a reprobatione examinatorum, dicitur emanata per viam juſtitiæ, & non dicitur inferre præjudicium ei, qui proviſionem obtinuit ob inhabilitatem reprobati: ſecus ſi de jure non debebatur appellatio vel recurſus, ibid. n. 21.

Si duo in concurſu ad Parochialem renunciantur idonei, quorum unus ab Ordinario ſit prælectus, & alter ab irrationabili judicio appellaverit, defuncto prælecto lite pendente, non eſt danda ſubrogatio competitori ſuperſtiti, diſcept. 31. n. 3.

Contrarium, ibid. n. 4.

Ceſſat hæc quæſtio, quando ſubrogatio fuit obtenta, ibid. n. 5.

Appetitus.

Appetens comparative ſponſum civem magis quam alienigenam, ceſſante concurſu, ſeu competentia civis, in alienigenam conſentire cenſetur, diſcept. 32. numer. 4.

Approbatio.

Abbas pro Parochis Monaſterio annexis poteſt deputare Vicarium ſine alia approbatione Epiſcopi, diſcept. 20. num. 27.

Aquiſgrana.

Aquiſgranenſem Eccleſiam non eſſe exemptam a Juriſdictione Epiſcopi Leodien. ex pluribus arguitur, diſcept. 24. n. 41. & ſeqq.

Aracœli.

Aracœlitano Conventui Sixtus IV. ſtatuit certam frumenti quantitatem perpetuo largiendam, diſcept. 2. num. 81.

Aragonia.

Ad Regnum Aragoniæ an extendatur Conſtitutio Leonis X. quod ſtante paritate votorum in ſcrutinio, electio terminetur per ſortes in Regnis Hiſpaniarum, diſcept. 4. n. 230. *vide Gonzal, ad reg. 8. Gloſ. 9. §. 2.* numer. 80.

Arbitrium.

Arbitrium Datarii circa appoſitionem datæ non reſpicit ipſam gratiam, ſed tantum initium gratiæ, diſcept. 5. n. 45.

Et poteſt Datarius hoc arbitrium exercere etiam poſt mortem reſignantis, ibid.

Et poteſt reddere gratiam utilem vel inutilem, juxta tempus datæ, quod apponet ante vel poſt obitum reſignantis, ibid. n. 46.

Regulariter tamen ſolet apponere datam ſub die præſentatæ, ibid.

Extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis non impedit arbitrium Datarii circa appoſitionem datæ, quoties iſtam non apponat poſt mortem reſignantis, ibid. num. 43.

Arbitrium regulatur a Jure, diſcept. 25. numer. 33. & 40.

Clauſula *arbitrio* reguletur a Jure, diſcept. 27. numer. 36.

Ab hæredum arbitrio pendet vocare ad funus defuncti, quos volunt ultra proprium Parochum, diſcept. 30. n. 2.

In arbitrio Judicis repoſitum eſt ponderare fidem teſtium, parentum conſanguineorum, & affinium in materia matrimoniali, ex qualitate cauſæ pendentis, & conditioni pari vel diſſimili perſonarum, tam in nobilitate, quam in vitiis, & aliis circumſtantiis, diſcept. 52. n. 79.

Archidiaconus.

Epiſcopus concedens Eccleſiam alicui Archidiacono ſitam intra limites Archidiaconatus, in qua idem Archidiaconus nullum jus vel uſum habeat, cenſetur tanquam Archidiacono ſubjeciſſe, diſcept. 20. n. 30.

Archidiaconus eſt Prælatus inferior, diſcept. 43. numer. 2.

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus viſitando Provinciam poteſt omnium confeſſiones audire, diſcept. 20. n. 15.

Archipresbyter.

In Collegiata habet ſolum curam actualem, in Cathedrali habet etiam habitualem, diſcept. 46. numer. 3. & ſeqq.

Colligitur ex circumſtantiis, an ſola cura actualis ſit penes Archipresbyterum, ibid. n. 5. circa ejus congruam vide ibid. n. 3. & ſeqq.

Ardengherius.

Ardengherius Iſolanus & Atilla ejus uxor donarunt univerſa ipſorum bona Eccleſiæ S. Ægidii Cremonæ, illamque in Collegiatam erigi obtinuerunt, diſcept. 8. num. 1.

Ardor.

Femina, licet magis ardeat, minus quam vir ardorem oſtendit; & vir, qui minus ardet, magis quam femina ardorem manifeſtat, diſceptatione 52. numer. 54.

Arduum,

Ardua a non arduis, & gravia a levibus diſtinguere, difficilimum eſt, & valde involutum, diſcept. 16. numer. 73.

Argumentum,

Argumentum a parte ad totum in Jure receptiſſimum eſt, diſcept. 21. n. 4.

Ab expreſſo ad tacitum validum eſt, n. 4. in fine V.

Argumentum Collegialitatis eſt, ſi divina officia recitantur in Eccleſia, diſcept. 8. n. 13.

Argumentum non valet ab actibus Epiſcopalibus ad electionem, ſeu proviſionem Apoſtolicam circa alternativam, diſcept. 9. n. 16. 48. 36. & ſeqq.

Ex literis, quas Papa ſcribit civitati & populo unius ex Cathedralibus unitis, non arguitur ad prænominationem in Bulla proviſionis, ibid. n. 32.

Ex caſu accidentali electionis argui non poteſt ad certam regulam prænominationis, ibid. n. 17.

Ad arguendum vel excludendum metum, attendi debet indoles metum paſſi, & inferentis, diſcept. 32. n. 23.

Argumenta quædam benevolentiæ per ſponſum excluſiva metus in Bulla recenſentur, ibid. n. 21.

Argumentum qualitatis gentilitiæ Juriſpatronatus eſt, ſi præſentationes factæ ſint in capita, & de aliis argumentis, diſcept. 53. n. 26.

Arguendo in ratione contrariorum dicitur uterque caſus determinatus, n 21. V.

Argumenta præſumptiva non admittuntur adverſus ultimum ſtatum in materia Juriſpatronatus, ſed requiruntur certæ probationes reſultantes e partis confeſſione, re judicata, aut publico Inſtrumento, diſcept. 53. numer. 42.

Articuli,

Data relevantia articulorum, & jurium compulſandorum non denegatur remiſſoria, & compulſoria in qualibet inſtantia etiam in gradu reſtitutionis in integrum, diſcept. 7. n. 31.

Amplia, etiamſi alii teſtes in alia Inſtantia fuerint examinati, quando ex novis articulis reſultare poſſunt circumſtantiæ particulares, ſuper quibus teſtes non fuerunt examinati, ibid. n. 31.

Maxime, ſi conſtet de exiſtentia novorum jurium compulſandorum, quia debet concedi ſpecialis compulſoria, ibid,

Rota tamen concedit novam remiſſoriam, & ſpecialem compulſoriam cum clauſula, *cum retardatione vel ſine arbitrio Rotæ*, ibid.

Articulus.

Ubi habemus articulum a Sacra Rota formiter deciſum, parum aut nihil curandum de contrariis Doctorum auctoritatibus, diſcept. 12. n. 27.

Rota Juris articulos ſemper evitare ſolet, ubi cauſam decidere poteſt ea pacto, diſcept. 53. n. 39.

Articulus juris dubius excuſat a pœna privationis utriuſque beneficii eum, qui retinet primum poſt aſſecutionem ſecundi inſufficientis ab Ordinario, diſcept. 42. num 6.

Poteſt tamen privari ligitime, data ei optione retinendi, quem maluerit, ibid.

Aſſenſus.

Vide etiam *Conſenſus*, & in verbo *beneplacitum*. Epiſcopus extra viſitationem procedens ad correctionem in figura Judicii tenetur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, diſcept. 16. numer. 1.

Tam in formando proceſſu, quam aliis actibus uſque ad finem cauſæ incluſive, ibid.

Utrum hæc Conſtitutio Concilii ſit conformis necne diſpoſitioni juris communis, ibid. n. 2. & ſeqq.

Univerſitatis vel Collegii vota ſi ſcindantur in duas medietates, harum neutra Univerſitatem repræſentat, aut ejus aſſenſum conſtituit, diſcept. 4. n. 45.

Donatio Juriſpatronatus eſt nulla, ſi conſenſum præſtitit Vicarius, ib. n. 65.

Aſſerens, Aſſertiva,

Aſſertiva in literis ad ſupplicationem partis non præjudicat tertiis, diſcept. 9. n. 34.

Aſſertiva, quod Juſpatronatus remanſerit penes unum fratrem tanquam unicum patronum, quando ex præ defuncto aderant filiæ & hæredes, probat illud gentilitium, diſcept. 53 n. 14.

Superiori regulari aſſerenti, ſe aliquid feciſſe ex juſta cauſa, non creditur, diſcept. 22. n. 15.

Enunciativa facta Papæ adverſus aſſerentem plene probat, diſcept. 6. n. 10.

Declaratio, & aſſertiones Pontificis in privilegiis, ſi non ſunt veræ, reputantur dictæ per ſectionem, & ex privilegio, diſcept. 22. n. 26.

Non ſufficit aſſertio Pontificis concedentis in motu proprio Juſpatronatus cum derogatione concordiæ ex cauſa reparationis & debet reparatio concludenter probari, ibid. n. 6.

Aſſignatio.

Verbum *Aſſignata* præſupponit collationem, ſeu inſtitutionem præcedentem, n. 4. V.

Aſſiſtens.

Septem Diaconi, totidem Subdiaconi, & duodecim Preſbyteri aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione olei ſancti *Feria V. in Cœna Domini*, an ſacra communione refici debeant ante, vel poſt Capitulum, diſcept. 15. ante n. 1.

Aſſiſtentes Altari cum paramentis præferri debent Canonicis in ſumenda communione, ibid. n. 2.

Declara procedere, ſi parati ſint Canonici ſeu de corpore Capituli, ſecus ſi ſint exteri, ibid.

Diaconus, & Subdiaconus aſſiſtentes celebranti, quare debeant eſſe Canonici, ibid. n. 3.

Miniſtri induti paramentis ſacris aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione oleorum, tanquam cooperatores Epiſcopo conjunguntur, & ab eo non debent in honore ſeparari, ibid. n. 9.

Et iſta conjunctio prævalet illi generali, quæ conſideratur inter Epiſcopum, & Capitulum, ibid. n. 12. de quo auctor dubitat, n. 12.

Contrarium, quando adeſt ſtatutum Eccleſiæ ita diſponens, ibid. n. 22. & ſeqq.

Aſſiſtentia.

Præſentia, & aſſiſtentia in choro debet intelligi cum effectu, & operatione, non autem quod quis dormiat in Eccleſia, aut nihil agat, diſcept. 2. n. 25.

Contra, aſſiſtentia Juris non relevat privilegium niſi ſit clarum, & ſpeciale ad caſum, diſcept. 35. n. 2.

Quaſi poſſeſſio reſultat ex aſſiſtentia juris, ibid. n. 2.

Epiſcopus habet intentionem fundatam in aſſiſtentia juris pro exigendo Cathedratico, ibid. n. 2.

Abbatibus, etiam habentibus uſum Pontificialium cum Baldachino, prohibetur habere aſſiſtentiam paratorum in ſedibus choralibus more Canonicorum Epiſcopo aſſiſtentium, diſcept. 44. n. 6.

Aſſociatio.

Non eſt in facultate hæredum omittere proprium defuncti Parochum in aſſociatione cadaveris, diſcept. 50. num. 6.

Vide *Funus*, *Parochus*.

Aſtutia.

Aſtutia puellarum circa diſſimulantem ardorem, & faciendum ſe rogari ad copulam, diſcept. 52. n. 52. in fine, & n. 53.

Aſtutia earum conſanguineorum in dando eiſdem libertatem, ibid. n. 53.

Atilla,

Vide *Ardengherius*.

Atteſtatio.

Atteſtationes ſuper ſtatu libero in quo conſiſtant, diſcep. 20. num. 1.

Atteſtationes ſuper ſtatu libero differunt a licentia contrahendi matrimonia conceſſa vagabundis, ibid. numer. 9.

Item differuntur a cognitione cauſarum matrimonialium, ibidem.

Atteſtationes dare ſuper ſtatu libero pertinet ad Abbatem, ubi habet Juriſdictionem ordinariam, ibid. numer. 2.

Atteſtationes dare ſuper ſtatu libero poteſt Prælatus inferior, nec eſt de his, quæ reſpiciunt ordinem, ibid. n 4. & 11.

Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. capit. 7. & 20. de Refor.* non prohibet Prælatis inferioribus dare atteſtationes ſuper ſtatu libero, ibid. n. 9.

Epiſcopus ſaltem de æquitate ad evitanda populi diſpendia, & incommoda tenetur in remotioribus partibus ſuæ Diœceſis deputare alias perſonas, quæ recipiant depoſitiones ſuper ſtatu libero, ibidem numer. 7.

In Cancellaria Abbatiali recognoſci ſtatus liberos, & eorum atteſtationes, probatur ex quo in ea reperiantur licentiæ Ordinariorum viciniorum, ibidem numer. 8.

Atteſtationes ſuper habilitate electi prævalent contrariis ſecretis notitiis, diſcept. 21. n. 17.

Atteſtationi reprobati in examine Rota detulit circa modum aſperum examinis, diſcept. 13. ante n. 29.

Atteſtatio jure, quæ fulcitur ratione, maximam vim, probet, diſcept. 51. n. 25. in fine.

Atteſtatio viri in materia verſatiſſimi eſt attendenda, ibid. n. 24. in fine.

Attinens.

Attinentes ſtupratæ non poſſunt auctoritate propria, & privata cogere ſtupratorem ad matrimonium; licet poſſint inſtare coram Judice, ut compellatur, diſcept. 52. num. 57.

Vide *Matrimonium*, *Stuprum*.

Ava-

Avaritia.

Illa ſolum dicitur quantitas exceſſiva certarum eleemoſynarum pro Fratribus Minoribus, quæ mendicitatem a Conventu prorſus excindit, vel opus avaritiæ creditur non ſublevandæ neceſſitatis, diſcept. 2. n. 82.

Auctor.

Auctor fuit coadjutor ſtudiorum D. Advocati Joannis Matiæ Buzzi, diſcept. 4. n. 15.

Hæredes tenentur ſervare factum Auctoris, diſcept. 53. num. 24.

Auctoritas.

Rota non ſolet attendere auctoritates per numerum, ſed per pondus, diſcept. 6. n. 5.

Auctoritatibus generalibus præferendæ ſint illæ, quæ magis approximantur in concreto caſui, qui diſputatur, ibid n. 9.

Ubi habetur articulus a Sacra Rota formiter deciſus, parum aut nihil curandum de contrariis doctorum auctoritatibus, diſcept. 12. n. 27.

Dicta Doctorum intelligenda ſunt juxta auctoritates, quas allegant, diſcept. 17. n. 8.

Deciſiones Rotæ ſatis eſt, quod applicentur ex eaſum rationibus, & fundamentis, diſcept. 24. n. 26.

Opinionis novæ ea calamitas eſt, quod primi exempli auctoritatem expectat, diſcept. 29. n. 15.

Diſtinctio Doctoris non habentis contradictionem eſt amplectenda, diſcept. 6. n. 24.

Habere Doctorem punctualem, eſt habere caſum legis, ibid. n. 24.

In Senatore Urbis qui eſt hodie, non remanet auctoritas antiqui Senatus Romani, diſcept. 8. n. 19.

Beneficia perſonalia ſine die, & conſule carent auctoritate, diſcept. 5. n. 10.

Auctoritates antiquæ non evangelizant, diſcept. 4. numer. 80.

Habitus quotidie poteſt ad actum reduci ſine nova auctoritate, diſcept. 8. n. 24.

Actus fieri prohibitus abſque præviis certis ſolemnitatibus, & cauſis, ſi fuerit factus cum auctoritate Judicis, præſumitur pro ejus Decreto, quod omnia rite, ac recte proceſſerint, niſi contrarium oſtendatur, diſcept. 36. n. 5.

Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi quis auctoritate laica, & privata expellitur de facto, diſcept. 37. num. 9.

Vide *Abſentia*.

Auctoritas unius Doctoris contra communem nec inducit dubietatem, diſcept. 4. n. 6.

Omnis Doctor intelligi debet ad limites, & circumſtantias caſus, de quo loquitur, & non ſunt attendendæ rationes in abſtracto, quæ ad ornatum, & colorem defenſionis apponuntur, diſcept. 51. n. 4.

Doctoris auctoritas circa obſervantiam, tanquam quid facti, non meretur attendi, diſcept. 51. n. 17.

Doctores exteri non poſſunt teſtari de conſuetudine Urbis ibid. n. 24.

Vide *Conſuetudo*.

Paludani auctoritas graviſſima in Canoniſtis, & Theologicis materiis, diſcept. 52. n. 99.

Actus fieri dicitur non ab eo, qui illum exequitur, ſed ab eo cujus auctoritate exequitur, n. 9. V.

Capitulum generale habet auctoritatem ſupra omnes domos, Monaſteria, & Provincias, n. 28. V.

Vide *Capitulum*.

Monachi olim ſubjecti erant auctoritati Epiſcoporum, n. 24. V.

Augmentum.

Præbendæ diſtinctæ ubi ſunt, non multiplicantur, creſcente reditu, ſed augmentum cedit commodo illius Præbendæ, cujus reditus augentur, diſcept. 17. numer. 4.

Augumenti, & diminutionis eadem eſt proportio, & ſtabilitum in augmento cenſetur ſtabilitum, etiam in decremento, licet non exprimatur, diſcept. 17. numer. 38.

Cauſa augmenti dotis, reædificatio Eccleſiæ; & ſimilium per æquiparationem comprehenditur ſub tribus exceptis in generali annullatione Juriſpatronatuum facta per Concilium Teɾdentinum, diſcept. 11. num. 19. & 22.

Juſpatronatus ex augmento, ut non cadat ſub reſervationibus Apoſtolicis, debet augmentum eſſe majus ipſa dote vel ſaltem æquale, ibid. n. 36.

An pertineat præſentato per patronum, vel proviſo Apoſtolico probare, quod augmentum præponderet necne, ibid. n. 30. & ſeqq.

Longæva quaſi poſſeſſio præſentandi in menſibus Ordinariis non relevat ab onere probandi oneroſitatem, ſeu præponderantiam augmenti, ibid. n. 32.

Onus probandi quantitatem augmenti incumbit proviſo Apoſtolico uti de reſervato, ſi patronus ſit in longæva quaſi poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis, alias ſecus, diſcept. 33. n. 19.

Expreſſio augmenti per non exceſſum in ſcut. 50. in privilegio præſumit æqualitatem cum antiqua dote expreſſa in ſcut. 50. ſi patronus habet pro ſe obſervantiam, niſi contrarium probetur, ibid. n. 23.

Expreſſa antiqua dote in ſcut. 150. ſi in præſentationibus poſt privilegium ex augmento factis exprimantur omnes fructus in ducatis 40. quando deberent eſſe 300. non excluditur æqualitas augmenti, ibid. num. 24.

Secus ſi expreſſio omnium fructuum in ſcut. 40. fieret per non exceſſum, ibid.

Privilegium Juriſpatronatus ex augmento ſaltem non coæquali ſi ſit conceſſum ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. uſque ad Conſtitutionem Adriani, cenſetur per illam revocatum, non obſtante obſervantia, tam ante, quam poſt Conſtitutionem, ibid. numer. 25.

Declara, dummodo inæqualitas clare conſtet ex lectura privilegii, alias manuteneri deberet patronus exiſtens in longæva poſſeſſione, niſi contrariæ probationes eſſent claræ, & abſorberent poſſeſſorium, ibid. num. 25.

Privilegium Juriſpatronatus dicitur potius ex juſtitia, quam ex gratia, quando eſt ex augmento præponderante, vel æquali antiquæ doti, ibid. numer. 40. & ſeqq.

Et intrat hoc caſu conſilium Ancharani pro tranſmiſſione ad hæredes extraneos, ibid. n. 11.

Nec ſubjacet Regul. 8. hodie 9. Cancell. ibid. n. 14.

Conſilium Ancharani, quod Juſpatronatus gentilitium in ultimo fiat hæreditarium, non procedit in conceſſo ex privilegio habente admixtam juſtitiam ſeu cauſa oneroſam augmenti dotis, ſi non præponderat antiquæ doti, vel ſaltem ſit illi coæquale, ibid. num. 10.

Augmentum medietatis dotis ad excludendum regulam reſervatoriam in Jurepatronatus qualiter computetur, ibid. n. 12.

Augmentum prædictum debet æquare totam antiquam dotem, ibid.

De Jure non dicitur ex vera fundatione, & dotatione Juſpatronatus ex augmento, quando hoc non ſuperat antiquam dotem, vel ſaltem non eſt illi coæquale, ibid. n. 14.

Privilegium Juriſpatronatus, ut cenſeatur de juſtitia, debet augmentum vel ſuperare antiquam dotem vel eſſe illi coæquale, ibid. n. 15.

Si Eccleſia parum habeat, & non ſit commode dotata, augmentum dicitur juſta cauſa acquirendi Juſpatronatus, ibid.

Et tunc concedi poteſt etiam per Ordinarium ibid.

Contrarium, & quod requiratur privilegium Apoſtolicum, ibid.

Paria ſunt, Eccleſiam eſſe penitus indotatam, & inſufficienter dotatam, ibid.

Augmentum ſi plus importat, quam antiquus reditus Eccleſiæ, itaut iſte reſpectu augmenti reputetur nullius conſiderationis, Juſpatronatus, licet ex privilegio, competere dicitur ex juſtitia, & intrat conſilium Ancharani, ibidem n. 16.

Augmentum ſi tantum coæquat antiquum reditum an intret conſilium Ancharani, affirmativam tenet auctor, ibid. n. 17.

Augmentum, ſi tantum coæquat antiquum reditum, adhuc excludit proculdubio Regulas reſervatorias, ibid. n. 17.

Augmentum eſſe majus antiquo reditu beneficii ſeu Eccleſiæ, quomodo probetur, ibid. n. 28.

Augmentum præponderare non probatur, ſi illud exprimatur in ſcut. 60. & antiqui reditus in ſcut. 40. per non exceſſum, ibid. n. 21.

Augmentum æquare non probatur, ſi exprimatur item ſcut. 40. & antiqui reditus in ſcut. 60. per non exceſſum, ibid.

Nec e contra ex dicta expreſſione excluderetur æqualitas per proviſum Apoſtolicum adverſus patronum exiſtentem in longæva poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis, ibid. n. 22.

Lis promota per beneficiatos ſuper participatione augmenti redituum Eccleſiæ eſt juſta cauſa abſentiæ quia reſpicit defenſionem jurium, & bonorum beneficii, diſcept. 37. n. 2.

Aula

Aula Principis extinguitur per ejus mortem, diſcept. 51. n. 15.

Aula unius Pontificis ſeu Principis eſt nova, & diverſa, non eadem anteceſſoris, ibidem.

Auſtria.

Conventus Fratrum Minorum Spruch in Germania eleemoſynas ab Auſtriacis recipit, diſcept. 2. n. 90.

Avar

Avus.

Mater non habet Jus impediendi matrimonium filii, niſi in defectum patris & avi, diſcept. 32. n. 83.

B

Balarcen.

Comites Begarii certam eleemoſynam quotannis dant Conventibus Minorum Balarcenſi, Inoroſæ &c. diſcept. 2. n. 90.

Baldachinum.

Abbas habens uſum Pontificalium poteſt more Epiſcopi uti Baldacchino, dum celebret in Pontificalibus, diſcep. 43. n. 1. & ſeqq.

Contrarium, ibid. n. 3. & ſeqq.

Abbates Seculares & Regulares habentes uſum Pontificalium poſſunt uti Baldachino in tribus anni feſtivitatibus modeſte ſine auro, & pompa, ibid. num. 4.

Solis Epiſcopis ob excellentiam eorum dignitatis permiſſum eſt in Eccleſiis ſuæ diœceſis erigere thronum, ſeu Baldachinum, ibid. n. 5.

Et prohibetur Prælatis inferioribus tam Secularibus, quam Regularibus ſive exemptis, ſive non exemptis indiſtincte, ibid. n. 6.

Amplia, etiamſi illis competat uſus Pontificalium, ibid.

Appellatione Pontificalium non comprehenditur uſus throni, ſeu Baldachini, ibid.

Sedes Abbatum pontificaliter celebrantium eſt ſedes cum poſtergali abſque umbraculo ſeu Baldachino, ibid.

Privilegium concedens Prælatis inferioribus uſum Pontificalium non poteſt extendi ad uſum Baldachini, ibid. num. 7.

Abbates aliique Prælati inferiores licet plenarium uſum Pontificalium habentes non poſſunt erigere Baldachinum, niſi hoc habeant ex privilegio ſpeciali, ibid. num. 8.

Hoc privilegium conceſſum eſt Abbatibus Olivetanis, Caſſinenſibus, & quibuſdam aliis, & per Sac. Congr. Rituum extenſum ad Canonicos Regulares S. Salvatoris, ibid.

Decretum Sac. Congr. Rituum anni 1659. intelligitur de Prælatis inferioribus, qui in privilegio Pontificalium habent comprehenſum etiam uſum Baldachini, ibid. n. 9. & ſeqq.

Abbati Guaſtallæ non licet Baldachinum erigere, ibid. num. 10.

Abbatibus Caſſinenſibus prohibitus fuit uſus Baldachini, ibid. n. 13.

Poſtea fuit illis conceſſus cum reſtrictiva ad tres anni feſtivitates ſine auro, & pompa ex privilegio Urbani VIII., ibid.

Et per viam extenſionis Sac. Congr. Rituum idem indulſit aliquibus aliis Abbatibus Regularibus, ibid.

Abbatibus etiam habentibus uſum Pontificalium cum Baldachino prohibetur habere aſſiſtentiam paratorum in ſedibus choralibus more Canonicorum Epiſcopo aſſiſtentium, diſcept. 44. num. 6.

Baliſta.

Allegare ad Baliſtam. Vide *Allegatio.*

Bannitus.

Perpetuo bannitus privatur beneficio uti non valens ei ſervire, diſcept. 34. n. 19.

Baptiſterium.

Fratres Minores non poſſunt morari in Conventibus habentibus Parochiale Cœmeterium, vel Baptiſterium abſque diſpenſatione Pontificia, diſcept. 2. numer. 74.

Barberinus.

Franciſcus Cardinalis Barberinus Vicecancellarius & Protector PP. Minorum Obſervantium, diſcept. 2. num. 59.

Baſilica.

Hodie de conſuetudine Summi Pontifices ſepeliuntur in Baſilica Principis Apoſtolorum, diſcept. 51. numer. 24.

Begarii.

Begarii Duces fundatores, & patroni in Provincia Angelorum aureos 300. quolibet triennio Fratribus Minoribus pro expenſis Capituli largiuntur, diſcept. 2. num. 90.

Et dant quotannis certam eleemoſynam Conventibus Pueblæ, Alconer., Herreræ, Balarcenſi, & Inoroſæ, ibid. num. 90.

Bejarenſes.

Salmanticenſe Collegium a Bajarenſi Duciſſa fundatum pro quinquaginta Fratribus Minoribus, legata certa eleemoſyna pro eorum alimentis, ibid. n. 91.

Bellencinus.

Bellencinus in tractu de charitativo ſubſidio laudator, diſcept. 22. n. 13.

Bellum.

Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi beneficiatus fugit de loco propter bellum, aut terræ motum, diſcept. 37. n. 9.

Timor belli eſt juſta cauſa non reſidendi, diſcept. 37. num. 11.

Amplia, ut timor belli durare dicatur etiam in treuga, ibid.

Titulus meritorum, & effuſionis ſanguinis in bello contra hoſtes non reputatur oneroſus ad acquiſitionem Juriſpatronatus, diſcept. 22. n. 27. & ſeqq.

Benedictio.

Abbas an habeat facultatem benedicendi Concionatores deſtinatos pro Eccleſia Monaſterii, & aliis Parochialibus intra diſtrictum Abbatiæ, diſcept. 20. n. 26.

Negative reſpondit Sac. Congregatio, ibid. n. 28.

Benedictini, S. Benedictus.

S. Benedictus geſſit Præfecturam generalem Monaſteriorium omnium, quæ ipſe extruxerat, n. 14. V.

Et id fuit familiare omnibus Monaſticorum Ordinum parentibus, ibid.

In Religione Benedictina Priores prius dicebantur, qui poſtea Abbatiali dignitate fuerunt donati, ibidem.

Monachi Benedictini antiquitus non regebantur ab uno tantum capite generali, ſed unumquodque Monaſterium a ſuo particulari Superiore, ſeu Abbate gubernabatur, n. 14.

Textus in Canone *in ordinatione* 14. *diſtinct.* 61. ſumptus fuit per Gratianum ex Regula S. Benedicti capit. 64. de ordinando Abbate, ibid.

Beneficium Principis.

Beneficium Principis ſi non eſt perſonale, ſed publicum redactum in corpore juris, dies non eſt neceſſarius, diſcept. 5. n. 10.

Beneficia perſonalia ſine die, & conſule carent auctoritate, ibid.

Dies, & tempus non requiritur ad perfectionem beneficii, & gratiæ, ſed ut poſſit probari falſitas beneficii vel gratiæ, ibid.

Item requiritur ob præjudicium tertii habentis jus quæſitum ex alia gratia, ibid.

Privilegia, & gratiæ, ac beneficia Principum regulariter cenſentur perpetua, n. 27. V.

Beneficium Eccleſiaſticum. Generalia.

Beneficia ſunt etiam quædam noſtra bona, nec nobis prohibetur illorum diſpoſitio per reſignationem in manibus Papæ, diſcept. 6. n. 19.

Ultimus ſtatus eſt attendendus in beneficialibus, diſcept. 23. n. 38.

Cardinalis impetrando beneficium expreſſo falſo valore, an ligetur Regula Cancellariæ de valore, diſcept. 53. num. 25.

Media annata ſolvitur contemplatione fructuum beneficii non propter ipſum beneficium, ſeu illius collationem, diſcept. 58. n. 1. & 4.

Vide *Annata.*

Privatus propter crimen non poteſt ad idem beneficium promoveri abſque diſpenſatione, diſcept. 13. numer. 28.

Inter beneficium, & Vicariam ratio diverſitatis aſſignatur, diſcept. 27. n. 33.

Papa in beneficialibus habet liberam, & abſolutam poteſtatem, & omnia beneficia dicuntur ei obedientialia, & manualia, ibid. n. 39.

Et non ligatur ejus manus ex Conſtitutionibus prædeceſſorum Pontificum, ibid. n. 51.

Termini poſſeſſorii in beneficialibus longe differunt a terminis poſſeſſorii in prophanis, & de ratione differentiæ, diſcept. 24. n. 2.

Valor beneficii, Clericatus, & idoneitas reſultant ex ipſis literis in forma gratioſa expeditis, diſcept. 4. num. 55.

Proviſo ab Ordinario de beneficio, & Poſſeſſori ſufficit vincere per non jus Actoris, ibid. n. 92.
Jus Epiſcopale tenetur ſolvere beneficiatus Epiſcopo, in cujus diœceſi exiſtit Eccleſia, quam poſſidet, diſcept. 35. n. 1.
Et Epiſcopus pro illo exigendo habet intentionem fundatam in aſſiſtentia juris, ibid. n. 2.
Beneficiatus tenetur ſolvere Cathedraticum Epiſcopo in cujus diœceſi exiſtit Eccleſia, ibid. n. 1. & ſeqq.
Vide *Cathedraticum*.
Privilegium Camerale non eſt directum ad liberanda beneficia, ſed reſpicit perſonas, ibid. n. 14.
Beneficia ficta nuncupata *perſonatus* quid ſint, diſcept. 29. num. 8.
Privilegium Conclaviſtarum diſpenſat ab irregularitate pro beneficiis, & penſionibus jam obtentis, non pro obtinendis, diſcept. 30. n. 6.
Privilegium mentionem faciens de fructibus beneficii, non dicitur habere verba capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtrictionem, diſcept. 1. n. 27. & 30.
Idem, ſi dicat de percipendo ipſo beneficio, ibid.
Verba *integre percipiant beneficia* nunquam poſſunt inferre diſtributiones, ibid.
Laici non ſunt retrahendi a fundationibus Eccleſiarum, & beneficiorum, diſcept. 3. n. 6
Dependentia a Capitularibus in collatione beneficiorum eſt grande frænum Prælatorum in exercenda Juſtitia, & Juribus Eccleſiæ tuendis, diſcept. 4. numer. 41.
Invaſio hoſtium eſt obſtaculum temporale, non extinctivum tituli beneficii, diſcept. 22. n. 23.
Monacho, & Religioſo indiſtincte prohibetur extra ſuum monaſterium manere, & divagari, non ſolum quando extra monaſterium intitulatur ad beneficia ſecularia, ſed etiam ſi obtineat aliquod hoſpitale ad ſolum regimen, & adminiſtrationem, diſcept. 23. numer. 2.
De valore beneficii quænam ſint deducenda, Vide *Expenſa*, *Onus*, *Valor*.
Beneficium ſi pro Miſſis celebrandis fuit erectum ſtipendium earum eſt proventus beneficii, diſcept. 40. num. 3.
Notator Caſtropal. dicens, quod ſi Capellanus celebret per ſe ipſum, ſtipendium ei cedat, non uti proventus beneficii, ſed uti merces laboris perſonalis, ibidem.
Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 21. *de reform. cap.* 2. ſtatuit, ne quis promoveatur ad ſacros Ordines abſque titulo beneficii, quod poſſideat innovando pœnas antiquorum Canonum, & quænam ſint dictæ pœnæ, ibid. numer. 6.
Vide etiam *Ordo*, *Titulus*.
In pœnalibus non fit extenſio de beneficio ad penſiones, diſcept. 47. n. 6.
Clericus nulliter ordinatus ab alieno Epiſcopo non eſt incapax beneficiorum, ibid.
Contrarium, reprobato Cardinali de Luca, ibid. num. 6. & ſeqq.
Clericatus requiritur tam pro aſſequendis beneficiis, quam pro penſionibus Eccleſiaſticis quidquid ſit in laicalibus, ibid. n. 7. & ſeq.
Beneficia, & penſiones pari paſſo ambulant quoad requiſitum clericatus, ibid. n. 8.
Datur paritas inter beneficia, & penſiones Eccleſiaſticas ibid. n. 12.
Extenſio in pœnalibus de beneficiis ad penſiones non fit, ubi agitur de ſententia aut decreto particulari; ſecus ubi agitur de lege generali, ibid. n. 10.
Et non dicitur extenſio, ſed comprehenſio ex identitate rationis introducta, etiam de ſtylo Romanæ Curiæ, ibid.
Incapacitas beneficiorum ſtatuta a Sacris Canonibus contra filios Hæreticorum locum habet etiam in penſionibus, ibid. n. 11.
Committens actum ſimoniacum eodem modo privatur de jure penſionibus, ſicut beneficiis, ibid. n. 12.
Effectus Ordinis non conſiſtunt in ſola adminiſtratione altaris, & Eccleſiæ, ſed etiam in capacitate clericali ad beneficia, & penſiones, ibid. n. 13.
Beneficium ſimplex non habet onus adminiſtrationis altaris, & Eccleſiæ, ibid.
Capacitas ad beneficia, & penſiones naſcitur ab Ordine, ibid. num. 16.
Beneficiati cum onere reſidentiæ ſunt tumulandi in ſuis Eccleſiis etiam privative ad Parochiam, in qua habitant, diſcept. 52. n. 31.
Ordinatus ad titulum ficti beneficii an incurrat ſuſpenſionem ipſo jure, diſcept. 20. n. 6. & ſeqq.
Fructus beneficii maturati, & ſeparati a ſolo tempore mortis beneficiati, licet non exacti, pertinent ad heredes illius, non ad ſucceſſorem in beneficio, diſcept. 51. n. 12.
Expreſſio beneficii facta per Papam in commiſſione hoſpitalis non vitiat illam, ſi conſtat, quod illam conſideravit uti officium, & adminiſtrationem, diſcept. 23. num. 20.
Non expreſſa manualitas beneficii non reddit gratiam ſubreptitiam, ibid. n. 24.
Et Abbas poteſt removere proviſum a Papa de beneficio manuali, ibid. n. 25.
Declara procedere, ſi Papa ſimpliciter conferat beneficium; ſecus ſi confert perpetuo quoad vixerit, ibid. num. 25.
Sacerdos accuſatus de crimine, quod in proceſſu non fuit probatum, ſi neget, non poteſt ex indiciis condemnari, ſed debet abſolvi, & integram ſuorum beneficiorum perceptionem obtinere, diſcept. 34. numer. 27.
Beneficiatus impeditus reſidere ex vi majoris poteſtatis, nempe ex facto Judicis vel Principis, dicitur habere juſtam abſentiæ cauſam, ibid. n. 10.
Beneficiatus exul ex motivo prudentiali Principis, aut Magiſtratus non dicitur culpa ſua impeditus reſidere, & lucratur fructus, & diſtributiones, ibidem, numer. 21.
Beneficiatus impeditus reſidere, etiamſi ſit in culpa, lucratur fructus, & diſtributiones, quando non ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima, & immediata impedimenti, ibid.
Et culpa illi non nocet, niſi ſit præordinata ad finem non reſidendi, ibid. n. 24.
Declara, ut ibi.
Plura vide in verbo *Abſentia*, *Reſidentia*, *Fructus*, *Diſtributiones*.
Cocchier fuit inſignis beneficialiſta, non ſolum theoricus ſed practicus, diſcept. 5. n. 18.
In conflictu opinionum deferendum declarationibus, & ſtylo Datariæ in materia beneficiali, diſcept. 6. numer. 5.

Beneficium circa Collationem, & Reſervationes.

Papa eſt Ordinarius Ordinariorum, & omnium beneficiorum, & hoſpitalium collator ordinarius, diſcept. 23. n. 22.
Lex fundationis valet, quod beneficium non poſſit cadere ſub reſervationibus, nec poſſit conferri niſi per certum Prælatum, diſcept. 22. n. 42.
Inſtitutio debet reſervari Epiſcopo, & non alteri inferiori, non obſtante contraria lege fundationis, ſi fiat poſt Concilium Tridentinum, ſecus ante Concilium, ibid.
Limita, ſi Papa etiam poſt Concilium talem legem approbaret, ibid.
Inſtitutio etiam poſt Concilium reſervari poteſt Prælato inferiori habenti juriſdictionem ordinariam cum omnimoda exemptione ab Epiſcopo, ibid.
Monaſterium habens jus conferendi hoſpitale ſeculare non poteſt illi præficere perſonam regularem, diſcep. 23. n. 1.
Conditio, quod inſtitutio in beneficio Eccleſiaſtico pertineat non ad Epiſcopum, ſed ad Prælatum Inferiorem, eſt contra ſanctionem Concilii, & non poteſt apponi in fundationibus poſt dictum Concilium, quidquid ſecus ante, diſcept. 25. n. 10.
Et ſi apponatur, vitiatur, & Epiſcopus ſe intromittit, non obſtante pœna revocationis bonorum, & applicationis in alios uſus, ibid. n. 11.
Poteſt tamen, & ſæpe ſolet, ſed non ſemper admitti dicta conditio per Summum Pontificem, ibidem numer. 11.
Lex fundatoris reſervans jus inſtituendi Epiſcopo ſimul & Capitulo eſt contraria Concilio Tridentino, ibid. num. 12.
Interpretari tamen debet modo licito, ut nempe inſtitutio ſpectet ad Epiſcopum cum conſilio, vel potius cum conſenſu Capituli, ibid.
De jure communi collatio beneficiorum eſt ſimultanea Epiſcopi & Capituli, ibid.
Inſtitutio tamen in beneficiis de Jurepatronatus pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu, vel cum conſilio Capituli, ibid.
Reſervari non poteſt inſtitutio Epiſcopo, & alteri inferiori, puta Abbati, Præpoſito, Archidiacono & ſimilibus, ibid.
Indecorum eſt, ut, Papa non conferente intra certum terminum, collatio cedat ad inferiores collatores, ibid. n. 26.
Epiſcopus procedens uti executor Papæ in erectione beneficii, etiamſi habeat facultatem omnia, & ſingula faciendi prout ſibi videbitur, non poteſt ſibi reſervare jus conferendi ad excluſionem reſervationis reg. 4. niſi de hoc ſpecialis mentio fiat in commiſſione, ibid. n. 32. & 33.
Epiſcopus ſi habet a Papa facultatem reſervandi collationem beneficii Capitulo, non poteſt illam ſibi

& ſuc-

& ſucceſſoribus reſervare, ibidem numer. 35.

In Beneficiis ſimultaneæ collationis, mortuo conſocio, tota poteſtas conferendi conſolidatur in altero conſocio, diſcept. 22. n. 17.

Collatio beneficiorum eſt actus Juriſdictionis, ibid. numer. 19.

Epiſcopus poſt electionem ſtatim conſequitur ea omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, & poteſt de jure communi conferre beneficia, etiam nondum capta Eccleſiæ poſſeſſione, ibid. n. 9. & 33.

Hæc diſpoſitio juris communis fuit correcta a Bonifacio VIII. *in extrav. injuncta de elect. inter commun.* & quare, ibid. n. 10. & 34.

Vide *Extravag. Regula*.

Cardinales Epiſcopi habent intentionem in jure fundatam circa collationem beneficiorum ſtatim poſt proviſionem, ibid. n. 23.

Conſuetudo non conferendi beneficia ante adeptam Epiſcopatus poſſeſſionem non ſe extendit ad Epiſcopos Cardinales, ibid. n. 23. & ſeqq.

Bulla S. Pii V. prohibens Ordinariis beneficia reſignata conferre conſanguineis, & familiaribus non eſt uſu recepta in Hiſpania, ibid. n. 31.

Neque comprehendit Cardinales Epiſcopos, ibid.

Beneficia de collatione alicujus dignitatis ſi vacant, illa dignitate vacante, eorum collatio ſpectat jure proprio & nativo ad ſucceſſorem in dignitate, non ad immediatum ſuperiorem, ib. n. 37. & n. 41.

Neque hoc caſu dicuntur ad ſuperiorem devoluta, quia non datur negligentia in inferiore, dignitate vacante, ibid.

Nulla datur negligentia in collatore, qui non adeſt, ib. n. 22. & 29.

Verbum *Proviſio* ſignificat collationem pleno jure, ibid. n. 43. & 48.

Contrarium, ibid.

Verbum *Proviſio*, præſertim relatum ad Papam, continet quemcunque modum providendi, ſive per inſtitutionem, ſive per confirmationem, ſive per liberam collationem, ibid. n. 41.

Papa pro collationibus & proviſionibus cum diſpenſatione & privilegio poteſt aliquid exigere; ſecus pro collationibus & proviſionibus, in quibus procedit jure ordinario, diſcept. 28. n. 7.

Ordinarii beneficia dimiſſa conferre prohibentur ſuis aut dimittentium conſanguineis, & familiaribus etiam per fallacem circuitum, diſcept. 20. n. 2.

Revalidatoria dicitur nova beneficii collatio, diſcept. 12. num. 50.

Vide *Revalidatoria*.

Membra non annexa quando veniant ſub proviſione Apoſtolica, diſcept. 10. n. 23.

Beneficium ſimplex conferri non poteſt nulliter conſorato, diſcept. 48. n. 15.

In beneficio curato præferri debet, qui non habet, maculam circa mores alteri, qui fuit alias inquiſitus ſuper crimine, ex Lotherio, diſcept. 41. n. 2.

Contrarium, ibid. n. 2.

Diſtingue, ut in beneficiis curatis, aut aliis juriſdictionem in ſubditos habentibus, criminoſus ad meliorem frugem redactus præferendus ſit ei, qui nullam maculam habet: ſecus in beneficio ſimplici, ibid.

Collatio beneficiorum omnium, in quibus Summi Pontifices manum appoſuerunt, ad ſolam ſedem Apoſtolicam pertinet, & ceſſant omnes facultates Ordinariorum vel aliorum inferiorum collatorum, numer. 26. V.

Reſervatio collationum ad occurrendum diuturnæ vacationi beneficiorum eſt favorabilis, diſcept. 12. numer. 38.

Ad effectum denegandi executionem literarum ſatis eſt, poſſe aliquatenus dubitari, an beneficium cadat, necne ſub reſervatione, diſcept. 17. n. 64.

Reſervatio Apoſtolica debet eſſe clara ad annullandam proviſionem Ordinarii, diſcept. 12. n. 3.

Ordinarius, & ab eo proviſi habent intentionem fundatam de jure communi, ibid. n. 2.

Cardinales non ſunt exceptuati a Regulis reſervatoriis Cancellariæ, ibid. n. 4.

Dataria concedit Cardinalibus ordinariis collatoribus indultum conferendi beneficia reſervata cum aliquibus modificationibus & derogationibus Regularum Cancellariæ, ibid. n. 6.

Derogatio ſupponit obſtaculum, ibid.

Canonicus habens beneficium reſervatum optare poteſt, non obſtante reſervatione, diſcept. 10. n. 6.

Vide *Canonicus*, *Optio*.

Fixis collatoribus cum devolutione inter ipſos per viam circuli perpetui non intrat reſervatio, diſcept. 25. numer. 16.

Ad excluſionem reſervationum verba debent eſſe indubitata, & clara itaut concludant perneceſſe, ibidem num. 2.

Maxime, quando Papa concedit jus eligendi, quia non cenſetur ſibi præjudicare voluiſſe, ſed requiritur ſpecialis mentio, ibid. n. 4. 32. & 35.

Limita, ſtante incompatibilitate diſpoſitionis cum regula reſervatoria, quia ex illa ſatis reſultat derogatio ibid. n. 3 4. & 23.

Devolutio eſt reſervatio clauſa in corpore juris fortior quacunque alia reſervatione in corpore juris non clauſa, ibid. n. 25.

Contra proviſum de reſervato ſatis eſt inturbidare reſervationem, ibid. n. 29.

Sola turbiditas, & dubietas an beneficium cadat necne ſub reſervatione, ſufficit ad denegandam executionem literis Apoſtolicis, ibid. n. 29. & 40.

Verba reſervationem excludentia plura referuntur, ibid. numer. 28.

Proviſus ori de reſervato debet reſervationem menſium pleniſſime juſtificare, ibid. n. 40.

Prima collatio facta ab Epiſcopo in erectione Collegiatæ in executionem Bullæ non deſervit pro obſervantia contra reſervationes Apoſtolicas, ibidem num. 37.

Nec aliæ collationes factæ vigore Indulti Apoſtolici, ibid.

Nec aliæ, quæ non fuerunt pacificæ ibid.

Obſervantia attenditur ad declarandas reſervationes, diſcept. 27. num. 21.

Collatio ſpectare dicitur ad Papam vigore cujuſcunque reſervationis ſive generalis ſive ſpecialis, ibid. numer. 13.

Papa per reſervationes generales ſeu particulares ſubrogatur in locum Ordinarii collatoris, & aſſumit Jus conferendi cum ſuo onere, & ſua cauſa, ibid. numer. 17.

Non eſt diverſimode judicandum de reſervationibus generalibus, ac de ſpeciali, ſi nulla intercedat diſparitas, aut differentia rationis inter utrunque caſum, ibid. n. 16.

Expeditio novæ proviſionis fit, quoties beneficii collatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, ibid. n. 19.

Jus nominandi cenſetur excluſum ex decreto reſervationis apponi ſolito in literis proviſionis de beneficio incompatibili, ibid. numer. 11. numer. 37. & ſeqq.

Declara procedere in jure eligendi competente alteri collatori; ſecus in ſimplici jure nominandi, quod non tollit collationem faciendam per Papam, ibid. num. 21.

Contrarium, ibidem numer. 37. & ſeq. & numer. 42.

Jus eligendi eſt idem ac collatio, & dicitur incompatibile cum reſervatione, & proviſione Apoſtolica, ibid n. 11.

Decretum reſervationis appoſitum in proviſione ſecundi beneficii incompatibilis, tollit omnem aliam diſpoſitionem, & jus ſive providendi ſive nominandi etiam Cardinalium, ibid. 37. & 42.

Et tollit quodcunque Jus cujuſvis alterius collatoris, ibid. n. 45.

Et ſuſpendit ſpecialia, & individua gratiarum præcedentium, ibid. n. 42.

Et non poteſt intelligi de reſervatione menſium, aut aliis generalibus jam ſublatis per Bullam Pianam, ibid. n. 39.

In Parochialibus reſervatis non intrat reſervatio quoad præelectionem Epiſcopi, ſed ſolum quoad collationem, ibid. n. 28.

Reſervatio etiam ſpecialis non obſtat juri nominandi Rectori competenti ex Bulla Piana in Vicariis erectis poſt Concilium; & quid de erectis ante Concilium, ibid. n. 28.

Contrarium, ibid. n. 37. & ſeq. n. 29. & ſeq.

Verbum *diſponere* in reſervationibus appoſitum non excludit Jus nominandi, ibid. n. 27.

Contrarium, ibid. n. 49.

In Parochialibus affectis, & reſervatis, ubi ad Papam ſpectat conferre, & ad Epiſcopum concurſum inſtituere, Epiſcopus eligit digniorem, non Papa, diſcept. 32. n. 7.

Et poteſt hoc caſu Epiſcopus inter plures æque idoneos unum gratificare, & Papa non poteſt præterire electionem, ſeu gratificationem Epiſcopi, ibidem.

Contrarium, quod licet Papa regulariter conferat præelecto ab Epiſcopo, non tamen ad id arctetur, ut poſſit conferre oppoſitori, ſi illum digniorem, & præferendum exiſtimet, ibid.

Habens indultum conferendi reſervata non cenſetur habere indultum reſervandi penſiones, diſcept. 30. numer. 1.

De regulis reſervatoriis Vide *Regula*.

Juſpatronatus Eccleſiaſticum, licet provideatur ad præſentationem in menſibus ordinariis, cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, diſcept. 22. n. 32.

Vide

Digitized by Google

Vide infra *Beneficium de Jurepatronatus*,

Beneficium quoad reſignationem,

Vacante per reſignationem in manibus Papæ beneficio, quod prætenditur eſſe de Jurepatronatus, ſolet in proviſione executori committi, ut, verificato prius Jurepatronatus, conferat accedente conſenſu Patronorum; quatenus vero de Jurepatronatus non exiſtat libere, & ſimpliciter conferat, diſcept. 28. num. 14.

Et tunc executor, ſi non citatis patronis literas exequatur nihil pronunciando nec ſuper libertate, nec ſuper ſervitute, horum neutri favet talis collatio, & ad utrunque ſtatum ſe habet indifferenter, ibid.

Et attenditur qualis fuerit ſtatus anterior, ibid.

Bulla S. Pii V. prohibens Ordinariis beneficia reſignata conferre conſanguineis, & familiaribus non eſt uſu recepta in Hiſpania, diſcept. 12. num. 31.

Neque comprehendit Cardinales Epiſcopos, ibid.

Facultas admittendi reſignationes, & permutationes beneficiorum fuit Ordinariis ſuſpenſa, & reſervata Sedi Apoſtolicæ beneficia poſt dictam ſuſpenſionem reſignata vel permutata, diſcept. 29. n. 1.

Poſtea vero dicta facultas eis reſtituta fuit ex certis cauſis tantum, ibid. n. 2.

Facta reſignatione nulla coram Ordinario, ſi altera fiat ad favorem ejuſdem coram Papa, non facta mentione de prima nulla, ſecunda quoque nulla eſt, ibid. num. 17.

Reſignatio, & permutatio facta coram Ordinario nulla eſt abſque conſenſu alterius collatoris, ad quem beneficii collatio ſpectabat, ibid. n. 18.

Et in hoc eadem militat regula de conſenſu collatoris, ac de illo patroni, ibid.

Idem militat de conſenſu Rectoris habitualis habentis jus nominandi ad Vicariam perpetuam, ibid.

Nulliter profeſſus an recuperet beneficia reſignata, ſeu demiſſive, diſcept. 6. num. 31.

Egreſſus de Religione ob nullitatem profeſſionis non recuperat beneficia reſignata, diſcept. 48. n. 11.

Contrarium, ibid.

Solemnitates a Concilio requiſitæ in renunciatione per Novitium facienda non habent locum in reſignatione beneficiorum, diſcept. 6. n. 4. & ſeqq.

Contrarium, ibidem numer. 14. 20. 57. 33. 37. & n. 62.

Novitius, ſi non profiteatur, & ad ſeculum revertatur, non recuperat beneficia renunciata intuitu ingreſſus in Religionem, ibidem n. 2.

Contrarium, ibidem numer. 12. & ſeqq. numer. 46. & 57.

Procedit prima opinio, ſi habet aliunde unde ſe alat; ſecus ſi non habet, vel ſit ordinatus ad titulum ejuſdem beneficii, ibid. n. 8. & 10.

Reſignatio beneficii eſt nulla, ſi reſignans fuerat ad illius titulum ordinatus, & hæc circumſtantia non fuerat narrata Pontifici, ibid. n. 15.

In reſignatione beneficii non eſt neceſſarium exprimere, quod ad illius titulum quis fuit promotus, quando reſignans habet aliunde, cum quo vivere poſſit, ibid. num. 19.

Inter renunciationem bonorum, & reſignationem beneficii adeſt diſparitas rationis, & qualis, ibidem numer. 7.

Renunciatio beneficii eſt amiſſio magni juris, ob quam impeditur libertas egredi volentium de Religione, ibid. n. 14. 47. & 58.

Renunciatio beneficii ejuſque collatio non debet ſtare in pendenti, ibid. n. 16.

Poteſt tamen eſſe reſolubilis propter aliquam conditionem ex juris præſcripto ſubintellectam, ibidem numer. 17.

Reſignatio beneficii occaſione ingreſſus in Religionem ſubintelligitur de jure Conciliari, quod collatio pendeat ab eventu profeſſionis emittendæ, ibid. num. 18. 48. & 54.

Et licet ex parte reſignantis collatio eſſet libera & abſoluta, adhuc Concilium ſuſpendit ejus effectum, ibid.

Et reſignatarius ſibi imputare debet, ſi non expectata profeſſione voluit expedire literas, ibidem numero 19.

Non eſt præſumendum ingreſſurum Religionem voluiſſe reſignare beneficium, quod ſolum habebat in bonis, etiam quando profeſſionem non emitteret, ibid. n. 21. & 49.

Suſpenſio reſignationis factæ per ingreſſurum Religionem uſque ad tempus emiſſæ profeſſionis habet locum non ſolum in beneficio patrimoniali, ſeu ad cujus titulum fuit promotus, ſed etiam in aliis, ibid. num. 21.

Conſtitutio Concilii circa reſignationem beneficii patrimonialis eſt diverſa a Conſtitutione *ſeſſ.* 25. *capit.* 16. *de Regul.* ibid. n. 22.

In reſignatione beneficii per ingreſſurum Religionem ſi non fuerunt ſervatæ ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* ſi Novitius poſtea fuerit profeſſus, poteſt beneficium ex capite hujus nullitatis impetrari contra reſignatarium tanquam vacans per profeſſionem, ibid. n. 20.

Diſpoſitio Conciliaris habet locum in reſignatione beneficii per Novitium facta, licet mandatum confecerit ante ingreſſum, ſi conſenſus præſtetur poſt ingreſſum, ibid. n. 26.

Reſignans propter ingreſſum in Religionem, & abiens recuperat beneficia, etiamſi adeſſet pactum contrarium & expreſſa renunciatio huic favori, ibid. numer. 30. & 49.

Declara, procedere, ſi renuncians non habet aliunde, unde vivere poſſit, & quid, ſi habet, ſtante pacto, ibid. n. 31.

Secluſo pacto, etiamſi habeat aliunde, unde vivere poſſit recuperat proculdubio, ibidem

Reliqua vide ſub verbo *Reſignatio*.

Beneficium quoad Permutationem.

Facultas admittendi reſignationes, & permutationes beneficiorum fuit Ordinariis ſuſpenſa, & reſervata Sedi Apoſtolicæ beneficia poſt dictam ſuſpenſionem reſignata vel permutata, diſcept. 29. n. 1.

Poſtea vero dicta facultas eis reſtituta fuit ex certis cauſis tantum, ibidem n. 2.

Ordinarii prohibentur beneficia dimiſſa conferre ſuis aut dimittentium conſanguineis & familiaribus etiam per fallacem circuitum, ibid.

Non procedit hæc prohibitio in beneficiis permutatis, ibid. n. 6.

Vide reſolutionem Sacræ Congregationis, ibidem numer. 19.

Ordinarii poſſunt admittere permutationes, quæ Canonicis ſanctionibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis permittuntur, ibid. n. 3.

Sed ſi admittant contra formam ſacrorum Canonum, & ſanctionum Apoſtolicarum, durat ſuſpenſio, & reſervatio ex Conſtitutione 42. Sancti Pii Quinti, ibidem numer. 4.

Ordinarius non poteſt admittere permutationes beneficiorum abſque cauſa utilitatis vel neceſſitatis Eccleſiæ, ibid n. 4.

Sive utilitatis permutantium, quæ ſaltem ſeductive tendat ad utilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ, ibid.

Nec poteſt admittere permutationem cum beneficio nuncupato *de Pertica*, nempe nullius vel exigui valoris, ibidem n. 4. & 7.

Declara procedere in illis beneficiis, quæ vere ſunt nullius, vel penitus exigui valoris, qui pro nihilo reputetur, nec ſufficit qualibet modicitas valoris, vel inæqualitas etiam magna, ibidem numero 7.

Beneficia ficta nuncupata *Perſonatus* permutari cum beneficiis veris prohibentur ex Conſtitutione Pii IV. ibid. num. 8.

Permutatio ex quibus conjecturis fraudulenta dicatur, ibid. n. 11.

Permutatio beneficiorum fraudulenta dicitur, quando adeſt præjudicium expectantis, ibid. n. 9.

Hodie poſt Concilium ceſſant conjecturæ fraudis in permutatione, cum expectativæ ſint ſublatæ, ibid.

Contrarium, quia adhuc poteſt fraus intervenire in præjudicium collatoris, ibid. n. 10.

Et tale præjudicium, conſideratur non ſolum in Ordinario, ſed in Papa, ibid.

Nec eſt præjudicium eventuale etiam reſpectu Papæ, ibid. n. 10.

Reſpectu Sedis Apoſtolicæ etiam præjudicium eventuale eſt conſiderabile, ibid.

Permutatio fraudulenta valet in præjudicium contrahentium, non in eorum commodum, ibidem numer. 12.

Non valet in præjudicium collatorum, & beneficia permutata poſſunt impetrari, ibid.

Inæqualitas, & aliæ conjecturæ fraudis non attenduntur in permutatione facta coram Papa, ſed coram Ordinario, ibid. n. 13.

Limita, ubi militat præjudicium tertii, ibid.

In permutatione facta coram Papa derogatur Jurispatronatus, ſi de eo ſit facta mentio, ibidem numero 14.

Et non reputatur præjudicialis patrono permutatio ob poſſibilem caſum mortis unius permutantium, ibid.

Quid de hoc ſentiat Auctor ibid. n. 15.

Permutans coram Ordinario beneficium patronatum malitioſe abſque conſenſu patroni omliiger permutat, & eo privatus remanet, ibid. n. 16.
Et ſi conſenſum petiit, illoque denegato permutavit perdit beneficium, quod uti vacans conferri poteſt ad præſentationem patroni, ibid.
Amplia, non obſtante clauſula *non alias aliter nec alio modo* in reſignatione appoſita, quia nihil operatur ubi adeſt culpa reſignantis, ibid.
Et ſi poſt dictam primam permutationem nullam altera fieret coram Papa, hæc quoque eſſet nulla, etiamſi in ſecunda adeſſit conſenſus patroni ignorantis primam, ibid. n. 17.
Facta permutatio, & reſignatio coram Ordinario nulla eſt abſque conſenſu alterius collatoris, ad quem beneficii collatio ſpectabat, ibid. n. 18.
Vide ſupra *Beneficium quoad Reſignationem.*

Beneficium quoad Privationem, & Vacationem.

Perpetuo bannitus privatur beneficio uti non valens ei ſervire, diſcept. 34. n. 19.
Sacerdos ſi accuſatus ſit de crimine, & delictum probatum eſt, intrat pœna ordinaria depoſitionis & privationis beneficii, ibid. n. 26.
Privatus propter crimen non poteſt ad idem beneficium promoveri abſque diſpenſatione, diſcept. 13. n. 28.
Proviſus de beneficio curato cujus erat adminiſtrator, ſi in adminiſtratione continuat, pœnam privationis incurrit ipſo jure, ibid. n. 28.
Et tale jus, quo privatur ipſe adminiſtrans, tribuitur colliriganti ſi adeſt, ibid.
Amplia, ut procedat non ſolum in electo, ſed etiam in præſentato ad quodlibet beneficium, ibid. numer. 28. & 51.
Canonicus, ut propter abſentiam privetur Canonicatu, expectari debent tres anni, in quorum primo privetur medietate fructuum, in ſecundo omnibus fructibus, & in tertio titulo Canonicatus, diſcept. 34. numer. 3.
Statutum prohibens Canonicis non reſidentibus perceptionem medietatis fructuum non tollit pœnam privationis ex diſpoſitione juris, diſcept. 9. n. 32.
Secus in illis Capellaniis, quæ, ſecluſa peculiari lege, reſidentiam non requirunt, ibid.
Beneficia Eccleſiæ non numeratæ ſeu receptitiæ non dicuntur vacare, diſcept. 17. n. 61.
Qui narrat beneficium vacare, ſupponit Eccleſiam eſſe numeratam, & facit mentionem de numero, ibidem num. 62.
Literæ proviſionis, ſi non juſtificatur vacatio ex capite narrato, non ſunt exequendæ ex alio capite diverſo inducente vacationem, diſcept. 22. n. 30.
Amplia, non obſtante clauſula *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo* vacaverit, ibid.
Reſervatio collationum ad occurrendum diutinæ vacationi beneficiorum eſt favorabilis, ibidem numer. 38.
Beneficia de collatione alicujus dignitatis ſi vacant, illa dignitate vacante, eorum collatio ſpectat jure proprio, & nativo ad ſucceſſorem in dignitate, non ad immediatum Superiorem, ibidem numer. 47. & ſeqq.
Stante lege fundationis, quod conferatur pauperi, & ſtatim vacat, ſi poſt proviſionem acquirat quandocunque aliud Beneficium quorumvis ſimplex & compatibile, ex quo deſinat eſſe pauper, non vacabit per aſſecutionem aliorum compatibilium, ſi de primo proviſus non fuit uti pauper, & qualificatus, diſcept. 22. num. 39.
Vacat Canonicatus impetratus a retinente alios incompatibiles ob non factam de illis mentionem in nova proviſione, diſcept. 8. n. 36.
Vide *Beneficium quoad incompatibilitatem.*

Beneficium quoad Incompatibilitatem.

Decretum reſervationis appoſitum in proviſione ſecundi beneficii incompatibilis tollit omnem aliam diſpoſitionem, & jus ſive providendi ſive nominandi etiam Cardinalium, diſcept. 25. n. 37. & 42.
Tollit quodcunque jus cujuſvis ulterius collatoris, diſcep. 27. n. 45.
Et ſuſpendit ſpecialia, & individua gratiarum præcedentium, ibid. n. 42.
Et non poteſt intelligi de reſervatione menſium aut aliis generalibus jam ſublatis per Bullam Pianam, ibidem numer. 39.
Proviſus ab Ordinario de beneficio incompatibili poteſt, data opera, differre capturam poſſeſſionis in menſe non reſervato, diſcept. 12. n. 64.
Item poteſt, data opera, reſignare primum ante adeptionem ſecundi ab Ordinario, ibidem.
Contrarium decidit Rota, ibid.
Sed primam opinionem tuetur author, ibid.
Regula 3. Cancellariæ annullat reſignationes, & dimiſſiones ſive liberas, ſive ad favorem factas per eum, qui aſpirat ad aliud beneficium incompatibile tunc vacans conferendum a Papa, ibid. n. 38.
Vide *Regula.*
Beneficia Juriſpatronatus laicorum non cadunt ſub reſervatione *extrav. execrabilis* inducta per aſſecutionem incompatibilium, ibid. n. 59.
Vide *Beneficium de Jurepatronatus.*
Promittens impetrare diſpenſationem pro retentione utriuſque beneficii non poteſt allegare bonam fidem circa illorum compatibilitatem, diſcept. 8. numer. 33.
Vacat Canonicatus impetratus a retinente alios incompatibiles ob non factam de illis mentionem in nova proviſione, ibid. n. 36.
Per non dimiſſionem primi Canonicatus intra bimeſtre a die adeptæ poſſeſſionis ſecundi ipſo jure vacat uterque, ibid. n. 29.
Limita ex generali conſuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas in diverſis Collegiatis, ibid. n. 30.
Contrarium, niſi interveniat diſpenſatio Apoſtolica, quæ tamen paſſim conceditur pro Canonicatibus Germaniæ, ibid. n. 31.
Lis mota ſuper fructibus Canonicatus, poſtquam jam vacaverat ob non dimiſſionem alterius incompatibilis, non impedit dictam vacationem, ibidem numer. 35.
Modicitus redituum non eximit Canonicatus ab onere reſidentiæ, nec tollit incompatibilitatem cum aliis reſidentialibus, ibid.
Reſidentia cauſativa tantum, & non præciſa non inducit perſonalem incompatibilitatem, ibidem numer. 30.
Extincta Collegiata, vel etiam diruta Eccleſia ex hoſtium irruptione, & ſimili cauſa accidentali, adhuc ejus Canonicatus judicantur uti requirentes reſidentiam actualem, & ori incompatibiles cum alio beneficio reſidentiali, diſcept. 8. n. 19.
Contrarium, ibid. n. 30.
Declara primam procedere ubi adeſt ſpes probabilis & proxima reparationis; ſecus ſi ſpes ſit tantum remota, ib. num. 19.
Epiſcopus an diſpenſare poſſit ad duo beneficia ſub eodem tecto, diſcept. 42. n. 1. & ſeqq.
Epiſcopus diſpenſare non poteſt ad duo beneficia ſub eodem tecto, ſi ſint conformia, puta duo Canonicatus, vel duæ Præbendæ; ſecus ſi ſint deſformia, ut dignitas cum Canonicatu, vel Præbenda, ibid.
Reprehenduntur Garzias & alii cum eo ſupponentes, beneficia difformia ſub eodem tecto eſſe compatibilia abſque diſpenſatione Epiſcopi, vel iſtam non ſuffragari, ſuppoſita incompatibilitate, ibid. n. 2.
Epiſcopus poteſt diſpenſare ad beneficium curatum cum ſimplici Capellania in eadem Eccleſia, ibidem numer. 3.
Declara, ut diſpenſatio Epiſcopi ab beneficia difformia ſub eodem tecto debeat eſſe expreſſa, ibidem numer. 4.
Et ex magna, & evidenti Eccleſiæ utilitate, aut urgenti neceſſitate, aut maxima prærogativa meritorum, alias diſpenſatio non valeret, ibid.
Epiſcopus licet poſſit ex cauſa diſpenſare ad duo Beneficia ſub eodem tecto, tamen periculoſum eſt an cauſa ſubſit ea, quam Canones requirunt, ibid.
Epiſcopus prohibetur ex Concilio *ſeſſion. 24. capite 17. de Reformat.* conferre ſecundum beneficium habenti primum ſufficiens ad ſuſtentationem, ibidem numer. 5.
Fortius intrat hæc prohibitio, ſi beneficia ſint ſub eodem tecto, ibid.
Dicta diſpoſitio Concilii non habet locum in beneficiis de Jurepatronatus, ibid. n. 7.
Contrarium de veriori, ibid.
Cauſa diſpenſandi in Epiſcopo non præſumitur, ſed eſt probanda, ibid. n. 6.
Per aſſecutionem ſecundi beneficii etiam inſufficientis ab Epiſcopo, licet expreſſe diſpenſante, vacat ipſo jure primum ſufficiens, ibid.
Et ſi utrunque retinere tentaverit, utrunque vacat, ibid.
Articulus Juris dubios excuſat hoc caſu a pœna privationis utriuſque, ibid. n. 6.
Poteſt tamen privari legitime data proviſo electione, ſeu optione, ut alterum, quod maluerit, retineat, ibidem.

Beneſ.

Beneficium Juriſpatronatus,

Vide *Juſpatronatus,*

Beneficium quoad lites,

Vide *Lis.*

Beneficium Eccleſiæ Receptitiæ.

Beneficia etiam Eccleſiæ non numeratæ ſunt vera beneficia Eccleſiaſtica, diſcep. 17. n. 11. n. 61.
Non tamen ſunt numerata, nec dicuntur vacare, ibid. num. 61.
Beneficia Eccleſiæ receptitiæ, quæ vere non vacant, non cadunt ſub regula reſervatoria menſium, nec ſub qualibet alia generali reſervatione Apoſtolica, ibidem num. 52.
Nec poſſunt permutari, & reſignari, ibid.
Qui narrat beneficium vacare, ſupponit Eccleſiam eſſe numeratam, & facit mentionem de numero, ibidem num. 62.
Proviſus Apoſtolicus tenetur probare Eccleſiam eſſe numeratam pro verificatione ſuarum literarum, ibid. n. 63. & ſeqq.
Et quidem plene, & concludenter, alias in dubio non intrat reſervatio, ibid. n. 64.
Nec ſufficit, ſi hoc probaret cum ſtatuto dubio cum obſervantis duarum aut trium proviſionum Apoſtolicarum, ſi omnes ultimi ſtatus eſſent pro Eccleſia receptitia, ibid. n. 65.
Limita, ſi contrarius ſtatus ſcilicet Eccleſiæ numeratæ eſſet clarus per publicum inſtrumentum rem judicatam aut confeſſionem partis, alias ultimus ſtatus attenditur favore proviſi ab Ordinario, ibid n. 66.
Declara, prædicta procedere in proviſione Ordinarii facta, & conſummata ante proviſionem Apoſtolicam, ibid.
Vacatio impropria, & collatio impropria datur in Eccleſiis receptitiis, ibid. n 57.
Lex in Eccleſiis non numeratis præfixit numerum tacitum beneficiorum, & in genere, ut nempe tot ponantur Clerici, quot poſſunt abſque penuria ex reditibus Eccleſiæ ſuſtentari, ibidem numer. 23. 25. & 29.
In Eccleſiis receptitiis ſicut intrat exceptio, ut plures non admittantur, quam ex bonis Eccleſiæ citra penuriam ſuſtentari poſſunt; ita per contrarium intrat præceptum affirmativum, ut tot debeant recipi, quot ſuſtentari poſſunt abſque penuria, ibidem numer. 23.
Numerus in Eccleſia receptitia dicitur tacitus ſive in genere, & eſt poſitus ſi lege, ibidem numer. 24. & 29.
Et iſte numerus tacitus, & in genere non facit Eccleſiam numeratam, ibid. n. 25.
Et non eſt numerus certus, ſed variabilis, ibid. n. 27. 29. & 35.
Suſtentatio abſque penuria, & ſuſtentatio commoda differunt inter ſe, ibid. n. 28.
Eccleſiam receptitiam tot debere recipere, quot poteſt ſuſtentare, intelligitur de ſuſtentatione abſque penuria, non de commoda, ibid.
Commoda ſuſtentatio non eſt applicabilis Eccleſiæ receptitiæ, ſed Eccleſiæ numeratæ, & notantur Gonzales, & Rota, quod voce commodæ ſuſtentationis uſi ſint reſpectu Eccleſiæ non numeratæ, ibid.
Statutum Eccleſiæ, quod in ea recipiantur tot Clerici, quot ex reditibus abſque penuria ſuſtentari poſſunt, non facit eam numeratam, etiamſi taxaret in certa quantitate ſuſtentationem non penurioſam, ibid. n. 32. & ſeqq.
Taxatio ſummæ pro ſuſtentatione abſque penuria in Eccleſia receptitia fieri poteſt per Conſtitutionem Synodalem, & per ſtatutum Eccleſiæ, ibid.
Habens Jus ponendi Canonicos in Eccleſis non numerata, ſi velit alios addere, & Eccleſiæ reditus non ſufficiant ad ſuſtentationem non penurioſam, poteſt repelli, ibid. n. 28.
Amplia, etiamſi nona tantum ex beneficiatis, ſeu Canonicis diſſentiret, ibid.
Item amplia, ut etiam proviſus Apoſtolicus in Eccleſia non numerata cum expreſſa illius mentione in gratia repelli poſſit exceptione defectus facultatum Eccleſiæ, ibid.
In Eccleſia non numerata non eſt neceſſarius conſenſus Canonicorum ad admittendos novos beneficiatos propter augmentum redituum, ſed ad id compelli poſſunt per Superiorem etiamſi omnes recuſarent, ibid. n. 22. & 26.
Eccleſia receptitia eſt, quæ non ſolum poteſt, ſed tenetur recipere alios Clericos cives, & oriundos ad ejus ſervitium cum ſuo congruo emolumento, ibidem numer. 32.
In Eccleſia receptitia per creſcentiam redituum creſcunt ipſo jure novi beneficiati abſque facto Superioris; ſecus in Eccleſia numerata, ibid.
Eccleſia poteſt eſſe receptitia, & numerata, nec bene arguitur a receptitia ad non numeratam, ibidem numer. 19.
Contrarium firmatur contra Lotherium, ibid.
In Eccleſia non numerata non poteſt dari vacatio alicujus Canonicatus ſeu Præbendæ, ibidem numer. 52. 61. & 67.
In Eccleſia innumerata beneficia extinguuntur per obitum poſſeſſoris, & nova creantur per receptionem alterius, ibid. n. 10. 51. & 67.
Non variatur natura Eccleſiæ receptitiæ ſeu innumeratæ, ex quo unus vel alter Superior provideat, ibid. numer. 55.
Eccleſia ut dicatur receptitia, ſeu non numerata, requiritur, quod beneficiati ſeu Canonici ſint liberi collatores, ſeu electores, itaut Epiſcopus ſolum examinet proviſum ante immiſſionem, ibid. n. 7.
Contrarium, ibid. n. 8. & plur. ſeqq.
Epiſcopus habet Jus eligendi, & providendi, ſeu deputandi Clericos in Eccleſiis, etiam non numeratis, ibid. n. 11.
Et procedit tam in Eccleſiis Cathedralibus, quam in Collegiatis, & aliis inferioribus, ibid.
Electio de Jure pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul in Eccleſiis Cathedralibus, de conſuetudine tamen poteſt pertinere ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſolum Capitulum, ibidem.
Amplia, etiamſi agatur de ſimplici receptione in Canonicum, ibid.
Conſuetudo circa certum numerum Canonicorum non facit Eccleſiam numeratam, ibidem numer. 16. & num. 30.
Limita, ſi conſuetudo ſit præſcripta, & quid ad præſcriptionem requiratur, ibidem numer. 27. & ſeqq. num. 30.
Debet talis conſuetudo, ut præſcribatur, eſſe negativa, nempe quod habens Jus erandi Canonicos voluerit alios ponere rumpendo conſuetum numerum, fuerit repulſus, & acquieverit, ibid. num. 17.
Declara hoc, niſi volens augere numerum fuerit repulſus ob inſufficientiam redituum Eccleſiæ, quia tunc non intraret iſta præſcriptio, etiamſi laberetur curſus quadragenarius, ibid. n. 18.
Beneficia Eccleſiæ non numeratæ, ſeu receptitiæ non devolvuntur ad Superiorem, ſi non provideantur intra ſemeſtre, ibid. n. 68.
Sed ut intret devolutio debet immediatus Superior præfigere terminum illi ad quem ſpectat inſtitutio, quo elapſo, & inſtitutione non facta poterit ipſe Superior providere, ibid. n 69.
Beneficia Eccleſiæ receptitiæ, ſeu non numeratæ non cadunt ſub reſervationibus Apoſtolicis, ibid. nu. 52. & 70.
Et ſi impetrentur a Papa tanquam vacantia, vel non facta mentione Eccleſiæ non numeratæ gratia ſit nulla, ibid. n. 71.
Secus ſi facta mentione Eccleſiæ non numeratæ Papa provideat, quia valet ex voluntate Papæ intendentis diſponere, remoto juris obſtaculo, ibidem nu. 72.
Reſignari & permutari non poſſunt beneficia Eccleſiæ non numeratæ, ibid.
Limita, ſi Papa ex certa ſcientia qualitatis Eccleſiæ admitteret reſignationem & permutationem, ibid.
Reliqua vide *in verbo Eccleſia.*

Beneplacitum.

Eccleſiæ receptitiæ ſtatum immutare non poteſt Epiſcopus nec Capitulum abſque beneplacito Apoſtolico, diſcept. 17. n. 45. & ſeqq.
Amplia, ut neque poſſit per viam præſcriptionis deficiente voluntate Papæ, & poteſtate, ac bona fide Epiſcopi, & Canonicorum, ibid. n. 46.
Neque exequendo proviſiones Apoſtolicas per ſpacium quadragenarium, ibid.
Nec obſervantia quadragenaria proviſionum Ordinarii, aut Capituli immutari poteſt ſtatus Eccleſiæ receptitiæ in præjudicium univerſitatis loci, ibidem numer. 47.
Limita, ubi poſt immutationem concurreret obſervantia 50. annorum præſumens beneplacitum Apoſtolicum, ibid. n. 45.
Vide *Eccleſia receptitia, Obſervantia, Status.*
Penſionem citra ſimoniæ labem poſſit extingui accepto pretio abſque beneplacito Apoſtolico, diſcept. 11. n. 2. & ſeqq.
Vide *Penſio.*

Pro fundationibus Conventuum ſi Regulares circumadjacentes in diſtrictu quatuor milliarium diſſentiant, requiritur, quod conſtet novam fundationem eis non obeſſe, cum beneplacito Apoſtolico, diſcept. 36. numer. 1.

In fundationibus Conventuum extra Italiam non requiritur dictum beneplacitum, ibid. n. 2.

In Hiſpania non requiritur niſi conſenſus Ordinarii, ibid.

Centenaria obſervantia ſufficit, ut beneplacitum Apoſtolicum, Conſtitutiones derogatorias, vel aliud quodlibet neceſſarium, & opportunum jus ſive titulum adeſſe dicendum ſit, n. 8. V.

Auctoritas Papæ requiritur in imprimendo novum ſtatum regularitatis hoſpitali ſeculari, diſcept. 33. numer. 15. & 18.

Vide *Hoſpitale*.

Beneventum.

Beneventi Xenodochium certam quantitatem quotannis expendit pro Conventibus Minorum Provinciæ Angelorum, diſcept. 2. n. 90.

Benevolentia.

Argumenta quædam benevolentiæ erga ſponſum excluſiva metus in puella recenſentur, diſcept. 32. n. 21.

Berengarius.

Berengarius Rex Italiæ erexit ſuis expenſis Eccleſiam in Civitate Cremonen. ſub titulo S. Ægidii, diſcept. 8. num. 1.

Bertoldus.

Bertoldus Urſinus condemnatus fuit ad ſolvendum plura legata Fratribus Minoribus, diſcept. 2. n. 26.

Birettum.

Cauſa donandi in novis Cardinalibus finaliter proſieſcitur ex receptione biretti, diſcept. 51. n. 2.

Xenia donata cenſentur intimæ aulæ ſeu cameræ Summi Pontificis, qui miſit biretta Cardinalitia, ibidem num. 3.

Xenia data per novos Cardinales non pertinent ad cameram Pontificis creatoris prædefuncti, ſi mors illius contingat ante expeditionem Legatorum cum birettis, vel antequam Legati ad locum deſtinatum pervenerint, biretta tradiderint, & acceperint xenia, ibid.

Novi Cardinales habent affectionem, & obligationem, ſeu convenientiam antidoralem erga illum Pontificem, qui eis contulit inſignia Cardinalitia, ibid. numer. 2.

Intentio Cardinalium de novo promotorum non potuit eſſe donandi Cameræ in genere cujuſvis Summi Pontificis, ſed illius tantum Pontificis, qui ad eos miſit Legatos cum birettis, ibid.

Bivium.

Verba ſtare in bivio omni jure prohibetur, diſcept. 48. n. 10.

Bona.

Bona ſtabilia, & cenſus poſſidere non poſſunt Fratres Minores de Obſervantia, diſcept. 2. n. 2.

Patres Societatis Jeſu tam privatim, quam communiter ſunt incapaces in domibus profeſſis cujuſcunque juris ad bona ſtabilia retinenda, ibid. n. 75.

Eorum Collegia non habeat hanc incapacitatem, ibid.

Bona Conventualium in Hiſpania S. Pius V. applicavit Monialibus ſub obligatione ſolvendi certam quantitatem annuatim Minoribus, injuncto iſtis onere ſatisfaciendi officiis, ad quæ tenebantur Conventuales, ibid. num. 80.

Juſpatronatus non eſt in bonis ultimi poſſeſſoris, ſed quid perſonale ab illis diſtinctum, diſcept. 4. n. 7.

Renunciatio reſtricta ad prætenſiones in bonis fraternis non includit Juſpatronatus, ibid.

Juſpatronatus hæreditarium ſimpliciter eſt annexum bonis, & tranſit cum illorum univerſitate, ibidem numer. 17.

Juſpatronatus tranſit cum univerſitate bonorum, ibidem num. 82.

Etiamſi de eo nulla ſit facta ſpecialis mentio, ibid. numer. 93.

Juſpatronatus tranſit cum univerſitate bonorum, ſi diſpoſitio loquitur univerſaliter de bonis, & juribus; ſecus ſi ſit reſtricta ſimpliciter ad bona, ibidem numer. 83.

Nomine bonorum non veniunt jura incorporalia, ibid.

Nomine bonorum juxta verum, & proprium ſignificatum non veniunt jura honorifica, ibid. n. 86.

Juſpatronatus venit etiam appellatione bonorum, ubi concurrit plenitudo ſeu totalitas, ibid. n. 95.

Juſpatronatus an tranſeat necne cum univerſitate bonorum in renunciatione, obſervantia non parum attenditur, ibid. n. 96.

Beneficia ſunt etiam quædam noſtra bona, diſcept. 6. num. 19.

Diſpoſitio Concilii, *ſeſſ.* 25. *cap.* 26. *de Regul.* loquitur generaliter non diſtinguendo inter renunciationem bonorum, vel beneficiorum, ibidem numer. 14. & numer. 57.

An, & quando Clericus fundator beneficii præſumatur fundaſſe, & dotaſſe de bonis Eccleſiæ, vel de propriis, ibid. n. 17. & ſeqq. n. 43. & ſeqq.

Clericus peccaret graviter, qui fundans beneficium de bonis Eccleſiæ reſervaret laicis jus præſentandi, ibid. n. 18. & 44.

Epiſcopus vero talem reſervationem approbando nedum peccaret, ſed etiam nulliter procederet, ibid.

Itaut hujuſmodi reſervatio Juriſpatronatus pro laicis eſſet nulla uſque ab initio, ibid. n. 18.

Poſſeſſio juris præſentandi penes laicos arguit indubitatam beneficii erectionem de bonis prophanis, ibid. n. 19. 20. & 45.

Verba *de bonis ſibi a Deo datis* non probant, bona eſſe Eccleſiaſtica, ibid. n. 20.

Etiam laici in ſuis elogiis dicunt diſponere de bonis ſibi a Deo datis, ibid.

Omnia bona noſtra recognoſcimus ex Deo, ibid.

Verba *de bonis ſibi a Deo datis* non congruunt bonis Eccleſiaſticis, quia non ſunt data Clerico, excepto victu, & neceſſariis, reliquum eſt Eccleſiæ, & pauperum, ibid. n. 20.

Natura Juriſpatronatus quoad illius Eccleſiaſticitatem vel laicitatem unice deſumitur ex qualitate bonorum, quæ fuerunt in illius erectione erogata, ibidem numer. 41.

Fructus Vicariæ vacantis pertinent ad ſucceſſorem, ſi diſmembratio bonorum pro congrua facta eſt quoad plenum dominium proprietatis & uſusfructus; ſecus ſi fuit aſſignatio quoad uſumfructus, diſcept. 27. n. 32.

In materia præſumptionis ſponſalium attenditur etiam diſparitas divitiarum & bonorum, diſceptat. 32. numer. 77.

Bonaventura.

S. Bonaventuræ doctrina circa legata perpetua per Fratres Minores retinenda, diſcept. 2. n. 128. & ſeqq. n. 162. & ſeqq. n. 77.

S. Bonaventura monet, qualiter proteſtari debeant Fratres Minores recipiendo legata perpetua, ibid. numer. 5. & 41.

Bonifacius.

Bonifacius VIII. *in extrav. injuncta de elect.* quid diſpoſuerit. Vide *extrav.*

Bonus.

De bono in malum nemo repente mutatur, ſed paulatim, diſcept. 22. n. 3.

Bos.

Duellum propter caput bovis in ſcuto impreſſum inter Gallicum, & Januenſem quomodo eluſum, diſcep. 49. n. 5.

Bracharenſe.

Concilium Vide *Concilium*.

Brachium.

Habens brachia impedita, alligata, & motu carentia eſt incapax laborandi & militandi, diſcep. 48. n. 15.

Bravo.

Frater Didacus Bravo Pater Provinciæ Angelorum Minorum Obſervantium auctor libelli inſcripti *Manuale Tabellionum*, diſcept. 2. n. 95.

Breve.

In Secretaria Brevium dantur expeditiones juxta narrativam petentium, diſcep. 9. numer. 34.

Breve Urbani VIII. ſuper diſtractione bonorum ad Patres olim Conventuales provinciæ Turoniæ, & ſuper retentione annuorum legatorum pro Miſſis &c. diſcep. 2. n. 58. uſque ad numer. 86.

Breve Gregorii XIII. ſuper præcedentia Capituli Pennen., diſcept. 9. numer. 83.

Bulla.

Bulla una alia explicat, ac declarat, diſceptat. 9. numer. 19.

Bullæ expediuntur ad tenorem cedulæ Conciſtorialis, & iſta reputatur loco Bullæ, & attenditur cedula Conciſtorialis, non decretum Conciſtoriale, ibidem num. 30.

Si error eſt clarus in decreto Conciſtoriali, correctio fieri poteſt a miniſtro abſque participatione R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, ibid. n. 31.

Pro expeditione Bullarum attenduntur cedulæ proviſionum, & non decreta Conciſtorialia, ibidem numer. 61.

Per Bullam erectionis probari poteſt Collegialitas Eccleſiæ, vel per ſigna, argumenta, & conjecturas, diſcept. 8. n. 9.

Bulla erectionis probatur in antiquis ex teſtimonio hiſtoricorum, ibid. n. 10. & ſeqq.

Maxime, quando hiſtorici narrant circumſtantias particulares dictæ erectionis, ibid. n. 11.

Et quando hiſtorici etiam in aliis libris inconcuſſe faciunt mentionem de Collegialitate, ibid. n. 12.

Et quando etiam ab aliis hiſtoricis fit mentio de dicta Collegialitate, ibid.

Enunciativæ ſufficiunt in hac materia, ibid.

Bulla Piana circa Vicarias derogavit reſervationi menſium, & aliis generalibus, quæ tunc extabant, diſcep. 27. n. 38.

Non applicatur dicta Bulla Piana, quando collatio Vicariæ ſpectat ad Prælatum inferiorem, ibidem numer. 52.

Si Papa non derogavit in ſpecie huic Bullæ decretum reſervationis, non ſufficit ad tollendum Rectori habituali jus nominandi Vicarium, ibidem n. 9. 22. 14. & ſeqq.

Nec ſufficiunt clauſulæ generales *non obſtantibus Indultis, & quorum tenores*, ibid. n. 11.

Reſervatio etiam ſpecialis non obſtat juri nominandi Rectori competens ex Bulla Piana in Vicariis erectis poſt Concilium; & quid de erectis ante Concilium, ibidem num. 28.

Contrarium, & quod procedat tantum in reſervationibus generalibus, ibidem numer. 37. & ſeqq. num. 49. & ſeqq.

Bulla S. Pii V. prohibens Ordinariis beneficia reſignata conferre conſanguineis, & familiaribus non eſt olim recepta in Germania, diſcept. 12. n. 31.

Neque comprehendit Cardinales Epiſcopos, ibid.

Breve Gregorii XIII. cum relatione Bullæ erectionis, & prærogativis Capituli Pennenſis, diſcept. 9. numer. 83.

Pauli IV. in Bulla ex Clement. §. *ſupplentes*, & aliorum Pontificum declarationes, quod acceptatio annuorum legatorum pro Miſſis non repugnat paupertati Minorum, diſcept. 2. n. 80.

Bulla Urbani VIII. ſuper confirmatione Conventus Victoriæ cum patronatus Comitum de Tribiana in tota Provincia Cantabriæ Minorum Obſervantium, ibidem n. 101. & ſeqq.

Buzzius.

D. Advocati Joannis Mariæ Buzzi Auctor fuit ſtudiorum coadjutor, diſcept. 4. n. 15.

Cadaver.

Obligatio vocandi Parochum ad aſſociandum cadaver intelligitur de Parocho actuali deputato per Capitulum, non de ipſo Capitulo habitualem curam habente, diſcept. 30. n. 4. & 5.

Non eſt in facultate hæredum omittere proprium defuncti Parochum in aſſociatione cadaveris, ibidem numer. 6.

Amplia, etiamſi defunctus juſſerit acceerſiri tantum Regulares, ibid.

Et procedit non in ſolo Parocho ſingulari, ſed etiam in Collegio, ſeu Capitulo repræſentante Parochum, & habente annexam curam animarum, ibid. n. 7.

Contrarium, & quod procedat ſolum in Parocho actuali eſt verius, ibid. n. 8.

Limita hoc contrarium, ſi adeſt conſuetudo vocandi Capitulum, quando invitantur plures cruces, quia tunc hæc conſuetudo ſervanda eſt, ibid. n. 9.

Eccleſia titularis habet jus potentius pro habendo cadavere Cardinalis, quam Eccleſia Parochialis, intra cujus fines deceſſit, diſcept. 51. n. 20.

Caſus referuntur, in quibus Eccleſia titularis obtinuit in ea ſepeliri cadaver Cardinalis privative ad Eccleſiam Parochialem, ibid. n. 25.

Vide *Cardinales*, *Funus*, *Sepultura*, *Pitonii Diſcept. Pars II.*

Calamitas.

Frequentiſſimum calamitatis initium ipſa ſecuritas, diſcept. 11. n. 25.

Calamitas novæ opinionis ea eſt, quod primi exempli authoritatem expectat, diſcept. 29. n. 15.

Calderinus.

Calderini *conſ. 4. de Jurep.* quod fundator reſervans extraneo Jus nominandi intelligatur cumulative cum in ipſo, & propriis hæredibus, declaratur, diſcept. 4. num. 69.

Calor.

Calor defenſionis, & amor cauſæ in conſulentibus ſunt propriæ opinionis deterrimi Judices, diſcept. 27. numer. 2. adde *Card. de Luca de credit.* diſcept. 10. numer. 29.

Camera.

Fructus Vicariæ perpetuæ vacantis ſpectant ad ſucceſſorem, ubi non intrat Camera, diſcept. 27. numer. 31.

Privilegium Camerale nil aliud continet quam generalem exemptionem, ſeu franchitiam conceſſam officialibus Cameræ ab omnibus gabellis, & vectigalibus, diſcept. 33. n. 3.

Et nihil commune habet cum exemptione a Cathedratico, ibid.

Verba privilegii Cameralis trahi non poſſunt, ut eximant Camerales a Cathedratico, ane aliis juribus Epiſcopalibus in corpore ſacrorum Canonum ſcriptis, ibid. n. 3. & 5.

Privilegium Camerale non eſt directum ad liberanda beneficia, ſed reſpicit perſonas, ibid. n. 24.

Nec comprehendit Cathedraticum, ibid.

Privilegium Camerale de quibus ſubſidiis veniat intelligendum, ibid. n. 17.

Privilegium Camerale eſt reale, ibid. n. 18.

Camera unius Pontificis non ſuccedit, neque eſt hæres alterius Cameræ alterius Pontificis, diſcept. 51. numer. 10.

Camera Pontificia extinguitur per mortem ipſius, ibid. num. 14.

Camera Pontificis ſucceſſoris non eſt eadem, ſed diverſa a Camera Pontificis anteceſſoris, ibid. n. 15.

Hæres Cameræ extinctæ per mortem Pontificis ſunt illius cubicularii poſt finitum officium, non autem Camera Pontificis ſucceſſoris, ibid. n. 22.

Cubiculariis Pontificis debentur xenia etiam non exacta tempore mortis ejuſdem, ſi jam ante mortem habebant Jus ad exigendum, ibid. n. 8.

Intentio Cardioalium de novo promotorum non potuit eſſe donandi Cameræ in genere cujuſvis Summi Pontificis, ſed illius tantum, qui ad eos miſit Legatos cum birettis, diſcept. 51. n. 2.

Vide *Cardinales*, *Xenia*.

Camerarius.

Factum Cardinalis Camerarii non præjudicat Summo Pontifici in exactione annonæ, diſcept. 18. n. 31.

Immo nec illi præjudicat factum totius Collegii Cardinalium, ſed requiritur factum ipſius Pontificis, ibid.

Quod procedit etiam ad firmandam obſervantiam, diſcept. 19. n. 2.

Cancellaria.

In Cancellaria Abbatiali recognoſci ſtatus liberos, & eorum atteſtationes probatur, ex quo in ea reperiuntur licentiæ Ordinariorum viciniorum, diſcept. 20. num. 8.

Cancellariæ, & Datariæ officialium favorem ſolum reſpicit decretum apponi ſolitum per reviſores in ſupplicatione gratiæ revalidatoriæ, quod debet expediri intra tres menſes ſub pœna nullitatis, diſcept. 12. num. 52.

Et Cancellariæ Regens ſolet concedere licentiam expediendi, non obſtante lapſu dicti temporis, ibid.

Regulæ Cancellariæ. Vide *Regula*.

Candela.

Candelæ, & cerei in anniverſariis, & funeribus ſi dantur ad manus ſingulorum, debentur etiam Privilegiatis legitime abſentibus; ſecus ſi dantur inſeparate Camerario, aut alteri Capitulum repræſentanti, diſcept. 2. num. 33.

Idem procedit in cereis ſeu pecunia legata Canonicis præſentibus in choro officiis celebrandis, ibid.

Candelas & palmas ante Canonicos accipiunt parati, ſi ſunt Canonici ſecus ſi non ſunt Canonici; quia tunc Canonici debent præferri, diſcept. 15. n. 5.

Idem ordo ſervandus in ſacra communione cum Capitulo, qui ſervatur in diſtributione palmarum & candelarum, ibid. n. 4.

Canonici parati præferuntur Vicario Epiſcopi generali in thurificatione, diſtributione candelarum, & palmarum, in receptione cinerum, crucis adoratione, & aliis functionibus Eccleſiaſticis, diſcept. 15. n. 8.

In diſtributione candelarum poſt Canonicos præferuntur Magiſtratus ſeculares reliquis Presbyteris de gremio Eccleſiæ, ibidem n. 7.

Parochi quando cadavera tumulantur in Eccleſiis Regularium poſſunt prætendere candelam majorem, & honorificentiorem ratione prærogativæ, diſcept. 50. numer. 18.

Cannitæ.

Marchiones de Cannita totius Religionis Minorum patronatum obtinuerunt aſſignata collecta pro Capitulis generalibus in Italia, diſcept. 2. n. 92. & ſeqq.

Canones, Canoniſtæ.

Quænam ſint pœnæ antiquorum Canonum, quas innovavit Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. de Reform. capit. 2.* ſtatuens, ne quis promoveatur ad ſacros Ordines abſque titulo beneficii, quod poſſideat, diſcept. 40. numer. 6.

Sententia Canoniſtarum, quod in matrimonio conditionato ſolemnitates conciliares non debeant intervenire de tempore impletæ conditionis, originem habuit ante Concilium, ſed non procedit attento jure Concilii, diſcept. 55. n. 17. & ſeqq.

Opinio Canoniſtarum præferenda eſt Theologis in hac materia, ibid. n. 17.

Paludani auctoritas graviſſima in canonicis, & theologicis materiis, ibid. n. 99.

Multi Canones in materia matrimoniorum, & ſponſalium non bene omnia ponderarunt, ibid. n. 92.

Canones inducentes impedimentum publicæ honeſtatis ſunt valde exorbitantes a jure communi, & quantum fieri poteſt reſtringendi ad limites modicæ rationis, cui innituntur, ibid. n. 95.

Sunt tamen obſervandi, quia ſic placuit Papæ ſtatuere, cui in talibus credendum eſt, ibid.

Canoniſtæ male intellexerunt gloſſ. *in can. prim.* in verbo *conſtituendum diſtinct.* 18. diſcep. 16. n. 25.

Princeps Canoniſtarum Innocentius IV. Vir doctiſſimus diſcept. 9. n. 49.

Canonicus, Canonicatus.

Canonici abſentes, Vide *Abſentia*.

Canonicatuum, & Præbendarum alia emolumenta dari, & excogitari non poſſunt præter fructus, quam illa, quæ conſiſtunt in diſtributionibus, diſcept. 2. numer. 26.

De conſuetudine fere univerſali Hiſpaniæ tres ex quatuor partibus redituum Canonicalium conſiſtunt in diſtributionibus, ibid. n. 27.

Canonicus Miſſam privatam celebrans tempore divinorum non dicitur intereſſe, nec gaudet diſtributionibus, ibid. n. 26.

Ceræ, & pecunia legata Canonicis præſentibus in choro officiis celebrandis, ſi dantur ad manus ſingulorum debentur etiam privilegiatis legitime abſentibus; ſecus ſi dantur inſeparate Camerario aut alteri Capitulum repræſentanti, ibid. n. 33.

Canonici Parati præferuntur Vicario Epiſcopi generali in purificatione, diſtributione candelarum & palmarum, in receptione cinerum, adoratione crucis, & aliis functionibus Eccleſiaſticis, diſceptatione 15. numer. 8.

Vide plura in verbo *Candela*.

Privilegium concedens fructus & emolumenta quæcunque Canonicatuum & Præbendarum, non comprehendit anniverſaria illis tantum proprie debita, qui pro redemptione animarum Dei opem implorant, niſi aliter in eo expreſſum ſit, diſceptat. 2. numer. 35.

Aſſiſtentes altari cum paramentis præferri debent Canonicis in ſumenda communione, ſi ſint Canonici, ſeu de corpore Capituli; ſecus ſi ſint exteri, diſcept. 15. n. 4.

Diaconus & Subdiaconus aſſiſtentes celebranti quare debeant eſſe Canonici, ibid. n. 5.

Parati etiam exteri præferuntur Capitulo in Communione ſumenda, ibid. n. 8.

Capitulum a ſolis Canonicis conſtituitur, ibidem numer. 7.

Epiſcopus, qui præſcripſit contra Capitulum poteſtatem puniendi Canonicos abſque illius conſenſu, reſpectu certi delicti, non poteſt idem prætendere reſpectu aliorum delictorum, diſcept. 16. n. 4.

Conſenſus Capituli requiritur etiam ad creandum Canonicos ſupranumerarios, ibid. n. 35. & 76.

Conſenſus Capituli requiritur in iis, quæ concernunt intereſſe Canonicorum, ut ſunt alienatio rerum Eccleſiæ, & alia concernentia intereſſe commune Capituli & Canonicorum, ibid. n. 44.

Canonicorum ſupranumerariorum creatio eſt de arduis concernentibus intereſſe commune Capituli, & Eccleſiæ, ibid n. 76.

Eccleſia innumerata cenſetur, quæ non habet numerum certum neque Canonicorum, neque Præbendarum, diſcept. 17. n. 5.

Vide plura ſub verbo *Eccleſia*.

Canonia & Præbenda in quo differant, ibid. n. 15.

Canonia quid ſit, ibid.

Conſuetudo valet, ut Epiſcopus pro ſuo jucundo adventu create poſſit Canonicum novum, cui ſtatim provideatur de portione in qualibet Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, quæ ſit numerata; non tamen habeat Præbendas diſtinctas, ibid. n. 76.

Secus, ſi ſint diſtinctæ Præbendæ, quia tunc non debet ei provideri de Præbenda, ſed expectabitur vacatio alicujus ex Præbendatis, ibid. n. 77.

Non poteſt tamen Epiſcopus hoc caſu creare Canonicum cum promiſſione Præbendæ vacaturæ, ſed ſimpliciter create Canonicum, ibid. n. 78.

Qui Canonicus ſic creatus haberet ſtallum in choro, vocem in Capitulo, & diſtributiones quotidianas, &, vacante deinde Præbenda, ſibi deberetur tanquam Canonico, & ratione receptionis in Canonicum, ibid. num. 79.

Si tamen Epiſcopus crearet Canonicum cum promiſſione Præbendæ vacaturæ, ſeu futura ſucceſſione in Præbenda in effectu relata ad tempus vacationis, & collatio Canonicatus eſſet pura, teneret collatio Canonicatus, & vitiaretur futura ſucceſſio in Præbenda, ibid. n. 80.

Et nihilominus, vacante aliqua Præbenda, illa deberetur, non ea vi promiſſionis, ſed de jure Canonico jam recepto, ibid. n 81.

Canonici Cathedralis Eugubinæ habent jus eligendi ad Canonicatus in ea vacantes, quatenus nulla adſit reſervatio, diſcept. 2. n. 103.

Non facta vel non concluſa electione in termino ſemeſtris ad Canonicatus Magiſtrales & Theologales eſt locus devolutioni, ibid n. 114.

Et Superior, ad quem fit devolutio, non tenetur eligere unum ex oppoſitoribus ab Ordinario examinatis in tempore ſemeſtris, ibid.

Vide in verbo *Electio*.

Forma *capit. quia propter de elect.* non eſt ſervanda, ubi agitur de Canonicatu ſeu dignitate inferiori, ibidem num. 138.

Quando omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, duæ illarum partes ſuccedunt loco Præbendæ, diſcept. 32. n. 1.

Idem procedit, ſi fructus ſint valde tenues, & quomodo intelligatur eorum tenuitas, ibid. n. 2.

Diſtributiones etiam, quæ ſuccedunt loco Præbendæ, perdit Canonicus abſens abſque monitione, ibidem num. 3.

Vide *Diſtributiones*, *Abſentia*.

Canonicus carceratus ob grave delictum, & illo non probato miſſus in exilium ad tempus, perdit diſtributiones etiam quæ ſuccedunt loco Præbendæ tempore carcerationis, & exilii, ibid. n. 7. & ſeqq.

Contrarium, ibid. n. 10. & ſeqq.

Canonico juſte carcerato, & exuli non debentur fructus conſiſtentes in diſtributionibus, ibid. n. 9.

Et præſumptio ſtat pro juſtitia condemnationis, niſi Canonicus ſuam juſtificaverit innocentiam in judicio, ibid.

Canonicus coadjutus an poſſit optare Præbendas annexas Canonicatui, diſcept. 10. n. 1. & ſeqq.

Vide *Coadjutor*, *Optio*.

Canonici non prohibentur eſſe teſtes in cauſa Capituli, quando agitur de probando facto, quod aliis innoteſcere non poteſt, ut eſt modus eligendi, diſcept. 24. n. 78.

Nec quando Capitulum tempore depoſitionis non erat ad cauſam, ibid.

Eccleſia Collegiata S. Ægidii Civitatis Cremonenſis remanſit ſub titulo Parochialis, expulſis Canonicis, & quomodo, & quando fuerint expulſi, diſcept. 8. n. 1. & 13.

Epiſcopus poteſt in Collegiata conſtituere novos Canonicatus, ibid. n. 2.

Limita, ſi Eccleſia habitu tantum, & non actu ſit Collegiata, ibid. n. 3.

Declara, ut tunc debeat prius illi reſtituere actualem Collegialitatem, & quomodo, ibid. n 8.

Argumentum Collegialitatis eſt, ſi probatur in Eccleſia adfuiſſe Præpoſitum cum Canonicis, ibid. n. 14.

Colle-

Digitized by Google

Collegialitas Eccleſiæ ſi eſſet ex aliqua cauſa accidentali, puta morte Canonicorum oppreſſione hoſtium, & ſimilibus, ſemper durare cenſetur in habitu, licet non in actu, vel uſu, ibidem numer. 17. & 18.

Amplia, etamſi non fuerit in acta vel uſu per quodcunque ſpatium longiſſimi temporis, ibid.

Et etiamſi deſtructa penitus fuiſſet materialis Eccleſia, ibid. n. 19.

Secus ſi Collegialitas extinguatur authoritate legitima Superioris, & cauſa cognita, quia tunc ceſſat etiam habitu, ibid. n. 17. & 18.

Canonicatus Collegiatæ extinctæ ex ſimili cauſa accidentali judicantur uti requirentes reſidentiam actualem, non habitualem tantum, & uti incompatibiles cum alio beneficio reſidentiali, ibidem numer. 29. & numer. 34.

Contrarium, ibid. n. 30.

Declara procedere, ubi adeſt ſpes probabilis, & proxima reparationis; ſecus ſi ſpes ſi tantum remota, ibid. n. 19.

Sententia Collegialitatis actualis declaratoria in judicatum tranſacta poteſt in ea Ordinarius conſtituere, & erigere quot voluerit Canonicatus, ibidem numer. 27.

Collegiata habitu, & actu dici non poteſt, niſi ſint ad minus tres Canonici, ibid. n. 27.

Non tamen requiritur, quod ibi adſit Prælatus, ibid. num. 28.

Præpoſitus poteſt declarari Canonicus retento officio Parochi ad integrandum numerum trium Canonicorum, ibid.

Canonicatus requirunt perſonalem præciſam reſidentiam ex diſpoſitione Concilii, ibid. n. 29.

Per non dimiſſionem primi Canonicatus intra bimeſtre a die adeptæ poſſeſſionis ſecundi ipſo iure vacat uterque, ibid.

Limitatur ex generali conſuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas in diverſis Collegiatis, ibid. n. 30.

Contrarium, niſi interveniat Apoſtolica diſpenſatio, ib. num. 31.

Paſſim tamen conceditur Apoſtolica diſpenſatio pro Canonicatibus Germaniæ, ibid. n. 31.

Statutum prohibens Canonicis non reſidentibus perceptionem medietatis fructuum, non tollit pœnam privationis ex diſpoſitione juris, ibid. n. 32.

Modicitas redituum non eximit Canonicatus ab onere reſidentiæ, nec tollit incompatibilem cum aliis reſidentialibus, ibid. n. 35.

Lis mota ſuper fructibus Canonicatus, poſtquam jam vacaverat ob non dimiſſionem alterius incompatibilis, non impedit dictam vacationem, ibid.

Vacat Canonicatus impetratus a retinente alios incompatibiles ob non factam de illis mentionem in nova proviſione, ibid. n. 36.

Actus electionis ſpectans ad Canonicos nihil commune habet cum pertinentibus ad Epiſcopum, diſcept. 9. num. 25.

Cathedralibus duabus unitis, ſi circa electiones Canonici diſcordent de loco, alternative fieri debent modo in una, modo in alia Eccleſia, ibid. n. 14.

Canonici ſi concordant de loco electionis non intrat alternativa. ibid. n. 18.

Privilegium uſus Baldachini conceſſum Abbatibus Olivetanis, & Caſſinenſibus extenſum fuit per Sacr. Congr. Rituum ad Canonicos Regulares S. Salvatoris, diſcept. 43. n. 8.

Abbati Collegiatæ pontificaliter celebranti non licet adhibere omnes Canonicos ſacris veſtibus paratos, & octo pluvialia, ibid. n. 7.

Vide *Abbas*.

In Collegiatis inſignibus concedi ſolet Canonicis per Sedem Apoſtolicam nobilior habitus Cappæ cum Rocchetto, diſcept. 49. n. 2.

Cappa eſt antiquior habitus choralis, ac proprius Canonicorum, ibid.

Inter Canonicos Cathedralis & Collegiatæ debet eſſe diſtinctio tanquam inter majores & minores, ibid. num. 5.

Idem habitus concedi non poteſt Canonicis Cathedralis & Collegiatæ, etiamſi multum diſtent inter ſe Eccleſiæ, & cum limitatione, quando uterque Clerus non conveniat in functionibus, ibid. n. 6.

Contrarium, ſtante diſtantia, & cum dicta limitatione, ibid.

Canonicis Collegiatæ oppidi Summæ Nolanæ diœceſis uſus Cappæ conceſſus fuit, licet Cathedralis illum non haberet, ibid.

Indultum habitus concedi poteſt Canonicis Collegiatæ, etiamſi illum ſibi arrogaſſent ex conſuetudine, ibid. n. 7.

Vide *Cappa*, *Habitus*, *Rocchettum*.

Conſuetudo; ſeu Conſtitutio, quod in funeribus major cereus detur Canonicis, & minor Regularibus, ſervanda eſt, diſcept. 50. n. 16.

Fructus maſſæ groſſæ debentur Canonicis, qui reperiuntur tempore earum diſtributionis, non illis ſolum qui aderant tempore, quo ſunt maturati, diſcept. 51. numer. 23.

Capitulum ſemper eſt idem, licet mutentur Canonici, ibid. n. 25.

Canonici, & alii beneficiati cum onere reſidentiæ in ſuis Eccleſiis ſunt tumulandi etiam privative ad Parochiam, in qua habitant, diſcept. 51. n. 33.

Cantabria.

Cantabriæ Conventus Minorum de Puebla, Aragantonis, Varaoz, & Madragonis annuis eleemoſynis fruuntur, diſcept. 2. n. 90.

Bulla Urbani VIII. ſuper confirmatione Conventus Victoriæ cum Patronatu Comitum de Tribiana in tota Provincia Cantabriæ, & ſuper capacitate perpetuorum legatorum per modum eleemoſynæ, ibid. n. 101. & ſeqq.

Cantus.

Vide *Caſtratus*.

Capax.

Ut quis ſit capax Juriſpatronatus, ſibi ex providentia fundatoris reſervati ſufficit, ut per eum non ſteterit, quominus hæreditatem adiret, ſi ſibi aliquo modo deferretur, diſcept. 4. n. 25.

Feminæ capaces ſuccedendi in Jurepatronatus qualiter dici poſſint excluſæ, ibid. n. 6.

Legatorum, & eleemoſynarum annuarum capaces an ſint Fratres Minores, Vide *Fratres*.

Capilli.

Capillorum abraſio denotat quem ereptum ſeculo in familiam Dei jam tranſiiſſe, diſcept. 6. n. 42.

Cap.

Cap. *ad liberandam de Judæis*. Vide *Leges quædam particulares*.

Capitulum.

Capitulis Generalibus Ordinis ſtatutum eſt, Fratres Minores teneri emittere proteſtationem, quod non intendunt habere Jus vigore legati, qua emiſſa, ſunt capaces recipiendi per modum eleemoſynæ quidquid ipſis offertur, diſcept. 2. n. 7.

Capitulorum Generalium Fratrum Minorum decreta ſuper retentione annuorum legatorum, ibid. num. 68. 69 & 72.

Pro impenſis Capituli in Provincia Angelorum Duces Begarii fundatores, & patroni, 300. aureos quolibet triennio Fratribus Minoribus largiuntur, ibidem numer. 90.

Marchiones de Cannite totius Religionis Minorum patronatum obtinuerunt, aſſignata collecta pro Capitulis generalibus in Italia, ibid. n. 92. & ſeqq.

Vide *Fratres*.

Comites de Chiochon gravarunt hæredes ad ſubminiſtranda in perpetuum alimenta pro Capitulis Generalibus eorundem, quæ in Hiſpania fiunt, ibidem numer. 90.

An ante vel poſt Capitulum refici debeant ſacra communione ſeptem Diaconi, totidem Subdiaconi, & duodecim Presbyteri aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione olei ſancti Feria V. in Cœna Domini, diſcept. 55. ante n. 1.

Capitulum conſtituit unum corpus cum Epiſcopo, & debet ab eo etiam in actu communionis ſeparari non per interpoſitionem alterius, ibid. n. 3.

Neque Vicarios poteſt intermediari inter Epiſcopum, & Capitulum, ibid.

Aſſiſtentes altari cum paramentis præferri debent Canonicis in ſumenda communione, ſi & ipſi ſint Canonici ſeu de corpore Capituli; ſecus ſi ſint exteri diſcept. 15. n. 4.

Idem ordo ſervandus in ſacra communione cum Capitulo, qui ſervatur in diſtributione palmarum, & candelarum, ibid.

Parati etiam exteri præferuntur Capitulo in communione ſumendæ, ibid. n. 8.

Capitulum a ſolis Canonicis conſtituitur, ibidem numer. 7.

Portionarii non ſunt de Capitulo, ibidem numer. 7. & 8.

Conjunctioni generali, quæ conſideratur inter Epiſcopum, & Capitulum prævalet conjunctio inter Epiſcopum, & miniſtros ei aſſiſtentes cum paramentis in conſecratione olei ſancti ibid. n. 10.

Dubitat de hoc author, & contrarium firmat, quando adeſt ſtatutum Eccleſiæ ita diſponens, ibid. n. 11. & ſeqq.

Epiſcopus extra viſitationem procedens ad correctionem in figura Judicii tenetur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli tam in formando proceſſu, quam in aliis actibus uſque ad finem cauſæ incluſive, diſcept. 16. n. 1.

Utrum hæc Conſtitutio Concilii ſit conformis necne diſpoſitioni juris communis, ibidem numer. 2. & ſeqq.

De jure communi Juriſdictio ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum, ibid. num. 4.

Epiſcopus, qui præſcripſit contra Capitulum poteſtatem puniendi Canonicos abſque illius conſenſu reſpectu certi delicti, non poteſt idem prætendere reſpectu aliorum delictorum, ibid.

Epiſcopus tenetur habere conſenſum Capituli ad cognoſcendum, & condemnandum aliquem de Capitulo ratione delicti, ibid n. 5.

Amplia, procedere tam in delictis gravibus, in quibus dicitur agi de arduis, quam etiam in levibus, ibid. num. 6.

Epiſcopus etiam in levibus nihil poteſt ſtatuere, & definire in criminalibus ſine conſenſu Capituli, ibidem.

Minora expedire poteſt Epiſcopus abſque Capitulo in negotiis extrajudicialibus; ſecus in Judicialibus, ibid.

In correctione tanquam in re ardua requiritur conſenſus Capituli, ibid. n. 10.

Epiſcopus in correctione etiam Capitularium debet requirere conſilium & præſentiam Capituli, ſed non tenetur illud ſequi, ibid. n. 11. & 12.

Utrum id procedat etiam in gravibus, ibidem numer. 13.

Sufficit Capitulo circa hoc probare conſuetudinem quadragenariam, ibid.

Pro conſuetudine interpretativa decem anni ſufficiunt, ibid.

Epiſcopus in gravibus & arduis non poteſt in Synodo ſtatuere cum ſolo conſilio Capituli, ſed requiritur etiam conſenſus, ibid. n. 20. uſque ad 35.

Contrarium, ut ſufficiat conſilium, & non teneatur ſequi, ibid. n. 36. & plur. ſeqq. & numer. 62. & plur. ſeqq.

Capituli conſenſus requiritur etiam ad creandum Canonicos ſupranumerarios, ibid. n. 35.

Epiſcopus nullam habet communionem cum Capitulo in condendis, & reformandis ſtatutis, & ſufficit, quod requirat ejus conſilium, ibidem numer. 36. & 37.

Etſi Capitulum non aſſignata juſta cauſa contradicit, nihilominus valet conſtitutum, ibidem numer. 37.

Conſuetudo valet inquirendi, & corrigendi ſubditorum exceſſus per Epiſcopum abſque conſilio Capituli, ibid. num. 39.

Epiſcopus non tenetur adhibere conſenſum Capituli in exercenda juriſdictione, ibid.

Nec in inquirendis & corrigendis ſubditorum exceſſibus, ibid.

Abſurdum ſequeretur, ſi Epiſcopus in condendis ſtatutis, & in corrigendis ſubditorum exceſſibus cogeretur habere conſenſum Capituli, ibidem numer. 42.

Conſenſus Capituli requiritur in iis, quæ concernunt intereſſe Canonicorum, ut ſunt alienatio rerum Eccleſiæ, & alia concernentia intereſſe commune Capituli, & Canonicorum, ibid. n. 44.

Conſenſus Capituli non requiritur niſi in caſibus in jure expreſſis, ibid. n. 45.

Etiamſi ſint ardua, ibid. n. 45. & ſeqq.

Statuta & Conſtitutiones in Synodo fieri debent cum ſolo conſilio Capituli, ſeu deputatorum ab eo, ibid. num. 56.

Sive agatur de arduis, ſive de non arduis, ibid.

Jus ſtatuendi, quod Epiſcopi habent a Papa, a jure communi, & Conciliis univerſalibus, non eſt ſimplicis Juriſdictionis, ſed meri Imperii, & juris Monarchici, ibid. n. 56. & ſeqq.

Et non eſt ſcindibile nec communicabile cum Capitulo, ibid.

Contrarium, ibid. n. 61.

Notantur doctores firmantes, Epiſcopum ſtatuere non poſſe in arduis abſque conſenſu Capituli, extra caſus a jure expreſſos, ibid. n. 63. & ſeqq.

Unionem facere nequit Epiſcopus abſque conſenſu Capituli, ibid. n. 74.

Neque creare Canonicos ſupranumerarios, ibidem numer. 76.

Canonicorum ſupranumerariorum creatio eſt de arduis concernentibus intereſſe commune Capituli, & Eccleſiæ, ibid.

Quales ſint caſus in jure expreſſi, in quibus Ordinarius indiget conſenſu Capituli, ibidem. numer. 78. & ſeqq.

Epiſcopus habet requirere conſenſum Capituli in omnibus negotiis, & actibus, in quibus verſatur intereſſe particulare ipſius Capituli, ibidem numer. 78.

Item, quando diminueretur auctoritas Eccleſiæ, & quando agitetur de auferendo jure unius Eccleſiæ, & alteri tradendo, ibidem n. 79.

Item, quando agitur de alienatione bonorum Eccleſia obliganda, vel onerandа, ibid. n. 80.

Item, quando agitur de præjudicio quoad ſubjectionem vel limitationem conſenſus Capituli, ibidem numer. 81.

Et quando agitur de caſuum criminalium ventilatione ibid. n. 82.

Contrarium, & quod tunc ſufficiat conſilium, & præſentia Capituli, ibid.

Hodie, attenta determinatione Concilii, adhibendi ſunt adjuncti in cauſis criminalibus, ibid.

Hæc diſpoſitio Concilii loquitur tantum de Capitulis exemptis, ibid n. 83.

Requiritur conſenſus Capituli, quando agitur de ponendo interdicto Eccleſiæ, ibid. n. 84.

Electio de jure pertinet ad Epiſcopum & Capitulum ſimul in Eccleſiis Cathedralibus, diſcept. 17. numer. 11.

De conſuetudine tamen poteſt pertinere ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſolum Capitulum, ibid.

Amplia, etiamſi agatur de ſimplici receptione in Canonicum, ibid.

Epiſcopus aut Capitulum ſi exequantur proviſiones Apoſtolicas de Beneficiis Eccleſiæ receptitiæ cum clauſula, *ſi nomina collatio ad nos hac vice pertineat*, non cenſentur voluiſſe mutare ſtatum Eccleſiæ in eorum præjudicium, diſcept. 17. numer. 42.

Sed cenſentur jure proprio novam proviſionem feciſſe favore nuliter proviſi a Papa, itaut conſideretur uti proviſus per ipſos, & non per Papam, ibidem.

Eccleſiæ receptitiæ ſtatum immutare non poteſt Epiſcopus nec Capitulum abſque beneplacito Apoſtolico ibid. n. 45. & ſeqq.

Amplia, ut neque poſſint per viam præſcriptionis, deficiente voluntate Papæ, & poteſtate, ac bona fide Epiſcopi, & Canonicorum, diſcept. 17. numer. 46.

Neque exequendo proviſiones Apoſtolicas per ſpatium quadragenarium, ibid.

Nec obſervantia quadragenaria proviſionum Ordinarii, & Capituli immutari poteſt ſtatus Eccleſiæ receptitiæ in præjudicium Univerſitatis loci, ibidem numer. 47.

Vide *Eccleſia*.

In Collatione ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, ſi Epiſcopus unum, Capitulum alium nominet, poteſt Papa & Legatus, etiam termino ad conferendum durante, jure concurſus prævenire conferendo, diſcept. 4. num. 40.

Nec Papa tenetur tunc uni ex nominatis conferre, aut gratificari digniori, ibid.

Pinguiorem hoc caſu cenſeri vocem Epiſcopi, qui ſanciat, & bonum eſſe, ſi ſervaretur in praxi hæc opinio, ibid. n. 41.

Non tamen procederet, ſi nominatus a Capitulo præponderaret in meritis, & tunc Papa conferre poſſet, cui vellet, etiam tertio, vel jure præventionis, vel jure devoluto, ibid.

Dependentia a Capitularibus in collatione beneficiorum eſt grande frænum Prælatorum in exercenda juſtitia, & juribus Eccleſiæ tuendis, ibid.

Quæ geſta ſunt in ſcrutinio, probari debent per alios teſtes conteſtes de Capitulo, diſcept. 4. numer. 223.

Statutum Eccleſiæ dans alicui votum præponderans reſtringitur ad illos actus capitulares, qui fiunt & viva voce, & per vota publica, ibid.

Limita, niſi expreſſe loquatur de actibus explicandis per ſecreta ſuffragia; quia tunc ſtaedum eſſet declarationi habentis votum præponderans, ibid.

Non eſt in facultate etiam totius Capituli prætetire formam *cap. quia propter de elect.* diſcept. 24. numer. 4.

Electio impropria ſufficit, quod ſit facta a majori parte Capituli comparative ad minorem, ſi omnes deinde illam approbant, ſive adverſus illam non reclamant, ibid.

Immo ſufficit, quod ſit facta ab uno, etiam nullo præcedente compromiſſo in illius perſonam, ſi Capitulum approbat tacite vel expreſſe, ibid. num. 5.

Et talis

Et talis approbatio ſive conſenſus importat novam electionem, quæ dicitur facta per totum Capitulum, ibid. num. 6.
Capitulum ſi taceat, & non reclamet adverſus electionem factam cum majoritate votorum comparative tantum, & non completive, cenſetur illam ratificare & approbare, ibid. n. 8. & n. 59.
Taciturnitas non ſufficit pro conſenſu, ubi in electione requiritur forma *cap. quia propter*; ſecus ubi dicta forma non requiritur, ibid. n. 8.
Electio ab initio nulla non poteſt poſtea convalidari, & ratificari ex ſupervenientе conſenſu Capitularium, ibid. n. 7. 15. & plur. ſeqq. n. 64.
Declara, procedere in electione propria; ſecus in electione impropria, ibid.
Item declara, non reconvalidari ut ex tunc, ſed bene ut ex nunc, & de tempore ſupervenientis approbationis, ibid. n. 7. & n. 62.
Conſenſus Capituli ſubſequens ad electionem idem operatur, quod compromiſſum præcedens, ibid. n. 20.
Decretum Capituli pro petenda electionis confirmatione eam revalidat, ibid. n. 2. 59. 70. & n. 71.
Traditio poſſeſſionis facta per Capitulum conſenſum illius inducit, & habet vim novæ electionis, ibid. n. 25. 60. & 70.
Non tamen dare poteſt per ſe jus electionis, ſed corroborando, & explicando præcedentes conſenſus, ibid. num. 13.
Tolerantia Capituli, quod electus exerceat functiones dignitatis, declarat ejus præcedentem conſenſum electioni, ibid. n. 12. & 61.
Et dat novum titulum electionis, ſi prior erat nulla, non tamen efformando novam electionem, ſed clarificando conſenſus præcedentes, ibidem n. 14.
Data ſcientia facti, negari non poteſt in Capitulo ſcientia juris circa nullitatem electionis, ibid. num 22. 64. & 72.
Conſenſus Capituli ſuperveniens poſt publicatum ſcrutinium non revalidat electionem nullam; ſecus ſi autem publicatum ſcrutinium, ibid n. 63.
Declara, procedere in electionibus rigoroſis ad formam *cap. quia propter*; ſecus in electione impropria, ibid.
Teſtes de Capitulo admittuntur ad probandam illius conſuetudinem circa electiones, ibidem numer. 27. & 65.
Etiamſi ageretur de ſuſtinenda electione per ipſos teſtes facta, quando alii Capitulares non deponunt contrarium, ibid. n. 27.
Et quando adminiculantur ex atteſtatione alicujus authoris, ibid. n. 65.
Et quando concurrunt alii, qui non elegerunt, horum habilitate ſuppletur aliorum fides, ibid.
Canonici non prohibentur eſſe teſtes in cauſa Capituli, quando agitur de probando facto, quod aliis innoteſcere non poteſt, ut eſt modus eligendi, ibidem num. 78.
Nec quando Capitulum de tempore depoſitionis non erat ad cauſam ibid.
Ex diſpoſitione Juris communis electio Prælati in Collegiata pertinet ad Collegium, ſeu Capitulum, diſcept. 25. n. 5.
Vide plura in verbo *Electio*.
Expreſſio nominis Decani dicitur facta tanquam de perſona clariori intra Capitulum, & non probat juriſdictionem reſidere penes ſolum Decanum, diſcept. 24. num. 77.
Epiſcopus & Capitulum conſtituunt unum corpus, diſcept. 25. n. 12.
Et de jure communi collatio beneficiorum eſt ſimultanea, ibid.
Inſtitutio tamen in beneficiis de Jurepatronatus pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu, vel cum conſilio Capituli, ibid.
Vigore *Extrav. Injunctæ de elect.* interdicitur Epiſcopis adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, antequam literas ſuarum proviſionum Capitulo oſtenderint, diſcept. 12. n. 20. & 34.
Breve Gregorii XIII. ſuper præcedentia Capituli Pennen. diſcept. 9. n. 83.
Canonicus litigans cum Capitulo quando lucretur fructus & diſtributiones in abſentia. Vide *Abſentia*.
Simoniacum eſt, nolle Capitulum concedere jus aſſociandi mortuos, quod habent Regulares, niſi ſuis Clericis Secularibus ſolvatur emolumentum pro aſſociatione prætenſum, diſcept. 50. n. 3.
Obligatio vocandi Parochum ad aſſociandum cadaver intelligitur de Parocho actuali deputato per Capitulum, non de ipſo Capitulo habente curam habitualem, ibid. num. 4. 5. & 8.
Contrarium, ibid. n. 7.
Procedit hoc contrarium, ſi adeſt conſuetudo vocandi Capitulum, quando invitantur plures Cruces, quia tunc talis conſuetudo ſervanda eſt, ibid. n. 9.
Judicatum probat conſuetudinem præcedentem, & facit ſtatum contra omnes prætendentes habere jus prohibendi Capitulum ab interventu in funeribus, ibid. num. 12.
Licentiæ datæ per Capitulum peragendi funera abſque illius interventu ſupponunt antecedens jus in eodem Capitulo accedendi in funeribus ſuorum Parochianorum, ibid. n. 13.
Capitulo Cathedralis cedere debent in honorificentiis Regulares uti facienti unum corpus cum Epiſcopo, ibid. n. 17.
Capitulum ſemper eſt idem, licet mutentur Canonici, diſcept. 51. n. 15.
Capitula generalia Regularium unde eorum antiquitatem deſumant, num. 22. V.
Pro vindicanda juriſdictione Capituli generalis duo vel tres actus ſufficiunt, n. 7. V.
Immo ſufficit unicus actus, & aliquando fuiſſe ſervatum, ibid.
Obſervantia pro juriſdictione Capituli generalis non eſt neceſſe, quod adſit quoad talem determinatam numero domum, ſed ſufficit demonſtrare, uſum fuiſſe hac juriſdictione in domos Ordinis, ut in omnes univerſaliter illam valeat exercere, n. 9. V.
Carthuſiani generale Capitulum quotannis celebrant, n. 1. V. Carthuſiani, ibid.
Congregationi Caſſinenſi tributum fuit jus deſtituendi Abbates locales in eorum Capitulis, & Dietis generalibus, n. 2. V.
Juriſdictio Capitulorum generalium major eſt illa Præpoſitorum domorum, & Monaſteriorum, n. 18. V.
Et eſt ſupra omnes alios ſuperiores, ibid.
Capitulum generale habet auctoritatem ſupra omnes Domos, Monaſteria, & Provincias, n. 18. V.
Et habet auctoritatem in ipſum Generalem, quem corrigere, & punire poteſt, & eſt ſemper illi ſuperior, ibid.
Capituli generalis poteſtas ſuprema eſt, & ſupereminens, itaut nedum ei competant, quæ competunt Generali Ordinis, ſed multo majora, & plura poteſt efficere, quæ per ſe non poteſt ipſe Generalis, ibid.
Capitulum generale repræſentat univerſum Ordinem & complectitur omnes particulares juriſdictiones quibuſcunque perſonis, atque cœnobiis extra Capituli tempus competentes, ibid.
Et valet omnia præcipere, quæ neceſſaria cenſet ad perſeverantiam diſciplinæ, n. 19. V.
Et quod illud ſtatuit, dicitur implicite comprehenſum in Regula, & ſubditi tenentur ſervare, uti incluſum in voto obedientiæ, ibid.
Et poteſt facere ordinationes, quibus reſtringantur privilegia, & facultates ſive perſonis, ſive Monaſteriis ſibi ſubditis competentes, ibid.
Et præcipere poteſt ſuis ſubditis, ne in electionibus utantur ea facultate, quam habent etiam a jure communi, ibid.
Juriſdictio Generalis, & aliorum Prælatorum inferiorum in Religionibus procedit a Capitulo generali illam habente immediate ab Eccleſia, & a Summo Pontifice, n. 22. V.
Solum generale Capitulum habet ſupremam juriſdictionem, & ipſi ſoli reſervata eſt poteſtas meri, & mixti Imperii, n. 22. V.
Et talis poteſtas apud ipſum reſidet per modum unius, ibid.
Capitulum generale gerit perſonam Principis magis, quam Generalis, qui Capitulum in ſuperiorem recognoſcit, & ab illo ſuam poteſtatem habet, ibid.
Capitulum generale habet juriſdictionem Ordinariam, & univerſalem in totam Religionem, num. 23. V.
Electio Prælatorum localium per Capitulum generale non eſt contraria juri communi, ſed conformis, num. 25. V.
Fere omnium Ordinum Monaſticorum Priores ſive Abbates Monaſteriorum localium eliguntur per Capitula generalia, ſive alia Capitula Majorum, nulla relicta quoad hoc facultate Capitulis Conventualibus ſive localibus, n. 31. V.
Quare magis expediat, Prælatos inferiores Regularium locales eligi per Capitulum generale, vel provinciale, quam per Religioſos cujuſcunque domus, num. 33. & ſeqq. V.

Cappa.

Vide etiam *Habitus*.
Cappa eſt antiquior habitus Choralis, ac proprius Canonicorum, diſcept. 49. n. 2.
In Collegiatis inſignibus concedi ſolet Canonicis per Sedem Apoſtolicam nobilior habitus Cappæ cum Rochetto, ibid.
Per conceſſionem Cappæ intelligitur conceſſus uſus Rochetti, ibid.
Cappa cum Rocchetto quandoque per Sedem Apoſtolicam conceſſa Clericis inferioribus, ibid.
Uſus

Digitized by Google

Uſus Cappæ, & Rocchetti non ſolet nec debet concedi Collegiatæ, ſi Eccleſia Cathedralis illum non habeat, ibid. n. 3.

Limita, ſi in erectione Collegiatæ fundator ita deſideravit, ibid. n. 4.

Cathedralis, ſi habet ex indulto uſum Cappæ, & Rocchetti, non poteſt idem habitus concedi Collegiatæ, ibid. n. 5.

Canonicis Collegiatæ oppidi Summæ Diœceſis Nolanæ uſus Cappæ conceſſus fuit, licet Cathedralis illum non haberet, ibid. n. 6.

Indultum uſus Cappæ, & Rocchetti concedi poteſt Collegiatæ etiam lite pendente, ac poſt rem judicatam favore Cathedralis, ne poſſit deferre dictum habitum, ſi habitus ſit diſſimilis ibid. n. 8.

Uſus Cappæ, & Rocchetti eſt de regalibus Summi Pontificis, & eorum conceſſio pendet ab ejus abſoluta poteſtate, & ipſe ſolus habet intereſſe, ibid.

Cappa, & Rocchettum non denotant juriſdictionem, ſed ſolum perfectionem, gravitatem, & ornamentum perſonarum, ibid. n. 9.

Et geſtari poſſunt non ſolum in Eccleſia, ſed etiam in proceſſionibus, & aliis functionibus Eccleſiaſticis, ibid.

Et talis habitus privilegium eſt perſonale, quod non circumſcribitur loco, ibid.

Idem procedit in conceſſione inſigniorum ornamentorum Mozzettæ, & Rocchetti, ibid.

Capella, Capellania,

Epiſcopus donans Eccleſiam Monaſterio exempto cum Capellis habitis, & habendis, donaſſe cenſetur, ut ſit exempta, non autem quoad proventus temporales ipſius Epiſcopi, diſcept. 20. n. 30.

Pactum, quod patroni non aſtringantur termino juris ad præſentandum, & ſit in eorum libera facultate non præſentare pro quocunque tempore ſibi beneplacito valet in erectione Capellaniæ pro Miſſis, ſecus ſi agatur de Collegiali Parochiali aut ſimili, quæ indigeat ſponſo, & Rectore, diſcept. 22. n. 40.

Debet tamen Ordinarius hoc caſu præfigere patronis terminum, & qualem, ibid.

Sed ante dictam præfixionem non poſſet impetrari a Dataria, licet Capella diu vacaſſet, ibid.

In Capellania mere laicali cum onere Miſſarum non attenditur major ætas, & proximior ad Sacerdotium, diſcept. 19. n. 16.

Nec in ea requiritur ætas conciliaris annorum quatuordecim, ibid.

Etiam laici, & feminæ ſunt capaces hujuſmodi Capellaniæ, ibid.

Teſtator mandans erigi Capellaniam perpetuam cum dote & onere Miſſarum reſervando hæredi jus præſentandi Clericum, & inſtitutionem inferiori excluſive ad Epiſcopum dicitur, velle eam Eccleſiaſticam, non laicalem, diſcept. 25. n. 12.

Et talis excluſio Ordinarii dicitur tranſlativa ab Epiſcopo in inferiorem ejus loco ſubrogatum, ibid.

Erectio tamen facienda eſſet ab Epiſcopo in hac parte non excluſo, ibid.

Onera Miſſarum non ſunt deducenda de valore, ſi agatur de Capellania Sacerdotali, ſeu beneficio reſidentiali, & requirente perſonale ſervitium, diſcept. 40. numer. 1.

De Jure communi etiam ſimplices Capellaniæ requirunt, & ſolum ex conſuetudine univerſali reſidentia exolevit, ibid. n. 3.

Celebratio Miſſarum eſt ſervitium beneficii, ſive Sacerdotalis, ibid.

Etiamſi per alium exerceatur, ibid.

Notatur Caſtropal. dicens, quod ſi Capellanus celebret per ſeipſum, ſtipendium ei cedat non uti beneficii proventus, ſed uti merces laboris perſonalis, ibid. num. 5.

Beneficium, ſi pro Miſſis celebrandis fuit erectum ſtipendium earum, eſt proventus beneficii, ibid.

Fundator in erectione Capellaniæ cum onere Miſſarum dicitur aſſignare omnes reditus pro Miſſis, ibid.

Et licet Titularis per alium celebrare faciendo ſolvat minus, reſiduum ſibi applicet, tamen illud reſiduum non deſinit eſſe ſtipendium Miſſarum, ibid. n. 5.

Unicus reditus aſſignatus Capellaniæ non poteſt ſcindi, & diverſo jure cenſeri, licet pars ejus diſtribuatur deputato ad celebrationem Miſſarum pro exonerando Titulari, ibid.

Qualitas legitimitatis requiſita per teſtatorem in Inſtitutione Capellaniæ cum Jurepatronatus reſervato favore deſcendentium per verba conſanguineos, ſeu parentes, diſcept. 41. n. 3.

Epiſcopus poteſt diſpenſare ad beneficium curatum cum ſimplici Capellania in eadem Eccleſia, diſcept. 42. numer. 3.

Vide *Beneficium quoad incompatibilitatem*,

Capuccini,

Decretum Sacræ Congregationis Concilii ſuper ſubminiſtratione annuorum legatorum Fratribus Capucinis relictorum olei ac ceræ pro uſu Eccleſiæ, & unius ferculi in qualibet hebdomada, diſcept. 2. numer. 175. & ſeqq.

Caput.

Caput Univerſitatis tanquam cæteris nobilius cenſetur eſſe ſenioris & prudentioris judicii, diſcept. 13. num. 38. 45. & 56.

Capitis raſio eſt temporalium omnium depoſitio, diſcept. 6. num. 42.

Ex capite narrato ſi non juſtificetur vacatio, literæ proviſionis non ſunt exequendæ ex alio diverſo capite inducente vacationem, diſcept. 18. n. 30.

Amplia, non obſtante clauſula, *ſive præmiſſo ſive alio quovis modo &c.* ibid.

Non debent in eadem Civitate apparere duo capita quaſi monſtrum, diſcept. 44. n. 6.

Abbas, licet conſtituatur prima dignitas in Collegiata, non dicitur caput principale, cujus Canonici ſunt membra, ibid. n. 3.

Sed dicitur caput numerale, cum quo Canonici non formant unionem, ac unicum corpus, ibid.

Prælatus Collegiatæ non exemptus uti caput numerale Capituli non habet Canonicos ſibi unitos tanquam membra, nec juriſdictionem exercet in eos niſi uti ſingulos extra Capitulum, ibid. n. 5.

Solus Epiſcopus, ſeu Prælatus habens territorium proprium cum juriſdictione quaſi Epiſcopali eſt caput principale; ſecus vero Prælatus Collegiatæ ſubjectus Epiſcopo, ibid. n. 4.

Monachi Benedictini antiquitus non regebantur ab uno tantum capite generali, ſed unumquodque Monaſterium a ſuo particulari Superiore ſeu Abbate gubernabatur, n. 14. V.

In Ordine Carthuſienſi uſque ab initio omnes domos fuerunt ſub imperio unius capitis univerſam Religionem gubernantis, n. 45. V.

Caput bovis impreſſum in ſcutis Gallici, & Januenſis duellum inter ipſos excitavit, & quomodo fuerit eluſum, diſcept. 49. n. 5.

Carcer, Carceratus.

Canonicus carceratus ob grave delictum, &, illo non probato, miſſus in exilium ad tempus perdit diſtributiones, etiam quæ ſuccedunt loco præbendæ tempore carcerationis, & exilii, diſcept. 32. n. 7. & ſeqq.

Contrarium, ibid. n. 10. & ſeqq.

Canonico juſte carcerato, & exuli non debentur fructus conſiſtentes in diſtributionibus, ibid. n. 9.

Et præſumptio ſtat pro juſtitia condemnationis, niſi Canonicus ſuam juſtificaverit innocentiam in Judicio, ibid.

Liberatio a carceribus cum pœna ſupponit culpam præambulam, ibid. n. 8.

Alimenta debentur ex fructibus, & diſtributionibus juſte exuli, & carcerato, & excommunicato, ibid. numer. 28.

Abſens ſine licentia Superioris propter carcerationem lucratur fructus, & diſtributiones, ibid. n. 23.

Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi quis carceratur injuſte per Magiſtratum, diſcept. 38. n. 9.

Cardinalis.

Cardinalis Zabarella in conſ. 126. dicens, Canonicum beneficium reſervatum obtinentem optare non prohiberi, declaratur, diſcept. 10. n. 17.

Cardinalis Chiſius ad Alexandro VII. creatus fuit per promotionem diſtinctam in eodem Conſiſtorio, in quo ſex alii creati ſunt, diſcept. 9. n. 70.

Sciſſa Univerſitate vel Collegio in duas partes habentes æqualia vota circa præſentationem, adhuc illa pars dicitur major, & ſanior quæ præſentavit digniorem, ibid. n. 34.
Et ille dignior uti ſolus electus debet in inſtitutione gratificari per actum Juſtitiæ, & in hoc ſenſu ſalvatur doctrina Lambertini, ibid.
Si autem cum paritate votorum concurrit paritas meritorum in præſentatis, electio non eſt concluſa, nec eſt locus gratificationi Ordinarii, aut alterius inferioris a Papa, ibid. n. 35.
Præſentati ab Univerſitate vel Collegio, ſi paria vota bis in ſcrutinio uterque ſortitus ſit, Papa ſolus poteſt gratificare, etiam pendente termino ad eligendum; inferior vero non poteſt gratificare, ſed tantum providere Jure devoluto, elapſo dicto termino, ibid. n. 35.
Explicatur Adden. ad Buratt. in deciſ. 809. ubi dubitat de opinione Gloſſæ, ibid.
De opinione, quod Papa gratificare poſſit in dicto caſu, etiam pendente termino ad eligendum, auctor dubitat, ibid. n. 36.
Papa in dicto caſu non poteſt gratificare, pendente termino, ſed tantum eo tranſacto conferre jure devoluto, ibid. num. 37. & ſeqq. uſque ad n. 47.
Gloſſa, & doctores contrarium tenentes reprobantur, ibid.
Pendente termino ad eligendum, poteſt Collegium vel

Digitized by Google

vel Univerſitas toties quoties ſibi videbitur iterare ſcrutinium, donec ſequatur electio per majorem partem, ibid.
Poteſt tamen etiam durante termino adiri Superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum, quo elapſo, ad ipſum devolvatur electio, ibid. n. 39.
Patroni plures ſingulares ſi diſcordent in præſentatione, fit locus gratificationi; ſecus quando illi plures conſtituunt unicam vocem individuam, ut in Univerſitate, & Collegio, quia tunc attenditur tantum factum a majori parte, & ſi partes ſint æquales, nulla dici poteſt facta præſentatio, ibid. n. 42.
Ideo hoc caſu nulla eſſet proviſio Apoſtolica facta, pendente termino ad præſentandum favore unius ex præſentatis, vel etiam tertii, ibid.
Declara, ut collatio facta per Papam vel Ordinarium, termino durante, pendeat ab eventu & valeat, ſi patroni non reclamant vel in termino non eligant, ibid, num. 43.
Non tamen iotrat, durante termino, collatio Apoſtolica per viam gratificationis, nec gratia cum derogatione medietatis vocum, ibid. n. 44.
Univerſitatis vel Collegii vota ſi ſcindantur in duas medietates, harum neutra Univerſitatem repræſentat, aut ejus aſſenſum conſtituit, ibid. n. 25.
Jura Collegii remanent etiam in uno, & apud ipſum ſtat nomen totius Univerſitatis, ibid. n. 19.
Ad extinguendum Collegium actu attenditur factum de facto, ſed in habitu attenditur factum de jure, ibid.
Deſtructio Collegii per deſuetudinem ſeu rerum naturam comparatur deſtructioni factæ de jure, ibid.
Præpoſitus ubi adeſt, regulariter indicat, ſe fuiſſe caput Collegii, ibid. n. 15.
Declara procedere, concurrente circumſtantia, quod ſub eo antiquitus aderant Canonici tanquam membra, ibid n. 16.
Nomen Præpoſiti per ſe non adaptatur Parocho vel Plebano; poteſt tamen eſſe Parochus, retento nomine Præpoſiti, ex quo cura animarum eſt penes Collegium, & exercetur per Præpoſitum tanquam caput ejuſdem, ibid.
Vide *Collegiata*.
Acclamatio, ſeu congratulatio Vocalium in loco electionis habet vim Collegialis approbationis, diſcept. 24. n. 9. & 17.
Intellige procedere tantum, ubi in electione non requiritur forma, *capit. quia propter de elect.* ibidem numer. 9.
Ad electionem impropriam & largam ſufficit ſimplex conſenſus Collegii quomodolibet explicatus, ſive verbis, ſive factis, ibid. n. 3. 58. & 59.
Ex diſpoſitione juris communis electio Prælati in Collegiata pertinet ad Collegium, ſeu Capitulum, diſcept. 25. n. 5.
Factum totius Collegii Cardinalium non præjudicat Summo Pontifici in exactione annatæ, ſed requiritur factum ipſius Pontificis, diſcept. 18. n. 31.
Quod procedit etiam ad firmandam obſervantiam, ibid. num. 32.
Collegia, & Conventus fere omnes Minoritarum adjuvantur ex eleemoſynis legatorum perpetuorum, & de pluribus Conventibus in ſpecie, diſcept. 2. n. 70.
Salmanticenſe Collegium pro 50. Fratribus Minoribus certa eleemoſyna pro eorum alimentis legata a Duciſſa Bejarenſi fundatum, ibid. n. 91.
Collegia PP. Societatis Jeſu non habent incapacitatem poſſidendi quam habent eorum domus profeſſæ, ibid. num 75.
Non eſt in poſſe hæredum in aſſociatione cadaveris omittere proprium defuncti Parochum, etiam quando repræſentetur per Capitulum vel Collegium, diſcept. 50. num. 7.
Vide etiam *Funus*.
Habitus diverſus dicitur ex circumſtantiis, & coloribus, licet forma ſit eadem, diſcept 49. n. 5.
Omnis doctor intelligi debet ad limites, & circumſtantias caſus, de quo loquitur, & non ſunt attendendæ rationes in abſtracto, quæ ad ornatum, & colorem defenſionis apponuntur, diſcept. 51. n. 4.

Colomnellus

Juſpatronatus gentilitium, ſeu familiare maſculinum probatum ex obſervantia, ſi qualitas maſculinitatis deficiat in uno colomnello, pro hujus portione fit hæreditarium, & non devolvitur ad maſculum alterius lineæ, diſcept. 26. n. 16.
Declara, procedere, ſi obſervantia probet illum ab origine diviſum in plures lineas; ſecus ſi probet, utranque lineam illud habuiſſe a communi ſtipite, quia tunc devolveretur ad maſculum alterius lineæ, ibid, n. 17.

Comes.

Comites Tribianæ fundarunt Conventum Victoriæ, & quomodo, diſcept. 2. n. 78.
In fundatione Conventus Victoriæ aſſignantur a Comitibus Tribianæ patronis annua 1450. ducata, ibidem num. 93.
Bulla Urbani VIII. ſuper confirmatione Conventus Victoriæ cum patronatu dictorum Comitum in tota Provincia Cantabriæ, & ſuper capacitate perpetuorum legatorum per modum eleemoſynæ, ibidem num. 101. & ſeqq.
Comites de Chinchon gravarunt hæredes ad ſubminiſtranda alimenta in perpetuum pro Capitulis generalibus Fratrum Minorum, quæ in Hiſpania fiunt, ibid. num. 90.

Comitia.

In publicis Comitiis ut plurimum ſervatur, ut in paritate votorum pars illa prævaleat, in qua Præſes, ſeu Conſilii caput concurrit, diſcep. 23. num. 45. & 56.

Commiſſio.

Patronis hoſpitalium ſecularium ad faciendam commiſſionem præfixus eſt terminus duorum menſium, diſcept. 22. n. 22.

Commoditas.

Licet cedere, & vendere commoditatem penſionis abſque conſenſu Papæ, diſcept. 12. n. 5. 8. & 12.
Vide *Penſio*.

Commune Servitium.

Vide *Annata*.

Communio.

Ne præjudicetur laico ex communione cum Clerico Juſpatronatus mixtum cenſetur laicale etiam ad effectum, ut ei non ſoleat derogari, ſecundum novam praxim Datariæ, quæ laudatur, diſcep. 3. n. 6.
Laicus pateretur præjudicium ex communione cum Eccleſiaſtico, ſi non poſſet ſolus conſentire liberæ collationi Juriſpatronatus mixti, diſſentiente compatrono Eccleſiaſtico, ibid n. 9.
Vide *Juſpatronatus*.
Idem ordo ſervandus cum Capitulo in ſacra communione, qui ſervatur in diſtributione palmarum, & candelarum, ibid. n. 4.
Capitulum conſtituit unum corpus cum Epiſcopo, & ab eo etiam in actu communionis ſeparari non debet per interpoſitionem alterius, ibid n. 3.
Neque Vicarius intermediari poteſt inter Epiſcopum, & Capitulum, ibid
Septem Diaconi, totidem Subdiaconi, & duodecim Presbyteri aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione olei ſancti feria V. in Cœna Domini, an ſacra communione refici debeant ante, vel poſt Capitulum, diſcept. 15. ante n. 1.
Aſſiſtentes altari cum paramentis præferri debent Canonicis in ſumenda communione, ibid. n. 4.
Declara procedere, ſi parati ſint Canonici, ſeu de corpore Capituli; ſecus ſi ſint exreti, ibid.
Parati etiam cæteri præferri debent in ſumenda communione portionariis, ibid n. 7.
Parati etiam exteri in communione ſumenda præferuntur Capitulo, ibid. n. 8.

Communis Opinio.

Quando communis eſt in contrarium, dictum unius Doctoris, maxime dubitantis, non attenditur, diſcept. 22. n. 21.

Competentia.

Appetens comparative magis civem quam alienigenam, ceſſante concurſu, ſeu competentia civis, in alienigenam conſentire cenſetur, diſcept. 32. n. 4.

Componenda.

Componenda ſoluta pro coadjutoria non reſtituitur, ſi coadjutor præmoriatur, diſcept. 18. n. 22.
Nec compenſatur cum novo coadjutore ſi petatur, ibid.

Compromiſſum.

Conſenſus Capituli ſubſequens ad electionem idem operatur ac compromiſſum præcedens, diſcept. 24. num. 20.

Electio

Electio impropria ſufficit, quod ſit facta ab uno, etiam nullo præcedente compromiſſo in ejus perſonam, ſi Capitulum approbat tacite vel expreſſe, ibidem numer. 5.

Compulſoria.

Compulſoria, & remiſſoria non denegatur in qualibet inſtantia, etiam in gradu reſtitutionis in integrum, data relevantia articulorum, & jurium compulſandorum, diſcept. 7. n. 31.
Amplia, etiam ſi alii teſtes in alia inſtantia fuerint examinati, quando ex novis articulis reſultare poſſunt circumſtantiæ particulares, ſuper quibus primi teſtes non fuerunt examinati, ibid. n. 31. in fine.
Maxime, ſi conſtet de exiſtentia novorum jurium compulſandorum, quia debet concedi ſpecialis compulſoria, ibid.
Rota tamen concedit novam remiſſoriam, & ſpecialem compulſoriam, cum clauſula, *cum retardatione vel ſine arbitrio* Rotæ, ibidem.

Conatus.

Simplex conatus non ſufficit ad interrumpendam triennalem, niſi turbetur poſſeſſor, mediante facto poſitivo, diſcept. 24. n. 48. & ſeqq.

Conceſſio.

Comprehenſum dicitur in conceſſione id, quod comprehenditur ſub ratione conceſſionis, diſcept. 22. n. 6.
Obſervantia declarat, quid in conceſſione fuerit comprehenſum, ibid. n. 8.
Amplia, etiamſi contrarius intellectus de jure eſſet verior, quando fuit longa, ibid.
Ex conceſſione Juriſpatronatus facta primo loco ad favorem duorum fratrum maſculorum arguitur ad ſucceſſivam quoque maſculorum vocationem, diſcept. 12. num. 24.
Declara, ut importet prælationem maſculorum, non tamen totalem excluſionem feminarum per poſterius, & maſculis defectis, ibid. n. 25.
Verba conceſſionis *ipſis poſteriſque ſuis, & poſt illorum obitum ſeniori, & antiquiori dumtaxat de domo illorum*, ſunt perſonaliſſima, & reſtrictiva, & intelliguntur tantum de perſonis ibi expreſſe nominatis, & de earum familia effectiva, ibid. n. 26. & 27.
Amplia, etiamſi conceſſio facta ſit pluribus fratribus, quia adhuc non venit familia contentiva aliorum tranſverſalium in genere, ibid. n. 28.
In Jurepatronatus quidquid Princeps concedit contra jus, ſemper dicitur ex gratia ſeu privilegio, diſcept. 22. num. 11.
Privilegium Juriſpatronatus conceſſum ex mera gratia cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, ibidem numer. 4.
Et conferri poteſt ab Ordinario habente Indultum conferendi beneficia reſervata, ibid.
Si ſit conceſſum cum derogatione concordiæ ex cauſa reparationis, debet reparatio concludenter probari, ibid. num. 6.
Et non ſufficit hoc caſu aſſertio Pontificis concedentis in motu proprio, ibid. n. 6.
Et reparatio hoc caſu intelligenda eſt de totali reædificatione, non de ſimplici reparatione, ibidem numer. 7.
In conceſſionibus Pontificiis quanto magis concurrunt clauſulæ, & declarationes effrænatæ, tanto plus ſonare dicuntur in merum privilegium, ibidem numer. 28.
Clauſula, quod Juſpatronatus derogari non poſſit etiam per vacationem beneficiorum, apud ſedem ſonat in privilegium, ibid.
Item clauſula, quod Juſpatronatus cenſeatur ac illud Regum, ibid.
Item clauſula derogatoria Indultis Epiſcoporum pro tempore Cardinalium, etiamſi beneficia vacaverint in menſe reſervato, ibid.
In materia indifferenti decimarum exemptionis, conceſſionis in feudum, & ſimilibus titulus oneroſus dicitur etiam qui provenit ex aliquo facto, & meritis conceſſioni æquivalentibus, ibid. n. 18.
Secus in materia Juriſpatronatus, ibid. n. 19.
Vide etiam *Juſpatronatus*.
Regula 15. Cancellariæ irritat quaſcunque facultates, & literas quibuſcunque perſonis conceſſas diſponendi de beneficiis reſervatis ad eorum collationem, electionem, & quamvis aliam diſpoſitionem ſpectantibus cum decreto irritanti, diſcept. 25. n. 6. & 39.
Loquitur ſolum dicta Regula de beneficiis reſervatis, & ideo non intrat in conceſſione facta ante erectionem, & in limine erectionis effectuatam, quia talia beneficia nunquam fuerunt reſervata, ibid. n. 6.
Epiſcopus concedens Eccleſiam alicui Archidiacono ſitam intra limites Archidiaconatus, in qua idem Archidiaconus nullum jus vel uſum habebat, cenſetur Eccleſiam ipſi tanquam Archidiaconatus ſubjeciſſe, diſcept. 20. n. 30.
Inſtitutio authoriſabilis non tranſit in Prælatum inferiorem ex conceſſione Epiſcopi quantumvis generali, ibidem n. 31.
Amplia, etiamſi Papa eam eximat ab Epiſcopo & concedat Prælato inferiori, ibid.
Si tamen conceſſio fiat pleno jure, manet penes Inferiorem non jure proprio, ſed Vicario Epiſcopi, ibid.
Declara requiri ad hoc Papæ conſenſum; alias talis conceſſio non valeret, ibid.
Epiſcopus quidquid non exceptuavit in Inveſtitura facta Abbati, dicitur conceſſiſſe, ibid. n. 5.
Ubi aliquid conceditur ex gratia & contra diſpoſitionem Juris, conceſſio facta in uno caſu non extenditur ad alium diverſum, diſcept. 9. n. 13.
Amplia, ut neque extendatur ad alium ſimilem & connexum, ac dependentem, ibid.
Privilegium confirmatorium aliorum privilegiorum importat novam conceſſionem quoad id, quod excedit Privilegia confirmata, n. 30. V.

Concilium.

Synodus diœceſana vix poteſt appellari Concilium diſcept. 16. n. 58.
Illud, quod provenit ex diſpoſitione Concilii, non dicitur caſus in jure expreſſus, ibid. n. 83.
Concilium Tridentinum non eſt receptum in toto orbe Catholico, nec venit appellatione juris communis, ibid.
Omnia decreta Concilii Tridentini ſubjacent auctoritati Sedis Apoſtolicæ, diſcept. 25. n. 12.
Papa de jure poteſt derogare Concilio, diſcept. 13. numer. 23.
Et cenſetur illi derogaſſe eo ipſo, quod diſponit contrarium, etiamſi non faciat de illo mentionem, ibid.
Lex particularis privilegii non autem Concilii unice attendi debet circa gratiam gaudendi fructibus, & aliis emolumentis tempore vacantiæ, diſcept. 1. numer. 31. in fine.
Amplia, etiamſi gratia ſit conceſſa ad limites Concilii, quia Concilium dicitur conſideratum tantum pro deſignando tempore vacantiæ, ibidem.
Vigore Concilii Tridentini Rectores Hoſpitalium deputari non poſſunt perpetuo, nec ultra triennium, diſcept. 25. n. 23.
Canonicatus requirunt perſonalem præciſam reſidentiam ex diſpoſitione Concilii, diſcept. 8. n. 29.
Hodie, attenta determinatione Concilii, adhibendi ſunt adjuncti in cauſis criminalibus, diſcept. 16. numer. 82.
Loquitur tantum de Capitulis exemptis, ibidem numer. 83.
Item quoties Epiſcopus extra Viſitationem procedit ad correctionem in figura Judicii, tenetur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, tam in formando proceſſu, quam in aliis actibus uſque ad finem Cauſæ incluſive, ibid. n. 1.
Utrum hæc Conſtitutio Concilii ſit conformis nec ne diſpoſitioni juris communis, ibid. n. 2. & ſeqq.
Impugnatur Saravia tenens, Conſtitutionem conciliarem de adjunctis per Epiſcopum adhibendis cum voto deciſivo eſſe conformem diſpoſitioni juris communis, ibid. n. 12. & plur. ſeqq.
Concilium Tridentinum annullavit omnes acquiſitiones Juriſpatronatus, præterquam ex cauſis fundationis, conſtructionis, & dotationis, diſcept. 22. n. 17.
Sub iſtis tamen comprehenduntur per æquiparationem cauſa augmenti dotis, & reædificationis, & ſimilium, ibid. n. 19. & 22.
Concilium præſervans Juſpatronatus ex titulo oneroſo intelligitur ſtricto modo non largo, & quomodo explicetur, ibid. n. 20.
Forma a Concilio Tridentino præſcripta in perſonis potentibus ad probandum jus præſentandi principalem Prælaturam non intrat, ſi ex inſtrumento conſtat, quod dotarunt, vel fundarunt Eccleſiam Conventualem, ibid. n. 24
Fundatio, & dotatio non ſufficiunt ad acquirendum jus præſentandi principalem Prælaturam in Eccleſia Collegiata, vel Conventuali, niſi in limine fundationis reſervetur ex privilegio Apoſtolico, ibid. n. 43.
Et ſi Papa ex intervallo illud concedat, erit conceſſio ex gratia, & cadet ſub reſervatione Concilii Tridentini, ibid.
Nec non ſub reſervatione Apoſtolica, ibid.
Juſpatronatus poteſt cadere ſub reſervatione Regulæ 8. Cancellariæ, licet non cadat ſub reſervatione Concilii, ibid. n. 32.

Inſti-

Inſtitutio debet reſervari Epiſcopo, & non alteri inferiori, non obſtante contraria lege fundationis, ſi ſias poſt Concilium Tridentinum; ſecus ante Concilium, ibid. n. 40. 41.
Limita, ſi Papa etiam poſt Concilium talem legem approbaret, ibid.
Inſtitutio etiam poſt Concilium reſervari poteſt Prælato inferiori habenti Juriſdictionem ordinariam cum omnimoda exemptione ab Epiſcopo, ibid.
Conditio, quod Inſtitutio in beneficio Eccleſiaſtico pertineat non ad Epiſcopum, ſed ad Prælatum inferiorem, eſt contra Sanctionem Concilii Tridentini, diſcept. 25. n. 10.
Et non poteſt apponi in fundationibus poſt Concilium quidquid fieret ante, ibid.
Et ſi apponatur, vitiatur, & Epiſcopus ſe intromittit non obſtante pœna revocationis bonorum, & applicationis in alios uſus, diſcept. 25. n. 11.
Poteſt tamen, & ſæpe ſolet, ſed non ſemper admitti dicta conditio per Summum Pontificem, ibidem numer. 11.
Lex fundationis reſervans jus inſtituendi Epiſcopo ſimul, & Capitulo eſt contraria Concilio Tridentino, ibid. num. 12.
Interpretari tamen debet modo licito, ut nempe Inſtitutio ſpectet ad Epiſcopum cum conſilio Capituli, vel potius cum conſenſu Capituli, ibid.
Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 21. *de Reformat. cap.* 2. ſtatuit, ne quis promoveatur ad ſacros Ordines abſque titulo beneficii quod poſſideat, innovando pœnas antiquorum Canonum, diſcept. 40. n. 6.
Quænam ſint dictæ pœnæ antiquorum Canonum, ibidem.
Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 7. *&* 20. *de Reform.* non prohibet Prælatis inferioribus dare atteſtationes ſuper ſtatu libero, diſcept. 20. num. 9.
Epiſcopis prohibetur ex Concilio *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de Reform.* conferre ſecundum beneficium habenti primum ſufficiens ad ſuſtentationem, diſcept. 42. n. 5.
Fortius interat hæc prohibitio, ſi beneficia ſint ſub eodem tecto, ibid.
Dicta diſpoſitio Concilii non habet locum in beneficiis de Jurepatronatus, ibid. n. 3.
Contrarium de veriori, ibid.
Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de Reform.* non adverſatur immemorabili, diſcept. 20. n. 10.
Nec adverſatur concordiæ a Sede Apoſtolica confirmatæ, ibid.
Nec comprehendit Abbates Regulares, ſed ſolum Decanos, Archidiaconos, & alios Prælatos Seculares ſubjectos Epiſcopo, ibid.
Amplia, etiamſi Abbates Regulares nullum habeant territorium ſeparatum, ibid.
Conſtitutio Concilii circa reſignationem beneficii patrimonialis eſt diverſa a Conſtitutione *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de Regul.* diſcept 6. n. 22.
Diſpoſitio Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* loquitur indiſtincte, & generaliter non diſtinguendo inter renunciationem bonorum, vel beneficiorum, ibidem n. 14. & 57.
Et hoc ſolum reſpexit, ne quis invitus profiteri cogatur, vel ne egreſſus de Religione mendicet, ibidem num. 14.
Diſpoſitio Concilii *cap.* 6. *ſeſſ.* 25. *de Regular.* licet præſcribat formam electionis, non tamen jubet ſemper electiones fieri: nec obſtat quin Prælatus Superior auctoritate ſui officii, prætermiſſa electione, poſſit alicui Monaſterio, vel Provinciæ de Superiore providere, n. 15. V.
Reſignatio beneficii occaſione ingreſſus in Religionem ſubintelligitur de jure conciliari, quod collatio pendeat ab eventu profeſſionis emittendæ, ibid. n. 18. 48. & 54.
Et licet ex parte reſignantis collatio eſſet libera, & abſoluta, adhuc Concilium ſuſpendit ejus effectum, ibidem.
In reſignatione non eſt neceſſarium exprimere Papæ conditiones, quæ ex Juris præſcripto inſunt, ut ex diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini, ibidem numer. 19.
Ex diſpoſitione Concilii reſignatio beneficii facta intuitu, & contemplatione ingreſſus in Religionem habet tacitam conditionem de Jure, quatenus ſuſceptum Religionis propoſitum ſolemni profeſſione confirmetur, ibid. n. 32.
Et, profeſſione non emiſſa, evaneſcit ipſo Jure, reſignans reintegratur ad poſſeſſionem beneficii reſignati, ibid. n. 32. 37. 39. & 60.
Diſpoſitio Concilii, *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* comprehendit etiam reſignationes beneficiorum, ibid. n. 33. 37. 57. & 62.
Ad effectum recuperandi bona vigore *dicti cap.* 16. nullum fit diſcrimen inter reſignationem paulo ante ingreſſum vel poſt ingreſſum emiſſam, ibidem num. 34.
Amplia, ut habeat locum diſpoſitio *dicti cap.* 16. etiamſi renuncians expreſſe proteſtaretur renunciationem velle ſuſtineri etiam in caſu, quo non ſequeretur profeſſio, ibid. n. 34. & 49.
Reſignatio facta ab ingreſſuro Religionem ſuſpenditur uſque ad ſecutam profeſſionem, ſi reſignans intendit in hoc ſe conformare Concilio, quamvis aliunde habeat eum quo vivat, ibid. n. 21.
Ex diſpoſitione Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* nulla renunciatio Novitii valet, niſi fiat cum certis ſolemnitatibus, & cum conditione, quod effectum non ſortiatur, niſi ſecuta profeſſione, ibidem numer. 3.
Solemnitates a Concilio requiſitæ in renunciatione per Novitium facienda non habent locum in reſignatione beneficiorum, ibid. n. 4. & ſeqq.
Conſtitutio Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de Regul.* non habet locum in renunciationibus, quæ fiunt per Novitium ante habitus ſuſceptionem, ibid. n. 23. & 31.
Amplia, etiamſi renunciatio expreſſe fieret intuitu Religionis, ibid.
Declara procedere, quoad ſolemnitates ſtatutas a Concilio, nempe, quod renunciatio fiat per duos menſes intra profeſſionem proximos, & de licentia Ordinarii, quia iſtæ ſervari non debent a donante vel renunciante ante ſuſceptum habitum: ſecus vero circa ſuſpenſionem effectus uſque ad tempus emiſſæ profeſſionis, quia in hoc adhuc ſervanda eſt diſpoſitio Concilii ibid. n. 24. & 45.
Admiſſus ad ingreſſum Religionis, & ad novitiatum & ingreſſus Monaſterium, raſus caput corona monaſtica, renuncians vel aliter diſponens de ſuis bonis per mediam horam ante ſuſceptum actualiter habitum Novitiorum, tenetur ſervare ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16 *de Regul.* ibid. n. 35. & 52.
Diſpoſitio Conciliaris habet locum in reſignatione beneficii per Novitium facta, licet mandatum confecerit ante ingreſſum, ſi conſenſus præſtetur poſt ingreſſum, ibid. n. 26.
Reſignatio dicitur fieri tempore præſtiti conſenſus, non autem tempore mandati ad conſentiendum, ibid. n. 26 & 33.
Contrarium, & quod conſenſus retrotrahatur ad diem mandati, ibid. n. 26.
Prima eſt verior, ibid. n. 26. & 28.
Conſenſus reſignationi ſi præſtetur intra annum Novitiatus reſignantis, non adhibitis ſolemnitatibus, Concilii Tridentini *ſeſſ* 25. *cap.* 16. *Regul.* reſignatio nulla remanet, ibid. n. 36. 38.
Renuncians intuitu Religionis ingrediendæ, quamvis habitu nondum ſuſcepto tenetur ſervare ſolemnitates Conciliares, ibid. n. 40.
Et quod voluerit reſignare intuitu Religionis, ex quibus inducatur, ibid. n. 34. 37 & 55.
Contrarium, quod non teneatur ſervare ſolemnitates Concilii eſt verius, & Rota ſequitur, & de ratione, ibid. n. 40. & 41.
Limitatur hoc contrarium in eo, qui prævio admiſſionis, & acceptationis decreto jam degit in Cœnobio, & raſo capite in formam coronæ monaſticæ Inſtituti Religioſi tenacem propoſitum oſtendit, quia ille non uti Secularis, ſed uti vere Novitius potius dijudicatur, ibid. n. 52. & 59.
Nullitas renunciationis ob non ſervatas ſolemnitates Concilii, *ſeſſ.* 25. *capit.* 16. *de Regul.* locum habet, etiamſi Novitius poſtea fuerit profeſſus, ibidem numer. 20.
Et beneficium ex capite dictæ nullitatis poſſet impetrari contra reſignatarium a Dataria tanquam vacans per profeſſionem, ibid.
Solemnitates prædictæ requiruntur etiamſi reſignans habeat aliunde, eum quo vivere poſſit, ibid.
Vide etiam *Renunciatio*, *Reſignatio*.
Reſervatio etiam ſpecialis non obſtat juri nominandi Rectori competens ex Bulla Piana in Vicariis erectis poſt Concilium, & quid de erectis ante Concilium, diſceptat. 27. n. 28.
Contrarium, ibid. n. 37. & ſeqq n. 50. & 51.
Poſt Concilium Tridentinum manutentio ad formam *cap. Conſultationibus* non habet locum in Jurepatronatus potentiom, ſi præſentationes fuerunt admiſſæ abſque cauſæ cognitione, non ſervatis ſervandis; ſecus ſi cum cauſæ cognitione, diſcept. 28. n. 16.
Vide *Juſpatronatus*.
Hodie expectativæ ſunt ſublatæ per Concilium, diſcept. 29. n. 9.
Ideo poſt Concilium ceſſant conjecturæ fraudis in permutatione, ibid.
Contrarium, quia adhuc poteſt fraus intervenire in præjudicium collatoris, ibid. n. 10.
Et tale præjudicium conſideratur non ſolum in Ordinario, ſed in Papa, ibid.

Nec

Digitized by Google

Nec eſt præjudicium eventuale, etiam reſpectu Papæ, ibid. n. 10.
Vide *Expectativa*.
Epiſcopus ex diſpoſitione Concilii Tridentini non poteſt in viſitatione quicquam procurationis cauſa, aut alio quovis nomine exigere, præter id, quod debetur de Jure ex relictis piis, diſcept. 35. n. 9.
Dicta diſpoſitio Concilii non ſubſtulit Cathedraticum, ib.
Aliud eſt requiri mentionem, & derogationem ſpecialem Concilii, aliud non præſumi ſublatum Jus debitum ex Concilio, niſi de eo facta ſit mentio ſpecialis in diſpoſitione, ibid. n. 19.
Coccini deciſio 1274. n. 21. notatur, ibid.
Juſpatronatus Regium non ſubjectum formæ Concilii ſtatutæ in potentibus ſi tranſeat ad potentem, retinet idem privilegium, quia attenditur origo, diſcept. 41. num. 4.
Idem ſi de privato tranſeat in potentem, ibid.
Sponſalia ſi contrahantur in faciem Eccleſiæ, ſervata a Sacro Concilio præſcripta in matrimonio, & poſtea ſequatur copula, tranſeunt in matrimonium, diſcept. 52. n. 8.
Contrarium, ibid. n. 9. & ſeqq.
Ante Concilium ſponſalia de futuro per ſubſecutam copulam tranſibant in matrimonium; ſecus eſt poſt Concilium, ibid. n. 10.
Solemnitates requiruntur per Concilium in matrimonio contracto per verba de præſenti; ſecus in ſponſalibus, quia adhuc remanent determinanda ſecundum diſpoſitionem Juris communis, ibid. n. 12.
Solemnitas requiſita per Concilium in actu præparato non ſufficit, ſi adhibeatur tantum in actu præparatorio, & præambulo, ibid.
In matrimonio conditionato ſolemnitates Conciliares debent intervenire de tempore impletæ conditionis, ibidem n. 16.
Contraria ſententia Canoniſtarum originem habuit ante Concilium, ſed non procedit, attento Jure Concilii, ibid. n. 17. & ſeqq.
Solemnitates Conciliares requiruntur in matrimonio puro, & perfecto, non ſuper imperfecto, & conditionato, ibid. n. 19.
Solemnitates Conciliares in matrimonio conditionato ſtant in ſuſpenſo, conditione pendente, ſed illa adimpleta, vigore retrotractionis liberi conſenſus dicuntur adjectæ matrimonio puro, ibid.
Contrarium, & quod fictio retrotractionis non ſuppleat imperfectionem matrimonii conditionati, adhuc ut ſolemnitates Conciliares dicantur adjectæ matrimonio puro, ibid. n. 20. & ſeqq.
Solemnitates Conciliares quare in matrimonio fuerint præſcriptæ, ibid. n. 21.
Matrimonium poſt contractum, & abſque expreſſione alicujus conditionis in faciem Eccleſiæ, licet partes antea convenerint de conditione, quæ non exiſtit, attento Jure conciliari, adhuc dicendum eſt validum in foro externo, quidquid ſit in foro interno, ibid. n. 20. & plur. ſeqq.
Sponſalia etiam de præſenti hodie ſunt invalida, & nulla, ſi non fuit ſervata forma Concilii Tridentini, ib. num. 82.
Amplia, etiam in matrimoniis Hæreticorum, & Schiſmaticorum, ſi in eorum Parochia decretum Concilii fuit publicatum, ibid.
Ex diſpoſitione Concilii Tridentini *ſeſſ*. 24. *cap*. 1. *de Matrimon*. conſenſus patris non requiritur ad validitatem matrimonii filiiſfamilias, ibid. n. 86.
Declara, ut matrimonium factum abſque tali conſenſu valeat, ſed antequam contrahatur, poteſt pater illud impedire, ibid.
Dicta diſpoſitio Concilii uti correctoris juris communis antiqui eſt reſtringenda ad id, quod expreſſe correxit, ibid.
Concilium Tridentinum juſſit fieri denunciationes matrimoniales, ut patresfamilias poſſent ſe opponere, & impedire, ibid.
Fagnanus fuit Secretarius Congregationis Concilii, & eſt fide dignus quoad reſolutiones, de quibus teſtatur diſcept. 6. n. 13. & 16.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii ſuper capacitate Fratrum Minorum recipiendi annua legata per modum eleemoſynæ, diſcept. 2. n. 146. & ſeqq. n. 175. & ſeqq.
Decreto ſacræ Congregationis Concilii cavetur fundationem Conventus Victoriæ, & legata perpetua per modum eleemoſynæ non adverſari puritati Regulæ S. Franciſci, ibidem n. 200.
Decretum Sacræ Congregationis Concilii ſuper ſubminiſtratione annuorum legatorum Fratribus Capuccinis relictorum olei, ac ceræ pro uſu Eccleſiæ, & unius ferculi in qualibet hebdomada, ibid. n. 175. & ſeqq.
Rota ſtudet famulari menti Sacræ Congregationis Concilii, diſcept. 13. n. 49.
Vide etiam *Congregatio*.
Collatio facta per Papam jure devoluto juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii importat devolutionem factam gradatim de uno Superiore ad alium uſque ad Papam ultimo loco, diſcept. 22. n. 37.
Et unuſquiſque ex collatoribus habet ſemeſtre a die ſcientiæ vacationis, ibid. n. 38.
Probari debet ſcientia nullitatis electionis in Epiſcopo aliiſque collatoribus gradatim, ut ſit locus proviſioni Apoſtolicæ jure devoluto juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ibid. n. 39.
Limita, ſi Eccleſia ſit exempta, quia tunc devolutio ſit immediate ad Papam, ibid. n. 41.
Item limita, ſtante clauſula *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, quia per eam Papa cenſetur voluiſſe conferre jure præventionis concurrendo cum ordinariis collatoribus, ibid. n. 40.
Sublimita hoc, ſi apponatur etiam alia clauſula, *& de devolutione detur diſpoſitive*, per quam Pontifex dicitur declarare ſe nolle concurrere cum Ordinariis, eoſque prævenire, ibid.
Conciliis generalibus debet fieri derogatio in ſpecie, ut Privilegium valeat, diſcept. 35. n. 6.
Literæ Gregorii XII. poſt declarationem Concilii Piſani non ſunt legitimi Pontificis, diſcept. 9. numer. 72.
Concilium Bracharenſe non eſt generale, diſcept. 35. numer. 6.
Concilium Bracharenſe diſponit, ut Regulares ſint exempti a Cathedratico, ibid.
Clementina *plures* de Jurepat. fuit edita in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. diſcept. 53. n. 2.

Concionator.

Abbas an habeat facultatem benedicendi concionatores deſtinatos pro Eccleſia Monaſterii & aliis Parochialibus intra diſtrictum Abbatiæ, diſcept. 20. n. 26.
Quod non habeat, ibid. n. 28.

Conciſtorium.

Cardinalium ſimul creatorum præcedentia non regulatur ab ordine, quo Papa illos in creatione nominavit, ſed unicuique locus aſſignatur ſecundum gradum debitum, niſi prænominatio ſiet per promotionem diſtinctam in eodem Conciſtorio, diſcept. 9. n. 70.
Cardinalis Chiſius ab Alexandro VII. creatus fuit per promotionem diſtinctam in eodem Conciſtorio, in quo ſex alii creati ſunt, ibid.
Liberculus Papæ non attenditur, ſed decretum Conciſtoriale, ſive rogitus Cardinalis Vicecancellarii, ibid.
Decreta, & cedulæ Conciſtoriales in proviſione Eccleſiarum Viterbien. & Tuſcanen. unitarum, ibidem num. 84.

Conclaviſta.

Privilegium Conclaviſtarum eſt favorabile & late interpretandum, diſcept. 30. n. 6.
Diſpenſat hoc privilegium ab irregularitate pro beneficiis, & penſionibus jam obtentis, non tamen pro obtinendis, ibid.
Et diſpenſat, ut non obſtante irregularitate, & aliis defectibus poſſint Conclaviſtæ ad ſacros Ordines promoveri, ibid. n. 6.
Declara, ut ibid.
Diſpenſat etiam ſuper defectibus natalium, ibidem numer. 7.
Penſio perpetua auctoritate Ordinarii nulliter reſervata revalidatur, ſi penſionarius fiat Conclaviſta, ibidem num. 4.
Limita, ſi penſio eſſet ſimoniaca, ibid. n. 5.

Concluſio.

Literæ, quas Papa dirigit Capitulis occaſione proviſionis Eccleſiarum, vocantur concluſiones, diſcept. 9. numer. 72.
Concluſio in deciſionibus Rotæ intelligi debet, prout loquuntur Doctores in eadem deciſione adducti, diſcep. 16. n. 77.

Concordia.

Concordiæ a Sede Apoſtolica confirmatæ non adverſatur Concilium Tridentinum *ſeſſ*. 24. *cap*. 20. *de Refor*., diſcep. 30. n. 10.
Doctrina Cardinalis de Luca *de Jurepatr*. *diſcur*. 61. quod inſtituti inæqualiter non habeant inſolidum Juſpatronatus etiam quoad exercitium, non procedit de jure, ſed tantum probata obſervantia, vel concordia, vel conſuetudine univerſali, diſcept. 4. n. 29.

Pri-

Digitized by Google

Privilegium Juriſpatronatus, ſi ſit conceſſum cum derogatione concordiæ ex cauſa reparationis, debet reparatio concludenter probari, diſcep. 22. n. 6.
Et non ſufficit hoc caſu aſſertio Pontificis concedentis in motu proprio, ibid. n. 6.
Et reparatio hoc caſu intelligenda eſt de totali reædificatione, non de ſimplici reparatione, ibidem numer. 7.
Privilegia limitata per concordiam non poſſunt amplius allegari, nec habent ſtatum primævum, ibid. n. 3.
Concordia inita auctoritate privata non poteſt imprimere novum ſtatum regularitatis Hoſpitali ſeculari, diſcept. 23. n. 15.
In caſu concordiæ Epiſcopus poteſt reſervare penſionem perpetuam, etiamſi non reſpiciat utilitatem Eccleſiæ, diſcept. 30. n. 3.

Concubinatus.

Non eſt permittendum, ut ſub pallio matrimonii poſſint iniri concubinatus, diſcept. 32. n. 45.

Concurſus.

Proviſio Apoſtolica cum derogatione, & gratificatione obtenta per præſentatum ab habente pinguiorem vocem in concurſu conſanguinei præſentati ab alio cohærede, non expreſſa præſentatione, & concurſu conſanguinei, eſſet ſubreptitia, ſtante clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, diſcept. 4. n. 29.
Ille, qui habuit minora ſuffragia, concurrere non poteſt cum habente plura conſtituentia majorem partem Capituli, ibid. n. 107.
Duobus habentibus paria vota majorem partem Capituli conſtituentia, habent jus quæſitum, ut eorum alterutro neceſſario cadat electio, & poteſt ad id Capitulum Judicis auctoritate compelli, ibid. n. 109.
Vide *Electio*.
Concurſus majoris partis completive in electionibus non probat, quod non ſufficiat major pars comparative, ſed requiritur, quod facta comparative fuerit contradicta & facta non electio per majorem partem completive, diſcept. 24. n. 31.
Proviſio Apoſtolica jure devoluto juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, ſi habet clauſulam, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, Papa cenſetur voluiſſe conferre jure præventionis concurrendo cum ordinariis collatoribus, ibid. n. 40.
Limita, ſi apponatur alia clauſula, *& de devolutione detur diſpoſitive*, per quam Pontifex dicitur declarare, ſe nolle concurrere cum Ordinariis, eoſque prævenire, ibid.
Epiſcopus ſi ſit ſuſpectus, deputatur alius in locum ejus ad faciendum concurſum, & præeligendum, diſcept. 13. n. 21.
Superior, qui jure devoluto providet, non tenetur ponere edictum, nec facere concurſum, diſcept. 4. numer. 121.
Multo minus tenetur attendere concurſum & examen factum pro Ordinario, & Capitulo eligere debentibus, ibid.
Nec tenetur conferre uni ex oppoſitoribus examinatis in concurſu pro Ordinario, & Capitulo, ibid.
Declara, niſi aliqua adeſſet conſtitutio diſponens ex ſola oppoſitione acquiri jus ad rem, ibid.
Tenetur tamen conferre habenti requiſita neceſſaria, ibid.
Si duo in concurſu ad Parochialem renunciantur idonei, quorum unus ab Ordinario ſit præelectus, & alter ab irrationabili judicio appellaverit, defuncto præelecto lite pendente, non eſt danda ſubrogatio competitori ſuperſtiti, diſcept. 31. n. 3.
Contrarium, ibid. n. 4.
Ceſſat hæc quæſtio, quando ſubrogatio fuit obtenta, ibidem n. 5.
Si lis eſt inter duos concurrentes ad beneficium debitum certo generi perſonarum, uno interim moriente, datur alteri ſubrogatio, ibid. n. 6.
In Parochialibus affectis, & reſervatis, ubi ad Papam ſpectat conferre, & ad Epiſcopum concurſum inſtituere, Epiſcopus eligit digniorem, non Papa, ibidem num. 7.
Appetens comparative magis civem, quam alienigenam ceſſante concurſu, ſeu competentia civis, in alienigenam conſentire cenſetur, diſcept. 32. n. 4.
Juriſdictio ordinaria prævalere debet in concurſu cum delegata, illamque ad ſe trahere, n. 73. V.

Condemnatio.

Pulſus in exilium lucratur diſtributiones, quando Judex eum legitime non condemnavit, diſcept. 34. numer. 14.
Et lucratur etiam pro tempore, quo remanſit in carcere, ibid. n. 15.
Cauſa exilii poteſt dici juſta reſpectu Principis condemnantis, licet non ſit juſta reſpectu condemnati, ibidem n. 16. & ſeqq.

Condictio.

Cauſa datum, cauſa non ſecuta, condicitur, diſcept. 18. num. 2.
Solutum ex duabus cauſis æque principalibus, & finalibus repeti non poteſt ex defectu unius tantum ex dictis cauſis, ibid. n. 10.
In condictione indebiti condicens tenetur probare negativam coarctatam, quod nec ex alia cauſa imaginabili ſolutio debita cenſeri valeat, ibid. n. 11. & 25.
Solutio pure facta cenſetur pro cauſa expreſſa, non pro alia non expreſſa, ibidem n. 21.
Vide etiam *Indebitum*, *Repetitio*.

Conditio.

Conditio ex futuro eventu non dicitur certa, diſcept. 2. n. 32.
Relictum Fratribus Minoribus pro celebratione Miſſarum non debetur niſi conditionaliter, ibid.
Collatio libere facta de beneficio Juſpatronatus jure etiam ordinario cenſetur ſub tacita conditione, ſi patronis placuerit, diſcept. 4. n. 90.
Et tunc conſenſus etiam ſuperveniens validat actum collationis, ibid. n. 98.
Amplia, etiamſi patronus tacite tantum conſentiat non reclamando, nec præſentando, durante tempore ad id conceſſo, ibid. n. 98. & 99.
Habens ſpem a conditione pendentem non poteſt conſulto facere, ut conditio verificetur in ſui favorem, & in præjudicium alterius, diſcept. 23. n. 42.
Dilatio in gratia eſt mora non conditio, differens, non ſuſpendens, diſcept. 5. n. 9.
Renunciatio beneficii, ejuſque collatio poteſt eſſe reſolubilis propter aliquam conditionem ex juris præſcripto ſubintellectam, diſcept. 6. n. 17.
In reſignatione non eſt neceſſarium exprimere Papæ conditiones, quæ ex juris præſcripto inſunt, ut ex diſpoſitione Sacri Concilii, *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regular.* ibid. n. 19.
Reſignatio beneficii facta intuitu & contemplatione ingreſſus in Religionem habet tacitam conditionem de jure, quatenus ſuſceptum Religionis propoſitum ſolemni profeſſione confirmetur, ibidem n. 32.
Et profeſſione non emiſſa evaneſcit ipſo jure reſignatio, & reſignans reintegratur ad poſſeſſionem beneficii reſignati, ibidem n. 32. 37. 39. & 60.
Licitum eſt fundatoribus in limine fundationis apponere conditiones etiam juri contrarias de conſenſu Ordinarii, diſcept. 43. n. 9. & 31.
Dummodo non ſit contra ſubſtantiam beneficii, ibid. num. 9.
Et dummodo non adjiciantur ex intervallo poſt factam fundationem, ibid.
Fundator, cui in limine fundationis reſervata eſt facultas diſponendi de Jurepatronatus in teſtamento, non poterit in eo adjicere conditiones juri contrarias; & quid de hoc ſentiat auctor, ibidem numer. 9.
Fundator quando vigore facultatis ſibi de conſenſu Ordinarii reſervatæ in fundatione conditiones declarat ex intervallo, illæ retrotrahuntur ad limen fundationis, ibid.
Conditio, quod Inſtitutio in beneficio Eccleſiaſtico pertineat non ad Epiſcopum, ſed ad Prælatum inferiorem, eſt contra ſanctionem Concilii Tridentini, ibid. num. 10.
Et non poteſt apponi in fundationibus poſt dictum Concilium; quidquid ſecus alii, ibid.
Et ſi apponatur, vitiatur, & Epiſcopus ſe intromittit, non obſtante pœna revocationis bonorum, & applicationis in alios uſus, ibid. n. 11.
Poteſt tamen & ſæpe ſolet, ſed non ſemper, admitti dicta conditio per ſummum Pontificem, ibidem numer. 11.
Legatum intelligitur juxta conditionem perſonæ, ad quam eſt directum, diſcept. 2. n. 17.
Procurator ad reſignandum ſi conditionem apponat diverſam ab ea, quæ continetur in mandato, reſignatio nulla eſt, & reſignanti datur regreſſus, diſcept. 48. num. 3.
Vide *Procurator*, *Reſignatio*.
Omnis conſenſus conditionalis, deficiente conditione, eſt nullus, ac omnino deſinit obligare, diſcept. 52. num. 3.
Nullo exiſtente contractu ex defectu conditionis & conſenſus, nullus ex eo naſci poteſt effectus aut pœna, ib.

Sponſa-

Sponſalia contrahi poſſunt ſub conditione conſenſus parentum, ibid. n. 1.
Ex ſponſalibus conditionalibus non oritur impedimentum Juſtitiæ publicæ honeſtatis, ibid. n. 4.
Vide plura in verbis *Matrimonium*, *Sponſalia*.
Stuprator diſparis conditionis ſub ficta promiſſione nubendi non tenetur nubere, ib. n. 56.
Nec tenetur ad dotem, ſi mulier viderit, vel videre potuerit ſe decipi; ſecus ſi fuerit ignara qualitatis viri, vel iſte taliter promiſit, ut illa ei prudenter crediderit, ibid.
Vide *Stuprum*.

Conferimus.

Verbum *conferimus* eſt generale importans etiam electionem, & admiſſionem, ſeu dotationem, & conceſſionem alicujus rei, diſcept. 27. n. 56.
Vide *Collatio*.
Proviſiones Ordinarii tanquam de vacanti, & per verbum *conferimus* conſtituunt obſervantiam Eccleſiæ numeratæ, ibidem n. 53.
Quid tamen, ſi proviſiones tanquam de vacanti, & per verbum *conferimus* factæ fuiſſent in menſe reſervato; ibid.
Diſtingue, ut, ibid. n. 54. & ſeqq.

Confeſſarius.

Vovens dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus incapacibus poteſt cogi per Confeſſarium ad tradendum ratione voti, diſcept. 2. n. 18.
Et tamen reſpectu Fratrum non cogentium dicetur ſponte tradere, quia votum ab initio fuit voluntarium, ibid.

Confeſſio.

Confeſſio non extenditur ultra intentionem confitentis, diſcept. 7. n. 16. & 17.
Confeſſio reſtricta ad unum finem non debet extendi ad alium, ibid. num. 16.
Confeſſio, quod quis ſit ſuperius, non excludit, quod ſit filius talis patris, ib. n. 16.
Maxime, quando detegitur erronea, ibidem numer. 19.
In materia ſanguinis & nobilitatis confeſſio non præjudicat fratri confitentis, ibid. n. 18.
Nec confeſſio patris præjudicat filio, ibid.
Confeſſio prævalet alteri cuicunque probationi, diſcept. 24. n. 75.
Iniquum eſt venire contra factum proprium, propriamque confeſſionem, ibid. n. 36.
Impugnans promiſſionem ſponſalium tanquam metu extortam fatetur illam præceſſiſſe, diſcept. 32. numer. 1.
Confeſſioni collitigantium ſtandum eſt ad declarandam naturam Juriſpatronatus, diſcept. 53. n. 9.
Actus audiendi confeſſiones non eſt Juriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ, quæ exercetur ſine ſtrepitu, & figura judicii, diſcept. 20. n. 15.
Actus Juriſdictionis voluntariæ quoad forum internum eſt exercibilis ubique locorum, ibid.
Juriſdictio fori pœnitentialis non terminatur loco, ſicut illa fori exterioris, ſeu judicialis, ibidem
Parochus audire poteſt confeſſiones ſuorum parochianorum ubique locorum, etiam extra Parochiam, ibid. n. 14. & 15.
Amplia, ut hoc facere poſſit etiam Vicarius Parochi, ibid. n. 14.
Archiepiſcopus viſitando Provinciam poteſt omnium confeſſiones audire, ibid. n. 15.
Regulares eo ipſo quod deputantur ab eorum Superioribus ad excipiendas confeſſiones ſecularium, & ab Epiſcopo approbantur, poſſunt indiſtincte audire confeſſiones cujuslibet fidelis ex privilegiis Apoſtolicis, ibid. n. 16.
Amplia, etiam invito Epiſcopo, ibidem
Parochi, & Vicarii ſeculares habent eorum Juriſdictionem limitatam ad proprios parochianos, etiam circa confeſſiones audiendas, ibidem n. 17.
Poteſt tamen ex conſuetudine legitime introduci, ut etiam alienos parochianos abſolvant, ibid.
Quæ conſuetudo hodie eſt fere univerſalis in orbe Chriſtiano, ibid.
Epiſcopus prohibere non poteſt Parochis confeſſiones alienorum parochianorum audire, ſi Parochi, quorum intereſt, non reclamant, ibid. n. 19.
Et ſufficit ad hoc etiam tacitus conſenſus aliorum Parochorum, ibid.
Parocho non ſuo confiteri quando liceat, ibid.
Vagus, ſeu viator poteſt confitere Parocho non ſuo, ibid.

Confirmatio.

Statutum Eccleſiæ præſumitur Apoſtolica auctoritate confirmatum ex obſervantia 30. & 40. annorum, diſcept. 26. n. 13.
Confirmatio electionis præſumitur facta, cauſa cognita diſcept. 24. n. 34.
Confirmatio per Epiſcopum præſumitur facta jure ordinario, non autem ſpeciali, & extraordinario, niſi contrarium oſtendatur, ibid. n. 42.
Devolutio electionum pertinet ad illum Superiorem, ad quem ſpectat confirmatio, ibid. n. 24.
Etiamſi confirmatio ſpectet ad Epiſcopum jure ſpeciali, ad ipſum tamen devolutio pertinet, & non ad Papam ibidem
Confirmatio electionum facta ab Epiſcopo excludit prætenſam exemptionem Eccleſiæ, ibidem numer. 42. & 43.
Decretum Capituli pro petenda electionis confirmatione eam revalidat, ibid. n. 12. 59. 70. & 71.
Vide *Electio*.
Privilegium confirmatorium aliorum privilegiorum importat novam conceſſionem quoad id, quod excedit privilegia confirmata, n. 30. V.

Confraternitas.

In adminiſtratione generica confraternitatis patronæ cadit etiam jus præſentandi illi competens, diſcept. 4. num. 84.

Congratulatio.

Acclamatio ſeu congratulatio Vocalium in loco electionis habet vim Collegialis approbationis, diſcept. 34. num. 9. & 17.
Sive fiat turmatim, & in communi, ſive per ſingulos in particulari, ibid. n. 9. & 71.
Secus ſi fieret extra Capitulum per Canonicos uti ſingulares, ibid. n. 9. 17. & 71.
Intellige, prædicta procedere tantum ubi in electione non requiritur forma *cap. quia propter de elect.* ibid. n. 9.
Vide *Electio*.

Congregatio.

Septem reſolutionibus diverſarum ſacrorum Congregationum firmatur capacitas Fratrum Minorum recipiendi per modum eleemoſynæ, quidquid ipſis offertur, emiſſa proteſtatione, quod non intendunt acquirere jus vigore legati, diſcept. 5. n. 8.
Sacra Congregatio Fabricæ prohibuit, ne hæredes ſe componentes cum Fabrica extinguerent annua legata relicta Fratribus Minoribus, ibid. n. 15.
Et voluit capitalia integra conſervari, ut legata ſolverentur legatariis per viam eleemoſynæ, ibid.
Reſolutiones ejuſdem ſacræ Congregationis circa fundationes, & legata dictis Fratribus relicta, ibid. n. 55. 130. & ſeq. n. 162. & ſeqq.
Applicatio de legato perpetuo Fratribus Minoribus relicto facta ab Epiſcopo S. Angeli pro Canonicatu in Cathedrali improbatur a Sacra Congregatione Fabricæ, quæ mandat inveſtiri capitale ad effectum ſolvendi Fratribus illius fructus per modum eleemoſynæ, ibid.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſuper capacitate Fratrum Minorum recipiendi annua legata per modum eleemoſynæ, ibid. n. 149. & ſeqq.
Decreta Sacrarum Congregationum Concilii Tridentini, ac Epiſcoporum, & Regularium ſuper alternativa Penſunctionum Epiſcopalium ſervanda in Eccleſiis Penen. & Hadrian. uoitis, diſcept. 9. numer. 85. & ſeqq.
Sacra Congregatio ſupplet conſenſum Parochi pro fundatione Conventus, ſi concurrunt alia requiſita, diſcept. 36. n. 6.
Congregatio Concilii. Vide *Concilium*.
Ultimum Decretum Sacræ Congregationis Rituum pro lege attendi, & ſervari debet, diſcept. 43. n. 15.
Congregatio Rituum conceſſit uſum Baldachini.
Vide *Baldachinum*.
Reſolutiones Sacrarum Congregationum ſunt ponderandæ in circumſtantiis; non ſumendæ in cortice, & in abſtracto, & ſine applicatione ad quæſtiones ita poſtorum emergentes, diſcept. 50. n. 19.
Decretum Sacræ Congregationis non dicitur tollere immemorabilem, ſi de iſta non fit mentio in ipſo decreto, ſed tantum in narrativa, ibid. n. 26.
Congregationis Caſſinenſis laudes, & inſtitutiones quædam, n. 14. V.
Congregationi Caſſinenſi tributum fuit jus deſtituendi Abbates locales in eorum Capitulis & Dietis generalibus, n. 4. V.

Congrua.

Digitized by Google

Congrua.

Congrua per Rectorem præſtanda Vicario regulatur jure alimentorum, diſcept. 27. n. 31.
Fructus Vicariæ perpetuæ vacantis ſpectant ad ſucceſſorem, ubi non intrat camera, ſi ejus congrua conſiſtat in certis corporibus a beneficio diſmembratis; ſi vero conſiſtit in certa quantitate per Rectorem præſtanda, tunc extinguitur favore Rectoris, ibid. n. 32.
Fructus Vicariæ vacantis pertinent ad ſucceſſorem, quando diſmembratio bonorum pro congrua facta eſt quoad plenum dominium proprietatis, & uſusfructus; ſecus ſi fuit aſſignatio quoad uſusfructum, ibidem numer. 32.
Onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum non ſpectant ad Vicarium habentem curam actualem, ſi ejus congrua ſufficiat tantum pro alimentis, diſcept. 30. n. 39. & ſeqq.
Congrua alimentaria debet eſſe exempta ab omni onere, ibid. n. 39.
Si congrua Vicarii ſufficit pro alimentis, & pro oneribus curæ, & adminiſtrationis Sacramentorum, ad iſta tenetur Vicarius, ibid. n. 40.
Et ſi congrua ſit ſufficiens pro omnibus oneribus etiam reſtaurationis Eccleſiæ, tunc ad Vicarium pertinent omnia onera, & quando dicatur congrua ſufficiens, ibid.
Amplia, etiamſi in aſſignatione congruæ dictum ſit, quod ea in ſuos uſus convertatur, quia intelligitur, deductis oneribus, & expenſis beneficii, ibid.
Vicarius tenetur ad onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, etiamſi congrua ſufficiat tantum ad alimenta, quando ultra congruam percipit omnia incerta ex curæ exercitio provenientia, ibid. n. 41.
Si vero hujuſmodi incerta dividuntur inter Vicarium, & Rectorem, dividi etiam debent onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, niſi exter contendo, quod non tantum ex eis incumbant, ibid.
Obſervantia contraria, & quod eſt de Jure, non relevat in hoc puncto, quia connivenſtia anteceſſorum non præjudicat ſucceſſoribus, ibid. n. 42.
Amplia, etiamſi eſſet per longum tempus, & quid ad illam requiratur, ibid.
Refectio domus Vicarii ad eum pertinet, ſi fuit in culpa deteriorationis, ibid.
Conſtitutio S. Pii V. aſſignans Vicariis perpetuis diverſarum Parochialium Urbis omnia emolumenta funeralium ultra congruam locum habet in funeribus etiam non Parochianorum, attenta declaratione Alexandri VII. ibid.
Contrarium eſt verius de Jure, ſecluſa dicta declaratione, ibid.
Archipresbytero curam actualem exercenti debetur congrua, diſcept. 46. n. 2.
Limita, ſtante obſervantia, qua nihil aliud conſecutus eſt quam Præbendam, & diſtributiones, nec non incertas obventiones ſpirituales, ibid n. 2.
Archipresbyter curam actualem exercens nihil plus prætendere poteſt eo, quod fuit ſibi dari ſolitum, & conſuetum, ibid.
Etiamſi ſolitus ſit percipere tantum emolumenta provenientia ratione ſtolæ, nempe ex fidibus baptizatorum, matrimoniorum, & ſimilium, ibid.
Contrarium, & quod dicta emolumenta incerta non computentur in congruam, ibid. n. 2.
Amplia hoc contrarium, etiam ſtante contraria obſervantia Archipresbyteri pro tempore, quia non potuit præjudicare ſucceſſoribus, ibid.
Declara, ne obſervantia illi præjudicet, ſi cum Præbenda, ſeu congrua ſibi aſſignata poſſit commode vivere, & ſupportare onera; ſecus ſi non poſſit, ibid. num. 3.
Congrua Archipresbyteri curam actualem exercenti non debet eſſe minor 50. ducatis illarum partium, in quibus exiſtit Eccleſia, ibid. n. 4.
Sua Præbenda conſiſtens in fructibus certis debet illi imputari in congruam, ibid. n. 5.
Item debent imputari diſtributiones quotidianæ, quas percipit ſicut alii Canonici divinis intereſſentes, ibid. num. 6.
Contrarium, ibid. n. 7.
Sed prima eſt verior, ibid.
Emolumenta incerta illa tantum imputantur, quæ habent quandam certitudinem, ut ſunt decimæ frumenti, & vini; ſecus vero quæ ſunt omnino incerta, ut funeralia, diſtributiones, & ſimiles, ibid. n. 7.
Diſtributiones quotidianæ non ſunt incertæ, ſicut obventiones ſpirituales, ibid.
Merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, non imputantur, ibid.
Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus beneficii, ſed merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, ibid.
Diſtingue, ut ſi participantur ratione ſervitii in choro abſque ullo onere Miſſarum privatarum celebrationis pro anniverſariis, ac piis legatis veniant imputandæ; ſecus ſi habent admixtum onus celebrationis Miſſarum privatarum, ibid. n. 8.
Imputandæ ſunt obventiones quas percipit Archipresbyter ratione ſuæ dignitatis, quatenus eas percipiat etiam non interveniendo in choro, ibid.
Servitium Parochiæ ſuccedit loco ſervitii in choro ad effectum lucrandi diſtributiones, ibid.
Imputantur in congruam diſtributiones, quas Archipresbyter percipit ratione intereſſentiæ in choro, & ſine ullo ſervitio aut labore perſonali, ibid. n. 9.
Non imputantur emolumenta incerta ratione ſtolæ, ut obventiones pro baptiſmis, matrimoniis, & ſimilibus ibid n. 10.
Diſtingue, ut procedit in incertis mere eventualibus, & voluntariis, quæ pendent a ſola populi devotione; ſecus in iis, quæ ſunt aliqualiter certa, ut ſunt incerta ſolvenda occaſione Sacramentorum, vel ſepulturæ, ibid. n. 11. & ſeq.
S. Pius V. aſſignavit Vicariis diverſarum Parochialium Urbis omnia emolumenta funeralium ultra congruam, diſcept. 30. n. 42.

Congruum.

Congruum non eſt, quod unum altare diſcooperiatur pro alio cooperiendo, diſcept. 36. n. 8.

Conjectura.

Collegialitas Eccleſiæ probari poteſt duobus modis, vel per Bullam erectionis, vel per ſigna, argumenta, & conjecturas, diſcept. 8. n. 9.
Nec eſt neceſſe, quod concurrant omnes conjecturæ, ſed ſufficiunt aliquæ, ibid.
Vide *Collegiata.*
Beneficium fuiſſe fundatum de bonis laicalibus, licet per Clericum vel aliam perſonam Eccleſiaſticam conjecturis probatur, diſcept. 25. n. 43.
An, & quando per conjecturas, & per verba æquipollentia conſtet de voluntate fundatoris excludendi reſervationes Apoſtolicas, ibid. n. 73.
Jus præſentandi ut dicatur a fundatore renunciatum, ſufficit renunciatio etiam tacita, ſed debet æquipollere expreſſæ, ac deſumi ex conjecturis, quæ eam inferant neceſſe, diſcept. 4. n. 78.
Conjecturæ non poſſunt eſſe probationes manifeſtæ, diſcept. 25. n. 28.
Regula 8. reſervationum poteſt tacite excludi per verba æquipollentia excluſionis expreſſæ, & ex conjecturis, ibid. n. 27.
Permutatio ex quibus conjecturis fraudulenta dicatur, diſcept. 29. n. 11.
Quibus conjecturis excludatur præſumptio Juris *elem. pietres de Jurep.* diſcept. 53. n. 24.
Conjecturæ ſi fluctuant hinc inde pro qualitate gentilitia, & pro hæreditaria, Juſpatronatus judicandum eſt mixtum, ibid. n. 16.
In conjecturis circa qualitatem Juriſpatronatus, quæ non proſunt ſingula injuncta juvant, ibid. n. 15.
Declara, ſi concurrit aliqua ex conjecturis certa & clara; ſecus ſi quælibet in ſuo genere eſt imperfecta, ibidem
In conflictu conjecturarum, quæ ſunt graviores & plures ſuffocant leviores, ibid.
Conjugium. Vide etiam *Matrimonium.*
Neronis cum quodam Pythagora nefandum conjugium coram populo celebratum, diſcept. 52. n. 22.

Conjunctus.

In paritate gradus conjunctus ex utroque latere præfertur conjuncto ex uno latere tantum; ſecus in diſparitate gradus, quia tunc præfertur proximior conjunctus ex uno latere tantum, diſcept. 7. n. 8.
Conjunctus in pari gradu ex latere materno, ſi alter eorum ſit etiam conjunctus ex latere paterno, licet in gradu remotiori, præfertur alteri ex latere matris tantum conjuncto, ibid. n. 9.
Si fundator Juriſpatronatus vocavit conjunctos ex utroque latere, tunc habens hanc qualitatem præfertur proximiori in grado ex uno tantum latere conjuncto, ibid. n. 10.
Potioritas ſi ſit in qualitate conjunctionis ex utroque latere, remotior cum hac qualitate vincit proximiorem ex uno tantum latere conjunctum, ibid.
Fundatio *pro illis de genere meo, & matris meæ* non requiritur utriuſque lateris conjunctionem in præſentando, ſed alterutram tantum, ibid. n. 11.

Et ibi

Digitized by Google

Et ibi particula *Et* non ſtat copulative, nec diſinoctive, cum prælatione ſecundum ordinem ſcripturæ, ſed parificative, ut præſentandus accipiatur de una vel alia linea arbitrio patronorum, ibid.
Maximo, ſi plura ſint beneficia fundata, quam ſic veriſimile adeſſe utrinque conjunctos, qui poſſent præſentari, ibid. n. 11. & 31.
Pro illis de genere meo, & matris meæ, etiamſi ibi *Et* non ſtatet copulative, itaut non requireretur concurſus utriuſque conjunctionis, tamen habens utranque præferri debet habentibus unam tantum, ibid. num. 11. & 31.
Contrarium, ibid.
Et in dicto caſu ſtat copulative, & requiritur utraque conjunctio, quando fundator vocat duplicem caſatam vel lineam per modum unius, puta, ſi vocat in ſingulari ſuam familiam, quam explicat de utraque caſata, ſecus ubi vocatur duplex linea per modum duplicis caſatæ ſubſtantive, ibid. n. 13.
Fundans beneficium pro illis de parentela ſua, & matris, videntur prælecti conjuncti ex utroque latere ibid. n. 31. & 32.
Etiamſi conjunctus ex uno tantum latere eſſet in gradu proximior, ibid.
Etiamſi conjunctus ex uno tantum latere fuiſſet a patronis præſentatus, ibid.
In Jurepatronatus prout in ſucceſſoribus, ſublata differentia agnatorum, & cognatorum, proximior in gradu, licet ex uno tantum latere conjunctus, vincit remotiorem conjunctum ex utroque latere, ibidem numer. 11.
Juſpatronatus non fit pro parte hæreditarium in ultimo de una linea, quando fuit reſervatum etiam pro diverſis familiis, & lineis, ſubſtitutis, tamen ad invicem per reciprocam linearum, vel conjunctis, mediante aliqua reali vel perſonali conjunctione, diſcept. 39. num. 3.
Ex tribus inſtitutis hæredibus duo conjuncti habent ſemiſſem hæreditatis, tertius vero alium ſemiſſem, diſcept. 38. n. 11.
Declara procedere, ubi oratio non ſit conjuncta, ſed ſeparata, ibid.
Separata oratio operatur, ut tanta ſit portio unius disjuncti, quanta plurium conjunctorum, ibid.
Acerrima diſcordia inter conjunctos ſponſi cum illis ſponſæ ſub evidenti periculo alicujus peſſimi exempli eſt juſta cauſa impediendi matrimonium, diſcept. 52. n. 87.
Et Prælatus tenetur tale matrimonium impedire, ibid.

Conſanguineus.

Majoris eſt efficaciæ qualitas conſanguineitatis, quam vocis pinguedo, diſcept. 4. n. 29.
Proviſio Apoſtolica cum derogatione, & gratificatione obtenta per præſentatum ab habente pinguiorem vocem in concurſu conſanguinei præſentati ab alio cohærede non expreſſa præſentatione, & concurſu conſanguinei, eſſet ſubreptitia, ſtante clauſula, *dummodo non ſit alteri Jus quæſitum*, ibid. n. 59.
Erecto beneficio pro conſanguineis ſuis, & conjugis, non datur prælatio ex ordine ſcripturæ inter unam, & alteram lineam, quia cenſetur redactæ in unam, ſed attenditur ſola prælatio proximitatis, diſcept. 7. num. 3.
Idem, ſi fundatum ſit pro illis de genere meo, & matris meæ, ibid.
Limita in paritate gradus, quando conſtat fuiſſe conſideratum ordinem tacitum, & ſubintellectum, ibid. num. 4.
Maritus fundans pro conſanguineis ſuis, & uxoris cenſetur conſideraſſe ordinem tacitum, & ſubintellectum ratione majoris affectionis erga ſuos, ibid.
In Jurepatronatus paſſivo an præſentatus conſanguineus inhabilis poſſit habilitari per diſpenſationem contradicente altero conſanguineo habili æque vocato, ibid. n. 38. & plur. ſeqq.
Vide *Habilitas*, *Juſpatronatus*.
Bulla S. P. V. prohibens Ordinariis beneficia reſignata conferre conſanguineis, & familiaribus non eſt uſu recepta in Hiſpania, diſcept. 12. n. 31.
Neque comprehendit Cardinales Epiſcopos, ibid.
Matrimonium inter conſanguineos ex diſpenſatione Apoſtolica valet, etiamſi diſpenſatio non fuerit oſtenſa Parocho, & teſtibus, diſcept. 52. n. 24.
Virginum aliquæ de conſenſu conſanguineorum invitant aliquem Juvenem in domum, ut deprehendantur in ſtupro, & ſine dote nubant, ibid. n. 53.
In materia matrimoniali parentes, & conſanguinei, & affines admittuntur ad probandum, ibid. n. 70.
Sive agatur de valore matrimonii, ſive de eo diſſolvendo, ibid.
Limita, ſi adeſt diſparitas inter conjuges, ibid.
Amplia, etiamſi diſparitas reſultet ex qualitate, & numero amicorum, quos unus ex conjugibus haberet, ibid. n. 70.
Declara, ut repoſitum ſit in arbitrio Judicis fidem hujuſmodi teſtium ponderare ex qualitate cauſæ pendentis, & conditione pari vel diſſimili perſonarum tam in nobilitate, quam in divitiis, & aliis circumſtantiis, ibid.
Prælatus tenetur impedire matrimonium filiifamilias volentis nubere cum ſponſa nimis paupere ob timorem inimicitiæ & ſcandali inter conſanguineos, ibidem numer. 89.
Et Parochi de ſtylo, & de jure nequeunt facere denunciationes, ſed debent expectare reſponſum Epiſcopi vel ejus Vicarii, ibid. n. 91.
Nec Ordinarius tali caſu poteſt remittere denunciationes, ibid.
Contractis ſponſalibus de futuro per occultam promiſſionem, & privatam apocham habentem vim jurati inſtrumenti, an partes concorditer recedendo poſſint cum conſanguineis ſponſi vel ſponſæ reſpective matrimonium contrahere abſque diſpenſatione Apoſtolica ſuper impedimento Juſtitiæ, publicæ honeſtatis, ibid. n. 92. & ſeqq.
Et utrum teſtes adhibiti confidentialiter in apocha, non obſtante mutua partium obligationis remiſſione, teneantur vigore decreti in denunciationibus appoſiti revelare occultam promiſſionem futurarum nuptiarum, ibid.
Impedimentum publicæ honeſtatis Juſtitiæ propter inita ſponſalia cum conſanguineis ſponſi vel ſponſæ non multum habet rationis, & deberet aboleri, ibid. n. 93. & ſeqq.
Modica coactio licita eſt parentibus & conſanguineis ad matrimonium, diſcept. 30. n. 13.
Et poſſunt impellere per ſimplices increpationes verborum; dummodo non intercedat atrocitas facti, ibid.
Idem eſt, nullam adeſſe coactionem, ac adeſſe modicam, ibid.
Vide *Matrimonium*, *Metus*.
Vocabulum *Conſanguinei* eſt naturale, non civile, diſcept. 41. n. 3.
Appellatione *Conſanguineorum* ſeu parentum veniunt etiam illegitimi, ibid.
Qualitas legitimitatis requiſita per teſtatorem in inſtitutione hæredis non cenſetur repetita in ſubſtitutione Capellaniæ cum Jurepatronatus, reſervato favore deſcendentium per verba *Conſanguineos* ſeu *Parentes*, ibid.

Conſcientia.

Quis poteſt eſſe debitor in conſcientia, licet actione civili compelli non poſſit, diſcept. 2. n. 86.
Legata in teſtamento ex defectu juris invalido debet hæres in conſcientia, ſi illi conſtet de mente teſtatoris, licet contra eum non detur civilis actio, ibid.

Conſecratio.

Miniſtri induti paramentis ſacris aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione oleorum tanquam cooperatores Epiſcopo conjunguntur, & ab eo non debent in honore ſeparari, diſcept. 15. n. 9.
Et iſta conjunctio prævalet illi generali, qua conſideratur inter Epiſcopum, & Capitulum, ibidem numer. 10.
Dubitat de hoc auctor, & firmat contrarium, quando adeſt ſtatutum Eccleſiæ ita diſponens, ibid. n. 11. & ſeqq.

Conſenſus.

Epiſcopus tenetur habere conſenſum Capituli ad cognoſcendum, & condemnandum aliquem de Capitulo ratione delicti, diſcept. 16. n. 5.
Amplia procedere, tam in delictis gravibus, in quibus dicitur agi de arduis, quam etiam in levibus, ibid. num. 6.
Epiſcopus etiam in levibus nihil poteſt ſtatuere, & definire in criminalibus ſine conſenſu Capituli, ibid.
Minora expedire poteſt Epiſcopus abſque Capitulo in negotiis extrajudicialibus; ſecus in judicialibus, ibid.
In correctione tanquam in re ardua requiritur conſenſus Capituli, ibid. n. 10.
Epiſcopus in Synodo ſtatuere non poteſt in gravibus, & arduis cum ſolo conſilio Capituli, ſed requiritur etiam conſenſus ejuſdem, ibid. n. 20. uſque ad 35.
Contrarium, ut ſufficiat conſilium, & non teneatur ſequi, ibid. n. 36. & plur. ſeqq. & num. 61. & plur. ſeqq.
Conſenſus Capituli requiritur etiam ad creandum Canonicos ſupranumerarios, ibid. n. 35. & 76.
Canonicorum ſupranumerariorum creatio eſt de arduis concernentibus intereſſe commune Capituli, & Eccleſiæ, ibid. n. 76.

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopus non tenetur adhibere conſenſum Capituli in exercenda Juriſdictione, ibid. n. 39.
Nec in inquirendis, & corrigendis ſubditorum exceſſibus, ibid.
Abſurdum ſequeretur, ſi Epiſcopus in condendis ſtatutis, & in corrigendis ſubditorum exceſſibus cogeretur habere conſenſum Capituli, ibid. n. 42.
Conſenſus Capituli requiritur in iis, quæ concernunt intereſſe Canonicorum, ut ſunt alienatio rerum Eccleſiæ, & alia concernentia intereſſe commune Capituli, & Canonicorum, ibid. n. 44.
Conſenſus Capituli non requiritur niſi in caſibus in jure expreſſis, ibid. n. 45.
Etiamſi ſint ardua, ibid. n. 45. & ſeqq.
Doctores firmantes, Epiſcopum ſtatuere non poſſe in arduis abſque conſenſu Capituli etiam extra caſus a jure expreſſos, reprehenduntur, ibid. n. 63. & ſeqq.
Quales ſint caſus in jure expreſſi, in quibus Ordinarius indiget conſenſu Capituli, ibid. n. 78. & ſeqq.
Unionem facere nequit Epiſcopus ſine conſenſu Capituli, ibid. n. 74.
Epiſcopus debet requirere conſenſum Capituli in omnibus negotiis, & actibus, in quibus vertitur intereſſe particulare ipſius Capituli, ibid. n. 78.
Item, quando diminueretur auctoritas Eccleſiæ, ibid. num. 79.
Item, quando ageretur de auferendo jure unius Eccleſiæ, & alteri tradendo, ibid. n. 79.
Item, quando agitur de alienatione bonorum Eccleſiæ, ibid. n. 80. vel de eadem Eccleſia obliganda vel oneranda, ibid.
Item, quando agitur de præjudicio quoad ſubjectionem vel limitationem conſenſus Capituli, ibidem numer. 81.
Item, quando agitur de caſuum criminalium ventilatione, ibid. n. 82.
Contrarium in hoc, quod ſufficiat conſilium, & præſentia Capituli, ibid.
Hodie attenta determinatione Concilii adhibendi ſunt adjuncti in cauſis criminalibus, ibid. n. 82.
Loquitur tantum de Capitulis exemptis, ibidem numer. 83.
Item requiritur conſenſus Capituli, quando agitur de ponendo interdicto Eccleſiæ, ibid. n. 84.
Vide etiam *Capitulum*, *Epiſcopus*.
Quandoque conſilium tam in jure civili, quam in jure Canonico accipitur pro conſenſu, & tunc de neceſſitate ſequendum eſt, ibid. n. 41.
Declara procedere, quando debet præſtari a majori ad auctorizandum actum inferioris; ſecus, quando ab inferiori præſtandum eſt ſuperiori, ibid.
Conſentiente laico, ceſſat illius præjudicium, & Juſpatronatus mixtum conferre poteſt per Papam abſque derogatione pro parte ad Clericum ſpectante, diſcept. 3. num. 8.
Juſpatronatus partim ad laicum, partim ad Eccleſiaſticum ſpectans conferri poteſt a Papa, & ſignari ſupplicatio cum clauſula, *accedente conſenſu ſolius patroni laici*, ibid. n. 7.
Juſpatronatus etiamſi pro tertia tantum parte ſit laicale, & pro aliis duabus Eccleſiaſticum, admittitur in Dataria renunciatio ad favorem, *accedente conſenſu ſolius patroni laici*, ibid. n. 2.
Laicus ſi non poſſet ſolus conſentire liberæ collationi Juriſpatronatus mixti diſſentiente compatrono Eccleſiaſtico, pateretur præjudicium ex communione cum Eccleſiaſtico, ibid. n. 9.
Beneficia de Jurepatronatus apud ſedem vacantia per reſignationem Papa confert de conſenſu patronorum, diſcept. 27. n. 19.
Item confert, accedente conſenſu patronorum, quando vacant per incompatibilitatem, ibid. n. 80.
Si obtinens beneficium de Jurepatronatus laicorum, illo non dimiſſo, aliud conſequitur incompatibile a Papa, collatio prioris ex vi decreti de dimittendo vacantis ſpectat ad Papam cum clauſula, *accedente conſenſu patronorum*, diſcept. 32. n. 60.
Proviſiones Apoſtolicæ habentes in ventre præſervativam conſenſus patronorum potius confirmant, quam ceſſare faciant Juſpatronatus, diſcept. 4. n. 37.
Collatio libere facta de beneficio Juriſpatronatus jure etiam ordinario cenſetur ſub tacita conditione, ſi patronis placuerit, ibid. n. 90.
Et tunc conſenſus etiam ſuperventus validat actum collationis, ibid.
Collatio beneficii de Jurepatronatus libere facta per Epiſcopum jure ordinario, & originario valet, &, patrono non reclamante intra tempus datum ad præſentandum, ſuſtinetur, ibid. n. 91.
Fortius, ſi poſtea patronus conſentiat, ibid.
Non poteſt quis ratificare, quod ſuo nomine geſtum non eſt, ibid.
Declara procedere, ubi illius conſenſus neceſſario requirebatur uſque ab initio ad perfectionem actus, ibid.
Donatio Juriſpatronatus eſt nulla, ſi conſenſus præſtiterit Vicarius, ibid. n. 65.
Conſenſus habentis jus nominandi in Vicariis poteſt præſtari tam ante, quam poſt collationem, diſcept. 27. n. 22. & 25.
Contrarium, ibid. n. 54.
Et ſufficit quod interveniat tempore expeditionis litterarum, ibid. n. 23.
De hujuſmodi conſenſu non ſolet fieri mentio in literis, ſed ſufficit, quod de eo fiat fides per ſcripturam in Cancellaria juxta ſtylum, ibid. n. 24.
Contrarium, ibid. n. 53.
Conſenſus alterius collatoris ſuperveniens, poſt liberam proviſionem Apoſtolicam non habet vim nominationis, ſed potius redolet agnitionem proprii non juris, ibid. num. 43.
Permutans coram Ordinario beneficium patronatum malitioſe abſque conſenſu patroni nulliter permutat, & eo privatus remanet, diſcept. 29. n. 16.
Vide *Beneficium*, *Permutatio*, *Reſignatio*.
Hæredes eorum, qui conſenſerunt unioni Juriſpatronatus non poſſunt eam diſſolvere, diſcept. 53. numer. 13.
Conſenſus patronorum in capita præſtitus collationi beneficii, nullo expreſſo nomine hæreditario, eſt validiſſimum argumentum qualitatis gentilitiæ, ibidem num. 26.
Vide *Juſpatronatus*.
Pro fundationibus Conventuum requiritur conſenſus Parochi, populi, & Regularium circumadjacentium. Vide *Conventus*, *Fundatio*.
Omnis conſenſus conditionalis, deficiente conditione, eſt nullus, ac omnino deſinit obligare, diſcept. 32. num. 3.
Nullo exiſtente contractu ex defectu conditionis, & conſenſus, nullus ex eo naſci poteſt effectus aut pœna, ibid.
Conſenſus unius eſt indiviſibilis, diſcept. 4. n. 26.
De conſenſu partium fieri poteſt, quod ſtetur dicto unius in certis caſibus ad probationem, ibidem, num. 123. in fine.
Regula de conſenſibus quare inducta, diſcept. 5. num. 3. & 4.
Praxis Datariæ circa præſtationem conſenſus pluries mutata, & quare, ibid. n. 2. & ſeqq.
Qui ſupplicat pro admiſſione reſignationis ille perneceſſe conſentit, ibid. n. 3. & 2.
Conſenſus extendi poteſt etiam poſt obitum reſignantis, ſi, eo vivente, ſupplicatio fuit ſignata, & datata, ex Conſtitutione Alexandri VI. & Leonis V. ibid. n. 2.
Et præſtari poteſt per procuratorem dicti reſignantis, ib.
Limita, ſi ſupplicatio nondum fuerat datata parva data, ibid. n. 2.
Declara ut n. 3. & plur. ſeqq.
Poſt obitum reſignantis non admittitur illius procurator ad præſtandum conſenſum pro reſignatione non perfecta, ibib. n. 2.
Ante oppoſitionem parvæ datæ gratia non dicitur perfecta, ibid.
Defectus parvæ datæ non facit ceſſare Conſtitutiones Alexandri VI. & Leonis X. admittentes præſtationem conſenſus etiam poſt mortem reſignantis, ibid. num. 8
Parva data non requiritur ad perficiendam gratiam, ſed ſolum, ut conſtet de tempore ſignaturæ, ad quod fiat retrotractio conſenſus, ibid.
Conſenſus extendi debet infra quindecim dies a die miſſæ ſupplicationis ad regiſtrum, ex Conſtitutione Clementis VII. ibid. n. 22.
Non fuit obſervata dicta Conſtitutio, ibid. n. 23.
Extenſio conſenſus poſt mortem indiſtincte prohibita fuit ex Conſtitutione S. Pii V. qua fuerunt correctæ priores Conſtitutiones Alexandri VI. & Leonis X. ibid.
Dictam S. Pii V. Conſtitutionem abrogavit Gregorius XIII. & renovavit antiquas Alexandri VI. & Leonis X. dictam extenſionem permittentes, ibid. n. 24. & 26.
Gregorius VIII. per regulam de publicandis reſignationibus infra ſex menſes obviavit omnibus fraudibus, quæ a conſenſus extenſione poſt mortem proveniebant, ibid. n. 25.
Extenſio conſenſus etiam poſt mortem reſignantis de jure communi fieri poteſt, ibid. n. 27.
Extenſio conſenſus eſt conſummatio actus jam cœpti, ibid.
Procurator poſt mortem conſtituentis poteſt cœpta per eum conſummare, non autem nova inchoare, ibid.
Supplicatione ſignata, & nondum præſtito conſenſu per reſignantem res adhuc dicitur integra, ibidem numer. 15.
Conſenſus ubi requiritur expreſſus, non ſufficit tacitus, ibid. n. 16.

Conſen-

Conſenſus præſtandi, ſi data ſit certa forma, non ſufficit alius datus per æquipollens, ibid.

Conſenſus duplex datur in reſignatione, cauſalis ſcilicet, & formalis, ibid. n. 34.

Conſenſus cauſalis præſtatur porrigendo ſupplicationem cum clauſula, *prout ex nunc reſignat*, ibid. numer. 34. & 39.

Conſenſus cauſalis cum ſignatura Papæ perficit gratiam, ibid. n. 34.

Declara, ut perficiat revocabiliter arbitrio reſignantis, donec acceſſerit conſenſus formalis, ibid. numer. 34. & 39.

Conſenſus formalis eſt ille, qui extenditur in libris Cameræ ſeu Cancellariæ, ibid. n. 35.

Conſenſus formalis non requiritur ad perfectionem gratiæ, ſed ad meram illius executionem, & pro facienda expeditione, ibid.

Conſenſus formalis reſignantis non eſt neceſſarius niſi ad ſatisfaciendum Regulæ 44. Cancellariæ, ibidem, numer. 37.

Papa ſolet derogare conſenſui formali reſignantis, ibid.

Procurator cogi poteſt ad præſtandum conſenſum formalem, mortuo reſignante poſt ſignaturam ſupplicationis, ibid. n. 36.

Conſenſus cauſalis non fuit abrogatus ex innovatione ſtyli circa appoſitionem parvæ datæ, ibidem, numero 38.

Differentia conſenſus parvi, & formalis eſt ſublata ex dicta innovatione ſtyli circa appoſitionem datæ, ibid. n. 39.

Conſenſus parvus non eſt idem ac conſenſus cauſalis, ibid.

Lotherius confundens conſenſum parvum cum cauſali reprehenditur, ibid.

Conſenſus formalis extenſus in libris Cameræ non eſt unicus, nec ipſe primarius conſenſus gratiæ cauſativus, ſed dicti prioris ratificatio, ibid. n. 40.

Inſinuatio nihil aliud eſt, quam ratificatio donationis jam per primum conſenſum perfectæ, licet ante inſinuationem poſſet donans pœnitere, ibid.

Conſenſus mortui non datur nec ſupplicatio, ibid. numer. 41.

Extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis non impedit arbitrium Datarii circa appoſitionem datæ, quoties illam non apponat poſt mortem reſignantis, ibid. n. 43.

Etiam nulla exiſtente data, aut die præſentatæ, adhuc conſenſus extendi poteſt mortuo reſignante, & dari ſupplicatio ante illius obitum, ibid. n. 44.

Tempus, quod ineſt datæ, attenditur, non tempus, quo apponitur data, nec admittitur probatio in contrarium, ibid.

Prohibere extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis ob defectum parvæ datæ eſſet reddere fruſtratorias fere omnes reſignationes abſentium, ibidem, numero 47.

Etiam, poſt ſignatam ſupplicationem ante conſenſum extenſum, & appoſitionem datæ, res dicitur integra, & gratia non eſt perfecta, ibid. n. 51.

Conſenſus in omni reſignatione requiritur tanquam actus abdicativus Juris a reſignante, ibid.

Porrecta ſupplicatione in vita reſignantis, poſt ejus mortem conſenſus expleri poteſt per ejus procuratorem, ibid. n. 52.

Declara, procedere de ſtylo antiquo, & quando ultra ſignaturam aderat in ſupplicatione etiam parva data; ſecus ſi data deeſſet, ibid. n. 53.

Hodie gratia non dicitur perfecta ante conſenſum præſtitum in Cancellaria, ſeu Camera, ibidem, numero 54.

Et recipit perfectionem ab iſto conſenſu, & a data tanquam a cauſa formali, ibid. n. 54.

Antiquæ parvæ datæ contemporaneo accedebat conſenſus parvus ſive minus ſolemnis, quo ſaltem ſemiplene conſtabat de voluntate reſignantis, ibidem, num. 55.

Et conſenſus formalis ſuperveniens retrotrahebatur ad diem parvi conſenſus, ſeu parvæ datæ, ibid.

Hodierna præſentata tanquam actus mere præparatorius nihil commune habet cum ſubſtantia gratiæ, & nullum habet annexum conſenſum, ad quem retrotractio fieri poſſit, ibid. n. 56.

Varietas conſenſuum ſublata fuit ex noviſſimo ſtylo, ibidem.

Qui ſupplicat, conſentire videtur, ibid.

Declara procedere ſecundum antiquum ſtylum, per quem etiam conſenſus tacitus in reſignationibus admittebatur, & conſenſus explicitus requirebatur ſolum in expeditione literarum, ibid.

Secus ex nova praxi, juxta quam talis conſenſus tacitus fuit penitus abrogatus, ibid.

Conſenſus ubi requiritur expreſſus, non ſuffragatur tacitus, ibid. n. 56.

Parva data non fuit ſublata per modernum ſtylum, ſed ſolum immutata ratione temporis, cum prius extendebatur ante conſenſum, hodie vero poſt illum, ibidnum. 57.

Notitia obitus reſignantis ſuperventa ante conſenſum, & ſic gratia nondum perfecta inducit malam fidem in officialibus Datariæ, adeout non valeant amplius recipere conſenſum, ibid. n. 58.

Obſervantia extendendi conſenſum poſt obitum reſignantis procedit data ignorantia obitus in officialibus Datariæ; ſecus data obitus ſcientia, ibid.

Reſignatio dicitur fieri tempore præſtiti conſenſus, non autem tempore mandati ad conſentiendum, diſcep. 6. n. 53.

Contrarium, & quod conſenſus retrotrahatur ad diem mandati, ibid n. 26.

Prima eſt verior, ibid. n. 26. & 28.

Diſpoſitio Conciliaris habet locum in reſignatione beneficii per Novitium facta, licet mandatum confecerit ante ingreſſum, ſi conſenſus præſtetur poſt ingreſſum, ibid. n. 26.

Procurator ad reſignandum poteſt revocari per mandantem ante conſenſum in Cancellaria præſtitum, ibid. n. 27. & 33.

Amplia, etiamſi promiſerit cum juramento illum non revocare, ibid. n. 27.

Reſignatio perfecta dicitur vigore conſenſus præſtiti, non autem ex ſtipulatione mandati procuræ ad reſignandum, ibidem, numer. 35. & ſeqq. & numer. 38. & 43.

Conſenſus reſignationi ſi præſtetur intra annum noviciatus reſignantis, non adhibitis ſolemnitatibus Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *capit.* 16. *de Regular.* reſignatio nulla remanet, ibidem, numer. 36. 38. & numero 60.

Conſenſus extendi ſolet ſub eadem data literarum reſignationis, ibid n. 38.

Vide plura ſub verbo *Reſignatio*.

Conſenſus Papæ requiritur in conceſſione facta per Epiſcopum pleno jure favore Prælati inferioris, alias non valeret, diſcept. 21. n. 21.

Electores contra proprium conſenſum venire non poſſunt, ibid. n. 18.

Qui conſenſit electioni, non poteſt illam impugnare, diſcept. 24. n. 35. & 70.

Poteſt quis impugnare electionem, non obſtante conſenſu, & acquieſcientia ex novo Jure ſuperveniente ex proviſione Apoſtolica, ibid. n. 36.

Declara, ſic procedere ubi clare patet electionem fuiſſe nullam; ſecus quando conſenſus coadjuvavit tantum illius validitatem, ibid.

Ad electionem impropriam, & largam ſufficit ſimplex conſenſus Collegii quomodolibet explicitus, ſive verbis, ſive facto, ibid. n. 3. 58. & 59.

Electio larga, & impropria valet, dummodo conſenſus omnium, ſeu majoris partis vocalium accedat ſive ante, ſive poſt, & quandocunque *ex intervallo*, ibid. n. 4. & 13. & plur. ſeqq.

Quamvis electores proceſſiſſent per viam ſcrutinii, ibid. num. 13.

Sufficit, quod ſit facta a majori parte Capituli comparatione minoris, ſi omnes deinde illam approbant, ſive adverſus illam non reclamant, ibid. n. 4.

Immo ſufficit, quod ſit facta ab uno, etiam nullo præcedente compromiſſo in ejus perſonam, ſi Capitulum approbat tacite vel expreſſe, ibid. n. 5.

Et talis approbatio ſive conſenſus importat novam electionem, quæ dicitur facta per totum Capitulum, ibidem, n. 6.

Statutum requirens conſenſum majoris partis poteſt æque bene intelligi de majori parte comparative ac completive, ibid. n. 30. 67. & 68.

Electio ab initio nulla non poteſt convalidari, & ratificari ex ſuperveniente conſenſu Capitularium, ibid. n. 7. 13. & plur. ſeqq. n. 64.

Declara procedere in electione propria; ſecus in electione impropria, ibid.

Item declara, non reconvalidari ut ex tunc, ſed bene ut ex nunc, & de tempore ſupervenientis approbationis, ibid. n. 7. & 62.

Capitulum ſi taceat, & non reclamet adverſus electionem factam cum majoritate votorum comparative, & non completive, cenſetur illam ratificare, & approbare, ibid. n. 8. & 59.

Taciturnitas non ſufficit pro conſenſu, ubi in electione requiritur forma *cap. quia propter*; ſecus ubi dicta forma non requiritur, ibid. n. 8.

Extra formam *cap. quia propter*, ſufficit ad electionem conſenſus tacitus, qui non minus ex verbis, quam facto deducitur, ibid. n. 10.

Et votum in ea explicari poteſt etiam nutibus v. g. vultu, manuque, ac etiam pedibus, ibid. n. 12.

Electio ex eligentium, & electi conſenſu perficitur, ibid. n. 12. & 16.

Electio remanet ſuſpenſa uſque ad conſenſum electi, ibid n. 12.

Traditio poſſeſſionis facta per Capitulum conſenſum illius inducit, & habet vim novæ electionis, ibidem n. 13. 60. & 70.

Non tamen dare poteſt per ſe jus electionis, ſed corroborando, & explicando præcedentem conſenſus, ibidem, n. 13.

Conſenſus Capituli ſubſequens ad electionem, idem operatur quod compromiſſum præcedens, ibid. n. 20.

Conſenſus Capituli ſuperveniens poſt publicatum ſcrutinium non revalidat electionem nullam; ſecus ſi ante publicatum ſcrutinium, ibid. n. 63.

Declara procedere in electionibus rigoroſis ad formam *capit. quia propter*; ſecus in electione impropria, ibidem.

Tolerantia Capituli, quod electus exerceat functiones dignitatis, declarat ejus præcedentem conſenſum electioni, ibid. n. 14. & 61.

Et dat novum titulum electionis, ſi prior erat nulla, ibid. n. 14.

Non tamen efformando novam electionem, ſed clarificando conſenſus præcedentes, ibid. n. 14.

Ex conſenſibus directis in aliquem uti electum intelligitur facta electio Prælati de jure antiquo, ibidem numer. 23.

Quod jus adhuc viget, nec fuit immutatum in minoribus dignitatibus, ibid.

Vide *Electio*.

Puella annuens ſponſalibus, quia parentes ſic deſiderant, non aperiendo eis ſuam voluntatem, dicitur voluntarie conſentire, & non poteſt allegare timorem, diſcept. 32. n. 12.

Metus reverentialis non dicitur gravis ad impediendam libertatem conſenſus, niſi ſimul concurrant graves minæ, & quod minans ſolitus fuerit illis exequi, ibid. num. 8.

Metus levis non impedit libertatem conſenſus, ibidem, num. 7.

Appetens comparative magis civem, quam alienigenam, ceſſante concurſu, ſeu competentia civis in alienigenam conſentire cenſetur, ibid. n. 4.

Minæ eluſoriæ, & inconſideratæ calore iracondiæ prolatæ, etiamſi graviſſimæ, non excludunt libertatem conſenſus in matrimonio, ibid. 14.

Sponſalia contrahi poſſunt ſub conditione conſenſus parentum, diſcept. 52. n. 1.

Vide etiam *Metus*, *Sponſalia*, *Matrimonium*.

Conſequens.

Conſequens qui vult, intelligitur velle antecedens, diſcept. 32. n. 20.

Conſequentia.

Ex caſibus particularibus trahi nequit conſequentia in univerſum, diſcept. 17. n. 2.

Conſiderans.

Verbum *conſiderans* oſtendit cauſam finalem, diſcept. 32. num. 5.

Conſilium.

In publicis comitiis, ut plurimum ſervatur, ut in paritate votorum, pars illa prævaleat, in qua Præſes, ſeu conſilii caput concurrit, diſcept. 13. numer. 45. & numer. 56.

In Univerſitate licet ſeculari major pars non conſiſtit in ſolo numero, ſed in dignitate, auctoritate, ac merito perſonarum, ibid. n. 56.

Quandoque conſilium, tam in jure civili, quam in jure Canonico, accipitur pro conſenſu, & tunc de neceſſitate ſequendum eſt, diſcept. 26. n. 41.

Decreta procedere, quando debet præſtari a majori ad auctoriſandum actum inferioris; ſecus quando ab inferiori præſtandum eſt Superiori, ibid.

Epiſcopus in Synodo ſtatuere non poteſt in gravibus, & arduis cum ſolo conſilio Capituli, ſed requiritur etiam conſenſus ejuſdem, ibidem a numer. 20. uſque ad 35.

Contrarium, ut ſufficiat conſilium, & non teneatur ſequi, ibid. n. 36. & plur. ſeqq. & numer. 62. & plur. ſeqq.

Epiſcopus habet intentionem in jure fundatam, ut ad eum ſpectet concedere, & reformare ſtatuta, & in hoc nullam habet communionem cum Capitulo & ſufficit quod requirat conſilium, ibid n. 36. & 37.

Et ſi Capitulum, non aſſignata juſta cauſa, contradicit, nihilominus valet conſtitutum, ibid. n. 37.

Epiſcopus in correctione etiam Capitularium debet requirere conſilium, & præſentiam Capituli, ſed non tenetur illud ſequi, ibid. n. 11. & 12.

Utrum procedat etiam in gravibus, ibid. n. 11.

Sufficit Capitulo circa hoc probare conſuetudinem quadragenariam, ibid.

Pro conſuetudine interpretativa decem anni ſufficiunt, ibid.

Conſuetudo valet inquirendi, & corrigendi ſubditorum exceſſus per Epiſcopum abſque conſilio Capituli, ibid. num. 39.

Epiſcopus extra viſitationem procedens ad correctionem in figura Judicii tenetur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, ibid. n. 2.

Tam in informando proceſſu, quam in aliis actibus uſque ad finem cauſæ incluſive, ibid.

Utrum hæc Conſtitutio Concilii ſit conformis necne diſpoſitioni Juris communis, ibidem num. 2. & ſequentibus.

Statuta, & Conſtitutiones in Synodo fieri debent cum ſolo conſilio Capituli, ſeu deputatorum ab eo, ibidem n. 55 63 & ſeqq.

Sive agatur de arduis, ſive de non arduis, ibid. n. 56. 64. & plur ſeqq.

Vide etiam ſub verbo *Capitulum*, *Conſenſus*, *Epiſcopus*.

Conſenſus populi ad fundationem Conventus requiſitus debet eſſe datus in conſilio generali, & non ſufficit in conſilio particulari decurionum, & officialium, nec minus oſtiatim quæſitus, diſcept. 36. n. 3.

Conſtitutio.

Ex Conſtitutionibus diverſorum Summorum Pontificum Fratres Minores ſunt capaces recipiendi annua legata per modum eleemoſynæ, præmiſſa proteſtatione, quod non intenditur habere jus vigore legati, diſcept. 2. n. 9.

Statuta & Conſtitutiones in Synodo fieri debent cum ſolo conſilio Capituli, ſeu deputatorum ab eo, diſcept. 26 n. 56. 63. & ſeqq.

Si agatur de arduis, ſive de non arduis, ibid. n. 56. 64. & plur. ſeqq.

Conſtitutio Concilii, quod Epiſcopus extra viſitationem procedens ad correctionem in figura Judicii teneatur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, utrum ſit conformis necne diſpoſitioni juris communis, ibid. n. 2. & ſeqq.

Impugnatur Saravia tenens, quod Conſtitutio Conciliaris de adjunctis per Epiſcopum adhibendis cum voto deciſivo ſit conformis diſpoſitioni juris communis, ibid. n. 21. & ſeqq.

Conſtitutiones Alexandri VI. Leonis X. Clementis VII. Sancti Pii V. & Gregorii XIII. ſuper præſtatione conſenſus in reſignationibus. Vide *Conſenſus*, *Reſignatio*.

Per Conſtitutionem Gregorianam actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia, ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi literarum, diſcept. 5. n. 57.

Item, ad conſervandum ad talem diem reſignanti fructus beneficii, ibid.

Item, ut c. ſignatarius poſſit complere ætatem ad beneficium requiſitam, ibid.

Conſtitutio Concilii circa reſignationem beneficii patrimonialis eſt diverſa a Conſtitutione *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regular.*, diſcept. 6. n. 22.

Conſtitutio Concilii *ſeſſ 25 cap 16. de Regul.* non habet locum in renunciationibus, quæ fiunt per Novitium ante habitus ſuſceptionem, ibid. n. 23.

Amplia, etiamſi renunciatio expreſſe fieret intuitu Religionis, ibid.

Privilegium Juriſpatronatus ex augmento ſaltem non coæquali ſi ſit conceſſum ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. uſque ad Conſtitutionem Adriani cenſetur per iſtam revocatum, non obſtante obſervantia, tam ante, quam poſt Conſtitutionem, diſcept. 33. numer. 25.

Declara, dummodo inæqualitas clare conſtet ex lectura privilegii, alias manuteneri deberet patronus exiſtens in longæva poſſeſſione, niſi contrariæ probationes eſſent claræ, & abſorberent poſſeſſorium, ibid.

Conſtitutio Piana circa Vicarias derogavit reſervationi menſium, & aliis generalibus quæ tunc extabant, diſcept. 27. n. 38.

Beneficia ficta nuncupata perſonatus permutare prohibetur ex Conſtitutione Pii IV. diſcept. 29. n. 8.

Onera Miſſarum an ſint detrahenda a reditu beneficii, ad cujus titulum quis petit promoveri ad conſtituendam ſummam requiſitam ex Conſtitutione Innocentii XII. quæ incipit *Speculatores*, diſcept. 40. n. 8.

Etiam in interpretatione Conſtitutionum, & Diplomatum Summorum Pontificum, intellectui, & interpretationi ſcriptorum & majorum ſtandum eſt, n. 29. V. Stylus

Digitized by Google

Stylus Romanæ Curiæ facit Jus, ſicut lex Canonica, aut Conſtitutio Papalis, diſcept. 47. n. 14.
Conſtitutio antiquiſſima enuncians ſolitum, & conſuetum, abſque eo quod appareat de principio, probat immemorabilem, diſcept. 30. n. 24.
Conſuetudo ſeu Conſtitutio, quod in funeribus major cereus detur Canonicis, & minor Regularibus, ſervanda eſt, ibid. n. 46.
Conſtitutio Synodalis. Vide *Synodus*.
Conſtitutio S. Pii V. aſſignans Vicariis perpetuis diverſarum Parochiallum urbis omnia emolumenta funeralium ultra congruam, locum habet in funeribus etiam non parochianorum, attenta declaratione Alexandri VII. diſcept. 30. n. 43.
Contrarium eſt verius de Jure, ſecluſa dicta declaratione, ibid.
Tituli etiam novi conferuntur Cardinalibus in eorum creationem ad tenorem Conſtitutionis 33. Sixti V. diſcept. 31. n. 20.
Centenaria ſufficit ad præſumendum Conſtitutiones derogatorias, n. 8. V.
Dictio *Vel* ſemper ponitur inter diverſa, & ad declarendum Conſtitutionem Pontificiam, n. x8. V.
Carthuſiani non habent, aliquam regulam, ſed conſtitutiones, ſeu conſuetudines, & de ratione, num. 11, & 13. V.
Vide *Carthuſiani*.
Conſtitutiones Apoſtolicæ reponunt in judicio Ordinarii admittere fundationes Conventuum, prævüs neceſſariis requiſitis, diſcept. 36. n. 4.

Conſtructio.

Juſpatronatus de Jure ex tribus tantum cauſis valide acquiri poteſt, ſcilicet fundationis, conſtructionis, & dotationis, diſcept. 22. n. 16.
Et acquiſitio ex quovis alio titulo eſt mere gratioſa, & ex privilegio, ibid. n. 17.
Concilium Tridentinum annullavit omnes acquiſitiones Juriſpatronatus, præterquam ex cauſis fundationis, conſtructionis, & dotationis, ibid.
Sub iſtis tamen comprehenduntur per æquiparationem cauſa augmenti dotis, & reædificationem, & ſimilium, ibid. n. 19. & 22.
Conſuetudo Vide etiam *Obſervantia immemorabilis*.
De conſuetudine fere univerſali Hiſpaniæ tres ex quatuor partibus redituum Canonicalium conſiſtunt in diſtributionibus, diſcept. 1 n. 17.
Ex conſuetudine univerſali totius Religionis probatur capacitas Fratrum Minorum recipiendi legata annua per modum eleemoſynæ, præmiſſa proteſtatione, quod non intendunt habere jus vigore legati, diſcept. 2. numer. 10.
Conſuetudine probatur, annuas eleemoſynas perpetuas Statuto Minorum non repugnare, ibid. n. 90.
Novitas contra inveteratam conſuetudinem non eſt permittenda, diſcept. 9. n. 33.
Conſuetudo non extenditur de caſu ad caſum, diſcept. 12. n. 23.
Amplia, etiam ex majoritate rationis in præjudicium ejus, qui habet intentionem fundatam in Jure communi, ibid.
Doctori teſtanti de conſuetudine non eſt credendum, etiamſi agatur de conſuetudine illius fori, in quo verſatus eſt, ibid. n. 24.
Conſuetudo quadragenaria ſufficit Capitulo, ut Epiſcopus teneatur ſequi conſilium ejuſdem in correctione Capitularium, diſcept. 16. n. 11.
Pro conſuetudine interpretativa decem anni ſufficiunt, ibid. n. 12.
Conſuetudo, ut decem annorum ſpatio præſcribatur, debet eſſe rationi, & Juri conformis, ibid. n. 15.
Contrarium, ibid.
Non eſt neceſſaria conſuetudo, ubi aliquid eſt Juri conforme, ibid. n. 16. & 18.
Conſuetudo requiritur præſcripta, & immemorabilis, quando eſt contra Jus, ibid. n. 16.
Vel quadragenaria cum titulo, ibid. n. 18.
Declara, procedere ubi adeſt reſidentia legis expreſſa, quia nempe lex ulterius progreditur reſiſtendo alterius poſſeſſioni: ſecus ubi aſſiſtentia Juris eſt ſimpliciter in contrarium, diſponendo id, contra quod fuit inducta, tunc enim ſufficit quadragenaria, ibidem, num. 18.
Ubi Jus nec aſſiſtit, nec reſiſtit, ſufficit ſimplex quadragenaria, immo etiam decennalis, ibidem, numer. 17. & 18.
Et tunc dicitur conſuetudo interpretativa, ibidem, numer. 18.
Quando Jus eſt conforme conſuetudini diſponendo id, quod conſuetudo recepit, non eſt conſuetudo, ſed obſervantia legis, ibid. n. 18.
Conſuetudo Juri conformis poteſt intelligi de re, quam lex non prohibet, licet non ita diſponat, ibidem.
In re dubia lex dicitur favere conſuetudini, ibid.
Conſuetudo quod probat, de jure communi cenſetur approbatum, diſc. pt. 2. n. 90.
Conſuetudo valet inquirendi, & corrigendi ſubditorum exceſſus per Epiſcopum abſque conſilio Capituli, diſcept. 16. n. 39.
In his, quæ reſpiciunt merum imperium, non attenditur conſuetudo contraria quantumcunque vetuſta, ſed requiritur immemorabilis, ibid n. 57.
Conſuetudo circa certum numerum Canonicorum non facit Eccleſiam numeratam, diſcept. 17. numer. 16. & 30.
Limita, ſi conſuetudo ſit præſcripta, & quid ad præſcriptionem requiratur, ibidem, numer. 17. & numer. 30.
Talis conſuetudo, ut præſcribatur, debet eſſe negativa, nempe, quod habens jus creandi Canonicos voluerit alios ponere rumpendo conſuetum numerum, fuerit repulſus, & acquieverit, ibidem, numer. 17.
Sublimita, ſi volens augere numerum fuit repulſus ob inſufficientiam redituum Eccleſiæ, quia tunc non inceperet iſta præſcriptio etiamſi laberetur curſus quadragenarius, ibid. n. 18.
Conſuetudo valet, ut Epiſcopus pro ſuo jocundo adventu creare poſſit Canonicum novum, cui ſtatim provideatur de portione in qualibet Eccleſiarum ſuæ diœceſis, quæ ſit numerata, non tamen habeat Præbendas diſtinctas, ibid. n. 76.
Secus, ſi ſint diſtinctæ Præbendæ, quia tunc non debet ei providere de Præbenda*, ſed expectabitur vacantia alicujus ex Præbendatis, ibid. n. 77.
Non poteſt tamen Epiſcopus creare hoc caſu Canonicum cum promiſſione Præbendæ vacaturæ, ſed ſimpliciter creare Canonicum, ibid. n. 78.
Qui Canonicus ſic creatus haberet ſtallum in Choro, vocem in Capitulo, & diſtributiones quotidianas, ib. num. 79
Et, vacante deinde Præbenda, ſibi deberetur tanquam Canonico, & ratione receptionis in Canonicum, ibidem
Si tamen Epiſcopus crearet Canonicum cum promiſſione Præbendæ vacaturæ, ſeu futura ſucceſſione in Præbenda in effectu relata ad tempus vacationis, & collatio Canonicatus eſſet pura, teneret collatio Canonicatus, & vitiaretur futura ſucceſſio Præbendæ, ib. num. 80.
Sed nihilominus, vacante aliqua Præbenda, illa deberetur, non ex vi promiſſionis, ſed de Jure Canonico jam recepto, ibid n. 81.
Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *capit.* 20. *de Reformat.* non adverſatur immemorabili, diſceptat. 20. numero 10.
Doctrina Cardinalis de Luca de Jurepatronatus *diſc.* 61, quod inſtituti inæqualiter non habeant Juſpatronatus inſolidum, etiam quoad exercitium, non procedit de Jure, ſed tantum probata obſervantia, vel concordia vel conſuetudine univerſali, diſcept. 4. numer. 29.
In electione dignitatis inferioris, ſervandum eſt ſtatutum vel conſuetudo Eccleſiæ, diſceptat. 4. numero 134.
Papa per reſervationem non præjudicat conſuetudini optandi Præbendam dimiſſam, diſceptat. 10. numer. 14.
Papa in gratia coadjutoriæ poteſt præjudicare Canonico ſequenti in gradu ad quem ſpectat optio, ſi expreſſe voluit, quia in dubio non præſumitur voluiſſe præjudicare conſuetudini optandi, ibidem, numero 19
Coadjutus poteſt optare Præbendas ſeparabiliter annexas Canonicatibus, niſi obſtet contraria conſuetudo legitime præſcripta, ibid. n. 20.
E contra non poteſt optare Præbendas inſeparabiliter annexas, niſi concurrat conſuetudo interpretativa in contrarium, ibid.
Et hæc conſuetudo contraria poteſt eſſe decennalis, immo etiam ſine decennio, & ſufficit ita aliquando ſervatum per aliquot actus, ibid.
Si Papa in proviſione derogavit ſtatutis, & conſuetudinibus de optando, veniunt non ſolum membra annexa ſeparabiliter, ſed etiam ſeparata, & temporalia, ibid. n. 23.
Debet tamen conſtare de voluntate Papæ, quod ea contulerit in ſpecie, volendo quod proviſus habeat omnia poſſeſſa per Canonicum defunctum, ibidem.
Conſuetudo, quod electio fiat per majorem numerum comparative, valet, diſcept. 24. n. 24.
Etiamſi non ſit immemorabilis, ſed tantum quadragenaria, ibid. n. 28.

Conſuetudo generalis in Eccleſiis Germaniæ viget, quod electiones fiant per majorem numerum comparative, ibid. n. 25.
Conſuetudo non extenditur de Eccleſia ad Eccleſiam, ibid. n. 35.
Limita ad effectum coadjuvandi probationes conſuetudinis loci particularis ex conſuetudine generali, ibid.
Sola conſuetudo generalis Provinciæ ſufficit ad probandam conſuetudinem alicujus loci particularis in Provincia contenti, ibid. n. 26.
Amplia, etiamſi talis conſuetudo in aliquibus Eccleſiis non ſervetur, quia attenditur id, quod facit major pars, ibid.
Teſtes de Capitulo admittuntur ad probandam illius conſuetudinem circa electiones, ibid. n. 27. & 65.
Etiamſi ageretur de ſuſtinenda electione per ipſos teſtes facta, quando alii Capitulares non deponunt contrarium, ibid. n. 27.
Et quando adminiculantur ex atteſtatione alicujus auctoris, ibid. n. 65.
Et quando concurrunt alii, qui non elegerunt, horum habilitate ſuppletur aliorum fides, ibidem, numero 65.
Statutum reſtrictum ad negotia particularia, vel etiam generale non extenditur ad alia negotia etiam ejuſdem ſpeciei, in quibus viget ſpecialis conſuetudo contraria, ibid. n. 29.
Conſuetudo generalis Eccleſiarum alicujus Provinciæ facit præſumere, eandem vigere in Eccleſia particulari, niſi diverſa aſſignetur ratio, ibid. n. 66.
A conſuetudine aliquorum Eccleſiarum particularium non infertur ad conſuetudinem alterius, ibidem numer. 79.
Maxime, quando huic alteri eſt conformis conſuetudo aliarum Eccleſiarum, etiam ejuſdem Provinciæ, ibidem.
Conſuetudo circa electiones, ubi non eſt ſervanda forma *cap. quia propter de elect.* non requiritur, quod ſit præſcripta, ſed ſufficit, quod ſit probata per aliquos actus effectuatos, ibid. n. 80.
Conſuetudo non conferendi beneficia ante adeptam Epiſcopatus poſſeſſionem non ſe extendit ad Epiſcopos Cardinales, diſcept. 12. n. 23. & ſeqq.
Per conſuetudinem centenariam præſcribitur prænominatio, ex quocunque titulo prætendatur, diſcept. 9. n. 23.
Immo ſufficit ad hunc effectum ſimplex curſus quadraginta annorum, ibid.
Conſuetudo viget fere univerſalis in orbe Chriſtiano, quod Parochi, & Vicarii, Seculares etiam alienos Parochianos abſolvant, diſcept. 20. n. 17.
Conſuetudo non requiritur, ut abſens ex juſtis cauſis, ſignanter ob rationabilem corporis neceſſitatem lucretur diſtributiones, diſceptat. 37. n. 15.
De jure communi etiam ſimplices Capellaniæ reſidentiam requirunt, & ſolum ex conſuetudine univerſali reſidentia exolevit, diſcept. 40. n. 3.
Conſuetudo eximens ab onere reſidendi in beneficio ſimplici non tollit, quin celebratio Miſſarum alteri commiſſa cenſeatur voluntaria, non neceſſaria, ibid.
Onus prædicandi de Jure pertinet ad Epiſcopum, licet ex conſuetudine univerſali per alium expleatur, ibidem.
Indultum habitus concedi poteſt Canonicis Collegiatæ, etiamſi illum ſibi arrogaſſent ex conſuetudine, diſcept. 49. n. 7.
Limita, ſi eorum dictum fundatum remanet ex ſolidiſſimis, ibid.
Et quando agitur de re ad ipſos ſpectante, quia ſupponuntur in ea materia verſatiſſimi, ibid.
Ex generali conſuetudine, & uſu loquendi totius Italiæ naturales dicuntur de domo, & familia, diſcept. 55. n. 39.
Carthuſiani non habent aliquam regulam, ſed conſtitutiones, ſeu conſuetudines, & de ratione, onmer. 12, & 13. V.
Statuta Ordinis Carthuſienſis ut plurimum ſunt conſuetudines redactæ in ſcriptis, n. 5. V.
Guigo Quintus Miniſter Generalis, & prior majoris Carthuſiæ illas primus ſcriptis digeſſit, ibid.
Ordo Carthuſianorum rigorem antiquarum conſuetudinum ita perpetuo ſervavit, ut inde ab omnibus valde venerabilis dijudicatus extiterit, n. 6. V.
Conſuetudine abrogari poteſt tam jus commune, quam ſtatutarium, n. 18. V.
Præſertim ſi jus, quod alicui tribuitur, non eſt prohibens, ſed concedens, ibid.
Conſuetudo valet derogare juri circa electionem Prælatorum Regularium, n. 25. V.

Conſul.

Beneficia perſonalia ſine die, & conſule carent auctoritate, diſcept. 5. n. 10.

Conſulentes.

Vide etiam *Doctor*, *Auctoritas*.
Amor cauſæ, & calor defenſionis in conſulentibus ſunt propriæ opinionis deterimi Judices, diſcept. 27. n. 1.

Contemptus.

Vide etiam *Spretus*.
Licentia in abſentia a reſidentia requiritur ad evitandum contemptum Superioris, diſcept. 37. n. 7.
Amplia, etiam in cauſis abſentiæ expreſſis in jure, ibidem.
Declara, hanc ampliationem procedere in abſentia voluntaria ex cauſis in Jure expreſſis, nempe litis, peregrinationis, ſtudii, & ſimilibus; ſecus in abſentia neceſſaria coacta, violenta, quia tunc nullus ineſſe poteſt contemptus, ibid. n. 8. & 9.
Licentia pro abſente non ſolum requiritur ad evitandum contemptum, ſed etiam ad effectum, ut Superior examinare valeat veritatem cauſæ, ibidem, numer. 10.
Declara procedere in abſentia Prælatorum, & Parochorum; ſecus in Canonicis, & aliis Beneficiatis; nam quoad iſtos requiritur ſolum ad evitandum contemptum, ibid.

Contractus.

Cauſa contractus, licet in eo per contrahentes non expreſſa, bene deſumi poteſt ex antecedentibus, concomitantibus, & ſubſequentibus, diſcept. 6. n. 62.
Nulla major declaratio voluntatis contrahentium, quam illorum dictum, diſcept. 11. n. 18.
Etiamſi non ex utroque, ſed ex uno tantum contrahentium procedat, ibid.
Superſcriptio in dorſo apocæ facta per partem declarat quid intus contineatur, ibid.
Preces importunæ, quæ proveniunt a perſona, cui debetur reverentia, inducunt metum, ex quo contractus ſponſalium reſcindi poteſt, diſcept. 32. numero 26.
Matrimonium conſideratur vel ut ſacramentum, vel ut humanus contractus, diſcept. 2. n. 78.
Juramentum eſt acceſſorium, & famulatorium contractus contrahentium, diſcept. 52. n. 3.
Et concurrit, corruente contracto tanquam principali, ibid.
Nullo exiſtente contractu ex defectu conditionis, & conſenſus, nullus ex eo naſci poteſt effectus, aut pœna, ibid. n. 3.
Pœna conventionalis ſi apponatur in ſponſalibus conditionalibus, conditione non purificata, ſicut contractus principalis, corruit, evaneſcit etiam pœna, ibidem, num. 5.
In matrimonio requiritur omnimoda libertas, & major, quam in aliis contractibus, ibid. n. 63. & 66.

Contradictio.

Diſtinctio doctoris non habens contradictorem eſt amplectenda, diſcept. 6. n. 24.
Contradictio patris non dirimit matrimonium contractum cum ſponſa indigna, ſed impedit contrahendum, diſcept. 52. n. 84. & 85.

Contrarium.

Arguendo in ratione contrariorum dicitur uterque caſus determinatus, n. 22. V.

Controverſia.

Actus prænominationis, qui dedit cauſam controverſiæ, non venit attendendus, diſcept. 9. n. 78.

Conventio.

Pacta, & conventiones humanæ conſiderari poſſunt vel uti civiles, vel uti naturales, diſcept. 2. n. 78.

Conventualis.

Provincia Turoniæ olim Conventualium obſervantiam acceptavit, & in ordine Minorum obſervantiæ incorporata eſt, diſcept. 2. n. 59.
S. Pius V. bona Conventualium in Hiſpania Monialibus applicavit ſub obligatione ſolvendi certam quantitatem annuatim Minoribus, injuncto illis onere ſatisfaciendi officiis,

officiis, ad quæ tenebantur Conventuales, ibidem numer. 80.
In Eccleſia non Collegiata neque Conventuali, legis miniſterio intelligitur reſervatum jus præſentandi, diſcept. 4. n. 73.
Et non cenſetur remiſſum, niſi expreſſe renunciet vel per actum tacitum neceſſario concludentem, ibid. numer. 74.
Fundator ſi expreſſe ſibi Juſpatronatus non reſervavit, & paſſus eſt prima vice beneficium libere conferri, cenſetur declaraſſe beneficium fuiſſe liberum, ſecundum Lambertinum, ibid. n. 72.
Declara procedere in Eccleſia Collegiata vel Conventuali; ſecus in ſimplici, ibid. n. 73. & ſeqq.

Conventus.

Allegatio Fratris Didaci de Cæa pro ſuſtinenda fundatione Conventus Victoriæ, diſcept. 2. n. 67.
Comites Tribianæ fundarunt Conventum Victoriæ, & quomodo, ibid. n. 78.
In fundatione Conventus Victoriæ aſſignantur a Comitibus Tribianæ Patronis annua 1450. ducata, ibid. n. 95.
Decreto Sacræ Congregationis Concilii cavetur, fundationem Conventus Victoriæ, & legata perpetua per modum eleemoſynæ non adverſari puritati Regulæ S. Franciſci, ibid. n. 100.
Bulla Urbani VIII. ſuper confirmatione Conventus Victoriæ cum patronatu Comitum de Tribiana in tota Provincia Cantabriæ, & ſuper capacitate perpetuorum legatorum per modum eleemoſynæ, ibid. num. 101. & ſeqq.
Petrus Moros de Molinos Nobilis Turritanus inſtituit ſeptem legata pia, favore Minorum de Obſervantia Conventus S. Petri de Sirchys, ibid. n. 1.
Sixtus V. ſtatuit certam frumenti quantitatem perpetuo largiendam Conventui Aracœlitano, ibid. n. 81.
Duces Begarii certam eleemoſynam quotannis dant Conventibus Pueblæ, Alcozer, Herreræ, Balarceoſi, & Inoroſæ, ibid. n. 90.
Cantabriæ Conventus de Puebla Araganzonis, Varnoz & Madraconis annuis eleemoſynis fruuntur, ibid.
Xenodochium Beneventi certam quantitatem quotannis expendit pro Conventibus dictæ Provinciæ, ibid.
Albanorum Duces annuas eleemoſynas dant Conventui Albæ, ibid. n. 90.
Conventus Spruchi in Germania eleemoſynas recipit ab Auſtriacis, ibid.
Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania fundationes Conventuum non acceptant, abſque determinata eleemoſyna olei, piſcium, lignorum, & ſimilium, ibidem n. 83.
Conventus fere omnes, & Collegia Minorum adjuvantur ex eleemoſynis legatorum perpetuorum, ibid. n. 80. & plures Conventus enumerantur.
Illa ſolum dicitur quantitas exceſſiva certarum eleemoſynarum, quæ mendicitatem Conventus prorſus excludit, vel opus avaritiæ creditur, non ſublevandæ neceſſitatis, ibid. n. 82.
Fratres Minores ſunt incapaces legati in ipſos collati, vel in Conventum per modum annui ac perpetui cenſus, ibid. n. 45.
Amplia, etiamſi ſit relictum pro emendis ſindonibus ad uſum infirmorum, ibid.
Sunt capaces annui legati etiam pro eorum alimentis non ad longum tempus, puta, infra decennium, vel ad vitam Fratrum Conventus, ibid. n. 88.
Vide *Fratres*.
Jeſuitæ domus profeſſæ tantum, & Fratres Minores de Obſervantia omnium Conventuum pares ſunt quoad incapacitatem poſſidendi, ibid. n. 75.
Non poſſunt Fratres Minores morari in Conventibus habentibus Parochiale cœmeterium, vel baptiſterium abſque diſpenſatione Pontificia, ibid. n. 74.
Ordinarius Monaſterii ſeu Conventus Regularis nemo poteſt vocari, niſi ejus proprius, & particularis Prælatus, diſcept. 20. n. 14.
Pro fundationibus Conventuum quid requiratur, diſcept. 36. n. 1. & ſeqq.
Requiritur licentia Ordinarii, & conſenſus Parochi, populi, & Regularium circumadjacentium in diſtrictu quatuor milliarum, ibid. n. 8.
Et ſi dicti Regulares diſſentiant, requiritur, quod conſtet, novam fundationem eis non obeſſe una cum beneplacito Apoſtolico, ibid.
In fundationibus Conventuum extra Italiam non requiritur dictum beneplacitum, ibid. n. 2.
In Hiſpania non requiritur niſi conſenſus Ordinarii, ibidem.
Conſenſus populi ad fundationem Conventus requiſitus debet eſſe datus in conſilio generali, & non ſufficit in conſilio particulari decurionum, & officialium, nec minus oſtiatim quæſitus, ibid. n. 3.
Fundato Conventu prævia licentia Ordinarii, non ſpectat ad Religioſos, qui fundarunt, probare requiſita interveniſſe, ſed ad partem, contradicentem probari eorum negativam, ibid. n. 4.
Conſtitutiones Apoſtolicæ reponuntur in Judicio Ordinarii admittere fundationes Conventuum, præviis neceſſariis requiſitis, ibid.
Requiſita neceſſaria præceſſiſſe præſumuntur, poſtquam Ordinarius conſenſit, & fundatio eſt facta, etiamſi de illis non conſtet ex actis, ibid.
Ordinarius ad conſentiendum fundationi Conventus potuit moveri ex notitiis extrajudicialibus abſque neceſſitate citandi Regulares circumvicinos, aut requirendi eorum conſenſum, ibid. n. 4.
Conſenſus Parochi ad fundationem Conventus, ſi concurrant alia requiſita, ſuppletur per ſacram Congregationem, ibid. n. 7.
Conſenſus Ordinarii ſolet etiam ſuppleri per Superiorem, ſi irrationabiliter denegetur, ibid.
Subſtantia requiſitorum ad fundationem Conventus tota conſiſtit in conſenſu populi, quodque non concutiat præjudicium tertii, ſeu aliorum Regularium, qui in diſtrictu quatuor milliarum exiſtunt, ibid.
Conſenſus Epiſcopi, & Parochi, nec non aliorum intereſſe habentium ſufficit, quod interveniat etiam tacite fundationi Conventus, ibid. n. 8.
Et dicitur tacite interveniſſe, quando Introductio Religioſorum in novum Conventum facta fuit ſolemniter cum proceſſione aliiſque actibus publicis, & nemo reclamavit, immo fundatio plauſum habuit, ibidem.
Conventum fundari poſſe, etiam diſſentientibus aliis Regularibus ejuſdem loci, quando iſtorum Conventus habent numerum exceſſivum Religioſorum, tenet Cardinalis de Luca, ſed auctor non probat, ibid.

Copula.

Nulla datur prælatio ex ordine ſcripturæ inter vocatos per copulam *Et*, diſcept. 7. n. 3.
Fundatio pro illis *de genere meo, & matris meæ*, ibi particula *Et* non ſtat copulative nec disjunctive cum prælatione ſecundum ordinem ſcripturæ, ſed parificative, ut præſentandus accipiatur de una vel alia linea arbitrio patronorum, ibid. n. 21.
Maxime, ſi plura ſint beneficia fundata, quam ſit veriſimile adeſſe utrinque conjunctos, qui poſſent præſentari, ibid. n. 12. & 31.
Pro illis *de genere meo, & matris meæ*, etiamſi ibi *Et* non ſtaret copulative, itaut non requireretur concurſus utriuſque conjunctionis, tamen habens utranque præferri debet habentibus unam tantum, ibid. num. 21. & 31.
Contrarium, ibid.
Et in dicto caſu ſtat copulative, & requiritur utraque conjunctio, quando fundator vocat duplicem caſatam vel lineam per modum unius, puta ſi vocat in ſingulari ſuam familiam, quam explicat de utraque caſata; ſecus ubi vocatur duplex linea per modum duplicis caſatæ ſubſtantive, ibid. n. 13.
Dictio *Et* denotat æqualitatem terminorum in caſibus copulatis, n. 20. V.
Et quod qualitas exiſtens in uno cenſeatur exiſtere in alio ex copulatis, ibid.
Copula carnalis. Vide etiam *Matrimonium*, *Stuprum*, *Sponſalia*.
Sponſalia ſi contrahantur in faciem Eccleſiæ, ſervata forma a Sacro Concilio præſcripta in matrimonio, & poſtea ſequatur copula, tranſeunt in matrimonium, diſcept. 52. n. 8.
Contrarium, ibid. n. 9. & ſeqq.
Notatur Sanchez dicens, quod ſi tam ſponſalia, quam copula fierent coram Parocho, & teſtibus tranſirent in verum matrimonium, ibid. n. 12.
Ante Concilium ſponſalia de futuro per ſubſecutam copulam tranſibant in matrimonium; ſecus poſt Concilium, ibid. n. 10.
Matrimonium ſub conditione de præterito vel de præſenti, quæ non exiſtit, non ratificatur per copulam, ibid. n. 30.
Contracto matrimonio ſub conditione de futuro, præſentia Parochi, & teſtium omnino requiritur in implemento conditionis, vel in receſſu a conditione, nec copula, quæ receſſum inducit, reddit matrimonium validum, ibid. n. 31.
Matrimonium ſimpliciter contractum, ſi antea præceſſerat conditio, quæ poſtea defecerit, & copula non fuerit ſubſecuta, eſt invalidum, ibid. n. 37.
Virginum aliquæ non poſſunt dici coactæ, licet non niſi percuſſæ conſentiant in copulam, ibidem numero 32.
Aliæ de conſenſu conſanguineorum invitant aliquem juve-

juvenem in domum, ut deprehendantur in ſtupro, & ſine dote nubant, ibid. n. 53.
Stupratur diſparis conditionis tam in nobilitate, quam in divitiis, ſi præmiſſa clandeſtina proteſtatione ſuper metu, matrimonium pure contrahat, nullum eſt matrimonium, etiamſi copulam extorſerit, data ſpe matrimonii, ſed ficte, ibid. n. 55.
Maxime, ſi mulier colligere potuit fictionem ex conjecturis, ibid.
Indigna ſponſa dicitur, quando attentis progeniæ, divitiis more Regionis, aliiſque circumſtantiis ſponſus abſque parentum, ac parentelæ dedecore copulari non poteſt, ibid. n. 88.

Cor.

In corde mœſtiſſimo ſtare non poſſunt riſus, & gaudia ficta, diſcept. 32. n. 18.
Cor hominis eſt mobilius omni mobili, diſcept. 32. n. 43.

Corbulus.

Domitii Corbuli lis in Senatu cum Silla juvene, quod ei ſeniori loco non deceſſiſſet inter ſpectacula, diſcept. 9. n. 45.
Nero, ut eſſet indifferens cum Quadrato, & Corbulone contendentibus ſuper gloria pacis Parochorum, quid fecerit, ibid. n. 58.

Cordatus.

Ignarus plus ſapit domi ſuæ, quam cordatus alienæ, diſcept. 2. n. 79.

Corona.

Raſus caput corona monaſtica etiam ante actualem ſusceptionem habitus dicitur Novitius, diſcept. 6. n. 25. & 32.
Raſio capitis eſt abdicatio omnium temporalium, & ſignum Religionis, ibid.
Paria ſunt tonderi, & Monachum fieri, ibid. n. 32.
Admiſſus ad ingreſſum Religionis, & ad Novitiatum, & ingreſſus Monaſterium, raſus caput corona monaſtica renuncians vel aliter diſponens de ſuis bonis per mediam horam ante ſusceptum actualiter habitum Novitiorum, tenetur ſervare ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16 *de Regul.* ibid. n. 25. & 32.
Renuncians intuitu Religionis ingrediendæ, nondum ſuſcepto habitu, licet non teneatur ſervare ſolemnitates Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* limitatur tamen in eo, qui prævio admiſſionis, & acceptationis decreto jam degit in Cœnobio, & raſo capite in formam coronæ monaſticæ Inſtituti Religioſi tenacem propoſitum oſtendit, ibidem numer. 48. & num. 59.
Vide *Novitius.*

Correctio.

Correctio facta per miniſtros præſumitur rite, & recta facta de licentia eorum, ſine qua fieri non poterat, ad excludendum delictum, diſcept. 9. n. 32.
Epiſcopus extra viſitationem procedens ad correctionem, in figura judicii tenetur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, diſcept. 16. n. 1.
Tam in formando proceſſu, quam in aliis actibus uſque ad finem cauſæ incluſive, ibid.
Utrum hæc Conſtitutio Concilii ſit conformis necne diſpoſitioni juris communis, ibid. n. 2. & ſeqq.
Impugnatur Saravia tenens, dictam Conſtitutionem eſſe conformem diſpoſitioni juris communis, ibid. n. 12. & plur. ſeqq.
In correctione tanquam in re ardua requiritur conſenſus Capituli, ibid n. 10.
Correctio, & cauſa criminalis non ſemper ſunt de arduis, ibid. n. 13.
Epiſcopus in correctione etiam Capitularium debet requirere conſilium, & præſentiam Capituli, ſed non tenetur illud ſequi, ibid. n. 11. & 12.
Utrum procedat etiam in gravibus, ibid. n. 11.
Sufficit Capitulo circa hoc probare conſuetudinem quadragenariam, ibid.
Pro conſuetudine interpretativa decem anni ſufficiunt, ibid.
Conſuetudo valet inquirendi, & corrigendi ſubditorum exceſſus per Epiſcopum abſque conſilio Capituli, ibid. num. 39.
Epiſcopus non tenetur adhibere conſenſum Capituli in inquirendis, & corrigendis ſubditorum exceſſibus, ibidem.
Abſurdum ſequeretur, ſi Epiſcopus in condendis ſtatutis, & in corrigendis ſubditorum exceſſibus, cogeretur habere conſenſum Capituli, ibidem numer. 41.
Si error eſt clarus in Decreto Conſiſtoriali, correctio fieri poteſt a Miniſtro abſque participatione R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, diſcept. 9. n. 31.
Cenſura *Extravag. injuncta de elect.* eſt correctoria juris communis, & odioſa, nec proinde extendenda, diſcep. 12. n. 12.
Diſpoſitio Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Matrim.* uti correctorie juris communis antiqui eſt reſtringenda ad id, quod expreſſe correxit, diſcept. 32. n. 86.

Correſpondentia.

Ex correſpondentia numeri Præbendarum, & aliorum membrorum ad numerum Canonicatuum præſumitur annexio, diſcept. 10. n. 22.
Et facit, ut reſervatio, ſeu affectio ſuper Canonicatu afficiat Præbendam, & alia annexa conſecutive, ibid.
Sive ſeparabiliter ſive inſeparabiliter, ibid.
Vide *Canonicus, Præbenda.*
Actus non neceſſarii correſpondentiæ puellæ erga ſponſum, ſed exuberantes, & cum ſignis externis lætitiæ & riſus excludunt totaliter mentem coactam, diſcept. 32. n. 18.

Cortex.

Voluntas & intentio teſtatoris attendenda eſt, non cortex verborum, diſcept. 2. n. 17.
An penſio ipſa vel ſola commoditas deducta ſit in contractu, voluntas partium attenditur, non cortex verborum, diſcept. 11. n. 8.
Vide *Penſio.*
Taxativa in fundatione appoſita an excludat tranſmiſſionem Juriſpatronatus ad extraneos, attenditur ſubſtantia voluntatis fundatoris potius, quam cortex verborum, diſcept. 33. n. 5.
Etiam in proviſionibus factum prævalere debet, & ſperni cortex ſeu formula verborum, diſcept. 17. numer. 59.
Reſolutiones ſacrarum Congregationum ſunt ponderandæ in circumſtantiis, non ſumendæ in cortice, & in abſtracto, ſine applicatione ad quæſtiones in poſterum emergentes, diſcept. 30. n. 19.

Creatio.

Cardinalium ſimul creatorum præcedentia non regulatur ab ordine, quo Papa illos in creatione nominavit, ſed unicuique locus aſſignatur ſecundum gradum debitos, diſcept. 9. n. 70.
Declara, niſi prænominatio fiat per promotionem diſtinctam in eodem Conſiſtorio, ibid.

Cremona.

Berengarius Rex Italiæ erexit ſuis expenſis Eccleſiam in Civitate Cremonen. ſub titulo S. Ægidii, diſcept. 8. num. 1.
Ardengherius Iſolanus, & Atilla ejus uxor donarunt univerſa ipſorum bona dictæ Eccleſiæ, illamque in Collegiatam erigi obtinuerunt a ſan. mem. Leone IX. ibid.
Ægidius de Guiſcardis Epiſcopus Cremonenſis ædificavit in eadem Eccleſia, & dotavit Sacellum B. Mariæ Virginis, ibid.
Mandricardus Dovara fuit primus ejuſdem Præpoſitus, ibidem.
S. Homobonus aſſidue illam frequentabat, & in ea prodigioſe animam exhalavit. ibid.
Canonici ab ea quomodo, & quando expulſi, ibid.
Expulſis Canonicis remanſit ſub titulo Parochialis, ibid.

Crimen, Criminoſus.

Sacerdos accuſatus de crimine, quod in proceſſu non fuit probatum, ſi neget, non poteſt ex indiciis condemnari, ſed debet abſolvi, & integram ſuorum beneficiorum perceptionem obtinere, diſcept. 34. numer. 27.
Olim dimittebatur, injuncta purgatione Canonica per juramentum accuſati cum ſeptem ſociis ſui Ordinis, quod iſte crimen non commiſit, ibid.
Si autem delictum probatum eſt, intrat pœna ordinaria depoſitionis, & privationis beneficii, ibidem numero 26.
Privatus propter crimen non poteſt ad idem beneficium promoveri abſque diſpenſatione, diſcept. 13. numer. 28.
In exercitio Epiſcopatus & aliorum officiorum Juriſdictionalium aliquando melius ſe gerunt, qui ante criminoſi fuere, quam innocentes, qui elati quandoque degenerant, diſcept. 41. n. 2.

In be-

Digitized by Google

In beneficio curato præferri debet, qui non habet maculam circa mores, alteri, qui fuit alias inquiſitus ſuper crimine, juxta Lotherium, ibid. n. 1.
Contrarium, ibid. n. 2.
Diſtingue, ut in beneficiis curatis, aut aliis juriſdictionem in ſubditos habentibus, criminoſus ad meliorem frugem redactus præferendus ſit ei, qui nullam maculam habet; ſecus in beneficio ſimplici, ibid.

Crucesignati.

Privilegium abſentiæ conceſſum Crucesignatis quomodo ſit conceptum, diſcept. 1. n. 22.

Crux.

In adoratione Crucis & aliis functionibus Eccleſiaſticis Canonici præferuntur Vicario Epiſcopi generali, diſcept. 25. n. 8.

Cubicularius.

Xenia ſeu munera dari ſolita per Cardinales promotos cubicularis participantibus an ſpectent ad cubicularios Pontificis, qui creavit, & de tempore diſtributionis mortuus eſt, vel ad illos Pontificis ſucceſſoris, diſcept. 51. n. 1.
Cubicularis Pontificis debentur xenia etiam non exacta tempore mortis ejuſdem, ſi jam ante mortem habebant jus ad exigendum, ibid. n. 8.
Qualitas cubicularii ſufficit, quod concurreret de tempore donativi, ut ad illum pertineat, licet poſtea ante exactionem defecerit, ibid. n. 12.
Hæres Cameræ extinctæ per mortem Pontificis ſunt illius cubicularii poſt finitum officium, non autem Camera Pontificis ſucceſſoris, ibid.
Vide etiam *Camera*, *Xenia*.

Culpa.

Culpa in dubio non præſumitur, ſed eſt ab allegante concludentiſſime probanda, diſcept. 54. n. 13.
Liberatio a carceribus cum pœna ſupponit culpam præambulam, ibid. n. 8.
Factum Principis enumeratur inter caſus fortuitos, qui culpa vacant, ibid. n. 20.
Si nullitas reſignationis proveniat ex mala expreſſione valoris, adhuc datur regreſſus reſignanti ſi non ſit in culpa; ſecus ſi ejus culpa vel dolus concurrit, diſcept. 48. n. 2.
Beneficiatus exul ex motivo prudentiali Principis aut Magiſtratus non dicitur culpa ſua impeditus reſidere, & lucratur fructus, & diſtributiones, diſcept. 34. num. 21.
Beneficiatus impeditus reſidere, etiamſi ſit in culpa lucratur fructus, & diſtributiones, quando non ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima, & immediata impedimenti, ibid. n. 11.
Et culpa illi non nocet, niſi ſit prœordinata ad finem, ibid. n. 21.
Declara, ut ibid.
Epiſcopus, licet ex propria culpa ſit ſuſpenſus, tamen habetur pro legitime impedito, nec accuſatur de negligentia, ibid.
Infirmis etiam ex propria culpa conceduntur diſtributiones in abſentia, ibid.
Refectio domus Vicarii ad eum pertinet, ſi fuit in culpa deteriorationis, diſcept. 50. n. 42.

Cultus.

Legatum pro oleo lampadis Fratribus Minoribus debetur & non concernit commoditates, quotidianum victum, & veſtitum ipſorum Fratrum, ſed tantum uſum cultus Divini, & majus ornamentum Eccleſiæ, diſcept. 2. n. 44. & 53.

Cura, Curatus.

In Eccleſiis locorum Regularium, ſi exerceatur cura animarum perſonarum ſecularium, Epiſcopus non habet Juriſdictionem Ordinariam, niſi quoad ea, quæ dictam curam, & ſacramentorum adminiſtrationem concernunt, diſcept. 20. n. 24.
In aliis vero actibus, & in ceteris Eccleſiis Regularium non curatis nullam juriſdictionem habet quam ordinariam, ibid.
Minor ſcientia requiritur in Parocho, qui non adminiſtrat ſolus, ſed ab aliis in exercitio curæ coadjuvatur, quam in eo, qui tenetur omnia de per ſe exercere, diſcept. 13. n. 7.
Utrum major vel minor ſcientia requiratur, regulariter in arbitrio Judicis reſidet, ibid.
Poteſt eſſe Parochus, retento nomine Præpoſiti, ex quo cura animarum eſt penes Collegium, & exercetur per Præpoſitum tanquam caput ejuſdem, diſcept. 8. n. 16.
Vide etiam *Parochus*.
In beneficio curato præferri debet, qui non habet maculam circa mores, alteri, qui fuit alias inquiſitus ſuper crimine ex Lotherio, diſcept. 41. n. 1.
Contrarium, ibid. n. 2.
Diſtingue, ut in beneficiis curatis aut aliis Juriſdictionem in ſubditos habentibus criminoſus ad meliorem frugem redactus præferendus ſit ei, qui nullam maculam habet; ſecus in beneficio ſimplici, ibid.
Epiſcopus poteſt diſpenſare ad beneficium curatum cum ſimplici Capellania in eadem Eccleſia, ibidem, numer. 3.
Vide *Capellania*, *Diſpenſatio*, *Beneficium*.
Archipresbyter, ſi ſit Prælatus ſeu caput Collegii, omnis cura tam actualis, quam etiam habitualis illius Eccleſiæ reſidet in ipſo ſolo, diſcept. 45. n. 1.
Contrarium, quod Archipresbyter ſit tantum curatus in actu, ſed cura habitualis exiſtat apud Collegium, ibid. num. 2.
Diſtingue, ut prima opinio procedat in Cathedrali, ſecunda vero in Collegiata, ibid. n. 3.
Archipresbyter in Collegiata eſt uti caput Collegii, non uti Parochus, ibid. n. 4.
Et tanquam caput Collegii exercet curam, quam nequit exercere univerſitas, ibid.
Archipresbyter in Cathedrali cenſetur uti Parochus, & ad eum ſpectat exercitium curæ illius Cathedralis, ibid.
Ubi conſtat ex circumſtantiis curam habitualem eſſe penes Collegium, Archipresbyter non reputatur niſi ſimplex Vicarius habens dumtaxat curam actualem, & quales ſint circumſtantiæ, ibid. n. 5.
Archipresbytero curam actualem exercenti debetur congrua, diſcept. 46. n. 1. & 4.
Vide *Archipresbyter*, *Congrua*.
Curati licentiati a Jure ex cauſis legitimis expectare debent Judicium Epiſcoporum ſuorum ſuper neceſſitate, & qualitate earundem cauſarum, diſcept. 37. numero 3.
Et in caſu impotentiæ petendi licentiam, cum primum poterunt, debent Epiſcopos ſuos de abſentia, & cauſis facere certiores, & ceſſantes inciperent eſſe in culpa, ibidem.
Vicarius habens curam actualem tenetur ad ea tantum onera, quæ reſpiciunt curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum; cetera vero pertinent ad Rectorem habentem curam habitualem, diſcept. 50. num. 37.
Quænam dicantur onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem ſacramentorum, ibidem numer. 38.
Onus reparationis Eccleſiæ ſpectat ad Rectorem habentem curam habitualem, ibid.
Item onus reſtaurationis domus ipſius Vicarii, & onus procurationis, ibid.
Onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem ſacramentorum non ſpectant ad Vicarium habentem curam actualem, ſi ejus congrua ſufficit tantum pro alimentis, ibid. n. 39 & ſeqq.
Congrua alimentaria debet eſſe exempta ab omni onere, ibid. n. 39.
Si congrua Vicarii ſufficit pro alimentis, & pro oneribus curæ, & adminiſtrationis ſacramentorum, ad iſta tenetur Vicarius, ibid. n. 40.
Et ſi congrua ſit ſufficiens pro omnibus oneribus etiam reſtaurationis Eccleſiæ, tunc ad Vicarium pertinent omnia onera, & quando dicatur congrua ſufficiens, ibid.
Amplia, etiamſi in aſſignatione congruæ dictum ſit, quod es in ſuos uſus convertatur, quia intelligitur deductis oneribus, & expenſis beneficii, ibid.
Vicarius tenetur ad onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem ſacramentorum, etiamſi congrua ſufficiat tantum ad alimenta, quando ultra congruam percipit omnia incerta ex curæ exercitio provenientia, ibid. n. 41.
Si vero hujuſmodi incerta dividuntur inter Vicarium, & Rectorem, dividi etiam debent onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem ſacramentorum, niſi extet conſuetudo, quod uni tantum ex eis incumbat, ibid.
Obſervantia contraria ei, quod eſt de Jure, non relevat in hoc puncto, quia conniventia antecesſorum non præjudicat ſucceſſoribus, ibidem numer. 42.
Amplia, etiamſi eſſet per longum tempus, & quid ad illam requiratur, ibid.
Refectio domus Vicarii ad eum pertinet, ſi fuit in culpa deteriorationis, ibid.
Conſtitutio S. Pii V. aſſignans Vicariis perpetuis diverſarum Parochialium urbis omnia emolumenta funeralium

ealium ultra congruam, locum habet in funeribus etiam non parochianorum, attenta declaratione Alexandri VII. ibid n. 42.
Contrarium eſt verius de jure, ſecluſa dicta declaratione, ibid.

Cuſtos,

Cuſtodum, & miniſtrorum arbitrio remiſſum eſt, quæ ſit quantitas moderata vel exceſſiva certarum eleemoſynarum pro Fratribus Minoribus, diſcept. 3. n. 81.

D

Damna,

ADjectio pœnæ etiam ratione lucri ceſſantis prohibita per ſacros Canones in ſponſalibus, & ſolum peti poteſt reſarcitio damni, quando quis injuſte reſilit, & ratione ſponſalium ſunt factæ expenſæ, diſcept. 32. num. 7.

Dare.

Nemo dat, quod non habet, n. an. V.

Data.

In literis gratiæ attenditur data non præſentatio ſupplicationis; ſecus in reſcriptis pœnitentialibus, diſcept. 5. n. 18.
Conſenſus extendi ſolet ſub eadem data reſignationis, diſcept. 6. n. 38.
Princeps, quando ſignat gratiam, facit, & in eo tempore præſumitur velle datam apponi ab officiali, diſcept. 5. n. 9.
Dilatio gratiæ uſque ad tempus datæ per Datarium apponendum, eſt interpretatio introducta de ſtylo, quæ veritatem, & perfectionem gratiæ immutare non poteſt, ibid.
Datare ſupplicationem ſub die præſentatæ, vel ſub alia diverſa eſt in arbitrio Datarii, ibid. n. 20.
Merlin. deciſ. 481. dicens, perfectionem gratiæ incipere a die datæ reprehenditur, ibid. n. 22.
Arbitrium Datarii circa appoſitionem datæ non reſpicit ipſam gratiam, ſed tantum initium gratiæ, ibidem num. 45.
Et poteſt Datarius hoc arbitrium exercere etiam poſt mortem reſignantis, ibid.
Et poteſt reddere gratiam utilem vel inutilem, juxta tempus datæ, quod apponet ante, vel poſt obitum reſignantis, ibid. n. 26.
Regulariter tamen ſolet apponere datam ſub die præſentatæ, ibid.
Extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis non impedit arbitrium Datarii circa appoſitionem datæ, quoties iſtam non apponat poſt mortem reſignantis, ibid. num. 22.
Etiam nulla exiſtente data, aut die præſentatæ adhuc conſenſus extendi poteſt, mortuo reſignante, & dari ſupplicatio ante illius obitum, ibid. n. 22.
Tempus, quod ineſt datæ, attenditur, non tempus, quo apponitur data, nec admittitur probatio in contrarium, ibid.
Conſenſus extendi poteſt etiam poſt obitum reſignantis, ſi eo vivente ſupplicatio fuit ſignatata & datata, ex Conſtitutione Alexandri VI. & Leonis X. ibidem numer. 1.
Et præſtari poteſt per procuratorem reſignantis, ibid.
Limita, ſi ſupplicatio nondum fuerat datata parva data, ibid. n. 2.
Declara, ut n. 3. & plur. ſeqq.
Poſt obitum reſignantis non admittitur illius procurator ad præſtandum conſenſum pro reſignatione non perfecta, ibid. n. 2.
Ante appoſitionem parvæ datæ gratia non dicitur perfecta, ibid.
Parvæ datæ introductio, ibid. n. 4. & ſeqq.
Defectus parvæ datæ non facit ceſſare Conſtitutiones Alexandri VI. & Leonis X. admittentes præſtationem conſenſus etiam poſt mortem reſignantis, ibidem numer. 8.
Parva data non requiritur ad perficiendam gratiam, ſed ſolum ut conſtet de tempore ſignaturæ, ad quod fiat retrotractio conſenſus, ibid.
Modernus ſtylus parvæ datæ non potuit abrogare conſtitutiones Pontificias, & diſpoſitionem juris communis, ibid. n. 33.
Prohibere extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis ob defectum parvæ datæ eſſet reddere fruſtratorias fere omnes reſignationes abſentium, ibid. n. 27.
Etiam poſt ſignatam ſupplicationem ante conſenſum extenſum, & appoſitionem datæ res dicitur integra, & gratia non eſt perfecta, ibidem numer. 51.
Porrecta ſupplicatione in vita reſignantis, poſt ejus mortem conſenſus expleri poteſt per ejus procuratorem, ibid. n. 52.
Declara procedere de ſtylo antiquo, & quando ultra ſignaturam aderat in ſupplicatione etiam parva data; ſecus ſi data deeſſet, ibid. n. 53.
Hodie gratia non dicitur perfecta ante conſenſum præſtitum in Cancellaria, ſeu Camera, & recipit perfectionem ab iſto conſenſu, & a data tanquam a cauſa formali, ibid. n. 54.
Clauſula *ex nunc reſignat* retrotrahitur ad diem datæ, & ante non dicitur eſſe in rerum natura, ibid.
Gratia reſignationis recipit intrinſecam perfectionem e ſignatura, incipit tamen ſolum operari a die datæ, ib.
Supplicatio ſtatim ac habet ſignaturam continet gratiam perfectam, licet careat parva data, ibid. numer. 18. & 30.
Lex, quando requirit appoſitionem diei, ſufficit, quod appareat ubicumque, ibid. n. 11.
Præſentata æquipollet antiquæ datæ, ibid.
Contrarium, & de ratione, ibid. n. 12. & ſeqq.
Prima opinio defenditur, ibid. n. 23. & ſeqq.
Præſentata, ſeu annotatio diei, in quo ſupplicatio porrigitur in Dataria, ſucceſſit hodie in locum antiquæ parvæ datæ, & valet operari eundem effectum, ibid. num. 54.
Contrarium, & de differentia, ibid.
Etiam ex antiquo ſtylo ſola præſentatio ſupplicationis non erat ſufficiens ad retrotractionem, niſi ulterius concurreret data tanquam extremum habile, ibid.
Parva data antiquitus extendebatur per officialem ad id ſpecialiter deputatum, hodie præſentata apponitur per D. Subdatarium, ibid. n. 55.
Antiquæ parvæ datæ contemporanee accedebat conſenſus parvus ſive minus ſolemnis, quo ſaltem ſemiplene conſtabat de voluntate reſignantis, ibidem numer. 55.
Et conſenſus formalis ſuperveniens etiam poſt obitum reſignantis retrotrahitur ad diem parvi conſenſus, ſeu parvæ datæ, ibid.
Parva data non fuit ſublata per modernum ſtylum, ſed ſolum immutata ratione temporis, cum prius extendebatur ante conſenſum, hodie vero poſt illum, ibid. num. 57.
Quod omnes actus expeditionis gratiæ ponantur ſub die præſentatæ ſupplicationis plerumque fit ad occurrendum diſpoſitioni regulæ de viginti, ibid.
Poſſunt tamen poni, & extendi ſub alia die, & de facto quandoque ponuntur, & totum pendet ab arbitrio Datarii, ibid.
Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad protrahendum tempus præſcriptum publicationis literarum per Conſtitutionem Gregorianam, ibid.
Item, ad conſervandum ad talem diem reſignanti fructus beneficii, ibid.
Item, ut reſignatarius poſſit complere ætatem ad beneficium requiſitam, ibid.
Vide etiam *Conſenſus*, *Dies*, *Tempus*.

Dataria.

In conflictu opinionum deferendum declarationibus, & ſtylo Datariæ in materia beneficiali, diſcept. 6. numer 5.
Datariæ eſt, mentem Pontificiam declarare tanquam organum Papæ diſcept. 27. n. 39.
Notitia obitus reſignantis ſuperventa ante conſenſum, & ſic gratia nondum perfecta inducit malam fidem in officialibus Datariæ, adeo ut non valent amplius recipere conſenſum, diſcept. 5. n. 58.
Obſervantia extendendi conſenſum poſt obitum reſignantis procedit, data ignorantia obitus in officialibus Datariæ, ſecus data obitus ſcientia, ibid.
Praxis Datariæ circa præſtationem conſenſus pluries immutata, & quare, ibid. n. 1. & ſeqq.
Scientia, & patientia Datariæ, ad obſervantiam requiſita præſumitur, ſi collatio Datariæ in menſe reſervato non habuit effectum in concurſu cum proviſo ab Ordinario, diſcept 17. n 51.
Obſervantia, ut immutare poſſit ſtatum Eccleſiæ, requirit ſcientiam, & patientiam intereſſe habentis, ibid. num 49
Limita in præjudicium Datariæ, quando dubitatur, an novum ſtatutum immutaverit antiquum ſtatutum Eccleſiæ receptitiæ, quia tunc obſervantia eorum qui fecerunt ſtatutum, non eſſet extenſiva, ſed interpretativa, ibid n. 50.
Juſpatronatus etiamſi pro tertia tantum parte ſit laicale, & pro aliis duabus Eccleſiaſtico admittitur in Dataria renunciatio ad favorem accedente conſenſu ſolius patroni laici, diſcept. 3. n. 2.

Digitized by Google

Juripatronatus mixto derogatur in totum ſine ſcrupulo, ſi major pars ſpectat ad Eccleſiaſticum, minor ad laicum, ibid. n. 5.
Declara procedere ſecundum antiquum ſtylum Datariæ, ſecus attenta nova praxi, quæ laudatur, quia etiam ad hunc effectum reputatur laicale, ne præjudicetur laico ea communione cum Clerico, ibid. n. 6.
Nullitas renunciationis ob non ſervatas ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* locum habet, etiamſi Novitius poſtea fuerit profeſſus, diſcept. 6. numer. 20.
Et beneficium reſignatum poſſet ex capite dictæ nullitatis impetrari contra reſignatarium a Dataria tanquam vacans per profeſſionem, ibid.
Dataria concedit Cardinalibus ordinariis collatoribus Indultum conferendi beneficia reſervata cum aliquibus modificationibus, & derogationibus Regularum Cancellariæ, diſcept. 12. n. 6.
Decretum apponi ſolitum ſupplicationi per reviſores, quod gratia revalidatoria debeat expediri intra tres menſes ſub pœna nullitatis, ſolet aboleri per Subdatarium, ibid. n. 52.
Tale Decretum reſpicit ſolum intereſſe officialium Datariæ, & Cancellariæ, quorum favore duntaxat non autem partis apponitur, ibid.
Vide etiam in verbo *Data*.
Datarius Vide *Data*, *Dataria*.

Debitor.

Quis poteſt eſſe debitor in conſcientia, licet actione civili compelli non poſſit, diſcept. 2. n. 86.

Decanus.

Stante privilegio, quod in paritate votorum illa pars prævaleat, pro qua eſt votum Decani, & ſimilis, utrum locum habeat in electione facta per fabas ſecreto, vel per ſchedulas in urnam ponendas, diſcept. 4. num. 122.
Expreſſio nominis Decani dicitur facta tanquam de perſona clariori intra Capitulum, & non probat iuriſdictionem reſidere penes ſolum Decanum, diſcept. 24. num. 77.

Decentia.

Externa decentia magis in opinione, quam in rei veritate conſiſtit, diſcept. 32. n. 98.
Deceptio Vide *Decipere*.

Decima.

In materia indifferenti decimarum exemptionis, conceſſionis in feudum, & ſimilibus titulus onerosus dicitur etiam, qui provenit ex aliquo facto, & meritis conceſſioni æquivalentibus, diſcept. 22. numer. 18.
Secus in materia Juriſpatronatus, ibid. n. 19.
Beneficii dotati ex decimis Juspatronatus acquiritur ei, ad quem decimæ pertinebant, ibid. n. 24.

Decipere.

Sæpiſſime decipitur qui viam ſolitam, & ordinariam non ingreditur, diſcept. 11. n. 19.
Juſta cauſa recedendi a promiſſione ſponſalium eſt, ſi vir fuit deceptus in lætitia, & impraviſa occaſione, diſcept. 32. n. 80.

Deciſio.

Deciſiones & Sanctiones Imperiales ſunt lex non ſolum pro illis cauſis, in quibus emanarunt, ſed in omnibus, n. 2. V.
Deciſio 1274. coram Coccino notatur & explicatur, diſcept. 35. n. 5. 17. & 19.
Deciſio Sacræ Rotæ in Oxomen. fructuum apud Caſſador. declaratur, ut procedat, quando non concurrunt verba capacia comprehendendi diſtributiones, diſcept. 1. n. 31.
Deciſiones 299. & 515. partis 4. recentiorum declarantur, diſcept. 17. n. 21.
Deciſio Conradi 139. apud Vivian. de Jurepatronatus declaratur, diſcept. 14. n. 23.
Deciſio 91. coram Priolo declaratur, diſceptat. 4. numer. 63.
Concluſio in deciſionibus Rotæ intelligi debet prout loquuntur Doctores in eadem deciſione adducti, diſcept. 16. n. 77.
Ad juſtificationem ſententiæ Rotalis ſufficit, quod ſubſiſtant, fundamenta priorum deciſionum, diſcept. 6. num. 38.
Ubi habetur articulus a ſacra Rota formiter deciſus, parum aut nihil curandum de contrariis Doctorum auctoritatibus, diſcept. 10. n. 27.
Deciſiones Rotæ ſatis eſt, quod applicentur ex earum rationibus, & fundamentis, diſcept. 24. n. 10.

Declaratio.

Nulla major declaratio voluntatis contrahentium quam illorum dictum, diſcept. 32. n. 18.
Etiamſi non ex utroque, ſed ex uno tantum contrahentium procedat, ibid.
Superſcriptio in dorſo apocæ facta per partem declarat quid intus contineatur, ibid.
Actus talis factus eſſe dicitur, qualis fuit a partibus denominatus in procemio, quod diſpoſitivam illuminat, & declarat, ibid. n. 13.
Verba ſubſequentia non poſſunt dici appoſita ad majorem declarationem ejus, quod ſupra non fuit expreſſum, vel fuit expreſſum, contrarium, ibidem numer. 17.
Qui declarat quidquid de jure ſubauditur, nihil diſponit, nihil variat, nihil immutat, diſcept. 27. numer. 32.
Obſervantia, & declaratio voluntatis deducta ex tolerantia fundatoris, quod beneficium libere conferatur, procedit in dubio, & ubi verba fundatoria eſſent ambigua, diſcept. 4. n. 76.
Obſervantia legitime præſcripta requiritur ad arguendam remiſſionem Juris præſentandi jam quæſiti, ibid. n. 76. & 77.
Ubi vota dantur ſecreta, dignoſci nequit, ad cujus favorem quis votaverit, & tunc non eſt ſtandum declarationi etiam juratæ habentis votum præponderans, ibid. n. 123. & 129.
Neque attendi debent declarationes omnium aliorum qui votarunt, ibid. n. 123.
Statutum Eccleſiæ dans alicui votum præponderans reſtringitur ad illos actus Capitulares, qui fiunt viva voce, & per vota publica, ibid. n. 129.
Limita, ſi expreſſe loquatur de actibus explicandis per ſecreta ſuffragia, quia tunc ſtandum eſſet declarationi habentis votum præponderans, ibid.
Vide etiam *Electio*.
In conflictu opinionum defendendum eſt declarationibus, & ſtylo Datariæ in materia beneficiali, diſcept. 6. numer. 5.
Datariæ eſt, mentem Pontificiam declarare tanquam organum Papæ, diſcept. 27. n. 39.
Dictio *vel* ſemper ponitur inter diverſa, & ad declarandam Conſtitutionem Pontificiam, n. 28 V.
Una lex aliam declarat, & priores ad poſteriores trahuntur, & poſteriores ad priores, num. 30. V.
Juris dubietas ſufficit, quod fuerit tempore tranſactionis, nec ſufficit, ſi tollatur per declarationem poſtea emanatam, diſcept. 22. n. 15.
Declarationes, & aſſertiones Pontificis in privilegiis ſi non ſunt veræ, reputantur dictæ per fictionem, & ex privilegio, ibid. n. 16.
Scriptura una aliam declarat, diſcept. 24. n. 33.
Teſtes declaratorii ſcripturæ attendunt, etiamſi patiantur exceptiones, quando illa continet æquivocum, & eſt capax interpretationis, ibid. n. 32.
Qui declarat, oſtendit rem dubiam ab initio, diſcept. 22. n. 14.
Declaratio fundatoris Juriſpatronatus, licet facta ex intervallo, debet attendi, diſcept. 25. n. 23.
Declaratio adjecta in Jurepatronatus activo influit etiam in paſſivum, diſcept. 19. n. 4.
Ad declarationem Collegialitatis Eccleſiæ quomodo procedendum per Judicem, diſcept. 8. n. 25. & ſeqq.
Declaratio non eſt nova erectio Collegiatæ, ſed ſimplex detectio ejus, quod ineſt in Eccleſia, ibidem numer. 24.
Declaratio Collegialitatis Eccleſiæ, quæ talis eſt habitu, ſpectat ad quemvis Judicem Ordinarium Eccleſiaſticum, ibid.
Hæres ſeu executor poteſt declarare verbum æquivocum fundatoris, diſcept. 19. n. 26.
E poteſt declarare, quod vocatio illorum de parentela intelligatur ſtricte de ſolis agnatis, ibid.
Titulus etiam nullus poteſt deſervire pro declaratione ſecundi validi interpretative, & non conjunctive, & adminiculative, diſcept. 26. n. 12.
Declaratio donantis non attenditur niſi in caſu dubio, diſcept. 51. n. 18.
Maxime, ſi caſus eſt clarus pro donatario, & declaratio eſt inveriſimilis, & deſtruit naturam donationis, ibid.

Decre-

Decretum.

Decreta Capitulorum generalium Fratrum Minorum ſuper retentione annuorum legatorum, diſcept. 2. num. 68. 69. & 71.

Decretum Julii III. quoad domus profeſſas Jeſuitarum ex identitate rationis comprehendit etiam Fratres Minores, ibid. n. 76.

Decreto Sac. Congregationis Concilii cavetur, fundationem Conventus Victoriæ, & legata perpetua per modum eleemoſynæ non adverſari puritati Regulæ San. Franciſci, ibid. n. 100.

Reſolutiones Sacræ Congregationis Fabricæ in executionem decreti ejuſdem ſuper eadem re, ibidem n. 130. & ſeqq. n. 162. & ſeqq.

Bullæ expediuntur ad tenorem cedulæ Conſiſtorialis, & iſta attenditur non decretum Conſiſtoriale, diſcept. 9. n. 30.

Si error eſt clarus in decreto Conſiſtoriali, correctio fieri poteſt a miniſtro abſque participatione R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, ibid. n. 31.

Cedulæ proviſionum attenduntur, & non Decreta Conſiſtorialia pro expeditione Bullarum, ibid. n. 61.

Decretum irritans quando adeſt in diſpoſitione, ad præſcribendum contra illam non ſuffragatur centenaria, ſed ſolum immemorabilis, diſcept 23. n. 16.

Decretum irritans inficit factum, diſcept. 20 n. 23.

Et operatur, quod derogatio ſtatutis de optando locum habeat cum omnibus inde ſecutis, ibid.

Decretum irritans, & clauſula *quorum tenores* operantur effectum individuæ expreſſionis cum ſuis qualitatibus, diſcept. 27. n. 42.

Collatio libera beneficii de Iurepatronatus eſt invalida ab initio vigore Decreti irritantis *in cap. dilectus* 16. q. 1. diſcept 4. n. 97. & 100.

Decretum irritans elidit omnem prætenſam ſubreptionem, diſcept. 27. n. 41.

Verba exprimentia antiquam conſuetudinem in Decreto viſitationis inducunt probationem antiquæ conſuetudinis præcedentis, diſcept. 50. n. 9.

Et intelligitur præcedenter inducta talis conſuetudo, qualis in ſubjecta materia Eccleſiaſtica requiritur ad præſcribendum, nempe quadragenaria, ibidem numer. 10.

Decretum Judicis per modum proviſionis, licet non faciat ſtatum, tamen ſi cauſa non proſequatur, vel per concordiam terminetur, ex acquieſcentia partis ſuccumbentis, ſatis reſultat illius, non ejus, diſcept. 32. n. 23.

Gratia revalidatoria debet expediri intra ſex menſes ex decreto opponi ſolito per reviſores ſupplicationi ſub pœna nullitatis, diſcept. 12. n. 51.

Simile decretum ſolet aboleri per Subdatarium, ibid. numer. 51.

Vel per Regentem Cancellariæ concedi licentia expediendi non obſtante lapſum dicti temporis, ibid. numer. 52.

Tale decretum reſpicit ſolum intereſſe Officialium Datariæ, & Cancellariæ, quorum favore duntaxat, non autem partis apponitur, ibid.

Omnia Decreta Concilii Tridentini ſubjacent auctoritate Sedis Apoſtolicæ, diſcept. 25. n. 11.

Decreta Congregationis Concilii quod abſens ob inimicitias reſignet aut permutet, intelliguntur in caſu particulari non generaliter per viam legis, diſcept 34. numer. 5.

Decretum Capituli pro petenda electionis confirmatione, eam revalidat, diſcept 24. n. 10. 59. 70. & 71.

Decreta Sacrarum Congregationum Concilii Tridentini, ac Epiſcoporum, & Regularium ſuper alternativa functionum Epiſcopalium ſervanda in Eccleſiis Pennen. & Hadrien. unitis, diſcept. 9. numer. 85. & plur. ſeqq.

Ultimum Decretum Sacræ Congregationis Rituum pro lege attendi, & ſervari debet, diſcept. 44. n. 15.

Decretum Sacræ Congregationis non dicitur tollere immemorabilem, ſi de illa non ſit mentio in ipſo Decreto, ſed tantum in narrativa, diſcept. 50. numer. 26.

Teſtes confidentiales adhibiti in apocha ſponſalium non tenentur illa denunciare in vim Decreti appoſiti in publicationibus matrimonii, diſcept. 52. num. 103. & ſeqq.

Vide *Apocha*, *Matrimonium*.

Decretum Congregationis Conſiſtorialis favore Eccleſiæ Penen. & ſuper prænominatione reſpectu Hadrien. diſcept. 9. n. 36.

In decretis & cedolis Conſiſtorialibus Eccleſia Pennen. ſemper fuit prænominata, ibid. n. 26.

Decreta, & cedulæ Conſiſtoriales in proviſione Eccleſiarum Viterbien. & Tuſcanen. unitarum, ibidem numer. 84.

Decretum reſervationis Vide, *Reſervatio*.

Actus fieri prohibitos abſque certis præviis ſolemnitatibus, & cauſis, ſi fuerit factus cum auctoritate Judicis præſumitur pro ejus decreto, quod omnia rite, & recte proceſſerint, niſi contrarium oſtendatur, diſcept. 36. n. 3.

Dedecus.

Indigna ſponſa dicitur, quando ſponſus abſque parentum, & parentelæ dedecore copulari non poteſt, attentis progenie, divitiis, more Regionis, aliiſque circumſtantiis, diſcept. 52. n. 88.

Deductio.

De valore beneficii deducenda ſunt onera neceſſaria, non autem voluntaria, diſcept. 40. n. 2.

Expenſa Prædicatoris non deducitur de valore beneficii, ſeu Eccleſiæ, ibid. n. 3.

Onera Miſſarum deducenda ſunt de valore beneficii ſimplicis, in quo non adeſt obligatio celebrandi per ſe ipſum; ſecus ſi agatur de Capellania ſacerdotali, ſeu beneficio reſidentiali, & requirente perſonale ſervitium, ibid. n. 1.

Contrarium, reprobato Garzia, & ſequacibus, ibid. n. 2. & ſeqq. & n. 5.

Onus tenendi factorem non deducitur ex valore beneficii tanquam non neceſſarium, ibid. n. 5.

Nec deducitur onus coadjutoris præciſe non neceſſarii, ibid.

Defectus.

Decretum reſervationis motu proprio appoſitum non poteſt de ſubreptione redargui, ſed bene de defectu intentionis Papæ apponentis, diſcept. 27. n. 8.

Defectus intentionis in Principe motu proprio concedente ex errore facti dicitur ſubreptio re ipſa, ibid.

Privilegium Conclaviſtarum diſpenſat etiam ſuper defectibus natalium, diſcept. 30. n. 7.

Non eſt majus diſpenſare ſuper defectu natalium, quam ſuper irregularitate ob caſtrationem ex cauſa cantus, ibid.

In defectu natalium nihil peccaverunt qui ſic ſunt nati, ibid.

Defenſio.

Calor defenſionis, & amor cauſæ in conſulentibus ſunt propriæ opinionis deterrimi Judices, diſcept. 27. n. 1.

Deflorator.

Judex cogens defloratorem ad ducendam virginem defloratam non dicitur vim inferre, nec deflorator dicitur coactus, quia irrationabiliter invitus, diſcept. 2. num. 27.

Deflorator etiam diſparis conditionis ſub vera promiſſione matrimonii tenetur ducere defloratam in uxorem, & tunc proteſtatio præcedens ſuper metu non annullat matrimonium pure ſubſequens, diſcept. 52. n. 56.

Amplia, etiamſi ex matrimonio timerentur ſcandala, quando concurrit juramentum, ibid.

Contrarium, ibid

Vide etiam *Stuprum*.

Degradatio.

Oecumenicæ Synodus in Sedes Epiſcoporum a ſe degradatorum, & in Cathedras apud ſe morientium ſolebant per ſuum Præſidem alios conſecrare, n. 17. V.

Delegatus.

Abbas habens Juriſdictionem ordinariam etiam cumulative cum Epiſcopo, ſi illam habeat iure delegato, ab ipſo ad Epiſcopum datur appellatio, diſcept. 20. n. 22.

Delictum.

Abſurdum eſt quem reportare utilitatem, & præmium ex proprio delicto, diſcept. 47. n. 9.

Præſumptio Juſtitiæ aſſiſtens facto Judicis ceſſat, ſi non conſtat ex actis de alia probatione delicti, diſcept. 34. n. 13.

Factum Judicis demonſtratur injuſtum eo ipſo, quod ex actis non conſtat de probatione delicti propter quod condemnavit, ibid. n. 13.

Ad excludendum delictum correctio facta per miniſtros præſumitur rite, & recte facta de licentia eorum, ſine qua fieri non poterat, diſcept. 9. n. 32.

Epiſcopus tenetur habere conſenſum Capituli ad cognoſcendum, & condemnandum aliquem de Capitulo ratione delicti, diſcept. 16. n. 3

Amplia procedere, tam in delictis gravibus, in quibus dicitur agi de arduis, quam etiam in levibus, ibidem num. 6.

Epiſco-

Epiſcopus, qui præſcripſit contra Capitulum poteſtatem puniendi Canonicos abſque illius conſenſu certi delicti, non poteſt idem prætendere reſpectu aliorum delictorum, ibid. n. 4.

Canonicus carceratus ob grave delictum, &, iſto non probato, miſſus in exilium ad tempus, perdit diſtributiones etiam, quæ ſuccedunt loco Præbendæ tempore carcerationis, & exilii, diſcept. 34. num. 7. & ſeqq.

Contrarium, ibid. n. 10. & ſeqq.

Exul nunquam amittit duas partes diſtributionum, quæ ſuccedunt loco fructuum Præbendæ, donec per ſententiam juſtificatam ex actis declaratum non fuerit conſtare de delicto, ibid. n. 26.

Sacerdos accuſatus de crimine, quod in proceſſu non fuit probatum, ſi neget, non poteſt ex indiciis condemnari, ſed debet abſolvi, & integram ſuorum beneficiorum perceptionem obtinere, ibid. n. 27.

Si autem delictum probatum eſt, intrat pœna ordinaria depoſitionis, & privationis beneficii, ibid. n. 26.

Vide etiam *Crimen*, *Culpa*.

De Luca,

Probatur Cardinalis de Luca dicens, quod Clericus ab alieno Epiſcopo nulliter ordinatus non eſt incapax beneficiorum, diſcept. 47. n. 6. & ſeqq.

Idem reprobatur tenens, Conventum fundari poſſe, etiam diſſentientibus aliis Regularibus ejuſdem loci, quando iſtorum Conventus habeat numerum exceſſivum Religioſorum, diſcept. 37. n. 8.

Deportatio.

Per deportationem electi ad ſedem convalidatur electio extra formam *capit. quia propter de elect.* diſcept. 24. n. 10. 18. & 70.

Vide *Electio*,

Depoſitio.

Accuſatio, & depoſitio Epiſcoporum, ſicut quæſtio fidei, ſpectat ad Sedem Apoſtolicam non ad inferiores, diſcept. 16. n. 43.

Sacerdos accuſatus de crimine, ſi delictum probatum eſt, intrat pœna ordinaria depoſitionis, & privationis beneficii, diſcept. 34. n. 26.

Regula 1. Cancellariæ procedit, etiamſi privatus ſive depoſitus fuerit abſens, & ſolum per Procuratorem ſe defenderit, vel verus contumax extiterit, numer. 17. V.

Deputatio, *Deputatus*.

De Jure etiam quoad Judices ordinarios admittitur deputatio alterius in locum ſuſpectorum, diſcept. 23. numer. 21.

Statuta, & Conſtitutiones in Synodo fieri debent cum ſolo conſilio Capituli, ſeu deputatorum ab eo, diſcept. 16. n. 56. 63. & ſeqq.

Sive agatur de arduis ſive de non arduis, ibid. num. 56. 64. & pluc. ſeqq.

Verba *eligimus*, *adſcribimus*, *& deputamus ad ſervitium Eccleſiæ* ſunt propria, & congruentia proviſioni beneficiorum Eccleſiæ receptitiæ, diſcept. 17. n. 53.

Deputationes Regularium in Hoſpitali ſeculari non juvant ad immutandum illius ſtatum ſecularem, niſi ſint factæ animo imprimendi novum ſtatum, diſcept. 23. n. 13.

Deputati ſi fuerunt Regulares ad gubernium Hoſpitalis ad vitam, & ſic ut ſeculariter, non ut amovibiliter ad nutum, excluditur animus mutandi illius ſtatutum, ibid. n. 24.

Denunciationes.

Concilium Tridentinum juſſit fieri denunciationes matrimoniales, ut patresfamilias poſſent ſe opponere, & impedire, diſcept. 52. n. 86.

Parochi de ſtylo, & de Jure nequeunt facere denunciationes matrimonii filiifamilias volentis nubere cum ſponſa nimis paupere ob timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, ſed debet expectare reſponſum Epiſcopi vel ejus Vicarii, ibid. n. 91.

Omiſſio denunciationum abſque legitima cauſa non dirimit matrimonium contractum, ſed impedit contrahendum, ibid. n. 84.

Teſtes confidentialiter adhibiti in apocha privata verum, non obſtante mutua partium obligationis remiſſione, teneantur vigore decreti in denunciationibus appoſiti revelare occultam promiſſionem futurarum nuptiarum, ibid. n. 93. & ſeqq.

Teſtes confidentiales adhibiti in apocha ſponſalium non tenentur illa denunciare in vim decreti appoſiti in publicationibus matrimonii, ibidem numer. 103. & ſeqq.

Eccleſia obligat ad revelandum ea tantum impedimenta, quæ de tempore publicationum exiſtunt, ib. numer. 103.

Teſtes confidentiales adhibiti in apocha ſponſalium, ſi illa revelarent, facerent conſurgere impedimentum, quod ante non aderat, ibid. n. 5.

Scientes occultam cognationem inter eos, quorum publicatur matrimonium, tenentur propalare ad evitandam futuram fornicationem, ibid.

Teſtes confidentiales in apocha ſponſalium adhibiti, ſi factum fuit propalatum, & cogantur ſubjicere ſe examini, tenentur ex vi juramenti propalare factum denunciatum in ordine ad circumſtantias ipſis notas, ib. n. 106.

Impedimentum publicæ honeſtatis ex occultis ſponſalibus licet non adſit, poteſt tamen ſupervenire, & pendere a futura revelatione, qua ſecuta, ſurgit honeſtas illius cauſativa, ib.

Sed poſt contractum matrimonium non eſt amplius locus denunciationi, ib. n. 107.

Impedimentum publicæ honeſtatis non oritur ex occultis ſponſalibus, ſi, factis denunciationibus, non appareat aliquod impedimentum, ib.

Derogatio.

Gratia derogationis Juriſpatronatus Eccleſiaſtici eſt ſubreptitia, ſi pro tertia parte tantum ſit laicale, & non exprimatur mixta, diſcep. 3. n. 1.

Juſpatronatus ſi pro medietate ſpectet ad laicum, & pro alia ad Eccleſiaſticum, ratione mixturæ Papa ſolet in totum derogare, ib n. 3.

Juſpatronatus mixtum cenſetur laicale quoad derogationem, ib. n. 4.

Declara procedere, ut non cadat ſub reſervationibus, & ei non cenſeatur derogatum niſi per ſpecialem derogationem, non autem ad effectum, ut ei non ſoleat derogari, ib. n. 4.

Derogatur ſine ſcrupulo, ſi major pars ſpectat ad Eccleſiaſticum, minor ad laicum, ib. n. 5.

Declara procedere ſecundum antiquum ſtylum Datariæ, ſecus attenta nova praxi, quæ laudatur, quia etiam adhuc effectum reputatur laicale, ne præjudicetur laico ex communione cum Clerico, ib. n 6.

Papa abſtinet a derogatione Juriſpatronatus mixti propter ſolum præjudicium laicorum, ne retrahantur a fundationibus, ib. n. 8.

Conſentiente laico, ceſſat illius præjudicium, & Juſpatronatus mixtum conferri poteſt per Papam abſque derogatione pro parte ad Clericum ſpectante, ib. n. 8.

Juſpatronatus mixtum, quoad tempus præſentandi reputatur Eccleſiaſticum, & conceditur ſemeſtre, quo vero ad derogationes reputatur laicum, ibidem numer. 10.

Privilegium abſentiæ ſi dicat, *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret, & intereſſet Divinis officiis in choro*, veniunt diſtributiones, ibid. n. 12 & 13.
Et tunc intelligitur, Pontificem nomine fructuum intellexiſſe etiam diſtributiones, ibid.
Privilegium abſentiæ continens verba capacia comprehendere etiam diſtributiones in ſuo proprio, & ſtricto ſignificatu, licet dicat, *perinde ac ſi reſideret*, adhuc extenditur ad diſtributiones, & ibid. n. 13.
Intereſſentia verbum facit extendi ſignificationem fructuum etiam ad diſtributiones, ibid.
Et tunc verbum *fructuum* non reſtringit privilegium, ib.
Privilegium faciens mentionem de diſtributionibus, eas continendo expreſſe vel æquipollenter, non reſtringitur per verbum *reſidentia*, ſed intelligitur etiam de intereſſentia, ib.
Diſtributiones veniunt ab expreſſione intereſſentiæ uti ex tacita & æquipollenti expreſſione illarum, ib. n. 15.
Diſtributiones videntur quodammodo ſapere naturam fructuum, quando omnes fere reditus in illis conſiſtunt, ib. n. 17.
Quibuſcunque aliis redditibus, horum verborum appellatione diſtributiones comprehenduntur, ib. n. 21.
Appellatione ſimplici emolumentorum veniunt diſtributiones, ib. n. 19.
Privilegium lucrandi in abſentia ſi habet verba capacia includendi diſtributiones in ſuo ſignificatu, tunc reſidentia in Eccleſia importat etiam intereſſentiam, ib. n. 27. & 30.
Si non adſit talis capacitas verborum, ſed potius reſtrictio, tunc reſidentia non infert intereſſentiam, ib.
Expreſſio intereſſentiæ importat diſtributiones, & tacite, & æquipollenter, ib. n. 28.
Reſidentia in Eccleſia infert intereſſentiam per neceſſe, ſi concurrunt verba capacia ſignificandi diſtributiones, ib n. 29.
Quia tunc non debet extendere privilegium, ſed ſamulatur verbis præcedentibus, ib.
Ex intelligenda venit in tota latitudine ſignificatus magis frequentes, nempe de reſidentia cum effectu, ib.
Privilegium mentionem faciens de fructibus beneficii non dicitur habere verba capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtrictionem, ibidem num. 27. & 30.
Idem, ſi dicat de percipiendo ipſo beneficio, ib.
Verba *integre percipiant beneficia* nunquam poſſunt inferre diſtributiones, ib.
Vocabuli *fructuum* ad diſtributiones extenſio eſt ad impropria, ib. n. 28.
Nomen fructuum non includit diſtributiones, ibid. numer. 31.
Quando verba privilegii non ſunt capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtricta ad fructus, oportet, quod intereſſentia explicetur per verba clara infallibilia, & quæ concludant per neceſſe, ib.
Deciſio Sacræ Rotæ in Oxomen. fructuum apud Caſſador. declaratur, ut procedat, quando non concurrunt verba capacia comprehendi diſtributiones, ibid. num. 31.
Ratio reſtringendi privilegii, ne cultui divino præjudicium alias inferatur, nihil urget, ſi ex verbis ampliſſimis conſtat de mente Papæ concedendi etiam diſtributiones, ib. n. 32.
Maxime, ſi alias privilegium parvum, aut nihil utilitatis præberet Capitulo, ib.
Si omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, tunc expreſſione fructuum in privilegio abſentiæ veniunt diſtributiones, ne privilegium reddatur inutile, ib. n. 17.
Si ultra expreſſionem fructuum continet privilegium, verba *emolumenta quacunque* mentione emolumentorum, veniunt diſtributiones, licet non omnes reditus, ſed major pars redituum in diſtributionibus conſiſtat, ne privilegium ſit fere inutile, ib.
Diſtributiones dantur propter intereſſentiam divinis, ib. num. 11.
Diſtributiones non veniunt ſub verbis reſtrictis ad reſidentiam, & præſentiam, ib.
Reſidentia aut præſentia ſunt diverſæ ab intereſſentia, ibidem.
Canonici abſentes in vacantia trium menſium per Concilium conceſſa non lucrantur diſtributiones, ibidem num. 2.
Nec lucrantur alia emolumenta debita ratione actualis intereſſentiæ, ib.
Etiamſi omnes reditus Canonicatuum in ſolis diſtributionibus conſiſterint, ib. n. 3.
Canonici privilegiati in abſentia quoad diſtributiones non poſſunt gaudere anniverſariis, & mortuariis, ibidem num. 10.
Idem procedit quoad illas diſtributiones, quæ in pane, & vino conſiſtunt, ib.
Declara, niſi omnes diſtributiones in pane, & vino conſiſterent, ib.
Doctores negantes emolumenta anniverſariorum deberi abſentibus loquuntur de privilegio continente diſtributiones, non de privilegio generali pro emolumentis quibuſcunque, ib. n. 30.
Canonicus Miſſam privatam celebrans tempore divinorum non dicitur intereſſe, nec gaudet diſtributionibus ib. n. 26. & 28.
Quando omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, duæ illarum partes ſuccedunt loco Præbendæ, diſcept. 32. n. 1.
Idem procedit, ſi fructus ſint valde tenues, & quomodo intelligatur eorum tenuitas, ib. n. 2.
Diſtributiones etiam, quæ ſuccedunt loco Præbendæ, perdit Canonicus abſens abſque mentione, ib. n. 3.
Limita, ſi non reſidet ex cauſa inimiciarum, quas poſt obtentum Canonicatum citra culpam ſuam contraxit, ib. n. 4.

Si ta-

Digitized by Google

Si tamen habet licentiam Superioris, ibid.
Quæ licentia non conceditur per Sacram Congregationem, niſi ad annum, ibid.
Poſt annum vero debet abſens Canonicatum reſignare, aut permutare, ibid.
Inimicitia citra culpam Canonici contracta eſt juſta cauſa abeſſendi, & lucrandi diſtributiones, quandiu durat abſque præfinitione temporis, ibid. n. 5.
Et decreta Congregationis, quod abſens reſignet, aut permutet, intelliguntur in caſu particulari, non generaliter per viam legis, ibid.
Abſenti non debentur fructus, & diſtributiones, niſi concurrat juſta cauſa, & licentia Superioris, ibidem num. 7.
Canonicus carceratus ob grave delictum, & iſto non probato, miſſus in exilium ad tempus, perdit diſtributiones etiam, quæ ſuccedunt loco Præbendæ tempore carcerationis, & exilii, ibidem numer. 7. & ſeqq.
Contrarium, ibid. n. 10. & ſeqq.
Canonico juſte carcerato, & exuli non debentur fructus conſiſtentes in diſtributionibus, ibidem numer. 9.
Et præſumptio ſtat pro juſtitia condemnationis, niſi Canonicus ſuam juſtificaverit innocentiam in Judicio, ibid.
Pulſus in exilium lucratur diſtributiones, quando Judex eum legitime non condemnavit, ibidem numer. 14.
Et lucratur etiam pro tempore, quo remanſerit in carcere, ibid. n. 15.
Impotentia accedendi ad reſidentiam ex facto Magiſtratus aut Principis dicitur juſtum impedimentum non reſidendi, ut ſic impeditus non amittat fructus, & diſtributiones, ibid. n. 11.
Declara procedere in impedito vi publica, ſed injuſta, vel vi privata alicujus; ſecus ſi ex facto juſto Principis aut Magiſtratus, ibid. n. 12.
Beneficiatus exul ex motivo prudentiali Principis aut Magiſtratus non dicitur culpa ſua impeditus reſidere, & lucratur fructus, & diſtributiones, ibidem num. 21.
Beneficiatus impeditus reſidere, etiamſi ſit in culpa, lucratur fructus, & diſtributiones, quando non ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima, & immediata impedimenti, ibid.
Et culpa illi non nocet, niſi ſit prærordinata ad finem non reſidendi, ibid.
Declara, ut ibid.
Infirmis etiam ex propria culpa conceduntur diſtributiones in abſentia, ibid. n. 21.
Abſens ſine licentia Superioris non lucratur fructus, & diſtributiones, ibid. n. 23.
Declara procedere in abſentia voluntaria, puta cauſa ſtudii, vel litis, aut peregrinationis; ſecus in abſentia neceſſaria, ſeu violenta, ut propter carcerationem, vel exilium, ibid.
Non procedit in abſentia ex rationabili neceſſitate corporis, ibid.
Et licentia tunc data dicitur ab ipſa lege vel Jure, ibid.
Abſens ex cauſa neceſſaria inimicitiarum abſque licentia Superioris non excuſatur ad lucrandum fructus, & diſtributiones, ibid. n. 24.
Limita in eo, qui diſcedit coactus ad evitandum periculum, ibid. n. 25.
Abſens ob exilium a Magiſtratu vel Principe datum non tenetur oſtendere licentiam Superioris, ibid. n. 25. & ſeqq.
Exul nunquam amittit duas partes diſtributionum, quæ ſuccedunt loco fructuum Præbendæ, donec per ſententiam juſtificatam ex actis declaratum non fuerit conſtare de delicto, ibid. n. 26.
Alimenta debentur ex fructibus, & diſtributionibus juſte exuli, & carcerato, & excommunicato, ibidem num. 28.
Abſentia ex cauſa litis quando ſit legitima necne remiſſive, ibid. n. 28.
Canonicus litigans cum Capitulo ſuper Canonicatu, ſeu fructibus, qui injuſte denegantur, lucratur fructus, & diſtributiones in abſentia, etiam abſque licentia Superioris, diſcept. 37. n. 1.
Et non obſtante exceptione, quod potuerit litigare per procuratorem, ibid.
Ratio, cur ſic litigans lucretur diſtributiones, non eſt, quia habetur pro præſente, ſed refectio damnorum, & intereſſe, ibid. n. 1.
Neque ex iſto caſu inferri poteſt ad alios, ibid.
Si lis fuerit ſuper Jure votandi, ſeu ſuper minima parte fructuum, non lucratur, quia poteſt tractari per procuratorem, ibid. n. 2.
Licentia petita, & obtenta non relevat ad effectum lucrandi fructus, ſeu diſtributiones in abſentia, ſi cauſæ non ſunt veræ, nec a Jure approbatæ, ibid. num. 10.
Canonico quærelato, qui ad ſeſe deferendum in cauſa criminali petiit Curiam, & obtinuit ſententiam abſolutoriam, debentur diſtributiones, ibidem numer. 14.
Abſens ex cauſa peſtis non lucratur diſtributiones, niſi ea graſſetur, & probetur legitima conſuetudo, quod diſtributiones dari conſueverint abſentibus ex juſta cauſa, ibid. n. 13.
Talis conſuetudo non requiritur in aliis juſtis cauſis abſentiæ, ſignanter ob rationabilem corporis neceſſitatem, ibid.
In Indulto abeſſendi ex cauſa ſtudii non conceduntur diſtributiones, niſi omnes fructus in illis conſiſtant, vel in illis una cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ, ibid. n. 16.
Et quomodo intelligantur illa verba *cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ*, ibid.
Vide etiam *Abſentia*, *Lis*.
In congruam Archipreſbyteri curam actualem exercentis debent imputari diſtributiones quotidianæ, quas percipit ſicut alii Canonici divinis intereſſentes, diſcept. 46. n. 6. Contrarium, num. 7. Prima eſt verior, ibidem.
Diſtributiones quotidianæ non ſunt incertæ ſicut obventiones ſpirituales, ibid. n. 7.
Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus beneficii, ſed merces & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, ibid.
Diſtingue, ut ſi participantur ratione ſervitii in choro abſque alio onere Miſſarum privatarum celebrationis pro anniverſariis, ac piis legatis veniant imputandæ; ſecus ſi habent admixtum onus celebrationis Miſſarum privatarum, ibid. n. 8.
Servitium Parochiæ ſuccedit loco ſervitii in choro ad effectum lucrand. diſtributiones, ibid.
Imputantur in Congruam diſtributiones, quas Archipreſbyter percipit ratione intereſſentiæ fictæ in choro, & ſine ullo ſervitio aut labore perſonali, ibid. n. 9.
Vide *Congrua*.
Annata non debetur pro diſtributionibus quotidianis, diſcept. 18 n. 19.
Annata ſolvitur etiam pro ſalario coadjutori reſervato ſuper diſtributionibus quotidianis in coadjutoriis beneficiorum inſeriorum, ibid. n. 18.

Diverſum.

Non eſt diverſimode judicandum de reſervationibus generalibus, ac de ſpeciali, ſi nulla intercedat diſparitas, aut differentia rationis inter utrunque caſum, diſcept. 27. n. 16.
Ex diverſis illatio fieri non poteſt, diſcept. 33. n. 3.
Dictio *Vel* ſemper ponitur inter diverſa, n. 28. V.

Divinare.

In dubio melius eſt deſervire verbis, quam aliud ſantaſtice divinare, diſcept. 1. n. 18.

Diviſio.

Diviſo exercitio Jurispatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum, an, quando vacat in turno Eccleſiaſtici, cadat ſub reſervatione, diſcept. 22. n. 34. & ſeqq.
Diviſio exercitii non dividit Juſpatronatum, nec immutat illius naturam, ſed remanet mixtum, & non ſit Eccleſiaſticum in turno patroni Eccleſiaſtici, ibid. n. 35. & ſeqq.
Diviſo exercitio Juſpatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum, reſervationes non intrant in turno Eccleſiaſtici, ibid. n. 37.
Contrarium, ibid. n. 34.
Poteſt tamen Papa in turno Eccleſiaſtici conferre Jure concurſus, ibid. n. 37.
Univerſitas, vel Collegium habens Juſpatronatus, ſi diviſum in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præſentet, utraque valet, & eſt locus gratificationi, penſatis meritis utriuſque præſentati, diſcept. 4. n. 30.
Contrarium, & quod nulla præſentatio valeat contra Lambertinum, qui refellitur, ibid. n. 31. & ſeqq.
Univerſitas, vel Collegium tanquam repræſentans unam perſonam non dicitur aliquid feciſſe, niſi omnes, vel major pars conſenſerint, ibid.
Et ſi vota ſcindantur in duas partes æquales, non ideo conſtituunt duo Collegia, vel duas Univerſitates, ibid. num. 33.
Sciſſa Univerſitate vel Collegio in duas partes habentes æqualia vota circa præſentationem, adhuc illa pars dicitur major & ſanior, quæ præſentavit digniorem, ibid. n. 34.

Et ille dignior uti ſolus electus debet in inſtitutione gratificari per actum juſtitiæ, & in hoc ſenſu ſalvatur doctrina Lambertini, ibid.
Si autem cum paritate votorum concurrat paritas meritorum in præſentatis, electio non eſt concluſa, nec eſt locus gratificationi Ordinarii, aut alterius Inferioris a Papa, ibid n. 35.
Vide *Collegium*, *Univerſitas*,
Juſpatronatus pro parte fit hæreditarium in ultimo de familia, & pro parte remanet gentilitium, ubi deficiente inſtrumento fundationis, ex obſervantia apparet diviſum in duobus patronis, quorum unuſquiſque formavit ſuam lineam, diſcept. 39. n. 3.
Vide *Juſpatronatus Hæreditarium*, *Gentilitium*, & *Mixtum*.

Divitiæ,

Præſumptio matrimonii contracti non inducitur, ſtante diſparitate tam divitiarum, quam nobilitatis inter virum, & mulierem, diſcept. 32. n. 76.
Et ſtante hac diſparitate, concubinatus ſemper præſumitur fictus, ibid. n. 77.
In materia præſumptionis ſponſalium attenditur etiam diſparitas divitiarum, & honorum, ibid.
Diſparitas divitiarum, & nobilitatis inter virum, & mulierem eſt juſta cauſa recedendi a ſponſalibus, ib. num. 80.
Indigna ſponſa dicitur, quando attentis progenie, divitiis, more Regionis aliiſque circumſtantiis, ſponſus abſque parentum, aut parentelæ dedecore copulari non poteſt, ibid. n. 83.

Doctor,

Habere doctorem punctualem eſt habere caſum legis, diſcept. 6. n. 23.
Doctor referens utramque opinionem dicitur tenere ultimam, ibid. n. 25.
Diſtinctio doctoris non habens contradictorem eſt amplectenda, diſcept. 6. n. 24.
Doctores confundentes unionem ſimpliciter æque principalem cum unione incorporativa æque principaliter facta reprobantur, diſcept. 9 n. 26.
Dictum unius doctoris, maxime dubitantis, non attenditur, quando communis eſt in contrarium, diſcept. 12. num. 21
Ubi habetur articulus a Sacra Rota formiter deciſus, parum aut nihil curandum de contrariis doctorum auctoritatibus, ibid. n. 27
Doctori teſtanti de conſuetudine non eſt credendum, etiamſi agatur de conſuetudine illius fori, in quo verſatus eſt, ibid. n. 24.
Habere doctorem punctualem in terminis, abſque contradictore, idem eſt, ac verſari in caſu legis, diſcept. 13. n. 37. & 56.
Doctor dicitur ſtare pro illa opinione, quam ſequitur ultimo loco, diſcept. 16. n. 33.
Doctores firmantes, Epiſcopum ſtatuere non poſſe in arduis abſque conſenſu Capituli, etiam extra caſus a jure expreſſos, reprehenduntur, ibid. numer. 63. & ſeqq.
Concluſio in deciſionibus Rotæ intelligi debet prout loquuntur doctores in eadem deciſione adducti, ibid. numer. 77.
Dicta doctorum intelligi debent juxta auctoritates, quas allegant, diſcept. 17. n. 8.
Doctores ſæpe male accepta pejus exponunt, ibid.
Gloſſa, & doctores reprobantur tenentes, quod ſi præſentati ab Univerſitate vel Collegio paria vota bis in ſcrutinio uterque ſortitus ſit, Papa poteſt gratificare, etiam pendente adhuc termino ad eligendum, diſcep. 5. n. 37 & ſeqq.
Amor cauſæ, & calor defenſionis in conſulentibus ſunt propriæ opinionis deterrimi Judices, diſcept. 27. numer. 2.
Notantur doctores moventes inutiliter quæſtiones nihil ſuper eis determinantes, diſcept. 32. n. 12.
Auctoritas unius doctoris contra communem non inducit dubietatem, diſcept. 47. n 6.
Dubietas debet eſſe moralis, quæ faciat vacillare animum Judicis in utranque partem, & non ſufficit ratiocinium unius doctoris contra communem parum fundatum, alias omnes puncti eſſent in Jure dubii, ibidem.
Omnis doctor intelligi debet ad limites, & circumſtantias caſus, de quo loquitur, & non ſunt attendendæ rationes in abſtracto, quæ ad ornatum & colorem defenſionis apponuntur, diſcept. 51. n. 4.
Doctoris auctoritas circa obſervantiam tanquam quid facti non meretur attendi, ibid. n. 17.
Doctores exteri non poſſunt teſtari de conſuetudine urbis, ibid. n. 24.
Maxime non reddendo cauſam ſcientiæ, nec allegando caſus particulares, ex quibus conſuetudo inducta dicatur, ibid.
Limita, ſi eorum dictum fundatum remanet ex ſolidiſſimis rationibus, ibid.
Et quando agitur de re ad ipſos ſpectante, quia ſupponuntur in ea materia verſatiſſimi, ibid.

Doctrina.

Doctrina D. Bonaventuræ circa legata perpetua per Fratres Minores retinenda, diſcept. 2. num. 128. & ſeqq. num. 166.

Doctus.

Non cognoſcitur ex uno examine, an quis revera ſit doctus vel indoctus, diſcept. 13. n. 6. & 31.
Viris etiam doctiſſimis ſæpiſſime ſucceſſit mente deperdi & alienari in illo inſtanti, quo interrogantur, ib. n. 6. & n. 30.
Vide *Examen*, *Scientia*,

Dolus.

Reſignatio in favorem, etiam omiſſa clauſula, *& non aliàs &c.* ſi reſolvatur propter aliquam nullitatem reſignanti expreſſione valoris, ſi tamen reſignans non eſt in culpa; ſecus ſi ejus culpa vel dolus concurrit, diſcept 58. n. 2.
Fraus, & dolus ſunt occulta, ideque inevitabilia, ibid, num. 10,

Dominium.

Juſpatronatus laicale etiamſi proveniat ad Eccleſiaſtico quoad dominium, poteſt remanere laicale circa modum illud exercendi, ſi fundator ita voluit, diſcept 25. n 21. & 27.
Omnia relicta Fratribus Minoribus ſunt in abſoluto dominio, & proprietate Sedis Apoſtolicæ, diſcept. 2. num. 30.
Et Papa poteſt quandocunque alias eiſdem tollere, & aliis applicare, ib. n. 31.
Fructus Vicariæ vacantis tunc pertinent ad ſucceſſorem, quando diſmembratio bonorum pro congrua facta eſt quoad plenum dominium proprietatis, & uſusfructus; ſecus ſi fuit aſſignatio quoad uſumfructum, diſcept. 27. num 32.

Domitius.

Domitii Corbulſ lis in Senatu cum Silla juvene, quod ei ſeniori loco non deceſſiſſet inter ſpectacula, diſcept. 9. n. 45.

Domus.

Ignarus plus ſapit domi ſuæ, quam cordatus alienæ, diſcept. 2. n. 79.
Jeſuitæ domus profeſſæ tantum, & Fratres Minores de Obſervantia omnium Conventuum pares ſunt quoad incapacitatem poſſidendi, ibid. n 75. in fine.
Patrum Societatis Jeſu decretum, ut nullus procuret eleemoſynas perpetuas pro domibus profeſſis, ibid.
Et ſi eis relinquantur, non habent actionem ad exigendum, ibid.
Tam privatim, quam communiter ſunt incapaces in domibus profeſſis cujuſcunque juris ad bona ſtabilia retinenda, ibid.
Eorum Collegia non habent hanc incapacitatem, ibid.
Decretum Julii III. quoad domus profeſſas Jeſuitarum ex identitate rationis comprehendit etiam Fratres Minores, ibid. n. 76.
Senior, & antiquior de domo ſignificat veram, & propriam agnationem, diſcept. 12. n. 17.
Contrarium deficientibus aliis conjecturis evidentibus, ibid. n. 20.
Vocatione ſenioris de domo venit femina, defectis maſculis, ibid. n. 22.
Amplia, etiamſi nupta ſit in aliena familia, ibid.
Feminæ etiam nuptæ in aliena familia dicuntur de familia ſeu domo patris, & retinent jura ſanguinis, ib.
Et agnationem ipſam retinent, ac conſervant quouſque vivunt, ibid.
Verba conceſſionis *Ipſi, poſteriſque ſuis, & poſt illorum obitum ſeniori, & antiquiori duntaxat de domo illorum* ſunt perſonaliſſima, & reſtrictiva, & intelliguntur tantum de perſonis ibi expreſſe nominatis, & de earum familia effectiva, ibid. n. 26. & 27.
Amplia, etiamſi conceſſio facta ſit pluribus fratribus, quia adhuc non venit familia contentiva aliorum tranſverſalium in genere, ibid. n. 28.

Digitized by Google

In Jurepatronatus, reſervato favore domus ſeu familiæ, ſuccedunt nedum maſculi, ſed etiam feminæ, diſcept. 26 n. 1. & 2.
Feminæ dum vivunt ſunt veræ agnatæ, & de domo, tametſi nuptæ in aliena familia, ibid. n 2
In fundatione Jurispatronatus pro illis de domo, de caſata, de familia, de trunco, & ſimilibus verbis veniunt feminæ, ibid. n. 2 & 3.
In Hiſpania illegitimi gaudent nobilitate parentum, ac veniunt appellationem illorum de agnatione, domo & caſata, diſcept. 41. n. 3.
Ex generali conſuetudine, & uſu loquendi totius Italiæ naturales dicuntur de domo, & familia, diſcept. 55. n. 38 in fine.
Naturales comprehenduntur in diſpoſitionibus ad commodum illorum de familia, ubi convertit uſus Regionis & communis agnitio eorum pro legitimis & de domo, ibid.
Onus reparationis domus Vicarii ſpectat ad Rectorem habentem curam habitualem, diſcept. 50. n. 38.
Refectio domus Vicarii ad eum pertinet, ſi fuit in culpa deteriorationis, ibid. n. 42.
Obſervantia pro Juriſdictione Capituli generalis non eſt neceſſe, quod adſit quoad talem numero determinatam domum, ſed ſufficit demonſtrare uſum fuiſſe hac Juriſdictione in domos Ordinis, ut in omnes univerſaliter illam valeat exercere, n. 9 V.
Capitulum generale habet auctoritatem ſupra omnes domus, monaſteria & Provincias, n. 18 V.
In Ordine Carthuſienſi uſque ab initio omnes domus fuerunt ſub imperio unius capitis univerſam Religionem gubernantis, n. 25. V.
Magis expedit Prælatos inferiores Regularium locales eligi per Capitulum generale vel provinciale, quam per Religioſos cujuſque domus, & quare, num. 33. & ſeqq. V.
Electio Priorum localium Carthuſienſis Ordinis quando ſpectet ad domos eorum particulares, numer. 35. & ſeqq V.
In reſervatione ſpeciali, ut afficiat annexa, non ſufficit annexio præſumpta ex correſpondentia numeri Præbendarum, & aliorum membrorum ad numerum Canonicatuum, niſi adſit derogatio, ſtatutis & conſuetudinibus de optando cum mentione ſpeciali Præbendæ, vel domus, diſcept 11. n. 22
Præſumptio *Clementinæ plures de Jurepatr.* excluditur, ſi in aliqua ex præſentationibus aſſertum fuerit Juſpatronatus ſpectare ad familiam, ſeu domum, ſeu caſatam, diſcept 43 n 5 & 27.
Secus ſi dictum ſit ſpectare ad aliquas perſonas de domo, ſeu familia, & de ratione differentiæ, ibid.

Donatio.

Princeps ſi donat caſtrum alteri Principi paris dignitatis, transfert in ipſum majorem juriſdictionem; ſecus ſi donat inferiori, diſcept 20. n. 30
Epiſcopus donans Eccleſiam Monaſterio exempto cum Capellis habitis, & habendis, donaſſe cenſetur, ut ſit exempta, non autem quoad proventus temporales ipſius Epiſcopi, ibid n 30.
Inſinuatio nihil aliud eſt, quam ratificatio donationis jam per primum conſenſum perfectæ, licet ante inſinuationem poſſit donans pœnitere, diſcept. 5. n 40.
Donatio pure & libere facta inter vivos dicitur perfecta, etiamſi vires habere tantum debeat poſt obitum donantis, ibid. n. 9.
Per donationem omne jus translatum eſt in donatarium, diſcept. 4. n. 65.
Donatio Jurispatronatus eſt nulla, ſi conſenſum præſtitit Vicarius, ibid.
Donationes factæ inter compatronos de eorum vocibus pro ſe, & hæredibus in perpetuum denotant patronatum hæreditarium, diſcept. 53 n. 12.
Juſpatronatus ſi titulo donationis tranſivit in extraneum, iſte dicitur electus loco illorum de ſanguine, & pro eo militat idem favor, diſcept. 38 n 1.
Donans alteri Juſpatronatus ſi poſtea præſentet vigore quaſi poſſeſſionis præſentandi, in qua ante donationem exiſtebat, donatario ſe opponente, non eſt admittenda talis præſentatio, diſcept. 4. n 65.
Patrono donanti neque competit jus ſaltem cumulative præſentandi poſt donationem, ibid.
Contrarium, quod patronus cenſeatur jus præſentandi donaſſe cumulative, non privative, ibid.
Declara procedere hoc contrarium, ſi donatur jus præſentandi; ſecus ſi donatur Juſpatronatus, ibidem numer. 66.
Etiamſi donetur ſolum jus præſentandi, intelligitur privative non cumulative, ſi verba donationis talia ſint, ut privativam includant, ibid.
Obſervantia in dubio declarat, an Juſpatronatus, vel ſolum jus præſentandi fuerit donatum, ibid.
Si donatur tantum jus præſentandi in principali diſpoſitiva, poſtea vero in aliis partibus inſtrumenti promiſcue nominetur Juſpatronatus, & confundantur iſta duo, adhuc donatio intelligitur de ſolo jure præſentandi, ibid.
Solemnitates ſtatutæ a Concilio *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul.* nempe quod renunciatio fiat per duos menſes ante profeſſionem proximos, & de licentia Ordinarii, ſervare non debent a donante vel renunciante ante ſuſceptum habitum, diſcept 6. n. 24. & 45.
Donatio generalis Juſpatronatus non comprehendit jus alimentorum, diſcept. 39. n. 2.
Contrarium, ibid.
Vide *Alimenta, Juſpatronatus.*
In materia voluntaria xeniorum, & munerum, totum regulatur ab intentione donantis, diſcept. 51. n. 1.
Donatio debet interpretari juxta intentionem donantis, ibid. n. 7.
Donatario Jus acquiritur ſtatim poſt factam donationem, non autem poſt eam exactam, ſeu effectuatam, ibid.
Repugnat in Jure, quod donum cadat ſuper perſonis a donante non conſideratis, & iſtæ gaudeant alieno beneficio, ibid. n 9.
Qualitas cubicularii ſufficit, quod concurreret de tempore donativi facti Cameræ, ut ad illum pertineat, licet poſtea ante exactionem defecerit, ibid. n 12.
Non debet dari donum contra voluntatem donantis, ib. num. 16.
Declaratio donantis non attenditur, niſi in caſu dubio, ibid. n. 18.
Maxime, ſi caſus eſt clarus pro donatario, & declaratio eſt inveriſimilis, & deſtruit naturam donationis, ibidem.
Cauſa donandi in novis Cardinalibus finaliter proficiſcitur ex receptione biretti, ibid. n. 7.
Vide *Xenia.*

Donum.

Dona potentium habent vim neceſſitatis, diſceptat 52. num. 26
Potentia, & Superioris preces & dona habent vim jubendi, & cogendi, diſcept. 52 n. 52.
Dona Cardinalium de novo promotorum. Vide *Xenia.*

Dormire.

Præſentia, & aſſiſtentia in choro debet intelligi cum effectu & operatione, non autem, quod quis dormiat in Eccleſia, aut nihil agat, diſcept. 1. n. 25.
Vigilantibus, & non dormientibus jura ſubveniunt, diſcept. 11. n. 19.

Dos, Dotatio.

Juſpatronatus de jure ex tribus tantum cauſis valide acquiri poteſt, ſcilicet fundationis, conſtructionis, & dotationis, diſcept 22 n. 16.
Et acquiſitio ex quovis alio titulo eſt mere gratioſa, & ex privilegio, ibid n. 17.
Concilium Tridentinum annullavit omnes acquiſitiones Juſpatronatus, præterquam ex cauſa fundationis, conſtructionis, & dotationis, ibid.
Sub iſtis tamen comprehenduntur per æquiparationem cauſa augmenti dotis, & reædificationis, & ſimilium, ib. n 19. & 22.
Aliud eſt eſſe dotator, & fundator beneficii, aliud auctor, ſeu cauſa dotationis, & fundationis, ib. n. 23.
Non eſt idem recuperare Regna, & dotare beneficia quoad effectum acquirendi Juſpatronatus, ib. n. 25.
Beneficii dotati ex decimis Juſpatronatus acquiritur ei, ad quem decimæ pertinebant, ib. n. 24.
Dotatio, & fundatio non ſufficiunt ad acquirendum jus præſentandi principalem Prælaturam in Eccleſia Collegiata vel Conventuali, niſi in limine fundationis reſervetur ex privilegio Apoſtolico, ibidem numero 42.
Et ſi Papa ex intervallo illud concedat, erit conceſſio gratioſa, ib.
Et cadet ſub revocatione Conc. Trid. ibid.
Nec non ſub reſervatione Apoſtolica, ibid.
Forma a Concilio Tridentino præſcripta in perſonis ponentibus ad probandum jus præſentandi principalem Prælaturam non intrat, ſi ex inſtrumento conſtat, quod dotarunt, vel fundarunt Eccleſiam Conventualem, ibid. n 44.
De Jure non dicitur ex vera fundatione, & dotatione Juſpatronatus ex augmento, quando hoc non ſuperat antiquam dotem, vel ſaltem non eſt illi coæquale, diſcept. 33. n. 14. in fine.
Paria ſunt Eccleſiam eſſe penitus indotatam, & inſufficienter dotatam, ibid. n. 15.
Si Eccleſia parum habeat, & non ſit commode dotata, augmentum dicitur juſta cauſa acquirendi Juſpatronatum, ibid.
Et tunc concedi poteſt Juſpatronatus etiam per Ordinarium, ibid.

Contrarium, & quod requiratur privilegium Apoſtoliſum, ibid.
Augmentum medietatis dotis ad excludendum regulam reſervatoriam in Jurepatronatus qualiter computetur, ibid. n.14.
Debet æquare totam antiquam dotem, ibid.
Vide *Juſpatronatus*, *Augmentum*.
Virginum aliqua de conſenſu conſanguineorum invitant aliquem juvenem in domum, ut deprehendantur in ſtupro, & ſine dote nubant, diſcept.52. n.53.
Stuprator non tenetur preciſe ad nubendum, ſed alternative ad dotandum, vel ad nubendum, ibid. n. 49.
Declara, ut ibid.
Vide *Stuprum*.

Druſus.

Tiberius noluit adire per ſe ipſum legiones Germaniæ, Pannoniæ, ne unam offenderet, ſi aliam prius ingrederetur, & ideo miſit ad eas Germanicum, & Druſum ejus filium, diſcept.9. n.58.

Dubietas, *Dubium*.

In dubio melius eſt deſervire verbis, quam aliud fantaſtice divinare, diſcept.1. n.18.
In dubio pronunciandum pro habilitate deſcendentium a ſpurio ad quæcunque beneficia, & dignitates, diſcept. 7. num.28.
Qui declarat, oſtendit rem dubiam ad initio, diſceptat. 22. num.14.
Declaratio donantis non attenditur, niſi in caſu dubio, diſcept.51. n.18.
Vide *Donatio*.
Auctoritas unius doctoris contra communem nec inducit dubietatem, diſcept.47. n.6.
Dubietas debet eſſe moralis, quæ faciat vacillare animum Judicis in utranque partem, & non ſufficit ratiocinium unius doctoris contra communem parum fundatam, alias omnes puncti in jure eſſent dubii, ibid.
Hodie non reperitur opinio pacifica, & ſine aliquo contradictore, ibid.
Juris dubietas ſufficit, quod fuerit tempore tranſactionis, nec ſufficit, ſi tollatur per declarationem poſtea emanatam, diſcept.22. n.15.
Culpa in dubio non præſumitur, ſed eſt ab alligante concludentiſſime probanda, diſcept.74. n.13.
In re dubia lex dicitur facere conſuetudini, diſcept. 16. num. 18.
Ad ſuſtinendam tranſactionem ſufficit dubietas Juris, diſcept.22. n.14.
Immo quævis cauſa, etiam non-juridica, ibid. n. 14.
Reſcriptum Principis derogatorium tranſactionis vel non valet omnino, vel validum remanet tantum ex gratia, ſi tranſactio emanaverat ſuper jure dubio, & diſputabilis, ibid. n.13 & 24.
Quando agitur de intereſſe Papæ, non eſt tuta poteſtas ordinaria in conflictu opinionum, & dubietate, diſcept. 8. num 4.
In omni re etiam clariſſima ex ingeniorum ſubtilitate inveniri poſſunt dubitandi rationes, diſcept. 28. numer. 3.
In dubio Regula eſt pro validitate actus, diſcept.36 n.6. & pro reo, ac poſſeſſore, ibid.
Dicti *Quantumvis* explicat caſum magis dubitabilem, & implicat minus dubium, diſcept.43. n.2.
In dubio, ubi fundationis inſtrumentum non reperitur, præſumitur, fundatorem potius uſum fuiſſe verbis naturalibus, quam verbis civilibus, diſcept.53. n.35.

Duciſſa.

Salmanticenſe Collegium pro quinquaginta Fratribus Minoribus, certa eleemoſyna pro eorum alimentis legata, a Duciſſa Bejarenſi fundatum, diſcept.2. n.91.

Duellum.

Duellum Gallici cum Januenſe propter caput bovis, quod uterque geſtabat in ſcuto, quomodo eluſum fuerit per Januenſem, diſcept.49. n.5.

Duo.

Unum ex duobus ſi ſufficit, multo magis ubi utrunque concurrit, diſcept.1. n.14.
Non debent in eadem civitate apparere duo capita quaſi monſtrum, diſcept.44. n.6.
Duo vincula magis ligant, quam unum, diſcept.7. n.31.

Dux.

Dux Farneſius ne Parmæ magis vel Placentinæ favere videatur ſe inſeribit P. & P. Dux, diſcept.9. n.58.
In Provincia Angelorum Duces Begarii Fundatores, & Patroni 300. aureos quolibet triennio pro impenſis Capituli Fratrum Minorum largiuntur, diſcept. 2. numer. 90.
Albanorum Duces annuas eleemoſynas dant Conventui Fratrum Minorum Albæ, ibid. n.90.

E

Eccleſia.

POdium, ſeu tribunam in Eccleſia patronis conſtitui communiſſimum eſt in Hiſpania, diſcept.2. n.98.
Romæ tamen ſoli Sanctiſſimo conceditur, ibid.
Matrimonium uti ſacramentum obſtringitur legibus Eccleſiæ, ibid. n.78.
Matrimonii ad validitatem inter Infideles, & Eccleſiæ non ſubditos ſufficit, ſi legibus gentilitiis, vel arbitrio eorum impoſitis celebretur, ibid.
Fratres Minores ſunt capaces legatorum vini pro ſacrificiis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminaribus & hæc legata peti poſſunt a Syndico Apoſtolico nomine eorum Eccleſiarum, diſcept.2. n.37.
Fratrum Minorum incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipſorum Fratrum pro quotidiano victu, & veſtitu, non quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Eccleſiarum, & certum uſum cultus divini, ibid.
Legatum pro oleo lampadis Fratribus Minoribus debetur, & non concernit commoditates, aut quotidianum victum & veſtitum ipſorum Fratrum, ſed tantum uſum cultus divini, & majus Eccleſiæ ornamentum, ibid n.44. & 53.
Relictum Fratribus intuitu Capellæ de Jurepatronatus exiſtentis in eadem Eccleſia dicitur cauſative relictum, & ſi ab ea recedant, non ipſis debetur, ſed aliis in dicta Eccleſia ſubrogatis, ibid. n.32.
Hæres, licet cogi non poſſit a Patribus Minoribus ad præſtandum legatum, cogi tamen poteſt per Syndicum non tanquam unum de populo ſed nomine Eccleſiæ Romanæ, ibid. n.23.
Et tenetur exequi voluntatem teſtatoris prout jacet, & procurare celebrationem Miſſarum, quam committere non poteſt niſi ſolis Fratribus Minoribus, & non aliis, ſi teſtator ita voluit, ibid. n.24.
Et ad id poteſt per Judicem compelli, vel ex officio, vel ad inſtantiam popularem, vel nomine Romanæ Eccleſiæ, ibid n.25. & ſeqq.
Si teſtator voluit Miſſas celebrari per Fratres Minores in eorum Eccleſia, iniquum videtur, quod hæres velit ibi mittere alios Sacerdotes ad celebrandum, illiſque dare eleemoſynam manualem, ibid. n.12.
Fratres Minores veniunt præferendi omnibus Sacerdotibus extraneis, tam ratione loci, quam ratione præcepti teſtatoris, ſi iſte mandavit celebrari per ipſos in eorum Eccleſiis, ibid.
Reliqua vide in verbo *Fratres Minores*.
Berengarius Rex Italiæ erexit ſoli capeoſis Eccleſiam in Civitate Cremonen. ſub titulo S. Ægidii, diſceptat. 8. num. 1.
Ægidius de Guiſcardis Epiſcopus Cremonenſis ædificavit in dicta Eccleſia, & dotavit ſacellum B. Mariæ Virginis, ibid.
Ardeoghertus Iſolanus, & Atilla, ejus uxor donarunt univerſa ipſorum bona dictæ Eccleſiæ, illamque in Collegiatam erigi obtinuerunt a San. Mem. Leone IX. ibid.
Vide plura de iſta Eccleſia ſub verbo *Collegiata*.
Eccleſiarum Pannen. & Hadrien. Epiſcopus fuit Felinus, diſcept 9. n.53.
Quot, & quibus in locis regiſtrentur cedolæ proviſionum Eccleſiarum, ibid. n.67.
Præſervativa Jurium Eccleſiarum unitarum intelligitur quoad alios, non vero comparative ad ipſa corpora unita, ibid. n.54.
Vel refertur ad ipſas Eccleſias in caſum unionis diſſolutæ, ibid. n.55.
Vide *Unio*.
Unitarum Eccleſiarum Epiſcopus a qua debeat prænominari. Vide *Prænominatio*.
Statutum Eccleſiæ præſumitur Apoſtolica auctoritate confirmatum ex obſervantia 30. vel 40. annorum, diſceptat 15. n.23.
Conſenſus Capituli requiritur in iis, quæ concernunt intereſſe Canonicorum, ut ſunt alienatio rerum Eccleſiæ, & alia concernentia intereſſe commune Capituli, & Canonicorum, diſcept 16. n.44.
Conſenſus Capituli requiritur, quando agitur de alienatione bonorum Eccleſiæ, ibid. n.80.
Item, quando diminueretur auctoritas Eccleſiæ, ibidem num. 79.
Item, quando ageretur de auferendo Jure unius Eccleſiæ, & alteri tradendo, ibid. n.79.
Vel de eadem Eccleſia obliganda, vel oneranda, ibidem num 80.

Item, quando agitur de ponendo interdicto Eccleſiæ, ic. num.48.
Eccleſiarum aliæ ſunt numeratæ, aliæ non numeratæ, diſcept.17 n.1.
Qui prætendit, aliquam Eccleſiam eſſe numeratam vel non, debet probare, ibid. n.2.
Eccleſiæ innumeratæ ratio, & natura quænam ſit, ibid. num. 10.
Eccleſiæ non numerata appellatur etiam receptitia, ibid. num. 7.
Eccleſia, ut dicatur receptitia, ſeu non numerata, requiritur, quod Beneficiati ſeu Canonici ſint liberi collatores ſeu electores, itaut Epiſcopus ſolum examinet proviſum ante immiſſionem, ibid. n.7.
Contrarium, ibid. n 8 & plur. ſeqq.
Eccleſiam eſſe numeratam vel non, ex quibus dignoſcatur, ibid. n.2 & ſeqq.
Error eſt dicere, Eccleſiam præſumi numeratam ex eo, quod major pars Eccleſiarum ſolet eſſe numerata in toto orbe Catholico, ibid. n. 2.
Eccleſiæ ab eorum origine, & primævo inſtituto fuerunt innumeratæ, ibid.
Et factæ ſunt numeratæ tractu temporis ex ſtatutis particularibus, ibid.
Ex caſibus particularibus trahi nequit conſequentia in univerſum, ibid.
Eccleſia non numerata eſt, in qua non fuit conſtitutus certus numerus Præbendarum, nec Canonicorum, ibid. num. 3.
Præbenda diſtincta quid ſit, ibid. n 4.
Præbendæ diſtinctæ idem ſignificant ac Præbendæ numeratæ, ibid. n.4.
Præbendæ diſtinctæ ubi ſunt, non multiplicantur, creſcente reditu, ſed augmentum cedit commodo illius Præbendæ, cujus reditus augentur, ibid. n 4.
Eccleſia innumerata cenſetur, quæ non habet numerum certum neque Canonicorum, neque Præbendarum, ibid. n.5.
Numerus in Eccleſia poteſt ſe referre ad numerum Canonicorum, & ad numerum Præbendarum, ibid.
Eccleſia non numerata definitur a modernis, in qua Canonici, & Beneficiati creſcunt, & decreſcunt juxta creſcentiam vel decreſcentiam redituum, ibid.
Eccleſia ſi non habet Præbendas diſtinctas, ſed habet perſonas privilegiatas, adhuc dicitur numerata, ibid. num. 6.
Portiones privilegiatæ quid ſint, ibid.
Portiones privilegiatæ, & Præbendæ diſtinctæ æquiparantur, ibid.
In Eccleſiæ innumerata non poteſt dari vacatio alicujus Canonicatus, ſeu Præbendæ, ibidem numer. 10. 61. & 67.
In Eccleſia innumerata beneficia extinguntur per obitum poſſeſſoris, in nova creantur per receptionem alterius, ibid. n.10. 52. & 67.
Non variatur natura Eccleſiæ receptitiæ ſeu innumeratæ, ex quo unus vel alter Superior provideat, ibid. num. 11.
Beneficia etiam Eccleſiæ non numeratæ ſunt vera beneficia Eccleſiaſtica, ibid n.11. & dt.
Epiſcopus habet Jus eligendi & providendi, ſeu deputendi Clericos in Eccleſiis etiam non numeratis, ibidem num. 11.
Et procedit tam in Eccleſiis Cathedralibus, quam in Collegiatis, & aliis Inferioribus, ibid. n. 11.
Eccleſia numerata quæ ſit, ibid. n.12. & ſeqq.
Eccleſia numerata dicitur, quæ habet certum numerum Canonicorum, & Præbendarum, ſeu portionum, ibid. num. 12.
Numerus tamen, ut dicatur certus, fixus, & determinatus, debet eſſe præſcriptus ab aliquo ſtatuto cum taxativa & prohibitione alterandi, ibid. n 12 & 19.
Declara ad faciendam Eccleſiam numeratam ſufficere alterutram numeri præfixionem, nempe vel Canonicorum vel Præbendarum diſtinctiva, nec requiri earum concurſum copulative, ibid. n. 13.
Ex præfixione numeri Præbendarum intelligitur ſtatutus etiam numerus Canonicorum, ibid.
Et ex præfixione numeri Canonicorum intelligitur præfixus etiam numerus Præbendarum, ſeu portionum, ibid.
Declara procedere, ſi ad ſtatutum numerum Præbendarum conſuevit reſpondere numerus Canonicorum; ſecus ſi Canonici conſueverunt eſſe plures, & varii, non obſtante fixo numero Præbendarum, ibidem numer. 14.
Eccleſia poteſt eſſe numerata quoad Præbendas, & non numerata quoad Canonicos, & a contra, ibid. n. 14. & 15.
Canonica, & Præbenda in quo differant, ibid. n. 15.
Conſuetudo circa certum numerum Canonicorum non facit Eccleſiam numeratam, ibid. n.16 & 30.
Limita, ſi conſuetudo ſit præſcripta; & quid ad præſcriptionem requiratur, ibid. n. 17. & 30.
Talis conſuetudo, ut præſcribatur, debet eſſe negativa, nempe quoad habens jus creandi Canonicos voluerit alios ponere rumpendo conſuetum numerum, fuerit repulſus & acquieverit, ibid. n.17.
Sublimita, ſi volens augere numerum fuit repulſus ob inſufficientiam redituum Eccleſiæ, quia tunc non incurret illa præſcriptio, etiamſi laberetur curſus quadragenarius, ibid. n.18
Habens jus ponendi Canonicos in Eccleſia non numerata, ſi velit alios addere, & Eccleſiæ reditus non ſufficiant ad ſuſtentationem non penurioſam, poteſt repelli, ibid.
Amplia, etiamſi unus tantum ex beneficiatis, ſeu Canonicis diſſentiret, ibid.
Item amplia, ut etiam proviſus Apoſtolicus in Eccleſia non numerata, cum illius expreſſa mentione in gratia repelli poſſit exceptione defectus facultatum Eccleſiæ, ibid
Etiam in Eccleſia numerata recipi poſſunt novi Canonici, creſcentibus Eccleſiæ reditus, ibid. n.19.
Eccleſia poteſt eſſe receptitia, & numerata, nec bene arguitur a receptitia ad non numeratam ſecundum Lotherium, ibid. n.19.
Eccleſia numerata poteſt, creſcentibus reditibus, recipere novos Canonicos ſi vult, ſed ad id cogi non poteſt, ib n 20 43 & 46.
Taxatio numeri in Eccleſia numerata eſt in favorem Canonicorum, at, creſcentibus reditibus, habeant portiones, ſeu Præbendas ampliores, & fecundiores, ib. num. 20.
Poſſunt tamen Canonici renunciare huic favori admittendo novos Canonicos, ibid
Etiamſi numerus fuiſſet per Papam confirmatus, ibid.
In Eccleſia innumerata non eſt neceſſarius conſenſus Canonicorum ad admittendum novos beneficiatos propter augmentum redituum, ſed ad id compelli poſſunt per Superiorem etiamſi omnes recuſarent, ibid. n. 21. & 26.
In Eccleſia receptitia per creſcentiam redituum creſcunt ipſo Jure novi beneficiati abſque facto Superioris; ſecus in Eccleſia numerata, ibid. n.23.
Eccleſia receptitia eſt, quæ non ſolum poteſt, ſed tenetur recipere alios Clericos cives, & oriundos ad ejus ſervitium cum ſuo congruo emolumento, ibidem numer. 22.
Lex in Eccleſiis innumeratis præfixit numerum tacitum beneficiatorum, & in genere, ut nempe tot ponantur Clerici, quot poſſunt abſque penuria ex reditibus Eccleſiæ ſuſtentari, ibid. n.23. & 25.
In Eccleſiis receptitiis ſicut intrat exceptio, ut plures non admittantur, quam ex bonis Eccleſiæ citra penuriam ſuſtentari poſſunt; ita per contrarium intrat præceptum affirmativum, ut tot debeant recipi, quot ſuſtentari poſſunt abſque penuria, ibid. n 23.
Eccleſia ſive numerata, ſive receptitia ſemper eſt numerata, & in quo differant, ibid. n 24.
Numerus in Eccleſia numerata eſt per ſtatutum cum taxativa, & prohibitione alterandi, & dicitur numerus in ſpecie, ſeu expreſſus ab homine, ibidem num. 24. & 29.
Numerus in Eccleſia receptitia dicitur tacitus ſive in genere, & eſt poſitus a lege, ibid.
Numerus iſte tacitus & in genere non facit Eccleſiam numeratam, ibid. n 20. 29. & 35.
Et non eſt numerus certus ſed variabilis, ibid. n.27. 29. & 35.
Suſtentatio abſque penuria, & ſuſtentatio commoda differunt inter ſe, ibid. n.28.
Commoda ſuſtentatio non eſt applicabilis Eccleſiæ receptitiæ, ſed Eccleſiæ numeratæ, ibid. n.28.
Eccleſiam receptitiam tot debere recipere, quot poteſt ſuſtentare, intelligitur de ſuſtentatione abſque penuria, non de commoda, ibid.
Gonzales & Rota notantur, quod voce commodæ ſuſtentationis uſi ſunt reſpectu Eccleſiæ non numeratæ, ibid.
Statutum Eccleſiæ, quod in ea recipiantur tot Clerici, quot ex reditibus abſque penuria ſuſtentari poſſunt, non facit eam numeratam, etiamſi taxaret in certa quantitate ſuſtentationem non penurioſam, ibid n. 31. & ſeqq.
Taxatio ſummæ pro ſuſtentatione abſque penuria in Eccleſia receptitia fieri poteſt per Conſtitutionem Synodalem, ibid. n.31.
Et per ſtatutum Eccleſiæ, ibid.
Eccleſia ut evadat numerata, requiritur taxatio certi & determinati numeri cum prohibitione alterationis, ib. n.33. & 40.
Et non ſufficit taxatio numeri, qui remanet variabilis juxta variationem redituum Eccleſiæ, ibid. num. 34. & ſeqq.
Diſtinctio Præbendarum quomodo fiat, ibid. n.36.
Non eſt Præbenda diſtracta taxare Canonico tot ſalmas frumenti, ibid.

Præbendæ diſtinctæ ubi ſunt, non poſſunt dari reditus ſupercreſcentes, quia augmentum cedit commodo Canonicorum obtinentium Præbendas, ibid.

Reditus Eccleſiæ præſumuntur in poſterum potius augeri, quam diminui, ibid. n. 37.

Maxime, ſi conſiſtant in anniverſariis, & Miſſis legatis, ibid. n. 37.

Statutum, quod tot recipiantur Canonici, quot ſuſtentari poſſunt ad rationem ſcutorum 55 ea gr. pro quolibet, & ſi augeantur reditus creſcant Canonici, licet non determinet decreſcentiam, non dicitur fixaſſe illum primum numerum, ibid.

Obſervantia providendi per Sedem Apoſtolicam de Canonicatibus uti de vacante in menſe reſervato, aut per reſignationem, non faciunt numeratam Eccleſiam, quæ erat receptitia, ibid. n. 41.

Amplia, etiamſi adeſſent collationes per annos 40 & fuiſſent executæ ab habente jus eligendi, ibid. n. 42

Proviſiones Apoſtolicæ non immutant ſtatum Eccleſiæ, ibid. n. 41.

Proviſiones Apoſtolicas de Beneficiis Eccleſiæ receptitiæ cum clauſula *dummodo collatio ad nos hac vice pertineat*, ſi exequantur, Epiſcopus aut Capitulum non cenſentur, voluiſſe mutare ſtatum Eccleſiæ in eorum præjudicium, ibid. n. 42.

Sed cenſentur jure proprio novam proviſionem facere favore nulliter proviſi a Papa, itaut conſideretur uti proviſus per ipſos, & non per Papam, ibid.

Eccleſia ſi ſit receptitia Clericorum civium, & oriundorum loci non poteſt mutari illius ſtatus abſque ſcientia, & patientia Univerſitatis probata congregato conſilio, ibid. n. 43.

Eccleſiæ numeratæ reditus ſupercreſcent, & redunt in utilitatem Eccleſiæ, ſcilicet in fabricam, paramenta, & ſimilia, ibid.

Eccleſiæ receptitiæ ſtatum immutare non poteſt Epiſcopus, nec Capitulum abſque beneplacito Apoſtolico, ibid. n. 45 & ſeqq.

Amplia, ut neque poſſint per viam præſcriptionis, deficiente voluntate Papæ, & poteſtate, ac bona fide Epiſcopi, & Canonicorum, ibid.

Nec exequendo proviſiones Apoſtolicas per ſpatium quadragenarium, ibid.

Nec obſervantia quadragenaria proviſionum Ordinarii aut Capituli immutari poteſt ſtatus Eccleſiæ receptitiæ in præjudicium Univerſitatis loci, ibidem numero 47.

Limita, ubi poſt immutationem concurreret obſervantia triginta annorum præſumens beneplacitum Apoſtolicum, ibid. n. 45.

Vel ubi concurret juſta cauſa, ibid.

Obſervantia ſtatutu Eccleſiæ proximior attendi debet in concurſu remotioris in petitorio, ibid. n. 48.

Obſervantiam legitime inductam etiam ex unico actu non poſſunt deſtruere actus remoti poſtea ſupervenientes, ibid.

Obſervantia, ut immutare poſſit ſtatum Eccleſiæ, requiritur ſcientia & patientia intereſſe habentis, ibidem num 49.

Limita, quando actus eſſent multiplices, & frequentes, quia tunc ſcientia, & patientia præſumeretur, ibid. num. 49.

Item limita in præjudicium Datariæ, quando dubitatur, an novum ſtatutum immutaverit antiquum ſtatutum Eccleſiæ receptitiæ, quia tunc obſervantia eorum, qui fecerunt ſtatutum, non eſſet extenſiva, ſed interpretativa, ibid. n. 50.

Vide *Dataria*.

Beneficia Eccleſiæ non numeratæ non devolvuntur ad Superiorem, ſi non provideantur intra ſemeſtre, ibid. num. 68.

Sed ut inter devolutio debet immediatus Superior præfigere terminum illi, ad quem ſpectat inſtitutio, quo elapſo, & inſtitutione non facta, poterit ipſe Superior providere, ibid. n. 69.

Vide *Devolutio*.

Non cadunt ſub reſervationibus Apoſtolicis, ibid. n. 52. & 70.

Vide *Reſervatio*.

Beneficia Eccleſiæ receptitiæ, quæ vere non vacant, non cadunt ſub regula reſervatoria menſium, ibid. n. 52.

Nec ſub qualibet alia generali reſervatione Apoſtolica, ibid.

Nec poſſunt permutari, & reſignari, ibid. n. 52. & 72.

Limita, ſi Papa ex certa ſcientia qualitatis Eccleſiæ admitteret reſignationem, & permutationem, ibidem num 72.

Proviſiones Ordinarii in menſe reſervato conſtituunt obſervantiam Eccleſiæ receptitiæ, ibid n. 53.

Proviſiones Ordinarii tanquam de vacanti, & per verbum *conferimus* conſtituunt obſervantiam Eccleſiæ numeratæ, ibid.

Quid tamen ſi proviſiones tanquam de vacanti, & per verbum *conferimus* factæ fuiſſent in menſe reſervato; & quod tunc obſervantia non attendatur ad judicandum Eccleſiam eſſe receptitiam nec numeratam, ibid. num. 53.

Diſtingue, ut n. 54 & ſeqq.

Verba *eligimus*, *adſcribimus* & *deputamus ad ſervitium Eccleſiæ* ſunt propria, & congruentia proviſioni beneficiorum Eccleſiæ receptitiæ, ibid. n. 55.

Verbum *vacare*, & *vacans* proprie intelligitur de vacatione ſupponente numerum certum, & Eccleſiam numeratam, ibid n. 57.

Vacatio impropria, & collatio impropria datur in Eccleſiis receptitiis, ibid. n. 57.

Vide *Vacatio*.

Verba *conferimus*, & *de vacanti* in proviſione relativa ad ſtatutum clare loquens de ſimplici electione, ſeu deputatione interpretantur improprie & impropriiſſime ad limites ſtatuti relati, ibid. n 58.

Vel ſi nulla fieri poſſit interpretatio, uti expreſſio erronea, non noceret, & reducenda eſſet ad tenorem ſtatuti, ac ſi cum ejus verbis fuiſſet proceſſum, ibid.

Expreſſio Canonicatus & Præbendæ in proviſionibus non eſt conjectura excluſiva qualitatis Eccleſiæ receptitiæ, ſeu non numeratæ, ibid. n. 60.

Canonici, & Præbendæ vere, & realiter adſunt in Eccleſia receptitia, ibid.

Beneficia Eccleſiæ non numeratæ ſunt vere beneficia Eccleſiaſtica, ibid. n 61.

Non tamen ſunt numerata, nec dicuntur vacare, ibid.

Qui narrat beneficium vacare, ſupponit, Eccleſiam eſſe numeratam, & facit mentionem de numero, ibidem num 62.

Proviſus Apoſtolicus tenetur probare Eccleſiam eſſe numeratam pro verificatione ſuarum literarum, ibid. n. 62. & ſeqq.

Et quidem plene, & concludenter, alias in dubio non intrat reſervatio, ibid. n. 64

Nec ſufficit, ſi hoc probaret cum ſtatuto dubio, cum obſervantia duarum aut trium proviſionum Apoſtolicarum, ſi omnes ultimi ſtatus eſſent pro Eccleſia receptitia, ibid. n. 65.

Limita, ſi contrarius ſtatus ſcilicet Eccleſiæ numeratæ eſſet clarus per publicum inſtrumentum, rem judicatam aut confeſſionem partis, alias ultimus ſtatus attenditur favore proviſi ab Ordinario, ibid. n 66.

Declara prædicta procedere in proviſione Ordinarii facta, & conſummata ante proviſionem Apoſtolicam, ibid n 6d

Eccleſia numerata quoad Canonicos exiſtente, non quoad Præbendas, ſi quis abſque mentione Eccleſiæ non numeratæ impetrat a Papa ex capite reſervationis Canonicatum, & Præbendam ut i vacantes, valet proviſio quoad Canonicatum, ſed eſt nulla quoad Præbendam tantum, ibid. n 74

Secus, ſi Eccleſia ſit numerata quoad Præbendas tantum, non autem quoad Canonicos, quia tunc gratia eſt nulla in totum, ibid n 75

Conſuetudo valet, ut Epiſcopus pro ſuo jucundo adventu creare poſſit Canonicum novum, cui ſtatim providearur de portione in qualibet Eccleſiarum ſuæ diœceſis, quæ ſit numerata, non tamen habeat Præbendas diſtinctas, ibid. n 76

Secus, ſi ſint diſtinctæ Præbendæ, quia tunc non debet ei provideri de Præbenda, ſed expectabitur vacantia alicujus ex Præbendatis, ibid n 77.

Non poteſt tamen Epiſcopus creare hoc caſu Canonicum cum promiſſione Præbendæ vacanturæ, ſed ſimpliciter creare Canonicum, ibid. n 78.

Vide *Canonicus*.

Laici non ſunt retrahendi a fundationibus Eccleſiarum, & beneficiorum, diſcept. 3 n 6.

Fundator beneficii, vel Eccleſiæ ſi extraneum nominat in patronum, intelligitur cumulative cum ſeipſo, & propriis hæredibus, non privativa, diſcept 4. n. 67.

Favor Eccleſiæ eſt, pauciores habere patronos, & ex eorum pluralitate dicitur magis gravata Eccleſia, ibid. num. 70.

Fundator ſi expreſſe ſibi Juſpatronatus non reſervavit, & paſſus eſt prima vice beneficium libere conferri, cenſeatur declaraſſe beneficium fuiſſe liberum ſecundum Lambertinum, ibid n 72.

Declara procedere in Eccleſia Collegiata, vel Conventuali; ſecus in ſimplici, ibid.

In Eccleſia non Collegiata, neque Conventuali legis miniſterio intelligitur reſervatum Juſpræſentandi, ibid.

Et non cenſetur remiſſum niſi expreſſe renunciet, vel per actum tacitum neceſſario concludentem, ibid. n 74.

Ex ſimplici tolerantia fundatoris, quod Eccleſia pro prima vice libere ab Ordinario provideatur, non inducitur renunciatio Juriſpatronatus expreſſa, nec tacita, ibid. n. 75.

Fundans Collegiatam, ſeu Conventualem Eccleſiam abſque reſervatione Juris præſentandi, cenſetur illud remiſiſſe, non tamen alia jura honorifica, ibid. n. 79.

Vide *Juſpatronatus*.

In Ec-

Digitized by Google

In Eccleſiis locorum Regularium ſi exercetur Cura animarum perſonarum ſecularium, Epiſcopus non habet Juriſdictionem ordinariam, niſi quoad ea, quæ dictam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem concernunt, diſcept. 20. n. 24.

In aliis vero actibus, & in ceteris Eccleſiis Regularium non curatis nullam Juriſdictionem habet, quam ordinariam, ibid.

Epiſcopus transferens aliquam Eccleſiam in Abbatem pleno jure, non dicitur transferre quæ ſunt ordinis, ibid. n. 29.

Secus ſi illam transferat pleno jure in alium Epiſcopum, ibid.

Epiſcopus concedens Eccleſiam alicui Archidiacono ſitam intra limites Archidiaconatus, in qua idem Archidiaconus nullum jus vel uſum habebat, cenſetur tanquam Archidiacono ſubjeciſſe, ibid. n. 30.

Epiſcopus donans Eccleſiam Monaſterio exempto cum Capellis habitis, & habendis, donaſſe cenſetur, ut ſit exempta, non autem quoad proventus temporales ipſius Epiſcopi, ibid.

Inſtitutio auctorizabilis non tranſit in Prælatum inferiorem ex conceſſione Epiſcopi quantumvis generalis, ibid. n. 31.

Amplia, etiamſi Papa eam eximat ab Epiſcopo, & concedat Prælato inferiori, ibid.

Si tamen conceſſio fiat pleno jure, manet penes inferiorem, non jure proprio ſed Vicario Epiſcopi, ibidem.

Declara, requiri ad hoc Papæ conſenſum, alias talis conceſſio non valeret, ibid.

Cauſa onerosa in materia Juriſpatronatus debet reſpicere utilitatem ſolius Eccleſiæ, & beneficii in ſervitutem redacti, diſcept. 22. n. 21.

Patronus dicitur quaſi pater, eo quia fundando & ædificando deducit Eccleſiam de non eſſe ad eſſe, & dotando ad bene eſſe, ibid.

Quibus pactis Juſpatronatus Eccleſiarum ab hoſtibus liberatarum conceſſum fuerit Regibus Hiſpaniarum, & Reipublicæ Venetæ, ibid. n. 23.

Fundatio, & dotatio non ſufficiunt ad acquirendum jus præſentandi principalem Prælaturam in Eccleſiæ Collegiata, vel Conventuali, niſi in limine fundationis reſervetur ex privilegio Apoſtolico, ibidem numer. 43.

Vide *Dotatio*, *Fundatio*.

Conſuetudo non extenditur de Eccleſia ad Eccleſiam, diſcept. 24. n. 25.

Limita ad effectum coadjuvandi probationis conſuetudinis loci particularis ex conſuetudine generali, ibid.

Sola conſuetudo generalis Provinciæ ſufficit ad probandam conſuetudinem alicujus loci particularis in Provincia contenti, etiamſi in aliquibus Eccleſiis non ſervetur, quia attenditur id, quod facit major pars, ibid. n. 26.

Collatio facta per Papam jure devoluto, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, non importat devolutionem factam gradatim de uno Superiore ad alium uſque ad Papam ultimo loco, ſi Eccleſia ſit exempta, quia tunc devolutio fit immediate ad Papam, ibidem numer. 41.

Confirmatio electionum facta ab Epiſcopo excludit prætenſam exemptionem Eccleſiæ, ibid. n. 42. & 43.

Eccleſiam Aquiſgranen. non eſſe exemptam a juriſdictione Epiſcopi Leodien. ex pluribus arguitur, ibid. n. 41. & ſeqq.

Exemptio Eccleſiæ poteſt eſſe multiplex, nempe mutila, plena, & pleniſſima, ibid. n. 44.

Eccleſia poteſt ſimul eſſe exempta quoad aliqua, & non exempta quoad alia, ibid.

Exemptio probanda eſt per publicum documentum privilegii, ex quo pendet cognitio illius qualitatis, ibid.

Conſuetudo generalis Eccleſiarum alicujus Provinciæ facit præſumere, eandem vigere in Eccleſia particulari, niſi diverſa aſſignetur ratio, ibid. n. 66.

A conſuetudine aliquarum Eccleſiarum particularium non infertur ad conſuetudinem alterius, ibidem numer. 79.

Maxime, quando huic alteri eſt conformis conſuetudo aliarum Eccleſiarum etiam ejuſdem Provinciæ, ibid.

Erecta Eccleſia patronata in Collegiatam, patronus amittit Jus præſentandi quoad primam dignitatem, firmo tantum remanente dicto jure, quoad reliqua beneficia de Collegio, diſcept. 25. n. 36.

Prænominatio alternativa non practicatur in proviſionibus Eccleſiarum unitarum excepta Urbanien. & Vaden. diſcept. 9. n. 74. in fine.

Vaden. & Urbanien. Eccleſiæ alternative prænominantur, ibid. n. 74. in fin. & n. 77.

Exempla Eccleſiarum unitarum, in quibus prænominatio uni tantum datur abſque alternativa, ibid. n. 74. in fine.

Decreta, & cedulæ Conciſtoriales in proviſione Eccleſiarum Viterbien. & Tuſcanen. unitarum, ibidem numer. 84.

Eccleſia Collegiata S. Ægidii civitatis Cremonen. quando, & a quibus erecta, diſcept. 8. n. 1.

Mandricardus Dovara fuit primus ejuſdem Præpoſitus, ibid.

S. Homobonus aſſidue illam frequentabat, & in eadem prodigioſe animam exhalavit, ibid. n. 1. & 13.

Canonici ab ea quomodo, & quando expulſi, ibidem num. 1.

Expulſis Canonicis, remanſit ſub titulo Parochialis, ibid.

Epiſcopus non poteſt in Collegiata conſtituere novos Canonicatus, ſi Eccleſia habitu tantum & non actu ſit Collegiata, ibid. n. 3.

Declara, ut debeat prius illi reſtituere actualem Collegialitatem, & quomodo, ibid. n. 8.

Reliqua vide in verbo *Collegiata*.

Majoritas unius Eccleſiæ ſupra aliam dignoſcitur ex prænominatione, diſcept. 9. n. 1. & ſeqq.

Cathedralium duarum ſimul unitarum Epiſcopus a qua debeat prænominari, ibid.

Uniones Eccleſiarum tripliciter contingunt acceſſorie, ſeu ſubjective, promiſcue ſeu incorporative, & æque principaliter, ibid. n. 3.

Eccleſia inferior ſubjective unita alteri majori perdit ſuas prærogativas, & acquirit illas Eccleſiæ principalis, cui eſt unita, ibid. n. 3.

Eccleſiæ incorporative unitæ coaleſcunt in unum corpus, & de duabus una tantum efformatur gaudens Juribus, & prærogativis utriuſque, ibid.

Eccleſiæ ſimpliciter æque principaliter unitæ dicuntur quoad Prælatum tantum, qui utriuſque ſit caput, & tunc quælibet jura ſua, & præeminentias retinet, nulla facta inſimul privilegiorum confuſione, aut communicatione, ibid. n. 3. & ſeqq.

Unio duarum Eccleſiarum æque principaliter facta reſtringitur ad unionem Rectoris, & Gubernatoris, non Eccleſiarum regendarum, & gubernandarum, ibidem num. 57.

Eccleſia matrix perdit matricitatem, ſi inferior Eccleſia in Collegiatam erigatur, ibid. n. 44.

Vide plura ſub verbo *Cathedralis*, *Unio*.

Inſpecto Jure communi, & Sacrorum Canonum diſpoſitione Eccleſia non dicitur vacans, niſi uſque ad electionem ſucceſſoris, diſcept. 10. n. 9. & 33.

Epiſcopus poſt electionem ſtatim poteſt de Jure communi conferre beneficia, etiam nondum capta Eccleſiæ poſſeſſione, ibid. n. 9.

Quando proviſus eſt Cardinalis, Eccleſia non vacat uſque ad poſſeſſionem, ſed ſtatim eſt conſumpta vacatio, ibid. n. 35.

Cardinales de Epiſcopatibus proviſi non poſſunt in adminiſtratione Eccleſiæ ſe ingerere ante præſtitum juramentum fidelitatis, & de viſitando Apoſtolorum limina ex Conſtitutione Sixti V. ibid. n. 28.

Facta proviſione Epiſcopatus vel translatione in Conciſtorio Summi Pontificis, ſtatim ceſſat Juriſdictio proviſi quoad primum Epiſcopatum, & Eccleſia vacat ipſo Jure, ibid. n. 26.

In Regnis Hiſpaniæ poſſeſſio Eccleſiæ capi non poteſt abſque mandato Regis propria manu ſubſcripto, ibid. num. 57.

Vide etiam *Beneficium Cardinalis Regula* 2. *Cancellariæ*.

Jus præſentandi annexum Eccleſiis & Prælaturis inter annuos earum fructus connumeratur, ibidem numer. 38.

Juſpatronatus gentilitium non fit hereditarium in ultimo, quando in ejus reſervatione adſunt clauſulæ & verba reſtrictiva, & tunc, deficientibus vocatis, exſpirat, & Eccleſia acquirit libertatem, diſcept. 33. num. 3.

Fundans ſeu dotans Eccleſiam Collegiatam, ſeu Conventualem obtinet privilegium Apoſtolicum in limine fundationis pro reſervatione Juriſpatronatus, ibidem num. 12.

Non tamen dicitur Juſpatronatus ex privilegio, ſed ex fundatione vel dotatione, & eſt tranſitorium ad extraneos, ibid.

Si Eccleſia parum habeat, & non ſit commode dotata, augmentum dicitur juſta cauſa acquirendi Juſpatronatus, ibid. n. 15.

Et tunc concedi poteſt Juſpatronatus etiam per Ordinarium, ibid.

Contrarium, & quod requiratur privilegium Apoſtolicum, ibid.

Paria ſunt, Eccleſiam eſſe penitus indotatam, & inſufficienter dotatam, ibid.

Augmentum eſſe majus antiquo reditu Beneficii, ſeu Eccleſiæ, quomodo probetur, ibid. n. 18.

Vide *Juſpatronatus*.

Verba *de bonis ſibi a Deo datis* non probant bona eſſe Eccleſiaſtica, diſcept. 25. n. 20.

Verba *de bonis ſibi a Deo datis* non congruunt bona Eccleſiaſticis, quia non ſunt data Clerico, & excepto victu, & neceſſariis, reliquum eſt Eccleſiæ, & pauperum, ibid. n. 20.

Statuta particularia Eccleſiarum proprios ritus habentium faciunt ceſſare legem generalem, & diſpoſitionem Ceremonialis, diſcept. 15. n. 2. & d

Præſertim, ſi non adeſt reatus clarus in contrarium, ibid. n. 6.

Beneficium collatum perſonæ non qualificatæ poteſt impetrari, quando qualificatio reſpicit favorem Eccleſiæ & beneficii; ſecus quando reſpicit favorem perſonarum vocatarum, diſcept. 22. n. 39.

Vide *Qualitas*.

Argomentum Collegialitatis eſt, ſi Divina officia recitantur in Eccleſia, diſcept. 8. n. 13.

Collegialitas Eccleſiæ ſi ceſſet ex aliqua cauſa accidentali, puta morte Canonicorum, oppreſſione hoſtium, & ſimilibus, ſemper durare cenſetur in habitu, licet non in actu vel uſu, ibid. n. 17. & 18.

Vide *Collegiata*.

Beneficiatus tenetur ſolvere jus Epiſcopale Epiſcopo, in cujus diœceſi exiſtit Eccleſia, quam poſſidet, diſcept. 35. n. 1.

Et tenetur eidem ſolvere Cathedraticum, ibidem num. 1. & ſeqq.

Exemptio Eccleſiæ Regularis a cenſu ratione ſubjectionis debito Epiſcopis eſt expreſſa, & literalis exemptio a Cathedratico, ib. n. 6.

Non præſumitur in aliqua diſpoſitione ſublatum fuiſſe Epiſcopo jus diœceſanum propter monſtruoſitatem, quod Eccleſia remaneat ſine ſubjectione, ibidem, numer. 7.

Diſpoſitio Papæ liberantis aliquam Eccleſiam pleno jure non cenſetur comprehendere Cathedraticum, ibidem, num. 14.

Nunquam præſumitur, voluiſſe Papam per ſuum privilegium auferre proprio Diœceſano nativam ſubjectionem, & reddere Eccleſiam acephalam, ibidem, numer. 10.

Privilegium ſi eſt reale, ut quando Papa eximit Eccleſiam, poteſt interpretari, quod includat Cathedraticum; ſecus ſi privilegium eſt perſonale, ibidem, numer. 18.

Abſens ex cauſa litis ſuper juribus beneficii, & in utilitatem Eccleſiæ, non habet neceſſitatem licentiæ Superioris, uti licentiatus a jure, diſcept. 37. numer 7.

Contrarium, ibid. Vide *Lis*.

Onus reparationis Eccleſiæ ſpectat ad Rectorem habentem curam habitualem, diſcept. 50. n. 38

Omnes Chriſtifideles ſepeliendi ſunt in Parochiali Eccleſia, intra cujus fines deceſſerunt, diſcept. 51. n. 19. & ſeqq.

Vide *Sepultura*, *Parochia*.

Epiſcopus ſepeliri debet in ſua Cathedrali, quamvis decedat extra ſuam Diœceſim, ibid. n. 20.

Parochus ſepeliri debet in ſua Eccleſia, licet in aliena Parochia decedat, ibid.

Eccleſiæ Titulares Cardinalium. Vide *Cardinalis*.

Qualitas ſponſi in Epiſcopo non eſt principalis ratio, quare in ſua Eccleſia debeat ſepeliri, ibidem, numer. 27.

Etiam Prælatus inferior ſepeliri debet in ſua Eccleſia, licet non ſit illius ſponſus, ibid.

Vacatio Eccleſiæ præſupponit diſſolutionem vinculi præcedentis, ibid.

Canonici & alii beneficiati cum onere reſidentiæ in ſuis Eccleſiis ſunt tumulandi etiam privative ad Parochiam, in qua habitant, ibid. n. 33.

Eccleſiæ non conſtat de occultis, diſcept. 52. numer. 99.

Eccleſia obligat ad revelandum ea tantum impedimenta ad matrimonium, quæ de tempore publicationum exiſtunt, ibid. n. 103.

Præpoſitus non poteſt renunciare unioni factæ Præpoſituræ, in præjudicium Eccleſiæ, & ſucceſſorum, diſcept. 53. n. 25.

Statuta, & ordinationes Ordinis Carthuſienſis ſemper fuerunt habita in ſumma veneratione in Eccleſia, num 5. V.

Juriſdictio generalis, & aliorum Prælatorum inferiorum in Religionibus procedit a Capitulo generali illam habente immediate ab Eccleſia, & Summo Pontifice, n. 38 V.

In omnibus Regularibus electiones & inſtitutiones Superiorum ſunt dirigendæ ſecundum propria inſtituta, & ordinationes, n. 5. V.

Eccleſiaſtici.

Eccleſiaſticæ perſonæ non poſſunt ſe ſubjicere examini in foro laicali, niſi prævio præcepto Superioris Eccleſiaſtici, diſcept. 20. n. 25.

Dare hanc licentiam non eſt ſolius Epiſcopi privative, ſed cujuſcunque Judicis Eccleſiaſtici habentis Juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, ibid.

Abbas, ſi habet juriſdictionem ordinariam, poteſt dare hanc licentiam, ibid.

Et quando habet pro ſe obſervantiam, ibid.

Laicus ex communione cum Eccleſiaſtico pateretur præjudicium, ſi non poſſet ſolus conſentire liberæ collationi Juriſpatronatus mixti, diſſentiente compatrono Eccleſiaſtico, diſcept. 3. n. 9.

Edictum.

Superior, qui jure devoluto providet, non tenetur ponere edictum, nec facere concurſum, diſcept. 4. numero 121.

Vide *Concurſus*.

Effectus.

Actus dicitur fieri tempore, quo effectus producitur, diſcept. 6. n. 26. in fine.

Factum præponderat verbis, & attenditur effectus, non modus, diſcept. 17. n. 59.

Amplia etiam in proviſionibus, quia factum prævalere debet, & ſpecni cortex ſeu formula verborum, ibid.

Nullo exiſtente contractu ex defectu conditionis, & conſenſus, nullus ex eo naſci poteſt effectus, aut pœna, diſcept. 52. n. 3.

Qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur, n. 9. V. in fine.

Talis dicitur ineſſe ſenſus in verbis, qualem obſervantia, & effectus ſecutus demonſtrat, n. 7. V.

Ægidius.

Eccleſiam in civitate Cremonen. ſub titulo S. Ægidii Berengarius Rex Italiæ ſuis expenſis erexit, diſcept. 8. num. 5.

Ægidius de Guiſcardis Epiſcopus Cremonenſis ædificavit in dicta Eccleſia, & dotavit Sacellum B. M. Virginis, ibid.

Vide *Collegiata Eccleſia*.

Ægrotus.

Matrimonium ab ægroto contractum cum filia medici aliter mederi nolentis eſt validum, diſcept. 52. numer. 66.

Limita, ſi deficeret alter medicus, ibid.

Reliqua vide in verbo *Infirmitas*.

Electio.

Electio de jure pertinet ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul in Eccleſiis Cathedralibus, diſcept. 17. numer. 21.

De conſuetudine tamen poteſt pertinere ad ſolum Epiſcopum, vel ad ſolum Capitulum, ibid.

Amplia, etiamſi agatur de ſimplici receptione in Canonicum, ibid.

Epiſcopus habet jus eligendi, & providendi, ſeu deputandi Clericos in Eccleſiis etiam non numeratis, ibid.

Et procedit tam in Eccleſiis Cathedralibus, quam in Collegiatis, & aliis inferioribus, ibd.

Pendente termino ad eligendum, poteſt Univerſitas vel Collegium toties, quoties ſibi videbitur, iterare ſcrutinium, donec ſequatur electio per majorem partem, diſcept. 4. n. 37. & ſeqq.

Poteſt tamen etiam, durante termino, adiri Superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum, quo elapſo, ad ipſum devolvatur electio, ibid. num. 39.

Præſentati ab Univerſitate vel Collegio, ſi pariæ vota bis in ſcrutinio uterque ſortitus ſit, Papa ſolus poteſt gratificare, etiam pendente adhuc termino ad eligendum; inferior vero non poteſt gratificare, ſed tantum providere jure devoluto elapſo dicto termino, ibid. num. 35.

De opinione, quod Papa gratificare poſſit in dicto caſu etiam pendente termino ad eligendum, auctor dubitat ibid. n. 36.

Papa in dicto caſu non poteſt gratificare, pendente termino; ſed tantum eo tranſacto conferre jure devoluti, ibid. n. 37. & ſeqq. uſque ad 47.

Gloſſa, & Doctores contrarium tenentes reprobantur, ibid.

Electores præſumuntur ſcire qualitates electi, ibidem num 54.

Declara, intellig. de qualitatibus notoriis, & apparentibus, ſecus de occultis, ibid.

Electio accelerari non poteſt, nec terminus Juris coarctari,

Digitized by Google

ctari, ſi non inſtat terminus ad eligendum, nec ulla urget neceſſitas, diſcept. 13. n. 31. & 47.

Maxime per eos, qui non conſtituunt duas ex tribus partibus Univerſitatis, ibid. n. 32.

Canonici Cathedralis Eccleſiæ Eugubinæ habent jus eligendi ad Canonicatus in ea vacantes, quatenus nulla adſit reſervatio, diſcept. 4. n. 103.

Illi debetur omni jure inſtitutio, in quem conveniunt tot ſuffragia majorem partem electorum conſtituentia, ibid. n. 104.

Ille, qui habuit minora ſuffragia, concurrere non poteſt cum habente plura conſtituentia majorem partem Capituli, ibid. n. 107.

Duobus habentibus æqualia ſuffragia majorem partem electorum conſtituentia, ſi alter eorum moriatur, electio in ſuperſtite remanet neceſſaria, ibidem num. 106. & 111.

Duo habentes paria vota majorem partem electorum conſtituentia habent jus quæſitum, ut in eorum alterutro neceſſario cadat electio, & poteſt ad id Capitulum Judicis auctoritate compelli, ibidem numer. 108.

Electoribus licet variare, non ſecuta publicatione, ibid. num. 109.

Limita, ſi præceſſit coarctatio pro nova electione certas perſonas, quia tunc in earum præjudicium nequit Capitulum alios admittere ad ſcrutinium, ibidem numer. 110.

Maxime, ſi inter illas certas perſonas lis pendeat ſuper dicta electione, & per obitum unius, alterius electio neceſſaria evaſit, ibid. n. 111.

Si lis aſt non ſolum inter electos, ſed etiam cum electoribus, licet non ſit ſuper titulo beneficii omnis variatio, lite pendente interdicta, remanſit, ibidem num. 112.

Exceptio, quod electio non fuerit Epiſcopo præſentata, non relevat, ſi Capitulum requiſitum exhibere recuſavit, quia tunc omnia cenſentur legitime, & perfecte facta, ibid. n. 113.

Non facta vel non concluſa electione in termino ſemeſtris ad Canonicatus Magiſtrales, & Theologales, eſt locus devolutioni, ibid. n. 114

Et Superior, ad quem fit devolutio, non tenetur eligere unum ex oppoſitoribus ab Ordinario examinatis in tempore ſemeſtris, ibid.

Limita primo, ſi unus tantum oppoſitor comparet, & ſit examinatus, & idoneus repertus in tempore, ibid.

Limita ſecundo, ſi inter plures oppoſitores examinatos, & idoneos repertos, ac electos in paritate votorum deventum ſit ad diſcuſſionem qualitatum in eodem tempore ſemeſtris, & unus repertus ſit dignior, & magis qualificatus, ibid n. 115.

Contrarium, & quod ſemper teneatur providere unum ex oppoſitoribus examinatis in tempore, ibidem numer. 116.

Prima ſententia eſt verior, ibid. n. 117.

Oppoſitores plures in tempore examinati nullum jus conſiderabile acquirunt ex oppoſitione, ibid.

Ubi plures ſunt præſentati, nemini quæritur jus ad rem ex tali præſentatione, ibid.

Si unus tantum oppoſitor ſit, qui qualitates requiſitas in tempore verificavit, quæſitum eſt illi jus conſiderabile a beneficium, ibid. n. 118.

Amplia, etiamſi illius qualitates nondum ſint verificatæ, ibid.

Secus ſi plures ſint oppoſitores, quia tunc, quandiu electio ſecuta non ſit, nemini jus quæritur, ibidem numer. 119

Sola oppoſitio plurium oppoſitorum in tempore nullum jus tribuit, & aſſimilatur potius acceptationi, quam electioni, ibid.

Jus quæſitum oppoſitoribus ab examine, ut alius ab ipſis eligatur, operatur reſpectu habentium eligere, non reſpectu Superioris, qui confert jure devoluto, ibidem num. 120.

Superior, qui jure devoluto providet, non tenetur ponere edictum, nec facere concurſum, minuſque attendere concurſum, & examen factum pro Ordinario, & Capitulo eligere debentibus, ibidem numer. 121.

Nec tenetur conferre uni ex oppoſitoribus examinatis in concurſu pro Ordinario, & Capitulo, ibid.

Declara, niſi aliqua adeſſet conſtitutio diſponens ex ſola oppoſitione acquiri jus ad rem, ibid.

Tenetur tamen conferre habenti requiſita neceſſaria, ibid.

Stante privilegio, quod in paritate votorum illa pars prævaleat, pro qua eſt votum Decani & ſimilis, utrum locum habeat in electione facta per fabas ſecreto vel per ſchedulas in urnam ponendas, ibidem numer 122.

Nemo ſcire poteſt, votum alterius ſecreto datum in urna, ibid. n. 129.

Probare votum alterius ſecreto datum in urna judicari poteſt quaſi impoſſibile, ibid.

Ubi vota dantur ſecreta, dignoſci nequit ad cujus favorem quis votaverit, ibid. n. 122. & 129.

Et tunc non eſt ſtandum declarationi etiam juratæ habentis votum præponderans ibidem, numer. 123. & 129.

Neque attendi debent declarationes omnium aliorum qui votaverunt, ibid. n. 123.

In electionibus etiam ab Univerſitate ſeculari factis de jure attenditur ſanior pars conſiſtens in dignitate, auctoritate, & merito eligentium, ibid. n. 122.

Declara procedere, ſi electio fiat viva voce, & per ſuffragia, quæ dantur aperta, non autem ſi dantur ſecreta, ibid.

Statutum Eccleſiæ dans alicui votum præponderans reſtringitur ad illos actus Capitulares, qui fiunt viva voce, & per vota publica, ibid. n. 123.

Limita, ſi expreſſe loquatur de actibus explicandis per ſecreta ſuffragia, quia tunc ſtandum eſſet declarationi habentis votum præponderans, ibid.

Quæ geſta ſunt in ſcrutinio, probari debent per alios teſtes conteſtes de Capitulo, ibid.

De jure ſtatur dicto unius in ſubſidium, ubi aliunde probatio eſt impoſſibilis, ibid. n. 123. in fine.

Statutum a Papa confirmatum quod ſtetur dicto unius in certis caſibus valet, ibid. n. 123.

Maxime in facto proprio, ibid.

Idem potuit fieri de conſenſu partium, ibid.

Stante paritate votorum in ſcrutinio, electio terminatur per ſortes in Regnis Hiſpaniarum ex Conſtitutione Leonis X. ibid. n. 130.

Dicta Conſtitutio intelligitur permiſſive, ibid.

An extendatur dicta Conſtitutio ad Regnum Aragoniæ, Rota noluit decidere, ibid.

Stante paritate votorum, Pontifex ſolus poteſt durante tempore ad eligendum præſcripto gratificari, cui vult ex electis, ibid n. 131.

Non tamen conferre poſſet extraneæ perſonæ jure devoluto, niſi elapſo dicto tempore, ibid.

Durante ſemeſtri ad eligendum præfixo ſemper permittitur peragi novum ſcrutinium, ibid. n. 131.

Variatio eſt prohibita publicato ſcrutinio, ibid. n. 123. & 129.

Declara procedere in electionibus ſubjectis formæ *capit. quia propter de elect.* ſecus in aliis etiam ſecreto factis per ſcrutinium, ibid. n. 124.

Forma *cap. quia propter de elect.* ſervanda eſt in electione, quæ fit de dignitatibus, & Prælaturis majoribus, per quarum vacationem Eccleſiæ remanent viduatæ; ſecus ubi agitur de Canonicatu ſeu dignitate inferiori, ibid n. 132.

Pro electione Prælati Eccleſiæ ſuo Paſtore viduatæ perficiendi datur tempus trium menſium tantum, ibidem num. 128.

In aliis vero electionibus ſemper datur ſemeſtris, ibid.

In electione dignitatis inferioris ſervandum eſt ſtatutum vel conſuetudo Eccleſiæ, ibid n. 134.

Statutum ſi permittat, ut electores nolentes uni vel alteri ex concurrentibus votum præbere, ſuffragia ponant in urna ſeparata ad hunc effectum deſtinata, tunc de ſuffragiis in illa urna repertis nulla habetur conſideratio, ibid. n 135.

Nec computantur in præjudicium eorum, qui pro certa perſona ſuffragium præſtiterunt, ibid.

Et proinde eſt, ac ſi hi votantes non interfuiſſent Capitulo, quod in ceteris Canonicis dicitur totum conſolidatum, ibid. n. 136.

Electio impropria, & larga, in qua unuſquiſque publice, & palam manifeſtat in Capitulo votum ſuum, reſolvitur in ſimplicem nominationem, diſcept. 14. numer. 2.

Et ſufficit ad eam ſimplex conſenſus Collegii quomodolibet explicatus, ſive verbis ſive factis, ibid. n. 3. & 58. & 59.

Præterita formam *cap. quia propter de elect.* non eſt in facultate etiam totius Capituli, ibid. n. 4.

In electione impropria ſervatur ſolum jus naturale ſine ulla forma juris poſitivi, ibid. n. 4. & 16.

Et valet, dummodo conſenſus omnium, ſeu majoris partis vocalium accedat, ſive ante ſive poſt, & quandocunque ex intervallo, ibidem numer. 4. 15. & plur. ſeqq.

Quamvis electores proceſſiſſent per viam ſcrutinii, ibid. num. 15.

Sufficit, quod ſit facta a majori parte Capituli comparatione minoris, ſi omnes deinde illam approbant, ſive adverſus illam non reclamant, ibid. n. 4.

Immo ſufficit, quod ſit facta ab uno, etiam nullo præcedente compromiſſo in ejus perſona, ſi Capitulum approbat tacite vel expreſſe, ibid. n. 5.

Et talis approbatio ſive conſenſus importat novam electionem, quæ dicitur facta per totum Capitulum, ibid. num. 6.

Major

Digitized by Google

Major pars ſuffragiorum in electione computari debet completive reſpectu ad totum Capitulum, quando actus explicandus eſt collegialiter, non comparative ad minorem numerum reſpectu coelecti, diſcept. 4. num. 133.

Capitulum ſi taceat & non reclamet adverſus electionem factam cum majoritate votorum comparative tantum, & non completive, cenſetur illam ratificare, & approbare, diſcept. 24. n. 8. & 59.

Taciturnitas non ſufficit pro conſenſu, ubi in electione requiritur forma *cap. quia propter*; ſecus ubi dicta forma non requiritur, ibid. n. 8.

Conſuetudo, quod electio fiat per majorem numerum, comparative valet, ibid. n. 24.

Etiamſi non ſit immemorabilis, ſed tantum quadragenaria, ibid. n. 28.

Conſuetudo generalis in Eccleſiis Germaniæ viget, quod electiones fiant per majorem numerum comparative, ibid n. 25.

Major pars efficitur per unicum votum, diſcept. 4. numer. 137.

Statutum requirens conſenſum majoris partis poteſt æque bene intelligi de majori parte comparative, ac completive, diſcept. 24. n. 30. 67. & 68.

Concurſus majoris partis completive in electionibus non probat, quod non ſufficiat major pars comparative, ſed requiritur, quod facta comparative fuerit contradicta, & non facta nova electio per majorem partem completive, ibid. n. 31.

Conſuetudo circa electiones, ubi non eſt ſervanda forma *c. quia propter de elect.* non requiritur, quod ſit præſcripta, ſed ſufficit quod ſit probata per aliquos actus effectuatos, ibid. n. 80.

Electio non requirit, quod ſervetur forma *cap. quia propter de elect.* ſi non agitur de prima dignitate in Eccleſia Collegiata, ibid. n. 69.

Electio ab initio nulla non poteſt poſtea convalidari, & ratificari ex ſuperveniente conſenſu Capitularium, ibid. n. 7. 15. & plur. ſeqq. & 64.

Declara procedere in electione propria; ſecus in electione impropria, ibid.

Item declara non reconvalidari ut ex tunc, ſed bene ut ex nunc, & de tempore ſupervenientis approbationis, ibid. n. 7. & 66.

Conſenſus Capituli ſubſequens ad electionem idem operatur quod compromiſſum præcedens, ibidem numer. 20.

Ex conſenſibus directis in aliquem uti electum intelligitur facta electio Prælati de jure antiquo, ibidem num. 23.

Quod jus adhuc viget, nec fuit immutatum in minoribus dignitatibus, ibid.

Qui conſenſit electioni, non poteſt illam impugnare, ibid. n. 35. & 70.

Poteſt quis impugnare electionem, non obſtante conſenſu, & acquieſcentia, ex novo jure ſupervento ex proviſione Apoſtolica, ibid. n. 36.

Declara procedere, ubi clare patet electionem fuiſſe nullam; ſecus quando conſenſus coadjuvavit tantum illius validitatem, ibid.

Acclamatio ſeu congratulatio vocalium in loco electionis habet vim Collegialis approbationis, ibid. num. 9. & 17.

Sive fiat turmatim, eſt in communi, ſive per ſingulos in particulari, ibid. n. 9. & 71.

Secus ſi fieret extra Capitulum per Canonicos uti ſingulares, ibid. n. 9. 17. & 71.

Intellige prædicta procedere tantum ubi in electione non requiritur forma *cap. quia propter de elect.* ibid. num. 9.

Extra formam *cap. quia propter* electio convalidatur per depoſitionem electi ad Sedem, ibidem num. 60. 68. & 70.

Et ad eam ſufficit conſenſus tacitus, qui non minus ex verbis, quam facto deducitur, ibid. n. 10.

Et votum in ea explicari poteſt etiam nutibus, ver. gr. vultu, manuque, ac etiam pedibus, ibidem numer. 11.

Decretum Capituli pro petenda electionis confirmatione eam revalidat, ibidem numer. 12. 59. 70. & numer. 73.

Electio remanet ſuſpenſa uſque ad conſenſum electi, ibid. num. 12.

Electio ex eligentium, & electi conſenſu perficitur, ibid. n. 12. & 16.

Traditio poſſeſſionis facta per Capitulum conſenſum illius inducit, & habet vim novæ electionis, ibid. n. 13. 60. & 70.

Non tamen dare poteſt per ſe jus electionis, ſed corroborando, & explicando præcedentes conſenſus, ibidem num. 13.

Tolerantia Capituli, quod electus exerceat functiones dignitatis, declarat ejus præcedentem conſenſum electioni, ibid. n. 14.

Et dat novum titulum electionis, ſi prior erat nulla, ibid.

Non tamen efformando novam electionem, ſed clarificando conſenſus præcedentes, ibid.

Conſenſus Capituli ſuperveniens poſt publicatum ſcrutinium non revalidat electionem nullam; ſecus ſi ante publicatum ſcrutinium, ibid. n. 63.

Declara procedere in electionibus rigoroſis ad formam *c. quia propter*; ſecus in electione impropria, ibid.

Teſtes de Capitulo admittuntur ad probandam illius conſuetudinem circa electiones, ibidem numer. 27. & 63.

Etiamſi ageretur de ſuſtinenda electione per ipſos teſtes facta, quando alii Capitulares non deponunt contrarium, ibid. n. 27.

Et quando adminiculantur ex atteſtatione alicujus auctoris, ibid. n. 65.

Et quando concurrunt alii, qui non elegerunt, horum habilitate ſuppletur aliorum fides, ibid. n. 65.

Canonici non prohibentur eſſe teſtes in cauſa Capituli, quando agitur de probando facto, quod aliis innoteſcere non poteſt, ut eſt modus eligendi, ibidem numer. 78.

Nec quando Capitulum de tempore depoſitionis non erat ad cauſam, ibid.

Teſtimonium electorum, qui electionem impugnant, tanquam tendens ad proprium commodum, non debet attendi, diſcept. 4. n. 138.

Appellatum ſi non fuit ab ultimo ſcrutinio, nemo audiri debet ſuper invaliditate electionis, ibidem numer. 139

Data ſcientia facti negari non poteſt in Capitulo ſcientia juris circa nullitatem electionis, diſcept. 24. n. 66. 64. & 72.

Allegari non poteſt ignorantia deficientiæ votorum in electione, quæ fuit facta palam, ibidem num. 22. 64. n. 72. & 73.

Altero ex coelectis non reclamante, totum jus electionis conſolidatum remanet in perſonam alterius coelecti, diſcept. 4. n. 139.

Pendente lite ſuper Beneficio inter duos electos, ſi alter, lite non terminata, moriatur, non poteſt fieri nova electio, diſcept. 31. n. 5.

Idem procedit, quando lis eſſet inter duos præſentatos, ibid.

In beneficiis electivis ut detur ſubrogatio, non requiritur lis ſuper titulo beneficii, & quod petatur vigore collationis jam ſecutæ non uti ſibi debitum, ibid.

In Parochialibus affectis & reſervatis ubi ad Papam ſpectat conferre, & ad Epiſcopum concurſum inſtituere, Epiſcopus eligit, non Papa, ibid. n. 7.

Et Papa non poteſt præterire electionem, ſeu graduationem Epiſcopi, ibid.

Contrarium, ibid.

In Parochialibus reſervatis non intrat reſervatio quoad prælectionem Epiſcopi, ſed ſolum quoad collationem, diſcept. 27. n. 28.

Probari debet ſcientia nullitatis electionis in Epiſcopo aliiſque collatoribus gradatim, ut ſit locus proviſioni Apoſtolicæ jure devoluto, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, diſcept. 24. n. 39.

Vide *Devolutio*, *Collatio*.

Regula 8. hodie 9. Cancellariæ reſervat etiam beneficia electiva, & derogat indultis in contrarium, diſcept. 25. n. 6.

Regula 4. olim 3. Cancellariæ non intrat, ſi Papa perpetuo jus eligendi vel præſentandi ad primam dignitatem concedat Capitulo, ibid. n. 1. & 3.

Vide plura ſub verbo *Regula*.

Confirmatio electionis præſumitur recte, cauſa cognita, diſcept. 24. n. 34.

Confirmatio electionum facta ab Epiſcopo excludit prætenſam exemptionem Eccleſiæ, ibidem num. 42. & 43.

Devolutio electionum pertinet ad illum Superiorem, ad quem ſpectat confirmatio, ibid n. 44.

Etiamſi confirmatio ſpectet ad Epiſcopum jure ſpeciali, ad ipſum tamen devolutio pertinet, & non ad Papam, ibid.

Ex diſpoſitione juris communis electio Prælati in Collegiata pertinet ad Collegium, ſeu Capitulum, diſcept. 25. n. 5.

Vide *Capitulum*, *Collegiata*.

Fundator nunquam præſumitur eligere viam, per quam ſua diſpoſitio impugnetur, ibidem numer. 12.

Conſtitutio de bono jure electi, ceſſat motivum devolutionis, & literæ impetratæ ex capite devolutionis carent juſtificatione, nec merentur executionem, diſcept. 4. n. 139.

Sufficit electo, ſi ſuam electionem oſtendat, nec tenetur probare illam validam, & canonicam, ibid. numer. 127.

Ele-

Digitized by Google

Electionis publicum inſtrumentum facit probationem probatam, & rem claram, & manifeſtam, ibidem numer. 128.
De electione quoties conſtat, illa præſumitur valida, & canonica, itaut contrarium dicenti incumbat onus concludenter probandi, Juris ordine ſervato, ibid. numer. 127.
Electio caſſari poteſt ex triplici capite, ſcilicet ex defectu formæ, ex defectu perſonæ electæ, & ex cauſa extrinſeca ſpectante ad bonum publicum, diſcept. 21, num. 1.
Et aliqua ex dictis cauſis non concurrente, electio debet confirmari, ibid.
Cauſa extrinſeca reſpiciens bonum publicum ad caſſandam electionem debet eſſe concludentiſſime probata, ibid. n. 2.
Et ſufficit dubietas circa concludentem probationem, ut electio caſſari non debeat, ibid.
Electionem caſſari poſſe ex ſola cauſa extrinſeca propter bonum publicum, eſt violenta juris interpretatio, ibid. num. 21.
Electionem caſſari ex ſola cauſa extrinſeca reſpiciente bonum publicum, raro contingit in praxi, ibid. numer. 19.
Sola dubietas cauſæ extrinſecæ ſufficit, ut electio valida ex parte formæ, & electi caſſari non poſſit, ibid. n. 20. & 21.
Electus & eligentes ex cauſa dubia privari nequeunt jure certo, quod habent ad obtinendam electionis confirmationem, ibid. n. 20 & 21.
Diſcordiæ non poſſunt allegari, præſumi, vel timeri ex electione, quæ fuit facta in magno exceſſu votorum, & quando poſtea etiam alii convenerunt in electum, illum recognoſcendo, ibid. n. 18.
Relaxatio Provinciæ non eſt cauſa ſufficiens ad annullandam electionem, niſi etiam probetur electum eſſe omnino inhabilem ad illam reformandam, ibid. n. 6.
Judicium, & conſenſus multorum electorum excludit præſumptionem inhabilitatis, & inſufficientiæ electi, ibid. n. 6.
Cauſæ inhabilitatis electi ad caſſandam electionem ſufficit, quod innoteſcant Prælato extrajudicialiter, & ſecrete, ibid. n. 7.
Contrarium, ibid. n. 8. & ſeqq.
Aliud eſt procedere ſine figura Judicii, aliud procedere ex notitiis privatis, & ſecretis, ibid. n. 10.
Facultatem habens procedendi abſque ſtrepitu, & figura Judicii non poteſt omittere tria ſubſtantialia, ſcilicet, citationem, probationes, & defenſiones, quæ ſunt de jure naturæ, ibid.
Prælatus etiamſi poſſit ex ſecretis notitiis electionem caſſare in prima inſtantia, tenetur tamen illas manifeſtare in gradu appellationis, pendente cauſa coram Judice ſuperiori, ibid. n. 11.
Et illi non creditur circa cauſas, ex quibus aſſerit irritaſſe, ibid. n. 12.
Cauſa irritandi electionem, etiamſi deſumi poſſit ex privatis notitiis, & ſecretis, debet tamen eſſe gravis, & rationabilis, & quæ apta ſit juridice probari, ſi fuerit neceſſe, ibid. n. 13. & 14.
Maxime ſi tendant ad probandum inaptitudinem & inhabilitatem electi, ibid. n. 16.
Atteſtationes ſuper habilitate electi prævalent contrariis ſecretis notitiis, ibid. n. 17.
Electores contra proprium conſenſum venire non poſſunt, ibid. n. 18.
Prælatus coarctare non poteſt electores ad eligendum unum ex certo numero propoſitorum ab ipſo, ibid. num. 22.
Libertas eligentibus reſtringi nequit ad paucos, ibid.
Superior tenetur electionem, confirmare, etiamſi electus non ſit de propoſitis ab ipſo, ibid.
Actus electionis ſpectans ad Canonicos nihil commune habet cum pertinentibus ad Epiſcopum, diſcept. 9. num. 15.
Cathedralibus duabus unitis ſi circa electiones Canonici diſcordent de loco, alternative fieri debent modo in una, modo in alia Eccleſia, ibid. n. 14.
Ex caſu accidentali electionis argui non poteſt ad certam regulam prænominationis, ibid. n. 17.
Argumentum non valet ab actibus Epiſcopalibus ad electionem, ſeu proviſionem Apoſtolicam circa alternativam, ibid. n. 16. 48. 56. & ſeqq.
In proviſionibus Apoſtolicis in locum electionum ſuffectis Roma ſucceſſit loco loci electionis, ibidem numer. 18.
Canonici ſi concordant de loco electionis, non intrat alternativa, ibid.
Alternativa prænominationis ratione alternativæ loci electionis ceſſat in proviſionibus Apoſtolicis, quia ceſſat electio, & actus localitatis, ibid. n. 19.
Locus, ubi ſit electio, præferendus eſt loco, ubi non ſit ibid.
Inſpecto jure communi, & ſacrorum Canonum diſpoſitione, Eccleſia non dicitur vacans niſi uſque ad electionem ſucceſſoris, diſcept. 12. n. 9. & 33.
Epiſcopus poſt electionem ſtatim conſequitur ea omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, ibid.
Et poteſt de Jure communi conferre beneficia, etiam nondum capta Eccleſiæ poſſeſſione, ibid.
Diſpoſitio Juris communis concedens Epiſcopis adminiſtrationem Eccleſiæ ſtatim poſt electionem fuit correcta a Bonifacio VIII. *in extrav. Injuncta de elect.* inter commune, & quare, ibid n. 10. & 34.
Vigore dictæ extrav. interdicitur Epiſcopis adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, antequam literas ſuarum proviſionum Capitulo oſtenderint, ibid.
Extrav. Injuncta prorogavit vacationem uſque ad poſſeſſionem Epiſcopatus, quæ de jure durabat tantum uſque ad electionem, ſeu proviſionem, ibidem num. 15. 33. & ſeqq.
Diſpoſitio *extrav. Injuncta* non includit Epiſcopos Cardinales, & de ratione, ibidem numer. 12. 13. 18. & ſeqq. n. 35.
Vide *Extrav.*
Proviſio Apoſtolica ſucceſſit loco electionis, ibid. n. 9. & 33.
Jus eligendi eſt idem ac collatio, & dicitur, Incompatibile cum reſervatione, & proviſione Apoſtolica, diſcept. 27. n. 11.
Et cenſetur excluſum ex decreto reſervationis apponi ſolito in literis proviſionis de beneficio incompatibili; ſecus in jure nominandi, quod non tollit collationem faciendam per Papam, ibidem num. 11. 37. & ſeq.
Contrarium, ibidem numero 37. & ſeqq. & numero 42.
In electione, & in ceteris omnibus non conſideratur, quis ſit ille qui expediat, ſed cujus auctoritate expedias, n. 9. V.
Eligentes de mandato alterius non ex propriæ facultatis, ſed ex mandati viribus recipiunt auctoritatem, ibid.
Electio Priorum localium Carthuſienſis Ordinis quando ſpectet ad domos eorum particulares, numer. 15. & ſeqq. V.
Diſpoſitio Concilii *cap. 6. ſeſſ. 25. de Regular.* licet præſcribat formam electionis, non tamen jubet ſemper electionem fieri, nec obſtat, quin Prælatus ſuperior auctoritate ſui Officii, prætermiſſa electione, poſſit alicui Monaſterio vel Provinciæ de ſuperiore providere, n. 15. V.
Electio facienda per renunciationem ab eo fieri debet, in cujus manibus facta fuit renunciatio, niſi aliter in caſu particulari ſtatuta ſpecialiter decernant, numer. 18. V.
Jus eligendi Prælatos Conventuales non poteſt cadere in laicos etiam titulo patronatus, n. 24. V.
Amplia, quamvis alias ageretur de patronatibus Regiis, ibid.
Conſuetudo valet derogare juri circa electionem Prælatorum Regularium, n. 25. V.
Electio Prælatorum localium per Capitulum generale non eſt contraria juri communi, ſed conformis, ibid.
Fere omnium Ordinum Monaſticorum Priores, ſive Abbates Monaſteriorum locales eliguntur per Capitula generalia, ſive alia Capitula majorum, nulla relicta quoad hoc facultate Capitulis Conventualibus, ſive localibus, n. 31. V.
Enumerantur plures Regularium Ordines, in quibus idem ſervatur, ibid.
Quare magis expediat, Prælatos inferiores Regularium locales eligi per Capitulum Generale, vel Provinciale, quam per Religioſos cujuſque domus, num. 33. & ſeqq. V.
Mandans alicui quod eligant prout de Jure, quomodo intelligatur, n. 10. V.
In omnibus Ordinibus Regularibus electiones, & inſtitutiones ſuperiorum ſunt dirigendæ ſecundum propria inſtituta, & ordinationes, n. 5. V.
Capitulum Generale poteſt præcipere ſuis ſubditis, ne in electionibus utantur ea facultate, quam habent etiam a jure communi, n. 19. V.

Eleemoſyna.

Per viam eleemoſynæ Fratres Minores de Obſervantia poſſunt recipere quidquid eis traditur pro celebratione Miſſarum, & anniverſariorum, diſcept. 2. numer. 1.
Patres prædicti ſunt capaces annuorum legatorum, quando, ſecluſa omni obligatione, & actione civili, volunt agere per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ in ſtipendium celebrationis Miſſarum, ibid. numer. 3.

Decla-

Declara, dummodo præmittant ſuper hoc proteſtationem a D. Bonoventura traditam, ibid.

Legata ſi ſint facta modo illicito, tunc Fratres Minores non poſſunt illa recipere etiam per viam eleemoſynæ, ibid. n. 13.

Clem. *exivi* ſolum prohibet Fratribus Minoribus poſſidere legata civiliter, & tanquam debita jure actionis, non autem illa quotannis manualiter recipere per viam eleemoſynæ in ſtipendium Miſſarum, ibid. num. 6.

Capitulis generalibus Ordinis ſtatutum eſt, Fratres Minores teneri emittere proteſtationem, quod non intendunt habere jus vigore legati, qua emiſſa ſunt capaces recipiendo per modum eleemoſinæ quidquid ipſis offertur, ibid. n. 7.

Idem firmatur ſeptem reſolutionibus diverſarum ſacrarum Congregationum, ibid. n. 8.

Idem firmatur ex Conſtitutionibus diverſorum Summorum Pontificum, ibid. n. 9.

Idem probatur ex conſuetudine univerſali totius Religionis, ibid. n. 10.

Conventus fere omnes & Collegia Minoritarum adjuvantur ex eleemosynis legatorum perpetuorum, & plures Conventus enumerantur, ibid.

Breve Urbani VIII. ſuper diſtractione bonorum ad Patres olim Conventuales Provinciæ Turonum, & ſuper retentione annuorum legatorum pro Miſſis, pro fabricis, pro ſtudiis, & aliis utilitatibus, per modum eleemosynæ, & præmiſſa proteſtatione a D. Bonaventura præſcriptæ, ibid. num. 58. & ſeqq. uſque ad 66.

In Provincia Angelorum Reges Luſitani dant annuam perpetuam eleemosynam piperis, cinnamomi, & caſiopoli, ibidem n. 90.

Albsoorum Duces annuas eleemosynas dant Conventui Albæ, ibid.

Cantabriæ Conventus de Puebla, Aragantonis, Varaoæ, & Madraconis annuis eleemosynis fruuntur, ibid.

Pariſiis Fratres de Ave Maria annuam perpetuam eleemosynam a Monialibus habent, ibid.

Conventus Spruch in Germania eleemosynas recipit ab Auſtriacis, ibid.

Romæ Pœnitentiariis S. Joannis in Laterano certa eleemosynæ quantitas eſt aſſignata, ibid.

Salmanticenſe Collegium pro 30. Fratribus Minoribus certa eleemosyna pro eorum alimentis legata, a Duciſſa Bejarenſi fundatum, ibid. n. 92.

Decreto ſacræ Congregationis Concilii cavetur fundationem Conventus Victoriæ, & legata perpetua per modum eleemosynæ non adverſari puritati Regulæ S. Franciſci, ibid. n. 100.

Bulla Urbani VIII. ſuper confirmatione Conventus Victoriæ cum patronatu Comitum de Tribiana in tota Provincia Cantabriæ, & ſuper capacitate perpetuorum legatorum per modum eleemosynæ, ibidem numer. 101. & ſeqq.

Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii ſuper capacitate Fratrum Minorum recipiendi annua legata per modum eleemoſynæ, ibidem n. 146. & ſeqq. 175. & ſeqq.

Reſolutiones Sacræ Congregationis Epiſcoporum & Regularium ſuper eadem capacitate, ibidem numer. 149. & ſeqq.

Conſuetudine probatur annuas eleemoſynas perpetuas inſtituto Minorum non repugnare, ibidem numero 90.

Diſcalceati, & recollecti in Hiſpania habent eleemoſynas annuales, ibid. n. 83.

Et fundationes Conventuum non acceptant abſque determinata eleemosyna olei, piſcium, lignorum, & ſimilium, ibid.

Fratres Minores ſunt capaces eleemosynæ manualis, ibidem n. 12.

Et ſunt capaces ſubſtantiæ legati per modum eleemoſynæ manualis, dum nihil juris ad ipſos manet, ibid. num. 11.

Contrarium tenentes reprobantur, ibid. n. 12.

Si teſtator voluit Miſſas celebrari per Fratres Minores in eorum Eccleſiis, iniquum videtur, quod hæres velit ibi mittere alios Sacerdotes ad celebrandum illiſque dare eleemosynam manualem, ibidem numero 12.

Teſtator legans annuum ſtipendium pro ſimplici eleemosyna manuali Miſſarum per Fratres celebrandarum gravando pro ſolutione ſua bona, & horum reſpectu hæredes, non dicitur relictum modo illicito, ibid. n. 16.

Et alia legata debentur Fratribus, nec ſunt in aliqua parte caduca, ibid.

Teſtator ſicut in vita poterat dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus, hoc idem facere poteſt poſt mortem, ibid.

Legatum Fratribus Minoribus non dicitur modo illicito, etiamſi ſortes relinquantur, quando principalis intentio teſtatoris fuit legare ſimplices eleemoſynas pro ſtipendio Miſſarum, & capitalia reliquiſſe pro ſimplici ſecuritate earundem eleemoſynarum, ibidem num. 18.

Si major pars legatorum eſt pro ſimplici uſufructu, & eleemoſyna idem præſumitur voluiſſe de aliis relictis, ibid.

Expreſſio ſortis non vitiat legatum uſusfructus relictum ſub modo licito eleemoſynæ Fratribus Minoribus, ibid. n. 18.

Eleemoſyna perpetua Fratribus incapacibus legata dicitur certa moraliter, non civiliter, ibid. n. 29.

Et non repugnat ſtatui altiſſimæ paupertatis, ibid.

Neque eſt certa moraliter, quia pendet ab arbitrio Judicis ſecundum circumſtantias illam tollere, ibidem num. 30.

Inſtitutum Seraphicum principaliter ordinat Fratres ad eleemoſynam, ibid. n. 16.

Legata facta Fratribus Minoribus non ſunt caduca in totum, ſed ſolum in obligatione civili, non autem in naturali, quia tenetur hæres illi præſtare eleemoſynas, ibid. n. 15.

Fratres Minores non poſſunt recipere eleemoſynas niſi a ſponte dantibus, ibid. n. 20.

Intellige, quoad Fratres ipſos, qui non poſſunt judicialiter hæredes cogere, ibid. n. 21.

Vovens dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus incapacibus poteſt cogi per confeſſarium ad tradendum ratione voti, ibid. n. 28.

Et tamen reſpectu Fratrum non cogentium dicetur ſponte tradere, quia votum ab initio fuit voluntarium, ibid.

Fratres Minores poſſunt ſtipendia Miſſarum recipere per modum eleemoſynæ manualis, ibid. n. 39.

Et legata perpetua cum onere Miſſarum poſſunt recipere ab hæredibus, vel executoribus, vel a Judice ſponte dantibus, ibid. n. 41.

Declara, ut poſſint illa recipere per modum puræ ac ſimplicis eleemoſynæ, ac cum ipſis ſatisfacere Miſſis, aliiſque oneribus injunctis a teſtatore, ibid.

Debent tamen proteſtationem præmittere, quod ſibi nullum jus vendicant, juxta monitum B. Bonaventuræ, ibid.

Fratres Minores poſſunt recipere eleemoſynam annuam, ad quam ie voto ſolvendam quilibet obſtrinxit, ibid. num. 72.

Fratres Minores neminem inducere poſſunt ad ſibi eleemoſynam perpetuam annuatim ſolvendam relinquendum, ibid. n. 74.

Et ſi ſponte relinquatur, non poſſunt in judicio exigere, ibid.

Poſſunt tamen dictas eleemoſynas etiam perpetuas recipere, ibid.

Sunt incapaces legati in ipſos collati, vel in Conventum per modum annui ac perpetui cenſus, etiamſi ſit relictum pro emendis ſindonibus ad uſum infirmorum, ibid. n. 45.

Poſſunt tamen dictam annuam præſtationem pro ſindonibus, rejecto modo illicito, ab hærede vel executore recipere per modum ſimplicis eleemoſynæ, ibid. numer. 46.

Legatum annuum ſi eis relinquatur pro Miſſis, ſemper ſtat in prudenti arbitrio Epiſcopi, penſatis omnibus circumſtantiis, & eleemoſynarum augmento vel decremento, celebrationem Miſſarum committere ipſis Fratribus vel aliis, ibid. n. 50. & 53.

Et ſtante hoc arbitrio tollitur quævis certitudo eleemoſynæ ex parte Fratrum, ibid.

Poſſunt retinere legata annua a fundatoribus, aut aliis relicta, dummodo exceſſiva non ſint, & præcedat proteſtatio D. Bonaventuræ, & ab hærede recipiantur per Fratres titulo eleemoſynæ ex ſola obligatione fidelitaris, n. 67. ibid. n. 71.

Legata annua etiam perpetua, ſecloſa obligatione civili, & præmiſſa proteſtatione D. Bonaventuræ exeunt naturam annualium redituum, & eleemoſynæ reputantur, ibid. n. 80. & 81.

Illa ſolum dici ut quantitas exceſſiva certarum eleemoſynarum, quæ mendicitatem Conventus prorſus excludit, vel opus avaritiæ creditur non ſublevandæ neceſſitatis, ibid. n. 82.

Vovens dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus Minoribus tenetur ad largiendum, ibid. n. 78.

Sed Fratres nullam actionem habent erga illum, ibid.

Poſſunt tamen licite frui dicta eleemoſyna, nec eorum paupertati, ac mendicitati repugnant, ibid.

Propter unius Guardiani ignorantiam Fratres eleemoſynæ ſubſidio, & patronos effectu ſuæ voluntatis fraudari non eſt congruum, ibid. n. 97.

Vide plura ſuper verbo *Fratrem*, *Legatum*, *Mendicitas*.

Patrum Societatis Jeſu decretum, ut nullus procuret eleemo-

eleemoſynas perpetuas pro Domibus profeſſis, ibidem num. 75.
Vide *Jeſuita*.
Eleemoſyna debet eſſe voluntaria, & non coacta, ibid. n. 20.
Parochi non poſſunt prætendere eleemoſynam duplicatam pro tumulationem cadaverum extra propriam Parochiam, diſcept. 30. n. 20.
Limita, ſi adeſt in contrarium conſtitutio Synodalis fundata in præcedenti conſuetudine, ibid. n. 21.
Contrarium, & quod talis conſtitutio non valeat, ibid, num. 22.
Declara, ut non valeat, ſi ſit in odium particularis perſonæ, puta quando eligitur ſepultura in Eccleſiis Regularium, ſecus ſi univerſaliter diſponat, quoties ſepeliri contingat extra Parochiam, ibid.
Contrarium, ut non valeat, etiamſi univerſaliter diſponat, ibid. n. 23.
Parochi poſſunt prætendere eleemoſynam duplicatam pro tumulatione cadaverum extra Parochiam, ſtante conſuetudine immemorabili, ibid. n. 23. & ſeqq.
Dicta prætenſio eſt monopolium, ſcandalum, avaritia, corruptela contra libertatem Eccleſiaſticam, ibidem num. 28.
Declara, ut ibid. n. 28. & ſeqq.
Parochi non poſſunt prætendere majorem eleemoſynam, quando cadavera tumulantur in Eccleſiis Regularium, ibid. n. 18.
Poſſunt tamen prætendere candelam majorem, & bonoeiſcentiorem ratione prærogativæ, ibid.
Jus ſepulturæ prius fuit eleemoſyna voluntaria, quæ poſtea tranſivit in neceſſitatem, ibid. n. 32.
Et poteſt taxari per conſuetudinem in majori, vel minore quantitate, ibid. n. 32. & 34.
Eleemoſyna duplicata aut aliter major ſolita pro tumulandis cadaveribus in Eccleſiis Regularium, attenta immemorabili, omnino debetur, ibidem numero 32, & ſeqq.
Utrum ad hoc ſufficiat conſuetudo 40. annorum, ibid.

Elias.

Frater Elias Periot Miniſter Provincialis Minorum Obſervantium Provinciæ Turoniæ, diſcept. 2. num. 58. & 59.

Eligimus.

Verba *eligimus*, *adſcribimus*, & *deputamus ad ſervitium Eccleſiæ*, ſunt propria, & congruentia proviſioni beneficiorum Eccleſiæ receptitiæ, diſcept. 17. n. 55.

Emolumenta.

Canonici abſentes in vacantia trium menſium per Concilium conceſſa non lucrantur diſtributiones, nec alia emolumenta debita ratione actualis intereſſentiæ, diſcept. 1. n. 2.
Privilegium abſentiæ ſi dicat emolumenta quæcunque, veniunt diſtributiones, ibid. n. 8.
Verba & *Emolumenta quæcunque* poſt verbum *fructus* in alio verificari non poſſunt, quam in diſtributionibus, ibid. n. 16.
Canonicatuum, & Præbendarum alia emolumenta dari & excogitari non poſſunt præter fructus, quam illa, quæ in diſtributionibus conſiſtunt, ibid.
Ubi tres ex quatuor partibus redituum Canonicalium in diſtributionibus conſiſtunt, verba *Emolumenta quæcunque* adjecta poſt expreſſionem fructuum in alio non poſſunt verificari, quam in diſtributionibus, ibidem numer. 17.
Si ultra expreſſionem fructuum continet privilegium, verba *Emolumenta quæcunque*, mentione emolumentorum veniunt diſtributiones, licet non omnes reditus, ſed major pars redituum in diſtributionibus conſiſtat, ne privilegium ſit ſere inutile, ibid. n. 17.
Verba *Emolumenta quæcunque* poſt expreſſionem fructuum in privilegio abſentiæ oſtendunt, Pontificem voluiſſe præter fructus aliquid aliud dare Canonicis, ibid. numer. 18.
Caſtropal. ponens pro ſynonymis *fructus*, & *qualibet alia emolumenta* reprehenditur, ibid. n. 19.
Appellatione ſimplici emolumentorum veniunt diſtributiones, ibid.
Nomen *Emolumentorum* magis late patet, quam vocabulum *redituum*, ibid. n. 21.
Nomen *Emolumentorum* eſt generaliſſimum exprimens omnem utilitatem ex re provenientem, ibid.
Appellatione quorumcunque emolumentorum omnia includuntur, nullis exceptis, ibid. n. 34.
Privilegium abſentiæ concedens fructus, & alia emolumenta, dicto *alia* refertur ad ſimilia, fructibus præcedenter expreſſis, ibid. n. 20.
Si tamen concedat emolumenta quæcunque, virtute dictionis *quæcunque* privilegium porrigitur nedum ad ſimilia, ſed etiam ad diverſa, & diſſimilia ſuper expreſſis, ibid.
Doctores negantes emolumenta anniverſariorum deberi abſentibus loquuntur de privilegio continente diſtributiones, non de privilegio generali pro emolumentis quibuſcunque, ibid. n. 34.
Privilegium concedens fructus, emolumenta quæcunque Canonicatuum, & Præbendarum non comprehendit anniverſaria illis tantum propriè debita, qui pro redemptione animarum Dei opem implorant, niſi aliter in eo expreſſum ſit, ibid. n. 35.
Generalitas horum verborum *Totum id, quod quis percipere in Eccleſia reſidendo* intelligitur de ſolis fructibus ratione reſidentiæ debitis, non de aliis emolumentis, ibid. n. 31.
Lex particularis privilegii, non autem Concilii, unicè attendi debet circa gratiam gaudendi fructibus, & aliis emolumentis tempore vacantiæ, ibid.
Amplia, etiamſi gratia ſit conceſſa ad limites Concilii, quia Concilium dicitur conſideratum tantum pro deſignando tempore vacantiæ, ibid.
Conſtitutio S. Pii V. aſſignans Vicariis perpetuis diverſarum parochialium urbis omnia emolumenta funeralium altra congruam locum habet in funeribus etiam non parochianorum, attenta declaratione Alexandri VII. diſcept. 50. n. 42.
Contrarium eſt verius de Jure, ſecluſa dicta declaratione, ibid.

Emphyteuſis.

Feminæ non poſſunt ſuccedere in feudo emphyteuſi, vel Jurepatronatus mixtis, ubi excluduntur a ſtatuto extantibus maſculis, diſcept. 4. n. 14.
Declara, ut tunc excludantur temporaliter tantum, & durantibus maſculis; ſecus ſi ſtatutum ſit perpetuo excluſivum, ibid.

Enumeratio.

Singularis & nominatim facta enumeratio, & deſtinatio in uno, & eodem verborum contextu inter hæredes operatur datam unicuique virilem portionem, diſcept. 38. n. 9.
Et inter patronos operatur aſſignatum unicuique propriam, & ſingularem vocem, ibid.

Enunciativa.

Enunciativa in antiquis probat matrimonium, ſi de eo non agatur principaliter, ſed incidenter, diſcept. 7. num. 20.
Matrimonium enunciatum inter patrem, & matrem oſtendit filium eſſe legitimum, ibid. n. 19.
Enunciativa facta Papæ adverſus aſſerentem plene probat, diſcept. 6. n. 10.
Enunciativæ ſufficiunt in materia Collegialitatis probandæ in antiquis, diſcept. 8. n. 12.
Enunciativa antiquiſſima probat etiam ſine relato, diſcept. 53. n. 23.

Epiſcopus.

Vide etiam *Ordinarius*, *Prælatus*.
Legatum pro ſindonibus ad uſum infirmorum poſſunt Fratres Minores recipere, præmiſſa ſolemni proteſtatione juſta monitum D. Bonaventuræ, & itaut Epiſcopus poſſit rationabiliter arbitrari reſpectu ſubminiſtrationis ſindonum juxta majores, vel minores infirmorum indigentias, diſcep. 2. n. 46. & 53.
Legatum annuum pro Miſſis ſi fiat Fratribus incapacibus, Epiſcopus ex officio, vel executor a teſtatore deputatus curare poteſt, ac debet, ut Miſſæ celebrentur per ipſos Fratres, vel per alios ad ejus arbitrium, ibid. num. 49. & 55.
Stat ſemper in prudenti arbitrio Epiſcopi, penſatis omnibus circumſtantiis, & eleemoſynarum augmento vel decremento celebrationem Miſſarum committere ipſis Fratribus, vel aliis, ibid. n. 50. & 53.
Et poteſt pro tempore applicare partem proventuum alteri, injuncta illi proportionabiliter celebratione Miſſarum, ſi diminutio redituum ita ſuadeat, ibid.
Applicatio de legato perpetuo Fratribus relicto facto ab Epiſcopo S. Angeli pro Canonicatu in Cathedrali improbatur a Sacra Congregatione Fabricæ, quæ mandat inveſtiri capitale ad effectum ſolvendi Fratribus illius fructibus per modum eleemoſynæ, ibidem n. 130. & ſeqq. num. 172. & ſeqq.
Capitulum conſtituit unum corpus cum Epiſcopo, & ab eo etiam in actu communionis ſeparari non debet per interpoſitionem alterius, diſcept. 15. n. 3.
Neque Vicarius poteſt intermediari inter Epiſcopum, & Capitulum, ibid.

Sa-

Digitized by Google

Septem Diaconi, totidem Subdiaconi, & duodecim Presbyteri aſſiſtentes ab Epiſcopo in conſervatione olei ſancti feria V. in Cœna Domini, an ſacra communione refici debeant ante vel poſt Capitulum, ibid. ante n. 1.

Miniſtri induti paramentis ſacris aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione oleorum tanquam cooperatores Epiſcopo conjunguntur, & ab eo non debent in honore ſeparari, ibid. n. 9.

Et iſta conjunctio prævalet illi generali, quæ conſideratur inter Epiſcopum, & Capitulum, ibid. n. 10.

Dubitat de hoc auctor, & contrarium firmat, ſi adeſt ſtatutum Eccleſiæ ita diſponens, ibid. n. 11. & ſeqq.

Epiſcopus extra viſitationem procedens ad correctionem in figura Judicii tenetur adhibere conſilium, & aſſenſum duorum adjunctorum Capituli, diſcept. 16. n. 1.

Epiſcopus habet intentionem fundatam in Jure, ut ad eum ſpectet condere, & formare ſtatuta, ibid. n. 36, & 62.

Vide reliqua in verbo *Capitulum*.

Accuſatio, & diſpoſitio Epiſcoporum, ſicut quæſtio fidei, ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, non ad inferiores, ibid. n. 43.

Jus ſtatuendi quod Epiſcopi habent a Papa, a Jure communi, & Conciliis univerſalibus non eſt ſimplicis juriſdictionis, ſed meri imperii, & Juris monarchici, ibid. n. 56 & ſeqq.

In Synodo Diœceſana nullus eſt, qui habeat juriſdictionem niſi Epiſcopus, ibid. n. 58.

Epiſcopus habet jus eligendi, & providendi, ſeu deputandi Clericos in Eccleſiis etiam non numeratis, diſcept. 17. n. 11.

Et procedit tam in Eccleſiis Cathedralibus, quam in Collegiatis, & aliis inferioribus, ibid

Conſuetudo valet, ut Epiſcopus pro ſuo jucundo adventu creare poſſit Canonicum novum, cui ſtatim provideatur de portione in qualibet Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, quæ ſit numerata, non tamen habet Præbendas diſtinctas, ibid. n. 76.

Secus ſi ſint diſtinctæ Præbendæ, quia tunc non debent ei provideri de Præbenda, ſed expectabitur vacantia alicujus ex Præbendatis, ibid. n. 77.

Non poteſt tamen Epiſcopus creari hoc caſu Canonicum cum promiſſione Præbendæ vacaturæ, ſed ſimpliciter creare Canonicum, ibid. n. 78.

Qui Canonicus ſic creatus haberet ſtallum in choro, vocem in Capitulo, & diſtributiones quotidianas, & vacante deinde Præbenda ſibi deberetur tanquam Canonico, & ratione receptionis in Canonicum, ibidem num. 79.

Si tamen Epiſcopus crearet Canonicum cum promiſſione Præbendæ vacaturæ, ſeu futura ſucceſſione in Præbenda in effectu relata ad tempus vacationis, & collatio Canonicatus eſſet pura, teneret collatio Canonicatus, & vitiaretur futura ſucceſſio in Præbenda ibid. n. 80.

Sed nihilominus, vacante aliqua Præbenda, illa deberetur non ex vi promiſſionis, ſed de Jure Canonico jam recepto, ibid. n. 81.

Epiſcopo Burgi S. Sepulchri quomodo hodie ſubjecta ſit Abbatia S. Mariæ in Balneo. diſcept. 20. ante n. 1.

Epiſcopus concedendo omnimodam Juriſdictionem Abbati, reſervatis ſibi Pontificalibus tantum dicitur, ſe ſpoliaſſe omnibus iis, quæ ſunt juriſdictionis, & quorum Prælatus inferior eſt capax, ibid n. 3.

Pontificalia intelliguntur ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, & quorum non eſt capax Prælatus inferior, ibidem.

Epiſcopus quidquid non exceptuavit in inveſtitura facta Abbati, dicitur conceſſiſſe, ibid. n. 5.

Epiſcopus ſaltem de æquitate ad evitanda populi diſpendia, & incommoda tenetur in remotioribus partibus ſuæ Diœceſis deputare alias perſonas, quæ recipiant depoſitiones ſuper ſtatu libero, ibid. n. 7.

Obſervantia ultra centenariam ſufficit Prælato inferiori ad præſcribendum adverſus jura Epiſcopi, ibid. num. 8.

Abbas Jure Vicarie Epiſcopi exercere poteſt etiam ſpectantia privative ad Epiſcopum, ibid. n. 11.

Abbas dare poteſt teſtimoniales de vita, & moribus eorum, qui illi ſubjiciuntur in criminalibus, ſaltem cumulative cum Epiſcopo, ibid. n. 12.

Non tamen ſufficiunt, ſed requiruntur etiam illæ Epiſcopi, ibid. n. 18.

Regulares eo ipſo quod deputantur ab eorum Superioribus ad excipiendas confeſſiones ſecularium, & ab Epiſcopo approbantur, poſſunt indiſtincte audire confeſſiones cujuslibet fidelis ex privilegiis Apoſtolicis, etiam invito Epiſcopo, ibid. n. 16.

Lis inter Epiſcopum. & patronos non ſufficit, ut dicatur beneficium litigioſum, maxime ad effectum inducendi reſervationem vigore *cap. 1. & 2. ut lit. pend. in 6.* diſcept. 4. n. 60.

Collatio beneficii de Jurepatronatus libere facta per Epiſcopum jure ordinario, & originario, valet, ibid. num. 90.

Et patrono non reclamante intra tempus, datum, ad præſentandum ſuſtinetur, ibid.

Fortius ſi poſtea patronus conſentiat, ibid.

Epiſcopus ſi, uti ceſſionarius patronorum, conferat, poteſt proviſionem unico actu expedire, nec eſt neceſſe, quod prius coram Vicario præſentet, & poſtea inſtituat, ibidem n. 108.

Univerſitas laicorum nequit transferre in extraneum Juspatronatus abſque conſenſu Epiſcopi, diſcept. 13. n. 34. & 46.

Poteſt tamen conſecutive, aggregando illum in Concilium, quia talis aggregatio operatur, ut debeat præſentare, ibid.

Vide *Juspatronatus*.

Proprius Monaſterii Prælatus eſt Abbas, non autem Epiſcopus, diſcept. 20. n. 24. & 28.

Loca Abbatiæ non ſunt propriæ juriſdictionis ordinariæ Epiſcopi, ſi ſint cumulative ſubjecta ordinariæ juriſdictioni Abbatis, ibid. n. 20.

Declara, ut ſint in illis cauſis, quas cognoſcit Epiſcopus, ibid. n. 18.

Abbas poteſt ſe intitulare Ordinarium Judicem eorum locorum, in quibus habet juriſdictionem ordinariam etiam cumulative cum Epiſcopo, ibid. n. 21.

Stante cumulativa non datur appellatio ab uno ad alium Judicem tanquam ad parem, ibid. n. 22.

Limita, ſi Abbas habeat juriſdictionem jure delegato, quia tunc ab ipſo ad Epiſcopum daretur appellatio, ibidem.

In Eccleſiis locorum Regularium ſi exerceatur cura animarum perſonarum ſecularium, Epiſcopus non habet juriſdictionem ordinariam, niſi quoad ea quæ dictam curam, & adminiſtrationem Sacramentorum concernunt, ibid. n. 22.

In aliis vero actibus & in ceteris Eccleſiis Regularium non Curatis, nullam juriſdictionem habet quam ordinariam, ibid. n. 24.

Dare licentiam ut perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint ſe ſubjicere examini in foro laicali non eſt ſolius Epiſcopi privative, ſed cujuſcunque Judicis Eccleſiaſtici habentis Juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, ibid. num. 25.

Abbas pro Parochiis Monaſterio annexis poteſt deputare Vicarium ſine alia approbatione Epiſcopi, ibid. num. 27.

Abbas non eſt capax eorum, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, ibid. n. 29.

Epiſcopus transferens aliquam Eccleſiam in Abbatem pleno jure, non dicitur transferre quæ ſunt ordinis, ibidem.

Secus ſi illam transferat pleno jure in alium Epiſcopum, ibidem.

Epiſcopus concedens Eccleſiam alicui Archidiacono ſitam intra limites Archidiaconatus, in qua idem Archidiaconus nullum jus vel uſum habebat, cenſetur tanquam Archidiacono ſubjeciſſe, ibid. n. 30.

Epiſcopus donans Eccleſiam Monaſterio exempto cum capellis habitis, & habendis, donaſſe cenſetur, ut ſit exempta, non autem quoad proventus temporales ipſius Epiſcopi, ibid.

Inſtitutio authorizabilis non tranſit in Prælatum inferiorem ex conceſſione Epiſcopi quantumvis generali, ibid. n. 31.

Amplia, etiamſi Papa eam eximat ab Epiſcopo, & concedat Prælato inferiori, ibid.

Si tamen conceſſio fiat pleno jure, manet penes inferiorem non jure proprio, ſed Vicario Epiſcopi, ibid.

Declara requiri ad hoc Papæ conſenſus, alia talis conceſſio non valeret, ibid.

Epiſcopus poteſt quos judicaverit aſſumere ad Ordines, nec tenetur allegare cauſam reſervationis, diſcept. 21. n. 23.

Tenetur reddere cauſam denegationis Ordinum, quando ab ea ſit recurſus ad Sacram Congregationem Concilii, ibid.

In dubio tamen ſuſtinetur judicium Epiſcopi, ibid.

Epiſcopus licet ex propria culpa ſit ſuſpenſus, tamen habetur pro legitime impedito, nec imputatur de negligentia, diſcept. 34. n. 21.

Eccleſiam Aquiſgranen. non eſſe exemptam a Juriſdictione Epiſcopi Leodien. ex pluribus arguitur, diſcept. 24. n. 41. & ſeqq.

Confirmatio electionum facta ab Epiſcopo excludit prætenſam exemptionem Eccleſiæ, ibidem numer. 42. & 43.

Confirmatio per Epiſcopum præſumitur facta jure ordinario, non autem ſpeciali, & extraordinario, niſi contrarium oſtendatur, ibid. n. 42.

Etiamſi confirmatio ſpectet ad Epiſcopum jure ſpeciali, ad ipſum tamen devolutio pertinet, & non ad Papam, ibid. n. 44.

Exce-

Exceptio, quod electio non fuerit Epiſcopo præſentata, non relevat, ſi Capitulum requiſitum exibere recuſavit, quia tunc omnia cenſentur legitime, & perfecte facta, diſcept. 4. n. 113.

Vide *Electio*.

Epiſcopus procedens uti executor Papæ in erectione beneficii etiamſi habeat facultatem omnia, & ſingula faciendi prout ſibi videbitur, non poteſt ſibi reſervare jus conferendi ad excluſionem reſervationis regulæ 4. niſi de hoc ſpecialis mentio fiat in commiſſione, diſcept. 25. n. 32. & 33.

Epiſcopus ſi habet a Papa facultatem reſervandi collationem beneficii Capitulo, non poteſt illam ſibi, & ſucceſſoribus reſervare, ibid. n. 33.

Prima collatio facta ab Epiſcopo in erectione Collegiatæ in executionem Bullæ non deſervit pro obſervantia contra reſervationes Apoſtolicas, ibid. n. 37.

Nec aliæ collationes factæ vigore indulti Apoſtolici, ibid.

Nec aliæ, quæ non fuerunt pacificæ, ibid.

Epiſcopus ſi ſit ſuſpectus, deputatur alius in locum ejus ad faciendum concurſum, & præeligendum, diſcept. 23. n. 21.

Epiſcopus poteſt in Collegiata conſtituere novos Canonicatus, diſcept. 8. n. 2.

Limita, ſi Eccleſia habitu tantum, & non actu ſit Collegiata, ibid. n. 3.

Declara, ut debeat prius illi teſtituere actualem Collegialitatem, & quomodo, ibid. n. 8.

Epiſcopus duarum Cathedralium ſimul unitarum a qua debeat prænominari, diſcept. 9. per tot.

Eccleſia Hadrien. habet privilegium, ut Epiſcopus dum in ea reſidet, eam præferat in ſcripturis, e contra præferat Eccleſiam Pennen. quando in ea moratur, ibid. n. 2.

Eccleſiæ ſimpliciter, æque principaliter unitæ cenſentur inter ſe diſtinctæ, & earum Epiſcopus licet unicus repræſentat duplicem perſonam, ibidem numero 5.

Unionem ſimpliciter æque principaliter factam indicat, ſi Papa voluit Epiſcopum ab utraque Eccleſia denominari, ibid. n. 4.

Epiſcopus Cathedralium ſimpliciter æque principaliter unitarum prænominari debet ab Eccleſia digniori, ibid. n. 6. & ſeqq.

Item reſidere debet in Eccleſia digniori, ibidem numer. 7.

Et dignior dicitur habens dignitatem antiquiorem, ibid. num. 8.

De natu unionis æque principalis eſt concedere alternativam inter utranque Eccleſiam circa actus, & functiones Epiſcopales, quando adeſt diſcordia inter Eccleſias; ſecus quoad prænominationem, ibidem numer. 11.

Argumentum non valet ab actibus Epiſcopalibus ad electionem, ſeu proviſionem Apoſtolicam circa alternativam, ibid. n. 16. 48. 56. & ſeqq.

Cathedrales unitæ ſi ſint pares, & una non ſit dignior altera, denominatio ſumitur ab ea, in qua reperitur, & reſcribit Epiſcopus, ibid. n. 12.

Secus de jure ſi altera ſit dignior, ibid. n. 49.

Cum eadem diſtinctione proceditur, quando reperitur, & reſcribit in loco tertio, ibid. n. 49.

Reliqua vide in verbo, *Cathedralis*, *Prænominatio*, *Alternativa*.

Epiſcopus poſt electionem ſtatim conſequitur ea omnia, quæ ſunt Juriſdictionis, diſcept. 22. numero 9. & 33.

Et poteſt de jure communi conferre beneficia etiam nondum capta Eccleſiæ poſſeſſione, ibid.

Diſpoſitio juris communis concedens Epiſcopis adminiſtrationem Eccleſiæ ſtatim poſt electionem fuit correcta a Bonifacio VIII. in extrav. Injunctæ de elect. inter commun. & quare, ibid. n. 10. & 34.

Vigore *dicta extrav.* interdicitur Epiſcopis adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, antequam literas ſuarum proviſionum Capitulo oſtenderint, ibid.

Regula ſecunda Cancellariæ reſervat beneficia vacantia, ſede Epiſcopali vacante, non ſolum uſque ad proviſionem ſucceſſorum, ſed etiam uſque ad pacificam Eccleſiæ poſſeſſionem ab eis adeptam, ibidem num. 1. & 32.

Vide *Regula*.

Diſpoſitio *extrav. Injunctæ* non includit Epiſcopos Cardinales, & de ratione, ibidem numer. 12. 13. 18. & ſeqq. & n. 35.

Cardinales de Epiſcopatibus proviſi ſunt immunes a taxis ſolvi conſuetis pro expeditionibus, ibidem num. 12. & 13.

Cardinales non veniunt nomine Epiſcoporum, & Ordinariorum in odioſis, ibid. n. 32.

Vide plura ſub verbo *Cardinales*.

Facta proviſione Epiſcopatus, vel tranſlatione in Conſiſtorio Summi Pontificis, ſtatim ceſſat juriſdictio proviſi quoad primum Epiſcopatum, & Eccleſia vacat ipſo jure, ibid. n. 26.

Reſervari non poteſt inſtitutio Epiſcopo & alteri inferiori, puta Abbati, & Præpoſito, Archidiacono, & ſimilibus, diſcept. 25. n. 12.

Lex Fundatoris reſervans jus inſtituendi Epiſcopo ſimul, & Capitulo eſt contraria Concilio Tridentino, ibid.

Interpretari tamen debet modo licito, ut nempe inſtitutio ſpectet ad Epiſcopum, cum conſilio, vel potius cum conſenſu Capituli, ibid.

Conditio, quod inſtitutio in beneficio Eccleſiaſtico pertineat non ad Epiſcopum, ſed ad Prælatum inferiorem, eſt contra Sanctiones Concilii Tridentini, ibid. num. 10.

Et non poteſt apponi in fundationibus poſt dictum Concilium, quidquid ſecus ante, ibid.

Et ſi apponatur, vitiatur, & Epiſcopus ſe intromittit, non obſtante pœna revocationis bonorum, & applicationis in alios uſus, ibid. n. 11.

Poteſt tamen, & ſæpe ſolet, ſed non ſemper admitti dicta conditio per Summum Pontificem, ibidem numer. 11.

Cautela per teſtatorem ſervanda ad effectum excludendi reſervationes in fundatione beneficii, nec non reſervandi inſtitutionem inferiori Prælato privative ad Epiſcopum, ibid.

Teſtator mandans erigi Capellaniam perpetuam cum dote, & onere Miſſarum, reſervando hæredi jus præſentandi Clericum, & inſtitutionem inferiori excluſive ad Epiſcopum dicitur velle eam Eccleſiaſticam, non laicalem, ibid. n. 12.

Et talis excluſio Ordinarii dicitur tranſlativa ab Epiſcopo in inferiorem ejus loco ſubrogatum, ibid. numer. 12.

Erectio tamen facienda eſſet ab Epiſcopo in hac parte non excluſo, ibid.

Inſtitutio debet reſervari Epiſcopo, & non alteri inferiori, non obſtante contraria lege fundationis, ſi fiat poſt Concilium Tridentinum; ſecus ante Concilium, diſcept. 52. n. 42.

Limita, ſi Papa etiam poſt Concilium talem legem approbaret, ibid. n. 42.

Inſtitutio etiam poſt Concilium reſervari poteſt Prælato inferiori habenti juriſdictionem ordinariam cum omnimoda exemptione ab Epiſcopo, ibid.

Epiſcopi circa reſervationes Juriſpatronatus ex juſtitia habent eandem poteſtatem, ac Papa, excepto jure præſentandi in Conventuali principalem Prælaturam, ibid. n. 25.

Clauſula derogatoria Indultis Epiſcoporum pro tempore Cardinalium, etiamſi beneficia vacaverint in menſe reſervato, ſonat in privilegium, ibid. n. 28.

Epiſcopus approbans reſervationem Juriſpatronatus favore laici, quando beneficium eſt fundatum de bonis Eccleſiæ, peccat, & nulliter procedit, diſcept. 25. n. 18. & 22.

Itaut hujuſmodi reſervatio favore laici ſit nulla uſque ab initio, ibid. n. 18.

Alternativa datur in prænominatione Epiſcopi Eccleſiarum Vaden. & Urbanien. diſcept. 9. n. 10.

Epiſcopus Sutrinus, & Nepeſinus denominatur a digniori, ibid. n. 11.

Item Epiſcopus Viterbien. & Tuſcanen. ibidem n. 16.

Actus electionis ſpectans ad Canonicos nihil commune habet cum pertinentibus ad Epiſcopum, ibidem numer. 15.

Argumentum non valet ab actibus Epiſcopalibus ad electionem ſeu proviſionem Apoſtolicam circa alternativam, ibid. n. 16. 48. 56. & ſeqq.

Epiſcopus prohibere non poteſt Parochis confeſſiones alienorum Parochianorum audire, ſi Parochi, quorum intereſt, non reclamant, diſcept. 20. n. 19.

Et ſufficit ad hoc etiam tacitus conſenſus aliorum Parochorum, ibid.

Epiſcopus etiam Cardinalis non poteſt reſervare penſionem perpetuam, niſi agatur de cauſa reſpiciente utilitatem Eccleſiæ, diſcept. 30. n. 2.

Limita, in caſu concordiæ, ibid.

Et circa juſtificationem cauſæ non ſtatur aſſertioni Epiſcopi etiam Cardinalis, ſed aliunde probanda eſt, ibid. n. 3.

In Parochialibus affectis, & reſervatis, ubi ad Papam ſpectat conferre, & ad Epiſcopum concurſum inſtituere, Epiſcopus eligit, non Papa, diſcept. 31. numer. 7.

Et poteſt Epiſcopus hoc caſu inter plures æque idoneos unum gratificare, ibid.

Et Papa non poteſt præterire electionem, ſeu gratificationem Epiſcopi, ibid.

Contrarium, quod licet ex ſtylo Papa regulariter conferat prælecto ab Epiſcopo, non tamen ad id arctetur, & poſ-

& poſſit conferre oppoſitori, ſi illum digniorem, & præferendum exiſtimet, ibid.
Epiſcopus pro exigendo Cathedratico habet intentionem fundatam in aſſiſtentia juris, diſcept. 37. num. 9.
Vide *Cathedraticum*, *Diœceſis*,
Jura Epiſcopalia non ſunt impoſitiones, ſed Sacrorum Canonum leges perpetuæ, & juris communis diſpoſitiones, ibid. n. 3.
Non præſumitur in aliqua diſpoſitione ſublatum fuiſſe Epiſcopo jus Diœceſanum, propter monſtruoſitatem, quod Eccleſia ſita in Diœceſi remaneat ſine ſubjectione, ibid, n. 7.
S. R. E. Cardinales non ſunt exempti a juribus Epiſcopi, ibid. n. 12.
Epiſcopus ex diſpoſitione Concilii Tridentini non poteſt in viſitatione quicquam procurationis cauſa, aut alio quovis nomine exigere præter id, quod debetur de jure ex relictis piis, ibid. n. 9.
Conſenſus Epiſcopi, & aliorum intereſſe habentium in fundatione Conventus ſufficit, quod intervenias etiam tacite, diſcept. 36. n. 8. & quando dicatur tacite interveniſſe, ibid.
Curati licentiati a jure ex cauſis legitimis expectare debent judicium Epiſcoporum ſuorum ſuper neceſſitate, & qualitate earundem cauſarum, diſcept. 37. n. 3.
Et in caſu impotentiæ petendi licentiam, cum primum potuerunt, debent Epiſcopos ſuos de abſentia, & cauſis facere certiores, & ceſſantes inciperent eſſe in culpa, ibid.
Onus prædicandi de jure pertinet ad Epiſcopum, licet ex conſuetudine univerſali per alium expleatur, diſcept. 40. n. 1.
In exercitio Epiſcopatus, & aliorum officiorum juriſdictionalium aliquando melius ſe gerunt, qui antea criminoſi fuere, quam innocentes, qui elati quandoque degenerant, diſcept. 41. n. 2.
Epiſcopus an diſpenſare poſſit ad duo beneficia ſub eodem tecto, diſcept. 42. n. 1. & ſeqq.
Vide *Beneficium quoad Incompatibilitatem*, *Diſpenſatio*.
Circulus ad formam cerimonialis *lib. 1. cap. 20.* fieri non poteſt niſi proprio Epiſcopo, diſcept. 44. n. 2.
Epiſcopus una cum Canonicis format unum corpus, cujus Canonici ſunt membra, Epiſcopus vero caput, ibid, n. 2.
Solus Epiſcopus, ſeu Prælatus habens territorium proprium cum juriſdictione quaſi Epiſcopali eſt caput principale; ſecus vero Prælatus Collegiatæ ſubjectus Epiſcopo, ibid. n. 4.
Abbatibus etiam habentibus uſum Pontificalium cum Baldachino prohibetur habere aſſiſtentiam Paratorum in ſedibus choralibus more Canonicorum Epiſcopo aſſiſtentium, ibid, num. 6.
Inter Epiſcopum, & Abbatem pontificaliter celebrantem debet eſſe differentia, diſcept. 44. n 6.
Abbates pontificaliter celebrantes debent uti apparatu differenti, & minori eo, qui ab Epiſcopis adhibetur, diſcept. 44. n. 7.
Declara, niſi concurrat ſpeciale privilegium peragendi functiones Pontificales cum toto apparatu more Epiſcoporum, diſcept. 44. n. 8.
Clericus nulliter ordinatus ab alieno Epiſcopo non eſt incapax beneficiorum, ibid. n. 6.
Contrarium, reprobatur Cardinalis de Luca, ibid. n. 6. & ſeqq.
Epiſcopus ſepeliri debet in ſua Cathedrali, quamvis decedat extra ſuam Diœceſim, diſcept. 52. n. 20.
Qualitas ſponſi in Epiſcopo non eſt principalis ratio, quare in ſua Eccleſia debeat ſepeliri, ibid. n. 27.
Legatum factum anteceſſori Epiſcopo debetur ſucceſſori, ibid. n. 10.
Secus ſi ſit factum anteceſſori Vicario Epiſcopi, ibid.
Parochi de ſtylo, & de jure nequeunt facere denunciationes pro matrimonio inæquali filiifamilias, ob timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, ſed debent expectare reſponſum Epiſcopi vel ejus Vicarii diſcept. 52. n. 91.
Capitulum generale Carthuſienſium uſque ab initio congregari cœpit Ordinem moderando abſque Epiſcoporum interventu, & nulla ab eis exercita juriſdictione, n. 25. V.
Monachi olim ſubjecti erant auctoritati Epiſcoporum, n. 24. V.
Oecumenica Synodus in ſedes Epiſcoporum a ſe degradatorum, & in Cathedras apud ſe morientium ſolebant per ſuum Præſidem alios conſecrare, n. 17. V.
Solis Epiſcopis ob excellentiam eorum dignitatis permiſſum eſt in Eccleſiis ſuæ diœceſis erigere thronum ſeu Baldachinum, diſcep. 43. n. 5.
In Parochialibus reſervatis non intrat reſervatio quoad prælectionem Epiſcopi, ſed ſolum quoad collationem, diſcept. 27. n. 18. in fine.

Epiſtola,

Ex Epiſtolis amatoriis miſſis ad ſponſum abſente eo, qui metum incutere prætenditur, excluditur metus in ſponſa, diſcept. 32. n. 19.

Æqualitas,

Eccleſia Inferior, & ſubdita in Cathedralem erecta conſtituitur in gradu æqualitatis cum ſua Cathedrali, ſublata penitus omni reliquia ſubjectionis, diſcept. 9. n. 37. & 38.
Declara, ut, ibid. n. 44.
Prænominatio repugnat inter æquales ſive de jure nativo ſint tales, ſive de jure æquiparativo, ibidem n. 37.
In unione æque principaliter facta attribuitur rei adæquatæ quidquid plus eſt in re, ad quam fit adæquatio, ibid. n. 38. & ſeqq.
Declara, ſi non ſit unio æque principalis ſimpliciter reſpectu unius tantum capitis, ſed ut unicum corpus eſt formetur eodem jure cenſendum, ibid.

Æquiparatio.

In æquiparatis idem ferendum judicium, diſcept. 1. n. 73. in fine.
Vide ſupra *Æqualitas*.

Æquipollens.

Expreſſi & æquipollentis eadem eſt virtus, diſcept. 1. num. 15.
Non datur tacitum taciti, & æquipollens æquipollentis, ibid. n. 28.
Erectio. Vide etiam *Fundatio*.
Si fundator in erectione beneficii reſervet Juſpatronatus favore extraneis, iſte ſolus erit patronus, & non hæredes teſtatoris, diſcept. 4. n. 68.
Declara procedere poſt obitum fundatoris, quia ipſe dum vivit non intelligitur excluſus, ibid.
Conſilium 4. Calderini declaratur procedere, quando fundator non ſolum extraneo, ſed etiam ſibi Juſpatronatus reſervavit, ibid. n. 66 & ſeqq.
Voluntas teſtatoris declarari poteſt ex facto executoris in acto erectionis beneficii, diſcept. 7. n. 5.
Erectio beneficio pro conſanguineis ſuis, & conjugis non datur prælatio ex ordine ſcripturæ inter unam, & alteram lineam, quia cenſentur redactæ in unam, ſed attenditur ſola prælatio proximitatis, ibidem, numero 3.
Idem ſi fundatum ſit pro illis *de genere meo*, *& matris meæ*, ibid.
Limita in paritate gradus, quando conſtat fuiſſe conſideratum ordinem tacitum, & ſubintellectum, ibidem num. 4.
Maritus fundans pro conſanguineis ſuis, & uxoris cenſetur conſideraſſe ordinem tacitum, & ſubintellectum ratione majoris affectionis erga ſuos, ibid.
Regula 8. hodie 9. Cancellariæ derogat contrariis privilegiis etiam in limine erectionis conceſſis per Papam, diſcept. 25. n. 6. in fine.
Regula 15. Cancellariæ loquitur ſolum de beneficiis reſervatis, & ideo non intrat in conceſſione facta ante erectionem, & in limine erectionis effectuatam, quia talia beneficia nunquam fuerunt reſervata, ibidem numer. 6.
Teſtator mandans erigi Capellaniam perpetuam cum dote, & onere Miſſarum reſervando hæredi jus præſentandi Clericum, & inſtitutionem inferiori excluſive ad Epiſcopum, dicitur velle eam Eccleſiaſticam, non laicalem, ibid. n. 12.
Poſſeſſio juris præſentandi penes laicos arguit indubitatam beneficii erectionem de bonis prophanis, ibidem n. 19. 20. & 45.
Epiſcopus procedens uti executor Papæ in erectione beneficii, etiamſi habeat facultatem omnia, & ſingula faciendi prout ſibi videbitur, non poteſt ſibi reſervare jus conferendi ad excluſionem reſervationis Regulæ 4. niſi de hac ſpecialis mentio fiat in commiſſione, n. 32. & 33.
Prima collatio facta ab Epiſcopo in erectione Collegiatæ in executionem Bullæ non deſervit pro obſervantia contra reſervationes Apoſtolicas, ibid. n. 38.
Erecta Eccleſia patronata in Collegiatam, patronus amittit jus præſentandi quoad primam dignitatem, firmo tamen remanente dicto jure quoad reliqua beneficia de Collegio, ibid. n 36.
Parochialem erigere in Collegiatam poteſt ſolus Papa, diſcept. 8. n. 7.
Collegialitas probari poteſt duobus modis, vel per Bullam erectionis, vel per ſigna, argumenta, & conjecturas, ibid. n. 9.

Bulla

Digitized by Google

Bulla erectionis probatur in antiquis ex teſtimonio hiſtoricorum, ibid. n. 10. & ſeqq.

Maxime, quando hiſtorici narrant circumſtantias particulares dictæ erectionis, ibid. n. 11.

Diſtincta narratio circumſtantiarum fidem auget hiſtoricis, ibid. n. 12.

Item, quando hiſtorici etiam in aliis libris inconcuſſe faciunt mentionem de Collegialitate, ibid. n. 25.

Item, quando etiam ab aliis hiſtoricis fit mentio de dicta Collegialitate, ibid.

Enunciativæ ſufficiunt in hac materia, ibid.

Eccleſia inferior & ſubdita in Cathedralem erecta conſtituitur in gradu æqualitatis cum ſua Cathedrali, ſublata penitus omni reliquia ſubjectionis, diſcept. 9. n. 37. & 38.

Declara, ut, ibid. n. 44.

Collegiata Eccleſia S. Ægidii Civitatis Cremonen. quando, & a quibus erecta, diſcept. 8. n. 1.

Vaden. & Urbanien. Cathedralium erectio ab Urbano VIII. diſcept. 9. n. 76.

Caſtrum Durantis dum in Civitatem, & Cathedralem erectum eſt aſſumpſit nomen Urbaniæ ab Urbano VIII. ibidem.

Breve Gregorii XIII. cum relatione Bullæ erectionis, & prærogativis Capituli Pennen. ibid. n. 83.

Si duæ Eccleſiæ inferiores de novo in Cathedrales eriguntur, & unico contextu uniuntur, fit locus alternativæ prænominationi, ibid. n. 36.

Si una Eccleſia erat jam Cathedralis, altera vero de novo in Cathedralem erigitur, & ſimul uniuntur, eſt locus alternativæ prænominationi, ibid. n. 37.

Contrarium, ibid. n. 44. & ſeqq.

Eccleſia matrix perdit matricitatem, ſi inferior Eccleſia in Collegiatam erigatur, ibid. n. 44.

Eccleſia inferior ſi in Cathedralem erigatur, amittit ſubjectionem reſpectu Cathedralis, cui prius ſubdebatur, ibid.

Remanet tamen honor reverentialis in memoriam priſtinæ ſubjectionis tribuens antiquæ Cathedrali prælationem in competentiis earum privatis, ut prænominationem, præcedentiam in proceſſionibus, in Synodis, & ſimilibus, ibid.

Obſervantia declarat legem erectionis Vicariæ diſcept. 27. n. 22. & 21.

Præſertim illa, quæ oritur ex facto Papæ erigentis, & primi Commendatarii; qui erectioni conſenſit, ibid num. 13.

Fundator in erectione Capellaniæ cum onere Miſſarum dicitur aſſignare omnes reditus pro Miſſis, diſcept. 40. num. 5.

Et licet titularis alteri, per quem celebrare facit, ſolvat minus, & reſiduum ſibi applicet, tamen illud reſiduum non deſinit eſſe ſtipendium Miſſarum, ibid.

Beneficium ſi pro Miſſis celebrandis fuit erectum, ſtipendium earum eſt proventus beneficii, ibid.

Vide *Capellania*.

Error.

Si error eſt clarus in decreto Conciſtoriali, correctio fieri poteſt a miniſtro abſque participatione R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, diſcept. 9. n. 31.

Vide *Correctio*.

Ultimus ſtatus præſentanti non ſuffragatur etiam intra limites meri poſſeſſorii, quando habet in ventre expreſſum errorem tituli nulli, & vitioſi, & præſentatus ab eo rejici debet, diſcept. 28. n. 7.

Amplia, etiamſi error ſeu vitium requireret altiorem indaginem, ibid.

Declara procedere, ſi verus, patronus opponat re integra ante inſtitutionem dicti præſentati; ſecus ſi opponat poſt inſtitutionem, tunc enim non removetur, non obſtante mala fide poſſeſſoris, ibid n. 7.

Subdeclara, ut, ſtante mala fide poſſeſſoris, poſſit inſtitutum repræſentare verus patronus, ibid.

Error circa qualitatem corporis, vel fortunæ, ſeu divitiarum, & nobilitatis non vitiat matrimonium, diſcept. 52. n. 37.

Limita, quando illa qualitas fuit appoſita per viam conditionis, ibid.

Amplia limitationem, etiamſi conditio non fuerit expreſſa in actu matrimonii coram Parocho, & teſtibus ſed ſufficit quod præceſſerit, ibid. n. 38.

Eſſe.

Paria ſunt in jure non eſſe, & non apparere, diſcept. 8. n. 3.

Paria ſunt non eſſe, & nulliter eſſe, diſcept. 47. n. 16.

Et Vide *Copula*.

Ætas.

Diſpenſatio Papæ ſuper ætate paſſim conceditur in beneficiis de Jurepatronatus, etiam exiſtentibus in ætate novem vel decem annorum ex cauſa rationabili, diſcept. 13 n. 42.

Cauſa rationabilis ad hunc effectum reputatur, ſi ſit ex compatronis, vel de ſanguine fundatoris vel de conſanguineis patronorum, ibid.

In Capellanis mere laicali cum onere Miſſarum non attenditur major ætas, & proximior ad Sacerdotium, diſcept. 20. n. 16.

Nec in ea requiritur ætas Conciliaris annorum quatuordecim, ibid.

Major ætas an ſemper attendatur ad qualificandam majorem idoneitatem, ibid.

Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia, ut reſignatarius poſſit complere ætatem ad beneficium requiſitam, diſcept. 5. n. 57.

Frater ætate minor præſumitur inhabilis ad valide minandum, & minas exequendum erga ſororem ætate majorem, diſcept. 31. n. 14.

Indultum abſentandi cauſa ſtudii non eſt concedendum majoribus 25. annorum, diſcept. 37. n. 17.

Et conceſſum ad triennium habenti ætatem 24. annorum expirat poſt annum, expleta ætate annorum 25. ibid.

Ethnici.

Etiam ethnici erubeſcunt palam coire, diſcept. 52. n. 12.

Evangelium.

Qui laborant, de Evangelio vivant, & qui Altari ſerviunt, de Altari edant, diſcept. 44. n. 83.

Eventus.

Quæ poſſunt pendere ab incerto eventu deſervire nequeunt pro faciendo illationem certam, diſcept. 9. num 17.

Collatio facta per Papam vel Ordinarium, termino ad præſentandum durante, pendet ab eventu, & valet, ſi patroni non reclament, vel in termino non eligant, diſcept. 4. n. 43.

Vide *Juſpatronatus*.

Eventus peſſimi fraudum quæ concurrunt in matrimonio cum ſtuprata contracto, metu parentum minitantium, diſcept. 52. n. 65. & ſeqq.

Eugubium.

Canonici Cathedralis Eccleſiæ Eugubinæ habent jus eligendi ad Canonicatus in ea vacantes, quatenus nulla adſit reſervatio, diſcept. 4. n. 103.

Exactio.

Non eſt tempus exactionis, quod dat jus, ſed tempus, quo actiones ſunt redactæ, diſcept. 51. n 6

Munera jam debita intelliguntur etiam exacta quantum ad effectum juris, licet non exacta de facto, ibid.

Donatario jus acquiritur ſtatim poſt factam donationem, non autem poſt eam exactam, ſeu effectuatam, ibid. n. 7.

Examen, *Examinator*.

Reprobato ab examinatoribus Synodalibus datur appellatio de jure, diſcept. 13. n. 2. & 49.

Reprobato ab examinatoribus datur appellatio, etiamſi non conſtet de gravamine, ibid. n. 51.

Proviſo per Summum Pontificem in forma dignum reprobato ab examinatoribus Synodalibus, ab iſtorum reprobatione, & mala relatione datur appellatio, ſeu recurſus. ibid n. 3. & 49.

Et novum examen conceditur, ibid.

Præſentato a patronis laicis, & reprobato ab examinatoribus Synodalibus datur appellatio ad utrumque effectum, ibid. n. 4. & 49.

Non cognoſcitur ex uno examine, an quis revera ſit doctus, vel indoctus, ibid. n. 6. & 51.

Viris etiam doctiſſimis ſæpiſſime ſucceſſit mente deperdi, & alienari in illo inſtanti, quo interrogantur, ibid. n. 6. & 50.

Reprobato datur appellatio, quando conſtat de gravamine, & mala relatione examinatorum, ibid. n. 5.

Injuſtitia reprobationis dignoſcitur ex interrogationibus & reſponſionibus, ibid.

Si reprobatus fuerat antea ad beneficia curata approbatus, relatio examinatorum redditur totaliter ſuſpecta, & datur appellatio, ibid. n. 5. & 50.

Minor ſcientia requiritur in Parocho, qui non adminiſtrat ſolus, ſed ab aliis in exercitio curæ coadjuvatur, quam in eo qui tenetur omnia de per ſe exercere, ib. n. 7.

Utrum major, vel minor ſcientia requiratur, regulariter in arbitrio Judicis reſidet, ibid.

Reprobato ab examinatoribus Synodalibus concedi

, poteſt novum examen ex gratia, ibidem numero 8.

Gratia admiſſionis ad novum examen, quando de jure competebat recurſus a reprobatione examinatorum, dicitur emanata per viam juſtitiæ, ibid. n. 11.

Et non dicitur inferre præjudicium ei, qui proviſionem obtinuit ob inhabilitatem reprobati, ibid. n. 11.

Secus ſi de jure non debebatur appellatio vel recurſus, ibid.

Proviſo ex capite inhabilitatis reprobato nullum jus quæritur, donec conſtet de inhabilitate ex novo examine, ibid. n. 11. 12. & 51.

Trinum examen requiritur ad canonizandam inhabilitatem proviſi, ibid. n. 11.

Examinatores reſpondendo *redeat* non dicuntur reprobaſſe, ibid. n. 13.

Declara, niſi conſtet ita reſpondiſſe ob inhabilitatem examinati, ut redire poſſit melius edoctus ibidem numer. 13.

Proviſus in forma dignum habet jus quæſitum ex ſua proviſione, ibid. n. 14.

Maxime, ſi fuit præſentatus per majorem partem patronorum, & non concurrat alius habens jus coæqualis præſentationis, ibid.

Et tale jus ei non tollitur, niſi ejus inhabilitas canonizata remaneat per plures reprobationes conſtituentes rem judicatam, & ulteriorem recurſum non admittentes, ibid.

Et aliquando admittitur etiam ad quartum examen, ibid. n. 12. & 51.

Ad excluſionem novi examinis requiritur, quod effluxerit annus a die reprobationis, ibid. n. 15.

Admittitur etiam poſt annum, quando impedimenta novo examini præſtitit oppoſitor, ibid. n. 16.

Ex impedimentis novo examini præſtitis dignoſcitur mala fides oppoſitoris, ibid.

Admiſſus ad novum debet examinari coram aliis examinatoribus quam Synodalibus, qui illum reprobarunt, ibid. n. 17. & 19.

Examinatores Synodales poſſunt ex cauſa ſuſpecti allegari, ibid. n. 17.

Et cauſa ſufficiens eſt, quod ſemel reprobarunt, ibid. num. 18.

Non eſt redeundum pro novo examine ad eos examinatores, a quorum mala relatione fuit appellatum, ibidem n. 18 & 53.

Amplia, ut procedat non ſolum quoad examinatores Ordinarii, ſed etiam quoad examinatores Synodales orbis, ibid. n. 19. & ſeqq.

Poteſt fieri deputatio aliorum examinatorum etiam ad certum actum unius examinis in locum deficientium aut ſuſpectorum, ibid. n. 20.

Et ſic deputati dicuntur etiam Synodales, ut illi, in quorum locum ſubrogantur, ibid. n. 21.

Epiſcopus ſi ſit ſuſpectus, deputatur alius in locum ejus ad faciendum concurſum, & præeligendum, ibid.

Rota ad novum examen faciendum poteſt deputare quos vult, ſive examinatores Synodales Ordinarii, aut alterius Epiſcopi vicinioris, ſive R. P. D. Vicesgerentem, aut aliquem ex Generalibus Religionum, aut ex ipſis Rotæ Auditoribus, ibid. n. 22.

Oppoſitoris intereſſe non tangit, quod novum examen reprobato conceſſum fiat coram eiſdem vel aliis examinatoribus, ibid. n. 24.

Novum examen reprobato conceſſum eo magis auferendum eſt ab examinatoribus, qui reprobarunt, ſi inſtat oppoſitor, ut omnino fiat coram eiſdem, ibid.

Circa gravamen ab examinatoribus illatum Rota detulit juramento ipſius gravati fide digni, ibid. n. 28.

Novum examen eſt optimus modus probandi ſcientiam rejecti, & gravamen ab examinatoribus illatum, ibid. num. 49.

Novum examen concedi non debet poſt jus quæſitum collitiganti, quia interim potuit rejectus ſtudere, & doctior evadere, ibid. n. 51.

Ceſſat dicta præſumptio, ſi rejectus jam antea fuerat ad idem beneficium approbatus, ibid. n. 52.

Item ceſſat ex brevitate temporis paucorum menſium, ibid.

Item ceſſat, ſi incontinenti poſt reprobationem inſterit pro novo examine, & collitigans ſe oppoſuit, ibid.

Non facta vel non concluſa electione in termino ſemeſtris ad Canonicatus Magiſtrales, & Theologales, Superior, ad quem fit devolutio, non tenetur eligere unum ex oppoſitoribus ab Ordinario examinatis in tempore ſemeſtris, diſcept. 4. n. 114.

Limita primo, ſi unus tantum oppoſitor comparese, & ſit examinatus, & idoneus repertus in tempore, ibid.

Limita ſecundo, ſi inter plures oppoſitores examinatos, & idoneos repertos, electos in paritate votorum deventum ſit ad diſcuſſionem qualitatum in eodem tempore ſemeſtris, & unus repertus ſit dignior, & magis qualificatus, ibid. n. 115.

Contrarium, & quod ſemper teneatur providere unum ex oppoſitoribus examinatis in tempore, ibid. n. 116.

Prima ſententia eſt verior, ibid. n. 117.

Oppoſitores plures in tempore examinati nullum jus conſiderabile acquirunt ex oppoſitione, ibid.

Jus quæſitum oppoſitoribus ab examine, ne alius ab ipſis eligatur, operatur reſpectu habentium eligere, non reſpectu ſuperioris, qui confert jure devoluto, ibid. num. 120.

Superior, qui jure devoluto providet, non tenetur ponere edictum, nec facere concurſum, ibidem n. 121.

Multo minus tenetur attendere concurſum & examen factum pro Ordinario, & Capitulo eligere debentibus, ibid.

Nec tenetur conferre uni ex oppoſitoribus examinatis in concurſu pro Ordinario, & Capitulo, ibid.

Declara, niſi aliqua adeſſet Conſtitutio diſponens ex ſola oppoſitione acquiri jus ad rem, ibid.

Tenetur tamen conferre, habenti requiſita neceſſaria, ibid.

Vide *Electio*.

Eccleſiaſticæ perſonæ non poſſunt ſe ſubjicere examini in foro laicali, niſi prævio præcepto Superioris Eccleſiaſtici, diſcept. 20. n. 25.

Dare hanc licentiam non eſt ſolius Epiſcopi privative, ſed cujuscunque Judicis Eccleſiaſtici habentis juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, ibid.

Abbas, ſi habet juriſdictionem ordinariam, poteſt dare hanc licentiam, ibid.

Et quando habet pro ſe obſervantiam, ibid.

Teſtes confidentiales in apocha ſponſalium adhibiti, ſi factum fuit propalatum, & cogantur ſubjicere ſe examini, tenentur ei vi juramenti propalare factum denunciatum in ordine ad circumſtantias ipſis notas, diſcept. 32. n. 106.

Exceptio.

Legati relicti fratribus incapacibus, ſi executor præſtationi conſentiat, nemini alteri competit exceptio incapacitatis, diſcept. 2. n. 46 in fine.

In omni actu ſpectanda eſt Regula & caſus ſoliti, nec habendæ ſunt in conſideratione exceptiones, & caſus inſoliti, diſcept. 5. n. 31.

Nulla major exceptuatio quam ea, quæ reſultat ex defectu rationis finalis Regulæ, diſcept. 12. n. 22.

Exceptio, quod electio non fuerit Epiſcopo præſentata, non relevat, ſi Capitulum requiſitum exhibere recuſavit, quia tunc omnia cenſentur legitime, & perfecte facta, diſcept. 4. n. 113.

Excipere licet de Jure tertii, quando exceptio eſt ipſo jure excluſiva juris agentis, diſcept. 24. n. 44.

Exceptionem de jure Ordinarii opponere poteſt poſſeſſor ad tuendam ſuam poſſeſſionem, quando eſt ipſo jure excluſiva actoris, ibid.

Cardinales comprehenduntur ſub Regulis, ubi non reperiuntur exceptuati, diſcept. 12. n. 22.

Teſtes declaratorii ſcripturæ attenduntur, etiamſi patiantur exceptiones, quando illa continet æquivocum, & eſt capax interpretationis, diſcept. 24. n. 32.

Epiſcopus quidquid non exceptuavit in inveſtitura facta Abbati, dicitur conceſſiſſe, diſcept. 20. n. 5.

Exceptio Privilegii tunc relevat, quando illud eſt clarum, & ſpeciale ad caſum, diſcept. 35. n. 2.

Vide *Privilegium*.

Exceſſus.

Exceſſivitas numeri Religioſorum conſiderari debet juxta neceſſitatem populi in ſpiritualibus, diſcept. 36. n. 8.

Excommunicatio.

Alimenta debentur ex fructibus, & diſtributionibus juſte exuli, carcerato, & excommunicato, diſcept. 34. num. 28.

Executio.

Pro executione literarum Apoſtolicarum ſufficit verificatio narratorum eo modo, quo in ſupplicatione fuit expoſitum, & legitur in literis, diſcept. 4. n. 126.

Literæ Apoſtolicæ juſtificatæ ſunt exequendæ, ibidem num. 59.

Pro executione gratiæ ſufficit verificare litem eo modo, quo fuit narrata Pontifici, ibid. n. 60.

Præſentatio dependens a pertinentia Juriſpatronatus, quæ altiorem requirit indaginem, non ſufficit ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum, ibid. n. 64.

Conſtito de bono Jure electi, motivum devolutionis, & literæ impetratæ ex capite devolutionis carent juſtificatione nec merentur executionem ibidem numero 139.

Dilatio non ſuſpendit, neque actum imperfectum reddit,

sed

ſed actum tribuit ad certam diem pro executione non pro perfectione, diſcept. 5. n. 9.
Mandatum procuratæ ad aliquid faciendum non importat factum, niſi quando actualiter executioni demandatur, diſcept. 6. n. 59.
Actus acceſſorii in executionem actus nulli illum non convalidant, diſcept. 24. n. 64.
Limita, ſi fiant ab habente poteſtatem faciendi actum de novo cum ſcientia nullitatis actus, ibid.
Sola turbiditas, & dubietas an beneficium cadat necne ſub reſervatione ſufficit ad denegandam executionem literis Apoſtolicis, diſcept. 25. n. 29. & 40.
Literæ proviſionis, ſi non juſtificatur vacatio ex capite narrato, non ſunt exequendæ ex alio diverſo capite inducente vacationem, diſcept. 12. n. 30.
Amplia, non obſtante clauſula ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, &c. ibid.
Juſtificatio literarum omnino requiritur pro executione illarum, diſcept. 13. n. 55.
Literis in omnibus juſtificatis debetur executio, ibid. num. 58.
Ad effectum denegandi executionem literarum ſatis eſt poſſe aliquatenus dubitari, an beneficium cadat necne ſub reſervatione, ibid. n. 64.
Conſenſus formalis non requiritur ad perfectionem gratiæ, ſed ad meram illius executionem, & pro facienda expeditione, diſcept. 5. n. 35.
Actus fieri dicitur non ab eo, qui illum exequitur, ſed ab eo cujus auctoritate exequitur, n. 9. V.

Executor.

Inſtituti ſi fuerunt Deus, & anima, executor in teſtamento relictus ſuccedit loco hæredis univerſalis, diſcept. 2. n. 20.
Legati relicti Fratribus incapacibus, ſi executor præſtationi conſentiat, nemini alteri competit exceptio incapacitatis, ibid. n. 46.
Legata perpetua cum onere Miſſarum poſſunt Fratres Minores recipere ab hæredibus vel executoribus, vel a Judice ſponte dantibus, ibid. n. 41.
Declara, ut poſſint illa recipere per modum puræ ac ſimplicis eleemoſynæ, & præmiſſa proteſtatione D. Bonaventuræ, ibid.
Et Fratres non ſunt de illis legatis omnino certi, quia pendet a voluntate executoris, ſeu Judicis illis relinquere vel aliis applicare, ibid. n. 42.
Vide *Fratres*, *Legatum*.
Voluntas teſtatoris declarari poteſt ex facto executoris in actu erectionis beneficii, diſcept. 7. n. 5.
Hæres, ſeu executor poteſt declarare verbum æquivocum teſtatoris, diſcept. 29. n. 16.
Et poteſt declarare, quod vocatio illorum de parentela intelligatur ſtricte de ſolis agnatis, ibid.
Acta etiam executore dato in gratia ſubreptitia ſunt nulla ex defectu juriſdictionis, diſcept. 24. n. 47. & 53.
Fortius quando coram eo fuit oppoſitum de ſubreptione gratiæ, ibid.
Et quando Papa in ſecundis literis declaravit nullitatem actorum volendo, quod valeant a die gratiæ poſterioris, ibid. n. 53.
Epiſcopus procedens uti executor Papæ in erectione beneficii, etiamſi habeat facultatem omnia, & ſingula faciendi, prout ſibi videbitur, non poteſt ſibi reſervare jus conferendi ad excluſionem reſervationis regulæ 4. niſi de hac ſpeciali mentio fiat in commiſſione, diſcept. 25. n. 32. & 33.
Executio Ordinis dicitur omne id, quod naſcitur ab Ordine, diſcept. 47. n. 16.
Vacante per reſignationem in manibus Papæ beneficio, quod prætenditur eſſe de Jurepatronatus, quomodo committatur executori, & quomodo iſte procedat.
Vide *Juſpatronatus*.

Executorialis.

Hortatoriæ ſeu executoriales Regi Hiſpaniarum directæ poſt rem judicatam favore Fratrum Minorum pro conſecutione annui legati, diſcept. 2. n. 161.

Exemplum.

Exempla non reſtringunt, licet comprehenſionem diſſimilium excludant, diſcept. 16. n. 34.
Reſcripta in caſu particulari non trahuntur in exemplum, diſcept. 34. n. 5. in fine.
Exempla reddunt rem indubiam, n. 6. V.
Opinionis novæ ea calamitas eſt, quod primi exempli auctoritatem expectat, diſcept. 29. n. 25.

Exemptio.

Exemptio probanda eſt per publicum documentum privilegii, ex quo pendet cognitio illius qualitatis, diſcept. 24. n. 44.
Confirmatio electionum facta ab Epiſcopo excludit prætenſam exemptionem Eccleſiæ, ibidem numero 42. & 43.
Eccleſiam Aquiſgranen. non eſſe exemptam a Juriſdictione Epiſcopi Leodien. ex pluribus arguitur, ibid. n. 41. & ſeqq.
Exemptio Eccleſiæ poteſt eſſe multiplex, nempe mutila, plena, & pleniſſima, ibid. n. 44.
Eccleſia poteſt eſſe ſimul exempta quoad aliqua, & non exempta quoad alia, ibid.
Hodie fere omnes Ordines Regulares ſunt exempti a Juriſdictione Ordinarii, & recepti ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, n. 24. V.
Concilium Bracharenſe diſponit, ut Regulares ſint exempti a Cathedratico, diſcept. 35. n. 6.
Regulares de Jure ſunt exempti a Cathedratico, ibid. num. 6.
Excepto Eccleſiæ Regularis a cenſu ratione ſubjectionis debito Epiſcopis eſt expreſſa, & literalis exemptio a Cathedratico, ibid.
Privilegium Camerale nihil aliud continet, quam generalem exemptionem ſeu franchitiam conceſſam officialibus Cameræ ab omnibus gabellis, & vectigalibus, diſcept. 35. n. 3.
Et nihil commune habet cum exemptione a Cathedratico, ibid.
Verba privilegii Cameralis trahi non poſſunt, ut eximant Camerales a Cathedratico, aut aliis juribus Epiſcopalibus in corpore ſacrorum Canonum ſcriptis, ibid.
S. R. E. Cardinales non ſunt exempti a Juribus Epiſcopi, nec a ſubſidio charitativo, ibid. n. 24.
Nec a procuratione, ibid n. 25.
Familiares Papæ, tametſi habeant plures immunitates, adhuc non ſunt exempti a charitativo ſubſidio, ibid. n. 16. & ſeqq.
Ab exemptione quoad ſubſidia non debet inferri ad exemptionem quoad Cathedraticum, ibid. n. 16.
Privilegium ſi eſt reale, ut quando Papa eximit Eccleſiam, poteſt interpretari, quod includat Cathedraticum; ſecus ſi privilegium eſt perſonale, ibid. n. 18.
Prælatis inferioribus tam Secularibus, quam Regularibus etiam exemptis, & habentibus uſum Pontificalium prohibetur erigere thronum ſeu Baldachinum in Eccleſia, diſcept. 43. n. 6.

Exercitium.

Inſtituti inæqualiter habent Juſpatronatus inſolidum non ſolum quoad proprietatem, ſed etiam quoad exercitium, diſcept. 4. n. 29. in fine.
Diſtinctio inter proprietatem, & exercitium Juriſpatronatus procedit in hæredibus mediatis, qui ſuccedunt in ſtirpes, non in primis, qui ſuccedunt in capita, ibid.
Diviſio exercitii non dividit Juſpatronatum, nec immutat illius naturam, ſed remanet mixtum, & non fit Eccleſiaſticum in turno patroni Eccleſiaſtici, diſcept. 22. n. 35. & ſeqq.
Diviſo exercitio Juriſpatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum, an quando vacat in turno Eccleſiaſtici cadat ſub reſervatione, ibid. n. 34. & ſeqq.
Diviſo exercitio Juriſpatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum reſervationes non intrant in turno Eccleſiaſtici, ibid. n. 37.
Contrarium, ibid. n. 32.
Poteſt tamen Papa in turno Eccleſiaſtici conferre jure concurſus, ibid. n. 37.
Juſpatronatus laicale, etiamſi perveniat ad Eccleſiaſticos, quod dominium poteſt remanere laicale circa modum illud exercendi, ſi fundator ita voluit, diſcept. 25. n. 21. & 47.
Ex quibus dignoſcatur fundatorem voluiſſe Juſpatronatus remanere laicale quoad exercitium, poſtquam ejus dominium pervenit ad Eccleſiaſticos, ibid. n. 22. & 47. & ſeq.
Vide *Juſpatronatus*.
Tolerantia Capituli, quod electus exerceat functiones dignitatis, declarat ejus præcedentem conſenſum electioni, diſcept. 24. n. 24. & 61.
Et dat novum titulum electionis, ſi prior erat nulla, ibid. n. 14.
Non tamen efformando novam electionem, ſed clarificando conſenſus præcedentes, ibid.
In exercitio Epiſcopatus & aliorum officiorum Juriſdictionalium aliquando melius ſe gerunt, qui antea criminoſi fuere, quam innocentes, qui elati quandoque degenerant, diſcept. 41. n. 2.

Exhæredatio.

Diſſenſus, & indignatio patris inducit juſtum metum exhæredationis in filio, & illi præbet juſtam cauſam recedendi a ſponſalibus, diſcept. 52. n. 80. & 81.
Amplia, etiam non obſtante juramento in apocha promiſſionis appoſito, ibid.

Exilium.

Exilium inter capitales pœnas annumeratur, diſcept. 34. num. 8.
Canonico juſte carcerato & exuli non debentur fructus conſiſtentes in diſtributionibus, ibid. n. 9.
Et præſumptio ſtat pro juſtitia condemnationis, niſi Canonicus ſuam juſtificaverit innocentiam in judicio, ibid.
Canonicus carceratus ob grave delictum, & iſto non probato pulſus in exilium ad tempus perdit diſtributiones, etiam quæ ſuccedunt loco Præbendæ tempore carcerationis, & exilii, ibidem numero 7. & ſeqq.
Contrarium, ibid. n. 10. & ſeqq.
Pulſus in exilium lucratur diſtributiones, quando Judex eum legitime non condemnavit, ibidem numero 14.
Cauſa exilii poteſt dici juſta reſpectu Principis condemnantis, licet non ſit juſta reſpectu condemnati, ibid. n. 16. & ſeqq.
Exilium prudentialiter datum non poteſt annumerari inter pœnas capitales tanquam temporale non perpetuum, ibid. n. 19.
Sive detur a Principe, ſive a Magiſtratu ſupremo jura Principis habente, ibid.
Beneficiatus exul ex motivo prudentiali Principis aut Magiſtratus non dicitur culpa ſua impeditus reſidere, & lucratur fructus & diſtributiones, ibidem numer. 21.
Abſens ſine licentia Superioris nemo lucratur fructus, & diſtributiones in abſentia voluntaria, puta cauſa ſtudii, vel litis, aut peregrinationis; ſecus in abſentia neceſſaria, ſeu violenta, ut propter carcerationem, vel exilium, ibid. n. 23.
Abſens ob exilium a Magiſtratu, vel Principe datum non tenetur oſtendere licentiam Superioris, ibid. n. 25. & ſeqq.
Exul nunquam amittit duas partes diſtributionum, quæ ſuccedunt, loco fructuum Præbendæ, donec per ſententiam juſtificatam ſi ex actis declaratam non fuerit conſtare de delicto, ibid. n. 26.
Alimenta debentur ex fructibus, & diſtributionibus juſte exuli & carcerato, & excommunicato, ibidem numer. 28.
Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi beneficiatus mittitur in exilium, ſeu carceratur injuſte per Magiſtratum, diſcept. 37. n. 9.

Expectativa.

Hodie expectativæ ſunt ſublatæ per Concilium, diſcept. 29. n. 9.
Permutatio beneficiorum fraudulenta dicitur, quando adeſt præjudicium expectantis, ibid.
Vide *Permutatio.*

Expediens, Expedire.

Verbum *expediens*, ſeu *expedire* Epichejæ politicæ rationem inſinuat, diſcept. 34. n. 20.

Expeditio.

In Secretaria Brevium dantur expeditiones juxta narrativam petentium, diſcept. 9. n. 33.
Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi literarum per Conſtitutionem Gregorianam, diſcept. 5. n. 57.
Item ad conſervandum ad talem diem reſignanti fructus beneficii, ibid.
Item, ut reſignatarius poſſit complere ætatem ad beneficium requiſitam, ibid.
Cardinales de Epiſcopatibus proviſi ſunt immunes a taxis ſolvi conſuetis pro expeditionibus, diſcept. 12. n. 12. & 13.
Diſpoſitio *extrav. Injunctæ* emanavit propter intereſſe burſale officialium Datariæ contingens in expeditionibus literarum, ibid.
Beneficium vacans tempore, quo Ordinarius literas jam expedivit, & Capitulo præſentavit, licet poſſeſſionem nondum cœperit, non dicitur reſervatum Sedi Apoſtolicæ, nec contentum in Regula 2. Cancellariæ, diſcept. 12. n. 54.
Contrarium, ibid. n. 54. & 55.
Limita hoc contrarium, ſi per eum non ſtetit, quo minus poſſeſſionem apprehenderet, ſed id evenit culpa Capituli, ibid. n. 56. & ſeqq.
Conſenſus formalis non requiritur ad perfectionem gratiæ, ſed ad meram illius executionem, & pro facienda expeditione, diſcept. 5. n. 33.
Expeditio novæ proviſionis fit, quoties beneficii collatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, diſcept. 27. n. 15.
Vide *Collatio.*
In electione, & in ceteris omnibus non conſideratur quis ſit ille, qui rem expediat, ſed cujus auctoritate expediat, n. 9. V.

Expenſa.

Adjectio pœnæ in ſponſalibus prohibita eſt, & ſolum peti poteſt refarcitio damni, quando quis injuſte reſilit, & ratione ſponſalium ſunt factæ expenſæ, diſcept. 52. n. 7.
Expenſa Prædicatoris non deducitur de valore beneficii, diſcept. 40. n. 3.
Vide etiam *Impenſa, Valor.*

Expoſitor.

Regolæ expoſitoribus & Magiſtris credendum eſt in domeſticis, diſcept. 2. n. 79.

Expreſſio, Expreſſum.

Expreſſi, & æquipollentis eadem eſt virtus, diſcept. 1. num. 15.
Expreſſio ſortis non vitiat legatum uſusfructus relictum ſub modo licito eleemoſynæ Fratribus Minoribus, diſcept. 2. n. 18.
Unus modus illicitus per teſtatorem expreſſus non vitiat alium modum licitum, ibid.
Expreſſio unius modi illiciti non vitiat alium licitum, ibid. n. 43.
Expreſſio ejus, quod de ſui natura ſubintelligebatur in aliqua diſpoſitione, dici non poteſt reſtrictiva, nec excluſiva aliorum, ſi adeſt alia cauſa expreſſionis, diſcept. 17. n. 39.
In reſignatione beneficii non eſt neceſſarium exprimere, quod ad illius titulum quis fuit promotus, quando reſignans habet aliunde, cum quo vivere poſſit, diſcept. 6. n. 19
In reſignatione non eſt neceſſarium exprimere Papæ conditiones, quæ ex juris præſcripto inſunt, ut ex diſpoſitione Sacri Concilii *ſeſſ.* 25. *c.* 26. *de Regular.* ibid.
Expreſſio beneficii facta per Papam in commiſſione Hoſpitalis non vitiat illam, ſi conſtat, quod illam conſideravit uti officium, & adminiſtrationem, diſcept. 23. n. 20.
Expreſſio nominis Decani dicitur facta tanquam de perſona clariori intra Capitulum, & non probat reſidere Juriſdictionem pœnes ſolum Decanum, diſcept. 24. num. 77.
Cardinalis impetrando beneficium expreſſo falſo valore, an ligetur regula Cancellariæ de valore, diſcept. 12. n. 23.
Sola expreſſio Vicariæ ſufficit, ut Papa cenſeatur cogitaſſe de exiſtentia juris Parochialis penes alium, cui libera proviſio præjudicet, ad evitandum ſubreptionem gratiæ, diſcept. 27. n. 48.
Decretum irritans & clauſula *quorum tenores* operantur effectum individuæ expreſſionis cum ſuis qualitatibus, ibid. n. 42.
Expreſſum in una parte legis ſupplendum eſt vel interpretative extendendum ad alteram partem, in qua fuit omiſſum, ſi alias deficientibus verbis ad utramque partem poſſit trahi legis effectus per ſimilitudinem rationis, n. 21. V.
Argumentum ab expreſſo ad tacitum in jure validum & frequentiſſimum eſt, n. 2. V.
Expreſſio, facta in præſentatione, Vide *Juſpatronatus quoad præſentationem.*
Procurator ad reſignandum non poteſt interpretari expreſſiones ambiguas adjectas in mandato, ſed debet exprimere per verba præciſa, alias reſignatio eſt nulla, diſcept. 48. n. 4.
Et procedit, etiamſi expreſſio contenta in mandato eſſet talis, quæ forte non fuiſſet admiſſa per Papam, ibid. n. 6.
Limita, ſi expreſſionem illam erroneam, & exceſſum deinde mandans ex certa ſcientia approbaſſet, ibid. num. 7.
Non tamen ſufficit ſcientia præſumpta, & per conjecturas, ibid. n. 8. & ſeqq.
Reſignatione exiſtente nulla, ob malam expreſſionem regreſſus datur reſignanti, ſi non ſit in culpa; ſecus ſi ſit in culpa vel dolo, ibid. n. 2.
Vide *Reſignatio.*

Exten.

Extenſio,

Conſuetudo non extenditur de caſum, diſcept. 12. numer. 23.
Amplia etiam ex majoritate rationis in præjudiciom ejus, qui habet intentioonem fundatam io jure communi, ibid.
Extenſio conſenſus etiam poſt mortem reſignantis de jure communi fieri poteſt, diſcepr. 5. n. 27.
Extenſio conſenſus poſt mortem indiſtincte prohibita fuit ex Conſtitutione S. Pii V. qua fuerunt correctæ priores Conſtitutiones Alexandri VI. & Leonis X. dictam extenſionem permittentes, ibid. n. 23.
Gregorius XIII. abrogavit dictam Conſtitutionem S. Pii V. & renovavit antiquas Alexandri VI. & Leonis X. ibid. n. 24. & 26.
Gregorius XIII per regulam de poblicandis reſignationibus infra ſex menſes obviavit omnibus fraudibus, quæ a conſenſus exteoſione poſt mortem proveniebant, ibid. o. 25.
Conſenſus extendi debet infra quindecim dies a die miſſæ ſopplicationis ad regiſtrum ex Conſtitutione Clementis VII. ibid. n. 22.
Dicta Conſtitutio non fuit obſervata, ibid. n. 23.
Extenſio conſenſus eſt conſommatio actus jam cœpti, ibid. n. 27.
Conſenſus formalis eſt ille, qui extenditur in libris Cameræ, ſeu Cancellariæ, ibid. n. 35.
Conſenſus formalis extenſus in libris Cameræ non eſt unicus, nec ipſe primarius conſenſus gratiæ cauſativus, ſed prioris conſenſus ratificatio, ibidem numero 40.
Extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis non impedit arbitrium Datarii circa appoſitionem datæ, quoties iſtam non opponat poſt mortem reſignantis, ibid. num. 43.
Etiam nulla exiſtente data a die præſentatæ, adhuc conſenſus extendi poteſt, mortuo reſignante, & dari ſupplicatio ante illius obitum, ibid. n. 44.
Prohibere extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis ob defectum parvæ datæ eſſet reddere fruſtratorias fere omnes reſignationes abſentium, ibidem numer. 47.
Etiam poſt ſignatam ſupplicationem ante conſenſum extenſum, & appoſitionem datæ res dicitur integra, & gratia non eſt perfecta, ibid. n. 51.
Omnes actus expeditionis gratiæ poſſunt poni, & extendi, & de facto quandoque ponuntur ſub alia dio, quam præſentatæ ſupplicationis, & totum pendet ab arbitrio Datarii, ibid. n. 57.
Obſervantia extendendi conſenſum poſt obitum reſignantis procedit data ignorantia obitus in officialibus Datariæ; ſecus data obitus ſcientia, ibid. n. 58.
Vide *Conſenſus*, *Reſignatio*.
In diſpoſitionibus reſtrictivis libertatis de Jure communi competentis non fit extenſio ex identitate rationis, diſcept. 6. n. 6.
Amplia, ut neque fiat extenſio ex majoritate rationis, ibid.
Extenſio de caſu ad caſum non fit ex identitate rationis non omnino identificata, & quando per poſſibile poteſt adeſſe diſparatio, ibid. n. 7.
Ubi aliquid conceditur ex gratia, & contra diſpoſitionem juris, conceſſio facta in uno caſu non extenditur ad alium diverſum, diſcept. 9. n. 13.
Amplia, ut neque extendatur ad alium ſimilem, & connexum, ac dependentem, ibid.
Cenſura *extrav. Injunctæ* eſt correctoria juris communis & odioſa, nec proinde extendenda, diſcept. 12. n. 12. & 13.
Obſervantia non recipit interpretationem aut extenſionem, etiam ab identitate vel majoritate rationis, diſcept. 26. n. 5.
In pœnalibus non fit extenſio de beneficiis ad penſiones, diſcept. 47. n. 6.
Declara, non fieri extenſionem, ubi agitur de ſententia aut decreto particulari; ſecus ubi agitur de lege generali, ibid. n. 10.
Et non dicitur extenſio, ſed comprehenſio ex identitate rationis introducta etiam de ſtylo Romanæ Curiæ, ibid.
Expreſſum in una parte legis ſupplendum eſt, vel interpretative extendendum ad alteram partem, in qua fuit omiſſum, ſi alias deficientibus verbis ad utramque partem poſſit trahi legis effectus per ſimilitudinem rationis, n. 11. V.
In materia diſpenſationis non fit extenſio, diſcept. 30. num. 7.
Amplia, ut neque ex majoritate rationis valeat arguere, ibid. n. 7.

Exteri.

Exteros interponi inter clerum Eccleſiæ, & portionarios non eſt indecorum diſcept. 15. n. 7.
Parati etiam exteri præferuntur in communione ſumenda Capitulo, ibid. n. 8.
Doctores exteri non poſſunt teſtari de conſuetudine urbis, diſcept. 51. n. 24.
Maxime non reddendo cauſam ſcientiæ, nec allegando caſus particulares, ex quibus conſuetudo inducta dicatur, ibid.
Limita, ſi eorum dictum fundatum remanet ex ſolidiſſimis rationibus, ibid.
Et quando agitur de re ad ipſos ſpectante, quia ſupponuntur verſatiſſimi, ibid.

Extinctio.

Ad extinguendum Collegium in actu attenditur factum de facto, ſed in habitu attenditur factum de jure, diſcept. 8. n. 19.
Extincta Collegiata, vel etiam deſtructa Eccleſia ex hoſtium irruptione, & ſimili cauſa accidentali, dicitur ſemper adeſſe ſpes reparationis, ibid.
Parochialitas, quæ aderat ſimul cum Collegialitate, illam non extinguit, ibid. n. 20.
Vide *Collegiata*.
Penſio poteſt extingui tam perpetuo, quam temporaliter, diſcept. 11. n. 22.
Etiamſi temporaliter tantum extinguatur, adhuc fit vera extinctio, licet poſt tempus reſolubilis virtute pacti, ibid.
Penſio circa ſimoniæ labem extingui poteſt accepto pretio abſque beneplacito Apoſtolico, ibid. n. 2.
Contrarium de veriori, ibid. n. 3. & 4.
Penſionem extinguere pretio mediante non licet abſque conſenſu Papæ, licet tamen cedere, & vendere commoditatem penſionis, ibid. n. 5.
Declara procedere, ſi vere vendatur ſola commoditas; ſecus ſi ipſa penſio, quia tunc non evitatur ſimonia, ibid. n. 6. & 12.
Plura vide in verbo *Penſio*.

Extraneus.

Juspatronatus ſimpliciter hæreditarium eſt tranſitorium ad quoſcunque hæredes etiam extraneos, diſcept. 4. num. 23.
Juſpatronatus etiam mixtum non poteſt tranſire in extraneos, durantibus perſonis contemplatis, ibid. numer. 24.
Fundator beneficii vel Eccleſiæ ſi extraneum nominat in patronum, intelligitur cumulative cum ſe ipſo, & propriis hæredibus, non privative, ibid. n. 67.
Prima charitas incipit a ſe ipſa, ibid.
Si fundator in erectione beneficii reſervet Juspatronatus favore extranei, iſte ſolus erit patronus, & non hæredes teſtatoris, ibid. n. 68.
Declara procedere poſt obitum fundatoris, quia ipſe dum vivit, non intelligitur excluſus, ibid.
Conſilium 4. Calderini declaratur procedere, quando fundator non ſolum extraneo, ſed etiam ſibi Juſpatronatus reſervavit, ibid. n. 69. & ſeqq.
Obſervantia multum juvat ad dignoſcendum, an cumulative, vel privative Juſpatronatus reſervatum fuerit extraneo, ibid. n. 71. & 72.
Ad evitandam vocationem extranei excluſivam agnatorum verba debent impropriari, & filiorum nomine comprehendi nepotes, ibid. n. 25.
In paritate vocum inſtituendus eſt præſentatus, qui eſt de familia fundatoris ad excluſionem extranei compræſentati, diſcept. 22. n. 38.
Et ſi extraneus obtineret proviſionem Apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum, nec non gratificationem, non expreſſa circumſtantia, quod alter compræſentatus erat de familia fundatoris gratia eſſet ſubreptitia, ibid n. 38.
Et procedit favore præſentati, non ſolum ſi ſit de familia fundatoris, ſed etiam ſi ſit tantum de genere ipſorum patronorum, ibid.
Immo & de genere exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.
Fundator ſi reliquit Juspatronatus extraneis, iſti dicuntur electi loco illorum de ſanguine, & militat pro eis idem favor, diſcept. 38. n. 1.
Idem procedit, ſi Juspatronatus tranſivit in extraneum titulo hæreditario, vel ceſſionis, ſeu donationis, ibidem.
Nomen patroni verificatur & prædicatur de quocunque poſſidente, & habente Juſpatronatus licet extraneo, & non de genere fundatoris, ibid. n. 4.
Jus alimentorum patroni debitorum non tranſit in extraneum, ad quem devenit Juſpatronatus, cum non

ſit de ſanguine fundatoris, diſcept. 39. numero 1.
Contrarium, ibid. n. 2.
Juſpatronatus reſervatum extraneis, etiam ſine narrativa, cenſetur reſervatum privative ad hæredes fundatoris, ibidem n. 4.
Vide *Juſpatronatus*.

Extrav.

Diſpoſitio juris communis concedens Epiſcopis adminiſtrationem Eccleſiæ ſtatim poſt electionem fuit correcta a Bonifacio VIII. in extrav. *Injuncta de elect. inter commun.* & quare, diſcept. 12. numero 10. & numer. 34.
Vigore *dicta extrav.* interdicitur Epiſcopis adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, antequam literas ſuarum proviſionum Capitulo oſtenderint, ibid.
Diſpoſitio *extrav. Injuncta* non includit Epiſcopos Cardinales, & de ratione, ibidem numer 12. 13. 18. & ſeqq. & n. 35.
Emanavit propter intereſſe burſale officiorum Datariæ contingens in expeditionibus literarum, ibid.
Et propter abuſum Prælatorum, qui volebant ſibi credi circa eorum proviſiones, etiam literis non oſtenſis, ibid.
Cenſura *dicta extrav.* eſt correctoria Juris communis, & odioſa nec proinde extendenda, ibid.
Regula ſecunda Cancellariæ eſt fundata in dicta *extrav. Injuncta*, ibid. n. 12. & 13. 14. 15. & ſeqq.
Extrav. Injuncta prorogavit vacationem uſque ad poſſeſſionem Epiſcopatus, quæ de jure durabat tantum uſque ad electionem, ſeu proviſionem, ibid. n. 15. 33. & ſeqq.
Beneficia juriſpatronatus laicorum non cadunt ſub conſervatione *extrav. Execrabilis* inducta per aſſecutionem incompatibilium, ibid. n. 39.
Vide *Juſpatronatus*.
Vendi non poteſt fructus vel commoditas penſionis niſi ad triennium vigore *extrav. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.*, diſcept. 11. n. 7.
Vide etiam *Textus*, *Canonici*.
Exul. Vide *Exilium*.

F

Fabrica.

SAcra Congregatio fabricæ prohibuit, ne hæredes ſe componentes cum fabrica extinguerent annua legata relicta Fratribus Minoribus, diſcept. 2. n. 15.
Et voluit capitalia integra conſervari, ut legata ſolverentur legatariis per viam eleemoſynæ, ibid.
Teſtator legans Fratribus Minoribus ſi voluit eleemoſynas applicari ad fabricam, luminaria, Sacriſtiam, & alios uſus, quam ipſorum Fratrum, dicitur relictum modo licito, ibid. n. 35.
Facultates fabricæ S. Petri non intrant in legatis omnino nullis, & caducis, ibid. n. 52.
In legatis cum onere Miſſarum, non obſtante incapacitate Fratrum legatariorum intrant facultates Rev. fabricæ S. Petri, ibid.
Legata perpetua cum onere Miſſarum relicta Fratribus incapacibus non poſſunt extingui, vel reduci per compoſitionem cum fabrica, ibid. n. 55. & n. 57.
Sed capitale abſque diminutione debet conſervari, ut applicetur in uſus Summo Pontifici beneviſos, ibid.
Et donec per Pontificem applicentur, annua legata poſſunt recipi per Fratres ab hæredibus, ſi ſolvere velint libere titulo eleemoſynæ, non tamen exigi, ibid.
Si vero hæredes non ſolverint annuas præſtationes ſupra biennium decurſas, fabrica ſibi applicat, ibid. n. 56. & 57.
Sed Fratres prohibentur dictas annuas præſtationes petere ab hæredibus judicialiter, aut alias per ſe, vel per Syndicos, aut receptas de illis facere niſi effective ſolutis, ibid.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Fabricæ in executionem decreti ejuſdem circa legata relicta Minoribus de Obſervantia in locis, in quibus habet locum Ven. Fabrica, ibidem num. 55. 130. & ſeqq. n. 162. & ſeqq.
Applicatio de legato perpetuo Fratribus relicto facta ab Epiſcopo S. Angeli pro Canonicatu in Cathedrali improbatur a Sacra Congregatione Fabricæ, quæ mandat inveſtiri capitale ad effectum ſolvendi Fratribus illius fructus per modum eleemoſynæ, ibid.
Breve Urbani VIII. ſuper diſtractione bonorum ad Patres olim Conventuales Provinciæ Turoniæ ſpectantium, & ſuper retentione legatorum annuorum conceſſa Fratribus Minoribus pro Miſſis, pro fabricis, & aliis utilitatibus, ibidem numero 38. & plur. ſeqq.

Facere.

Qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, numer. 9. V.
Reliqua vide in verbo *Factum*.

Faciens.

Faciens talis apparet, qualis eſt animus, diſcept. 32. n. 18. prope finem.

Factor.

Onus tenendi factorem non deducitur ex valore Beneficii, tanquam non neceſſarium, diſcept. 40. num. 5.

Factum.

Factum præponderat verbis, & attenditur effectus, non modus, diſcept. 17. n. 59.
Amplia etiam in proviſionibus, quia factum prævalere debet, & ſperni cortex ſeu formula verborum, ibid.
Unicus actus præſentationis ſufficit ad conſtituendam obſervantiam, maxime contra illum, qui præſentavit, cum non poſſit contra factum proprium recalcitrare, diſcept. 19. n. 12.
Mandatum procuræ ad aliquid faciendum non importat factum, niſi quando actualiter executioni demandetur diſcept. 6. n. 26. & 28.
In materia indifferenti decimarum exemptionis, conceſſionis in feudum, & ſimilibus titulus oneroſus dicitur etiam, qui provenit ex aliquo facto, & meritis conceſſioni æquivalentibus, diſcept. 22. n. 18.
Secus in materia Juriſpatronatus, ibid. n. 19.
Factum Judicis demonſtratur injuſtum eo ipſo, quod ex actis non conſtat de probatione delicti, propter quod condemnavit, diſcept. 34. n. 13.
Impotentia accedendi ad reſidentiam ex facto Magiſtratus aut Principis dicitur juſtum impedimentum non reſidendi, ut ſic impeditus non amittat fructus & diſtributiones, ibid. n. 11.
Declara procedere in impedito vi publica, ſed injuſta, vel vi privata alicujus; ſecus ſi ex facto juſto Principis aut Magiſtratus, ibid. n. 12.
Beneficiatus impeditus reſidere ex vi majoris poteſtatis, nempe ex facto Judicis vel Principis, dicitur habere juſtam abſentiæ cauſam, ibid. n. 10.
Præſumptio juſtitiæ aſſiſtens facto Judicis ceſſat, ſi non conſtat ex actis de ulla probatione delicti, ibid. numer. 13.
Factum Principis inter caſus fortuitos enumeratur, qui culpa vacant, ibid. n. 21.
Iniquum eſt venire contra factum proprium propriamque confeſſionem, diſcept. 24. n. 36.
De facto fieri dicuntur, quæ ſervato juris ordine non expediuntur, ibid. n. 56.
Ad extinguendum Collegium in actu attenditur factum de facto, ſed in habitu, factum de jure, diſcept. 8. numer. 17.
Ex facto a jure improbato nulla naſci poteſt obligatio, diſcept. 52. n. 32.
Factum ſponſalium publicatum tantum parit impedimentum publicæ honeſtatis, non autem factum occultum, ibid. n. 103.
Teſtes confidentiales in apocha ſponſalium adhibiti, ſi factum fuit propalatum, & coguntur ſubjicere ſe examini, tenentur ex vi juramenti propalare factum denunciatum in ordine ad circumſtantias ipſis notas, ibid. n. 106.
Hæredes tenentur ſervare factum eorum auctoris, diſcept. 53. n. 24.
Rota Juris articulos ſemper evitare ſolet, ubi cauſam decidere poteſt ex facto, ibid. n. 32.

Facultas.

Facultas percipiendi emolumenta quæcunque in diſpenſatione a reſidentia, ſi intelligeretur etiam de diſtributionibus, vergeret in enorme præjudicium cultus divini, diſcept. 1. n. 9.
Fundator, cui in limine fundationis reſervata eſt facultas diſponendi de Jurepatronatus in teſtamento, non poteſt in eo adjicere conditiones juri contrarias. Quid tamen ſentiat auctor, diſcept. 23. n. 9.
Fundator quando vigore facultatis ſibi de conſenſu Ordinarii reſervatæ ex fundatione conditiones declarat ex intervallo, iſtæ retrotrahuntur ad limen fundationis; ibid. n. 9. in fine.
Epiſcopus procedens uti executor Papæ in erectione Beneficii, etiamſi habeat facultatem omnia, & ſingula faciendi prout ſibi videbitur, non poteſt ſibi reſervare jus conferendi ad excluſionem reſervationis Regulæ 4. niſi de hac ſpecialis mentio fiat in commiſſione, ibid. n. 32. & 33.

Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopus, ſi habet a Papa facultatem reſervandi collationem beneficii Capitulo, non poteſt illam ſibi, & ſucceſſoribus reſervare, ibid. n. 35.
Facultas admittendi reſignationes, & permutationes Beneficiorum fuit Ordinariis ſuſpenſa, & reſervata Sedi Apoſtolicæ Beneficia poſt dictam ſuſpenſionem reſignata vel permutata, diſcept. 29. n. 1.
Poſtea vero dicta facultas eis reſtituta fuit ex certis cauſis tantum, ibid. n. 2.
Vide *Beneficium*, *Permutatio*, *Reſignatio*.
Facultas transferendi penſionem vigore Indulti exerceri non poteſt in ea penſione, cujus commoditas alteri ceſſa ſit, diſcept. 48. n. 17.
Contrarium, ibid. n. 18. & ſeqq.
Limita hoc contrarium, ubi ex ceſſione ampliſſima colligeretur in cedente animus a ſe abdicandi omne jus tam commoditatis, quam tituli, ibid. n. 20.
Vide *Penſio*, *Translatio*.
Capitulum generale poteſt facere ordinationes quibus reſtringant privilegia, & facultates ſive perſonis, ſive monaſteriis ſibi ſubditis competentes, n. 19. V.
Et præcipere poteſt ſuis ſubditis, ne in electionibus utantur ea facultate, quam habent, etiam a jure communi, ibid.

Fagnanus.

Fagnanus fuit Secretarius Congregationis Concilii, & eſt fide dignus quoad reſolutiones, de quibus teſtatur, diſcept. 6. n. 13. & 16.
Notatur Pignatellus, quod doctrinam Fagnani tranſcripſerit, ſuppreſſo ejus nomine, diſcept. 52. numer. 12. & 13.
Cap. *Conſultationibus* procedit non ſolum ubi quæſtio eſt inter compatronos, ſed etiam ubi eſt cum Ordinario, contra Fagnanum, diſcept. 28. n. 16.

Fama.

In ſponſalibus conditionalibus nullum conſideratur detrimentum famæ mulieris, ſi ob defectum conditionis matrimonium non ſequatur, diſcept. 52. n. 4.
Vide *Matrimonium*, *Sponſalia*.
Timor famæ in puellis ſi quis minetur illas promulgare impudicas, potens eſt facere illas ſuccumbere, & ſtuprum pati, ibid. n. 52.
Indigna ſponſa dicitur, quando non habet honeſtam famam, ibid. n. 88. & 90.
Mulier, quæ jam alteri nupſit, nullum damnum allegare poteſt in conditione ſuæ famæ, vel in fundamento ſcandali aut alterius cujuſvis cauſæ ex ineffectuatione priorum ſponſalium, ibid. n. 7.

Familia.

Ad conſervationem nobiliſſimæ familiæ facilius inducitur admiſſio maſculorum, & feminarum excluſio, diſcept. 12. n. 24.
Juſpatronatus reſervatum alicui, & eius deſcendentibus in infinitum abſque ulla mentione agnationis vel familiæ, intelligitur de filiis uti hæredibus, & eſt hæreditarium, diſcept. 4. n. 22.
Juſpatronatus familiare deficientibus omnibus vocatis fit hæreditarium, ibid. n. 20.
Vocatis feminis ex linea effectiva, extincta familia effectiva Juſpatronatus fit hæreditarium, ibid. n. 26.
Major pinguedo vocis non dat prælationem, ſi præſentatus ab altero cohærede ſit de familia, & genere fundatoris, & iſte debet inſtitui, ibidem numer. 28. & 29.
Favor prælationis in paritate vocum attribuitur æqualiter illis de familia fundatoris, ſeu patronorum, diſcept. 38. & 3.
A fortiori debetur dicta prælatio, ſi præſentatus ſit compatronus, ibid. n. 5.
Quod præferatur in paritate vocum præſentatus, qui eſt de familia patronorum ſeu præſentantium, non procedit, ſi concurrit præſentatus de familia fundatoris, ibid. n. 6.
Præſentatus de familia fundatoris præfertur præſentato de familia patronorum ſeu præſentantium, ibidem.
In paritate vocum præferendus eſt præſentatus, qui eſt unus de compatronis, & de familia fundatoris, ibid. n. 7.
Gratia derogationis & gratificationis eſt ſubreptitia & nulla, ſi non fuit expreſſum Summo Pontifici, quod alter præſentatus erat unus ex compatronis, & de familia fundatoris, ibid. n. 8.
Præſumptio Clementinæ *plures de Jurep.* excluditur, ſi in aliqua ex præſentationibus aſſertum fuerit Juſpatronatus ſpectare ad familiam, ſeu domum, ſeu raſatam, diſcept. 53. n. 37.
Secus ſi dictum ſit ſpectare ad aliquas perſonas de domo, ſeu familia, & de ratione differentiæ, ibid.
Juſpatronatus facilius tranſit ad naturales familiæ, quam ad penitus extraneos, ibid. n. 41.
Feminæ etiam nuptæ in aliena familia dicuntur de familia, ſeu domo patris, & retinent jura ſanguinis, diſcept. 14. n. 21.
Et agnationem ipſam retinent, ac conſervant quouſque vivunt, diſcept. 26. n. 2. & 3.
Vocatione ſenioris de domo venit femina, defectis maſculis, etiamſi nupſerit in aliena familia, ibid.
Verba conceſſionis *ipſis poſteriſque ſuis, & poſt illorum obitum ſeniori, & antiquiori duntaxat de domo illorum*, ſunt perſonaliſſima, & reſtrictiva, & intelliguntur tantum de perſonis ibi expreſſe nominatis, & de earum familia effectiva, diſcept. 14. n. 26. & 27.
Amplia, etiamſi conceſſio facta ſit pluribus fratribus, quia adhuc non venit familia contentiva aliorum tranſverſalium in genere, ibid. n. 28.
Vide *Juſpatronatus*.
Hæreditates ut plurimum relinqui ſolent illis de familis, diſcept. 53. n. 8.
Verbum *familia* quandoque ex circumſtantiis intelligitur naturaliter non civiliter, ibid. n. 38.
Ex generali conſuetudine, & uſu loquendi totius Italiæ naturales dicuntur de domo, & familia, ibidem num. 39.
Naturales comprehenduntur in diſpoſitionibus ad commodum illorum de familia, ubi concurrit uſus Regionis & communis agnitio eorum pro legitimis, & de domo, ibid.

Familiaris.

Bulla S. Pii V. prohibens Ordinariis beneficia reſignata conferre conſanguineis & familiaribus non eſt uſu recepta in Hiſpania, diſcept. 12. n. 31.
Neque comprehendit Cardinales Epiſcopos, ibid.
Ordinarii Beneficia dimiſſa conferre prohibentur ſuis, aut dimittentium conſanguineis, & familiaribus etiam per fallacem circuitum, diſcept. 29. n. 2.
Non procedit hæc prohibitio in Beneficiis permutatis, ibid. n. 6.
Vide reſolutionem Sacræ Congregationis, ibidem numer. 19.
Familiares Papæ, tametſi habeant plures immunitates, adhuc non ſunt exempti a Cathedratico, diſcept. 35. num. 16. & ſeqq.

Farneſius.

Dux Farneſius, ne Parmæ magis vel Placentiæ favere videatur, ſe inſcribit P. & P. Dux, diſcept. 9. numer. 58.

Favor.

Favor alicui conceſſus non debet in ipſius odium retorqueri, diſcept. 3. n. 9.
Privilegium Clerici in Jurepatronatus mixto, ut ſuæ portioni non derogetur, non eſt proprium, ſed laici, & ſublato favore laici remanet inefficax, ibid. n. 8.
Favor Eccleſiæ eſt pauciores habere patronos, & ex eorum pluralitate dicitur magis gravata Eccleſia, ibid. num. 70.
Decretum apponi ſolitum per reviſores ſupplicationi gratiæ revalidatoriæ, quod expediri debeat intra decem menſes, reſpicit ſolum intereſſe officialium Datariæ, & Cancellariæ, quorum favore duntaxat non autem partis apponitur, diſcept. 22. n. 52.
Favor prælationis in paritate vocum attribuitur æqualiter illis de familia fundatoris, ſeu patronorum, diſcept. 38. n. 3.
Vide *Prælatio*.
Fundator ſi reliquit Juſpatronatus extraneis, iſti dicuntur electi loco illorum de ſanguine, & militat pro eis idem favor, ibid. n. 4.

Febris.

Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi Beneficiatus detinetur in lecto febri correptus, diſcept. 37. numer. 9.

Felinus.

Felinus fuit Epiſcopus Eccleſiarum Pennen. & Hadrien. diſcept. 9. n. 53. in fine.

Femina.

Feminæ regulariter excluduntur a prærogativa majoratus, & primogenituræ, diſcept. 24. n. 24.
Ad conſervationem nobiliſſimæ familiæ facilius inducitur

Digitized by Google

ciunt admiſſio maſculorum; & feminarum excluſio, ibid.
Verbum *deſcendentes ex eis* aptum eſt includere feminas ibid. n. 7. in fine.
Appellatione deſcendentium per lineam maſculinam non veniunt feminæ deſcendentes ex maſculis, ibid. n. 2. & ſeqq.
Contrarium de verinri, ibid. n. 4. & ſeqq. n. 14. & ſeqq.
Diſtingue, ut prima opinio procedat in fideicommiſſis, contraria vero in Jurepatronatus, & in materia indifferenti, ibid. n. 5. & ſeqq.
Amplia, etiam ſtante ratione agnationis, quando fuit ſubſtitutus extraneus, ibid num. 6 & 14. & ſeqq.
Verba reſtrictiva revocationis ad maſculos operantur feminarum excluſionem extantibus tantum maſculis; ſecus iſtis deficientibus, quia feminæ poſt maſculos admittuntur, ibid. n. 3.
Declara procedere, quando ab initio verba vocationis ſunt generalia apta complecti feminas, & poſtea additur reſtrictio; ſecus vero ſi ipſa verba vocationis ab initio ſunt reſtrictiva, quia tunc feminæ ſemper excluduntur, ibid. n. 3. & 12.
Nomine poſteriorum veniunt feminæ deſcendentes, & agnatæ poſt maſculos, etiamſi vocentur poſteri per lineam maſculinam, ibid. n. 22.
Statutum Mantuæ excludit perpetuo feminas, extantibus maſculis, ab hæreditate paterna, ibid. n. 31.
An excludat, a ſucceſſione Juriſpatronatus hæreditarii, ſeu mixti, ibid.
Feminæ capaces ſuccedendi in Jurepatronatus qualiter dici poſſunt excluſæ, diſcept. 4. n. 6.
Si renunciarunt expreſſæ hæreditati primi acquirentis, & ultimi poſſeſſoris cenſentur excluſæ, ibid. num. 5. & 6.
Item, ſi non habent potentiam ſuccedendi ab inteſtato habitualem, ibid. n. 5.
Feminæ non admittuntur ad ſucceſſionem in Jurepatronatus per mortem ultimi, ſi hæreditas primi non eſt ei delata lege, ibid. n. 12.
Quid, ſi hæreditas primi ſit ei delata a lege, & ablata per hominem, ibid.
Feminæ non poſſunt ſuccedere in feudo, emphyteuſi, vel Jurepatronatus mixtis, ubi excluduntur a ſtatuto, extantibus maſculis, ibid. n. 14.
Declara, ut tunc excludantur temporaliter tantum, & durantibus maſculis; ſecus ſi ſtatutum ſit perpetuo excluſivum, ibid.
Contrarium, quod ſtatutum excluſivum non habeat locum in Jurepatronatus mixto, ibid. n. 15.
Statutum excluſivum feminarum, ſtantibus maſculis, non habet locum in feudo mixto, ibid n. 18.
Et operatur tantum in feudo mere hæreditario, non autem in alio ſimpliciter non hæreditario, ibidem numer. 16.
Et operatur tantum in rebus hæreditariis, & juribus, quæ cum hæreditate deferuntur, ibid. n. 17.
Operatur in Jurepatronatus ſimpliciter hæreditario; ſecus in non ſimpliciter hæreditario, ſeu mixto, ibid.
Juſpatronatus reſervatum pro deſcendentibus maſculis, & deficiente linea maſculina pro feminis, per mortem ultimi maſculi non tranſit ad ejus hæredes, ſed ad feminam ſuperſtitem in reſervatione contemplatam, ibid n. 20.
Si vocantur feminæ poſt maſculos, facilius Juſpatronatus reputatur hæreditarium, & non agnatitium, ibidem num. 22.
Juſpatronatus reſervatum certo generi perſonarum, puta deſcendentibus maſculis, & linea maſculina extincta, feminis, repugnat qualitati ſimpliciter hæreditariæ, ibid. n. 23.
Amplia, etiamſi poſtea fiat mentio de hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, quia intelligitur de hæredibus, & ſucceſſoribus deſcendentibus, nec mutant vel ampliant diſpoſitionem, ibid.
Quidquid ſit, an reputetur hæreditarium, vel mere gentilitium ad effectum computandi voces patronorum in capita, vel in ſtirpes, ibid.
Vocatis feminis ex linea effectiva non veniunt feminæ ex linea contentiva, ibid. n. 26.
Sed familia effectiva extincta Juſpatronatus fit hæreditarium, ibid.
Appellatione feminarum non veniunt maſculi deſcendentes ab eis, ibid.
Vocatione poſterorum per lineam maſculinam veniunt feminæ per poſterius, diſcept. 14. n. 8.
Appellatione deſcendentium per rectam lineam maſculinam veniunt feminæ per poſterius, ibid. n. 10.
Ad excludendas feminas per poſterius, neceſſe eſt, quod vocentur maſculi deſcendentes per lineam maſculinam, ibid. n. 9.
Feminæ ſuccedunt poſt maſculos, etiamſi vocentur maſculi cum taxativa tantum, ibidem numer. 12. & ſeqq.
Feminæ, & deſcendentes ab eis non propriam, ſed alienam agnationem conſervant, ibid. n. 27.
Agnatione contemplata, feminæ quando veniant excluſæ, ibid. n. 17. & ſeqq.
Cenſentur excluſæ, ubi materia tanquam differens id ſuadeat, qualis eſt illa bonorum feudalium majoratuum, & ſimilium, ibid. n. 18.
Et quando adeſt votum conſervandæ agnationis ſtricto, & rigoroſo modo, ſeu vocatio eſt reſtricta ad ſolos maſculos de linea maſculina, ibid.
Et quando diſponens abhorruit a qualitate feminea perpetuo illas excludendo per viam regulæ, ibid.
Vel quando ſuperſunt maſculi, qui cum feminis concurrant, ibid.
Non cenſentur excluſæ, ubi agitur de materia indifferenti, qualis eſt illa Juriſpatronatus, in qua regulariter feminæ admittuntur, ibid. n. 19.
Amplia, ſive agatur de Jurepatronatus gentilitio, ſive hæreditario, ſive mixto, ibid.
Declara, ut non cenſeantur excluſæ defectis maſculis; ſecus illis extantibus, ibid. n. 20.
Vocatione ſenioris de domo venit femina, defectis maſculis, ibid. n. 21.
Amplia, etiamſi nupta ſit in aliena familia, ibid.
Feminæ etiam nuptæ in aliena familia dicuntur de familia ſeu domo patris, & retinent jura ſanguinis, ibid. num. 21.
Et agnationem ipſam retinent, ac conſervant quouſque vivunt, ibid.
Ex conceſſione Juriſpatronatus facta primo loco ad favorem duorum fratrum maſculorum arguitur ad ſucceſſivam quoque maſculorum vocationem, ibid. n. 24.
Declara, ut importet prælationem maſculorum, non tamen totalem excluſionem feminarum per poſterius, & maſculis defectis, ibid. n. 25.
Statutum excluſivum feminarum an, & quando excludat a ſucceſſione in Jurepatronatus mixto, ibidem numer. 31.
Capellaniæ mere laicalis cum onere Miſſarum ſunt capaces etiam laici & feminæ, diſcept. 19. num. 16. in fine.
Vide plura in verbo *Juſpatronatus*.
Hoſpitale ſeculare licet poſſit gubernari per laicos, & feminas, non tamen infertur, quod poſſit per Regulares, diſcept. 23. n. 3.
Ubi feminæ ſuccedunt per poſterius, intelligitur diſcretive in qualibet linea ſubalterna, diſcept. 56. n. 3.
Declara, niſi obſervantia probaret ſucceſſionem eſſe ſaltuariam favore maſculorum, ibid.
Vel niſi verba fundationis idem inferrent, diſtinguendo duas lineas maſculinam, & femininam cum prælatione maſculorum, ibid.
Vocabulum maſculneum non eſt aptum comprehendere feminas etiam per poſterius, ibid. n. 6.
Vir eſt minus libidini obnoxius quam femina, diſcep. 52. num. 54.
Femina licet magis ardeat, minus quam vir ardorem oſtendit, & vir qui minus ardet, magis quam femina ardorem manifeſtat, ibid.
Vide etiam *Mulier*.

Ferculum.

Decretum Sacræ Congregationis Concilii ſuper ſubminiſtratione annuorum legatorum Fratribus Capuccinis relictorum olei, ac ceræ pro uſu Eccleſiæ, & novis ferculi in qualibet hebdomada, diſcept. 2. numer. 275. & ſeqq.

Feudum.

Feudum mixtum non poteſt alienari per agnatum, diſcept. 4. n. 16.
In tranſverſalibus ſufficit eſſe hæres primi acquirentis, & non ultimi ad ſuccedendum in feudo mixto, ibidem.
In filiis vero in tantum requiritur, quod ſit hæres ultimi ſaltem in potentia, in quantum non poteſt aliter effici hæres primi, ibid.
Agnatus tranſverſalis ſufficit, quod ſit hæres ultimi etiam in potentia (puta ſi iſte alium inſtituiſſet) vel econtra, quod, repudiata hæreditate ultimi remaneat hæres primi pariter in potentia, ut habeat qualitatem hæreditariam requiſitam ad ſuccedendum, tam in feudo, quam in Jurepatronatus mixti, ibidem numer. 9.
Qualitas hæredis in feudo vel Jurepatronatus mixto ſemper conſideratur reſpectu primi non reſpectu ultimi, licet per hujus medium acquiratur hæreditas primi, ibid. n. 10.
Jus feudi non concernit hæreditatem diſtributive, ſed ſolum reſpicit hæredis qualitatem denominative, ibid. num. 22.

Quod

Quod jus denominationis eſt incorporeum, & non requiritur actu, ſed ſufficit habitu, ibid. n. 12.
Nomen hæredis in feudo mixto ad hoc tantum inventum, ne poſſet agnatus repudiata vaſſalli hæreditate feudum retinere, ibid n. 16.
De hæreditate non dicitur eſſe id, quod non eſt in diſpoſitione teſtatoris, nec per eum poteſt transferri in extraneum, ibid.
Juſpatronatus mixtum conformatur eiſdem regulis cum feudo, & valet argumentum ab uno ad aliud, ibid.
Feminæ non poſſunt ſuccedere in feudo, emphyteuſi, vel Jurepatronatus mixtis, ubi excluduntur a ſtatuto, extantibus maſculis, ibid. n. 14.
Declara, ut tunc excludantur temporaliter tantum & durantibus maſculis, ſecus ſi ſtatutum ſit perpetuo excluſivum, ibid.
Contrarium quod ſtatutum excluſivum non habeat locum in Jurepatronatus mixto, ibid. n. 15.
Statutum excluſivum feminarum, extantibus maſculis, non habet locum in feudo mixto, ibid n. 16.
Et operatur tantum in feudo mere hæreditario, non autem in alio ſimpliciter non hæreditario, ibid.

Fictio.

Idem operatur fictio in caſu ficto, ac veritas in caſu vero, diſcept. 26 n. 8. in fine.
Matrimonium ficte celebratum per verba de præſenti eſt matrimonium in foro externo, non autem in interno, diſcept. 52. n. 46.
Stuprator diſparis conditionis ſub ficta promiſſione nubendi non tenetur nubere, ibid. n. 56.
Nec tenetur ad dotem, ſi mulier viderit vel videre potuerit ſe decipi; ſecus ſi fuerit ignara qualitatis viri, vel iſte taliter promiſit, ut illa ei prudenter crediderit, ibid.
Stuprator diſparis conditionis tam in nobilitate, quam in divitiis, ſi præmiſſa clandeſtina protrſtatione ſuper metu matrimonium ficte contrahat, nullum eſt matrimonium, etiamſi copulam extorſerit data ſpe matrimonii, ſed ficte, ibid. n. 55.
Maxime ſi mulier colligere potuit fictionem ex conjecturis, ibid.
Vide *Matrimonium*.

Fideicommiſſum.

In fideicommiſſis appellatione deſcendentium per lineam maſculinam non veniunt feminæ deſcendentes ex maſculis; ſecus in Jurepatronatus, & in materia indifferenti, diſcept. 12. n. 5 & ſeqq.
In materia inſtitutionis beneficiorum filius præſumitur habere parem affectionem erga utramque lineam, ex qua ipſe proceſſit; ſecus in fideicommiſſis, & majoratibus, diſcept. 7. n. 4.
A fideicommiſſis, & primogenituris ad Juſpatronatus valet argumentum, diſcept. 14. n. 21.
Regulæ fideicommiſſi applicantur ad Juſpatronatus, diſcept. 26. n. 3.
Vocato ad fideicommiſſum proximiore teſtatori, vel ſeniore de familia, aut aliter qualificato, ſi iſte reperiatur in altera linea admittitur excluſive ad non qualificatos de linea ubi fideicommiſſum fecerat ingreſſum, diſcept. 26. n. 18.

Fidelitas.

Obligatio largior ſeu fidelitatis eſt, cum quis in ſe ipſo teneatur ad aliquid præſtandum, licet is cui obſtringitur nullum jus habeat, ut illum in judicio conveniat, diſcept. 2. n. 78.
Ad conſiſtentiam actionis ſufficit mutua fidelitatis obligatio ut ſit in partibus, licet non ſit actio civilis, ib. num. 78.
Fundatores annuorum redituum pro Fratribus Minoribus vel eorum hæredes tenentur titulo fidelitatis adimplere a ſe ipſis vel a Teſtatoribus promiſſa, licet Fratres careant omni actione civili, ibid. n. 78.
Judex tamen ſive ex officio, ſive undecunque imploratus, vel Reſpublica præſtare debet, ne legatum inane, & irritum cenſeatur, ibid.
Hæredes tenentur obligatione fidelitatis & conſcientiæ ſolvere legata Fratribus Minoribus, licet iſtis nulla civilis actio competat, ibid. n. 86.
Super legatis annuis Fratribus Minoribus relictis ſcripturæ & inſtrumenta confici poſſunt, oritur tamen ex ea ſtipulatione ſola fidelitatis obligatio, ibidem numer. 96.
Cardinales de Epiſcopatibus proviſi non poſſunt in adminiſtratione Eccleſiæ ſe ingerere ante præſtitum juramentum fidelitatis, & de viſitando Apoſtolorum limina ex Conſtitutione Sixti V. diſcep. 22. n. 28.
Sublata actione civili, adhuc tenetur hæres celebrari facere Miſſas per fratres legatarios ex obligatione naturali fidelitatis, & conſcientiæ, diſceptat. 2. numero 14.
Vide *Fratres Minores*.

Fides.

Accuſatio, & diſpoſitio Epiſcoporum ſicut quæſtio fidei ſpectat ad Sedem Apoſtolicam, non ad inferiores, diſcept. 16 n. 43.
Promittens impetrare diſpenſationem pro retentione utriuſque beneficii non poteſt allegare bonam fidem circa illorum compatibilitatem, diſceptat. 8. numero 33.
Sponſalia bene, & non meticuloſe ſtipulata ſunt effectuanda, diſcept. 32. n. 23.
Et quando nulla ſubeſt cauſa recedendi a fide data, ſola ſponſæ renitentia non attenditur, ibid. n. 24.
Sponſa ſi monita perſuaſiones & diligentias ad ſervandam fidem adhuc renuit, non eſt deveniendum ad exaſiſſimas coactiones, ibid. n. 26.
Vide *Sponſalia*.
Sententia lata ſuper parentela inducit bonam fidem in Patrono præſentante, & firmat ſtatum ultimum, in quem præſentatio debet ſuſtineri, diſceptat. 7. num. 31.
Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione, ſi verus patronus non opponat re integra, ſed tantum poſt inſtitutionem, non removetur non obſtante mala fide poſſeſſoris, diſcept. 28. n. 8.
Contrarium, ſtante mala fide poſſeſſoris, ibid. n. 1.
Declara, ut ſtante mala fide poſſeſſoris poſſit Inſtitutum repræſentare veris patronis, ibid.
Etiam poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere fructus poſt motam litem perceptos, ibid. n. 12.
Declara procedere in fructibus, quibus poſſeſſor locupletatur; ſecus in fructibus honoris, quales ſunt electio, & præſentatio, ibid.
Nulliter tonſuratus non eſt incapax penſionis, ſtante bona fide ordinantis & ordinati ab Ordinario non ſuo, quia bona fides excuſat ad ſuſtinendum actum & evitandam pœnam, diſcept. 47. n. 5.
Dictio Cardinalium licet nihil opponi poſſit, poteſt tamen opponi dicto Legatorum de audita ab eiſdem Cardinalibus deponentium, diſcept. 51. n. 18.
Fidem præſtare teſtibus parentibus, conſanguineis, & affinibus in materia matrimoniali repoſitum eſt in arbitrio Judicis, ponderata qualitate cauſæ pendentis, & conditione pari vel diſſimili perſonarum tam in nobilitate, quam in divitiis, & aliis circumſtantiis, diſcept. num. 70.
Diſtincta narratio circumſtantiarum fidem auget Hiſtoricis, diſcep. 8. n. 22.

Fiducia.

Nimia vincendi fiducia ſæpe facit, ut perdamus, ſeu vincamur, diſcep. 51. n. 25.

Figura.

Habitus diverſos dicitur ex circumſtantiis, & coloribus, licet figura ſit eadem, diſcep. 49. n. 5.
Vide *Habitus*.

Filia.

Filia non poteſt eſſe hæres primi, niſi ſit hæres ultimi & mediante patre, ad quem totum Juſpatronatus devenit, diſcept. 4. n. 10.
Filia renuncians hæreditati paternæ cenſetur renunciaſſe hæreditati primi acquirentis, ibidem numero 8. & 10.
Filia ultimi poſſeſſoris ſi ejuſdem hæreditati renunciavit, cenſetur etiam hæreditati primum acquirentis renunciaſſe, & non ſuccedit in Jurepatronatus, ibid. numer. 7.
Præſumptionem juris Clementinæ *plures de Jurepatronatu* excludit aſſertio, quod Juſpatronatus remanſerit penes unum fratrem tanquam unicum Patronum, exiſtentibus filiabus, & hæredibus ex ejus fratre prædefuncto, diſcept. 53. n. 14.
Vel ſi præſentavit unus ſolus de familia, licet adeſſent filiæ, & hæredes alterius ex compatronis, ibid.

Filius.

Filius ſuccedit in Jurepatronatus, licet non ſit hæres primi, nec ultimi, ſi pater alium inſtituit, diſcep. 4. num. 4.
Filius ſi paternam hæreditatem repudiet non erit hæres primi nec ultimi, & non habebit Juſpatronatus, ibid. n. 3.

Filius non poteſt eſſe hæres primi niſi ſit hæres ultimi; ſecus vero tranſverſalis, ibid. n. 3. & 7.

Filius medio Patris ſit hæres primi acquirentis, ibidem num. 10.

In tranſverſalibus ſufficit eſſe hæres primi acquirentis & non ultimi ad ſuccedendum in feudo mixto, in filiis vero in tantum requiritur quod ſit hæres ultimi ſaltem potentia, in quantum non poteſt aliter effici hæres primi, ibid. n. 16.

Juſpatronatus reſervatum alicui, & ejus deſcendentibus in infinitum abſque ulla agnationis vel familiæ mentione intelligitur de filiis uti hæredibus, & eſt hæreditarium, ibid. n. 12.

Filius præſumitur habere parem affectionem erga utramque lineam, ex qua ipſe proceſſit, diſcept. 7. n. 4.

Declara procedere in materia inſtitutionis, beneficiorum; ſecus in fideicommiſſis, & majoratibus, ibid.

Confeſſio quod quis ſit ſpurius non excludit, quod ſit filius talis Patris, ibid. n. 17.

Maxime quando detegitur erronea, ibid. n. 19.

Matrimonium enunciatum inter patrem, & matrem oſtendit filium eſſe legitimum, ibid. n. 19.

Amplia, etiamſi non ſpecificet nomen matris, ibidem num. 21.

Ubi illegitimi gaudent nobilitate Parentum filios legitimos ſpurii debet admitti ad beneficium de Jurepatronatus, etiamſi verba fundationis ſint civilia, & non naturalia, ibid. n. 24.

In Hiſpania ex conſuetudine filii illegitimi gaudent nobilitate Parentum, ibid.

Et veniunt appellatione illorum de genere, & genere, & parentela, ibid. n. 24. & 27.

In materia ſanguinis, & nobilitatis confeſſio patris non præjudicat filio, ibid. n. 18.

Probans eſſe quem filium Petri N. non probat deſcendentiam a fundatore, ſi aderant in Civitate plures ejuſdem nominis, & cognominis, ib. n. 29. & 31.

Limita, ſi habet præſentationem a Patrono, ibid. numer. 30.

Item limita, ſi frater ejus fuit alias præſentatus, & obtinuit beneficium per ſententiam rejecta tali exceptione caonnirantem parentelam, ibid.

Ad evitandam vocationem extranei excluſivam agnatorum verba debene impropriari, & filiorum nomine comprehendi nepotes, diſcept. 14. n. 15.

Vide etiam *Deſcendentes*, *filia*, *ſpurius*.

Ultimus ſtatus in quaſi poſſeſſione præſentandi non tranſit in filium, & in hæredes, nec illis ſuffragatur in poſſeſſorio, diſcept. 28. n. 8.

Incapacitas Beneficiorum ſtatuta a Sacris Canonibus contra filios Hæreticorum locum habet etiam in penſionibus, diſcept. 47. n. 11.

Diſſenſus, & indignatio patris inducit juſtum metum exhæredationis in filio, & illi præbet juſtam cauſam recedendi a ſponſalibus, diſcept. 52. n. 81.

Amplia etiam non obſtante juramento in apocha promiſſionis appoſito, ibid.

Mater non habet jus impediendi Matrimonium filii, niſi in defectum patris & avi, ibid. n. 83.

Ex diſpoſitione Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 1. de Matrim. conſenſus patris non requiritur ad validitatem Matrimonii filiifamilias, ibid. n. 86.

Declara, ut Matrimonium factum abſque tali conſenſu valeat, ſed antequam contrahatur poteſt pater illud impedire, ibid.

Prælatus tenetur impedire matrimonium filiifamilias volentis nubere cum ſponſa nimis paupere, ob timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, ibid. numer. 89.

Et Parochi de ſtylo, & de Jure nequeunt facere denonciationes, ſed debent expectare reſponſum Epiſcopi, vel ejus Vicarii, ibid. n. 91.

Nec Ordinarius tali caſu poteſt remittere denunciationes, ibid.

Vide *Matrimonium*.

Præſumptio juris ex Clementina *plures de Jurep.* excluditur, ſi aliqua præſentatio facta fuit per patrem ſimul, & filii, diſcept. 53. n. 3.

Contrarium, quia filius poteſt præſentare ſimul cum patre tanquam hæres avi vel patrui, ibid.

Filius præſentans ſimul cum patre potius præſumitur præſentare jure proprio, quam hæreditario alterius, ibid. n. 3. & 22.

Limita, ſi in omnibus vacationibus ſoli patres præſentarunt, licet tunc haberent filios, ibid. n. 3.

Soli Juriſpatronatus gentilitio convenit, ut filius vivente patre admittatur ad præſentandum uti compatronus, ibid. n. 12.

Flamines.

Sacerdotes Jovis apud Gentiles Flamines Diales nuncupati abeſſe non poterant, etiam ex cauſa neceſſaria ob adverſam valetudinem abſque licentia Summi Pontificis, diſcept. 34. n. 24.

Flumen.

Caſus abſentiæ coactæ aut violentæ eſt, ſi vi fluminis, ac tempeſtatis impeditur reditus ad Eccleſiam, diſcep. 38. n. 9.

Forma.

Patroni poſſunt inter ſe convenire circa modum, & formam præſentandi, diſcept. 23. n. 35. 46. n. 57.

Forma a Concilio Tridentino præſcripta in perſonis potentibus ad probandum jus præſentandi principalem Prælaturam non intrat, ſi ex inſtrumento conſtat, quod dotarunt vel fundarunt Eccleſiam Conventualem, diſcept. 22. n. 44.

In electione impropria ſervatur ſolum jus naturale ſine ulla forma juris poſitivi, diſcept. 14. n. 4. & 16.

Præterire formam *c. quia propter de elect.* non eſt in facultate etiam totius Capituli, ibid. n. 4.

Taciturnitas non ſufficit pro conſenſu, ubi in electione requiritur forma *c. quia propter de elect.* ſecus ubi dicta forma non requiritur, ibid. n. 8.

Extra formam *c. quia propter* electio convalidatur per deportationem electi ad Sedem, ibid. n. 10. 18. & 70.

Et ad eam ſufficit conſenſus tacitus, qui non minus ex verbis, quam facto deducitur, ibid. n. 10.

Et votum in ea explicari poteſt etiam nutibus, v. g. vultu, manuque, ac etiam pedibus, ibid. n. 11.

Forma *c. quia propter de elect.* ſervanda eſt in electione, quæ ſit de dignitatibus, & Prælaturis majoribus, per quarum vacationem Eccleſiæ remanent viduatæ; ſecus ubi agitur de Canonicatu, ſeu dignitate inferiori, diſcept. 4. n. 132.

Vide *Electio*.

Sponſalia, ſi contrahantur in facie Eccleſiæ, ſervata forma a Sacro Concilio præſcripta in matrimonio, & poſtea ſequatur copula, tranſeunt in matrimonium, diſcept. 52. n. 8.

Contrarium, ibid. n. 9. & ſeqq.

Sponſalia etiam de præſenti hodie ſunt invalida, & nulla, ſi non fuit ſervata forma Concilii Tridentini, ibid. num. 82.

Amplia, etiam in matrimoniis Hæreticorum, & Schiſmaticorum, ſi in eorum Parochia Decretum Concilii fuit publicatum, ibid.

Vide *Matrimonium*, *Sponſalia*.

Formula.

Etiam in proviſionibus factum prævalere debet & ſperni cortex, ſeu formula verborum, diſcept. 17. n. 59.

Fornicatio.

Scientes occultam cognationem inter eos, quorum publicatur matrimonium, tenetur propalare ad evitandam futuram fornicationem, diſcept. 52. n. 105.

Forus.

Eccleſiaſticæ perſonæ non poſſunt ſe ſubjicere examini in foro laicali, ubi præjudicat præcepto Superioris Eccleſiaſtici, diſcept. 20. n. 25.

Dare hanc licentiam non eſt ſolius Epiſcopi privative, ſed cujuſcunque Judicis Eccleſiaſtici habentis juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, ibid.

Abbas ſi habet juriſdictionem ordinariam poteſt dare hanc licentiam, ibid.

Et quando habet pro ſe obſervantiam, ibid.

Si puella ſtupro conſentit blandis verbis leviter, non vehementer rogata, ſtuprator tenetur ad dotem, vel ad matrimonium in foro exteriori; ſecus in interiori, diſcept. 52. n. 52.

Si autem abſque ulla perſuaſione conſenſit, ut quia virum attraxit ad concubitum, tunc in utroque foro ſtuprator ad nihilum tenetur, ibid.

In foro externo puella ſive præviis importunis precibus, ſive levibus ſit corrupta, debet in uxorem duci, aut dotari, ib.

Diſtinctionem inter preces leves, & vehementes auctor non admittit in virgine, ſed tantum in corrupta, ib. num. 52.

Vide *Stuprum*.

Franchitia.

Privilegium Camerale nil aliud continet, quam generalem exemptionem, ſeu franchitiam conceſſam officialibus Cameræ ab omnibus gabellis, & vectigalibus, diſcept. 35. n. 3.

Vide *Privilegium*.

Fran-

Franciſcus.

Divus Franciſcus aſſignavit ſuis Fratribus quatuor vivendi modos, ſcilicet de laboribus, de oblationibus, de mendicationibus, & recurſu ad pecuniam, diſcept. ar. num. 79.
De quo labore intelligatur Regula, ibid.
Divus Franciſcus pro annuis reditibus laborem Fratribus ſuis legavit, ibid. n. 83.
Laici corpore, Clerici vero in choro pro eorum munere laborare debent, ibid.
Divus Franciſcus uti Diaconus vacabat divinis, uti laicus manibus laborabat, ibid. n. 84.
Divus Franciſcus voluit ſuos Fratres prius de laboris pretio, quam mendicationo victitare, ibid. n. 73.

Frater.

In materia ſanguinis & nobilitatis confeſſio præiudicat fratri confitentis, diſcept. 7. n. 18.
Sententia lata ad favorem fratris ſuper parentela probat etiam ad favorem alterius fratris, ibid. numer. 22. & 30.
Probans eſſe quem filium N. non probat deſcendentiam a fundatore, ſi aderant in civitate plures ejuſdem nominis, & cognominis, ibid. n. 29. & 31.
Limina, ſi frater eius alias præſentatus, & obtionit beneficium per ſententiam, rejecta tali exceptione canonizatorem parentelam, ibid. n. 30.
Soror ſenunciaus hæreditati fraternæ non cenſetur renunciaſſe hæreditati primi acquisentis, diſcept. 4. numer. 8.
Renunciatio reſtricta ad prætenſiones in bonis fraternis non includit Juſpatronatus, ibid. n. 7.
Metus reverentialis, ut conſideretur in ſorore reſpectu fratris majoris, requiritur, quod frater ſtet in domo loco patrisfamilias gubernando minorem, diſcept. 32. num. 10.
Si frater objurgans ſororem ad illius reſponſionem tacuit, & fugam arripuit, dicendum eſt, potius fratrem timuiſſe, quam ſororem, ibid. n. 11.
Frater ætate minor præſomitur inhabilis ad valide minandum, & minas exequendum erga ſororem ætate majorem, ibid. n. 14.
Præſumptionem juris *Clem. plures de præbend.* excludit aſſertio quod Juſpatronatus remanſerit penes unum fratrem tanquam unicum patronum, exiſtentibus filiabus, & hæredibus ex ejus fratre prædefuncto, diſcept. 53. num. 14.

Fratres Minores.

Fratres Minores de Obſervantia non poſſunt poſſidere cenſus & bona ſtabilia, diſcept. 2. n. 1.
Poſſunt recipere quidquid eis traditur pro celebratione Miſſarum, & anniverſariorum per modum eleemoſynæ, ibid.
Ipſis legatum pro oleo lampadis debetur, & eſt adimplendum, ibid. n. 2.
Item debetur ipſis legatum pro ſindonibus infirmorum, ibid. n. 3.
Legatum pro ſindonibus non pertinet ad alimoniam, ſeu neceſſariam ſuſtentationem Fratrum, ſed ad ſublevamen infirmorum, & majorem quandam eorum curam, ibidem.
Petrus Mores de Molinos nobilis Turritanus inſtituit ſeptem legata pia favore Minorum de Obſervantia Conventus S. Petri de Syrchis, ibid. n. 1. & 36.
Legata cum onere Miſſarum ſunt adimplenda ex parte hæredis abſolute, & indiſtincte, ſive Fratres ſint capaces, ſive non, ibid. n. 4.
Legata ſunt adimplenda, ſed non favore Fratrum incapacium, & poteſt hæres celebrationem committere, & ſtipendium aſſignare aliis Sacerdotibus, ib. n. 5.
Fratres Minores non ſunt incapaces totaliter, & per quemcunque modum recipiendi annua legata, ibid.
Non poſſunt habere annua legata per modum aſſignationis perpetuæ tanquam ſibi debita civiliter, ſeu vigore actionis ex teſtamento, ibid.
Sunt capaces, quando, ſecluſa omni obligatione, & actione civili, volunt agere per modum puræ, & ſimplicis eleemoſynæ in ſtipendium celebrationis Miſſarum, ibid.
Declara, dummodo præmittant ſoper hoc proteſtationem traditam a D. Bonaventura, ibid.
Clementina *exivi* ſolum prohibet Fratribus Minoribus poſſidere legata civiliter, & tanquam debita jure actionis, non autem illa quotannis manualiter recipere per viam eleemoſynæ in ſtipendium Miſſarum, ibid. num. 6.
Capitulis generalibus Ordinis ſtatutum eſt, Fratres Minores teneri emittere proteſtationem, quod non intendunt habere jus vigore legati, qua emiſſa, ſunt capaces recipiendi per modum eleemoſynæ quidquid ipſis offertur, ibid. n. 7.
Idem firmatur ſeptem reſolutionibus diverſarum Sacrarum Congregationum, ibid. n. 8.
Idem ex Conſtitutionibus diverſorum Summorum Pontificum, ibid. n. 9.
Idem probatur ex conſuetudine univerſali totius Religionis, ibid. n. 10.
Conventus fere omnes, & Collegia Minoritarum adjuvantur ex eleemoſynis legatorum perpetuorum, & plures Conventus enumerantur, ibid.
Legata annua non ſunt prohibita Minoribus ratione ſubſtantiæ, ſed ratione modi per teſtatorem expreſſi, ſcilicet ut jure actionis ex teſtamento annuatim debeantur, ibid. n. 11.
Sola actio civilis eſt illa, quæ repugnat Regulæ Seraphicæ, ibid.
Et, ea ſolum mediante, poſſideri dicit annuus reditus, ibid.
Actio civilis penitus tollitur, mediante proteſtatione ſolita fieri per Fratres Minores, ibid. n. 11.
Proteſtatio fieri ſolita per Fratres Minores ſpoliat legata omni actione civili ad exigendum, ibid n. 14.
Actione civili ſublata, mediante proteſtatione ſolita fieri per Fratres Minores, legatum remanet in pura ſubſtantia, ibid. n. 11.
Fratres Minores ſunt capaces ſubſtantiæ legati per modum eleemoſynæ manualis, dum nihil juris ad ipſos manet, ibid.
Contrarium tenentes reprobantur, ibid. n. 12.
Si teſtator voluerit Miſſas celebrari per Fratres Minores in eorum Eccleſia, iniquum videtur, quod hæres velit ibi mittere alios Sacerdotes ad celebrandum, illiſque dare eleemoſynam manualem, ibid. n. 12.
Fratres Minores ſunt capaces eleemoſynæ manualis, ibid.
Fratres Minores veniunt præferendi omnibus Sacerdotibus extraneis, tam ratione loci, quam ratione præcepti teſtatoris, ſi iſte mandavit celebrari per ipſos in eorum Eccleſiis, ibid.
Legata ſi ſint facta modo illicito, tunc Fratres Minores non poſſunt illa recipere, etiam per viam eleemoſynæ, ibid. n. 13.
Legata ſunt facta modo illicito, ſi ſint relicta Fratribus Minoribus annuatim vigore actionis ex teſtamento, ibid. n. 13.
Proteſtatione ſolita fieri per Fratres Minores tollitur hic modus illicitus, ibid.
Legata, ſpoliata omni actione civili, mediante dicta proteſtatione, non dicuntur nulla in totum, ſed remaneat valida, & firma in obligatione naturali fidelitatis, & conſcientiæ, quam habet hæres de adimplenda voluntate defuncti, prout jacet, ibid.
Sublata actione civili, adhuc tenetur hæres celebrari facere Miſſas per Fratres legatarios ex obligatione naturali fidelitatis, & conſcientiæ, ibid.
Clemens VII conceſſit facultatem Syndico Conventus tranſigendi cum hæredibus ſuper legatis, quorum Fratres erant incapaces, quia hæredes remanebant naturaliter obligati, ibid.
Sacra Congregatio Fabricæ prohibuit, ne hæredes ſe componentes cum Fabrica extinguerent annua legata relicta Fratribus Minoribus, ibid. n. 15.
Et voluit capitalia integra conſervari, ut legata ſolverentur legatariis per viam eleemoſynæ, ibid.
Legata facta Fratribus Minoribus non ſunt caduca in totum, ſed ſolum in obligatione civili, non autem in naturali, qua tenetur hæres illis præſtare eleemoſynas, ibid.
Teſtator legans annuum ſtipendium pro ſimplici eleemoſyna manuali Miſſarum per Fratres celebrandarum, gravando pro ſolutione ſua bona, & horum reſpective hæredes, non dicitur relictum modo illicito, ibidem num. 16.
Et talia legata debentur Fratribus, nec ſunt in aliqua parte caduca, ibid.
Inſtitutum Seraphicum principaliter ordinat Fratres ad eleemoſynam, ibid.
Teſtator, ſicut in vita poterat dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus, hoc idem facere poteſt poſt mortem, ibid.
Legatum Fratribus Minoribus non dicitur modo illicito, etiamſi ſortes relinquantur, quando principalis intentio teſtatoris fuit legare ſimplices eleemoſynas pro ſtipendio Miſſarum, & capitalia reliquiſſe pro ſimplici ſecuritate earundem eleemoſynarum, ibidem num. 17.
Si major pars legatorum eſt pro ſimplici uſufructu, & eleemoſyna idem præſumitur voluiſſe de aliis relictis, ibid.
Legantes Fratribus Minoribus non præſumuntur eis dediſſe proprietatem, ſeu aliquod jus Seraphicæ Regulæ contrarium, ibid.

Expreſ-

Digitized by Google

Expreſſio fortis non vitiat legatum uſusfructus relictum ſub modo licito eleemoſynæ Fratribus Minoribus, ib. num. 18.
Legatum Fratribus Minoribus caducatur, ſi fuit expreſſus ſolus modus illicitus, ut ſi legata ſit proprietas fundi ad habendum, & poſſidendum jure proprio in perpetuum, ibid. n. 19.
Fratres Minores non poſſunt recipere eleemoſynam niſi a ſponte dantibus, ibid. n. 20.
Intelligе quoad Fratres ipſos, qui non poſſunt judicialiter hæredes cogere, ibid. n. 21.
Hæres licet cogi non poſſit a Fratribus Minoribus ad præſtandum legatum, cogi tamen poſt ſam ex officio, quam ad inſtantiam cujuſquam de populo, ibid. num. 22.
Et poteſt etiam cogi per Syndicum Apoſtolicum tanquam unum de populo, non Fratrum nomine, ibid.
Et poteſt cogi per Syndicum non tanquam unum de populo, ſed nomine Eccleſiæ Romanæ, ibid. n. 23.
Hæres tenetur procurare celebrationem Miſſarum, quam committere non poteſt niſi ſolis Fratribus Minoribus, & non aliis, ſi teſtator ita voluit, ibid. n. 23.
Et ad id poteſt per Judicem compelli, vel ex officio, vel ad inſtantiam popularem, vel nomine Romanæ Eccleſiæ, ibid. n. 25.
Referuntur plures reſolutiones, & judicata ad hoc probandum, ibid. n. 26.
Bertoldus Urſinus condemnatus fuit ad ſolvendum plura annua legata Fratribus Minoribus, ibid.
Neque hoc caſu hæredes dicuntur coacti reſpectu Fratrum, ibid. n. 27.
Immo nec dicuntur coacti reſpectu Judicis, quia teſtator voluntarie reliquit, & ipſi non poſſunt habere voluntatem contrariam, ibid.
Et ſi recuſant dare ſponte, dicuntur irrationabiliter inviti, & habentur de Jure pro voluntariis, ibidem numer. 27.
Vovens dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus incapacibus poteſt cogi per Confeſſarium ad tradendum ratione voti, ibid. n. 28.
Et tamen reſpectu Fratrum non egentium dicetur ſponte tradere, quia votum ab initio fuit voluntarium, ibid.
Eleemoſyna perpetua Fratribus incapacibus legata dicitur certa moraliter, non civiliter, ibid. n. 29.
Et non repugnat ſtatui altiſſimæ paupertatis, ibid.
Et neque eſt certa moraliter, quia pendet ab arbitrio Judicis ſecundum circumſtantias illam tollere, ibidem num. 30.
Omnia relicta Fratribus Minoribus ſunt in abſoluto dominio, & proprietate Sedis Apoſtolicæ, ibid. n. 31.
Et Papa poteſt quandocunque illa eiſdem tollere & aliis applicare, ibid. n. 31.
Relictum Fratribus Minoribus pro celebratione Miſſarum non debetur niſi conditionaliter, ibid. n. 32.
Relictum Fratribus intuitu Capellæ de Jurepatronatus exiſtentis in eorum Eccleſia dicitur cauſative relictum, & ſi ab ea receſſerint, non ipſis debetur, ſed aliis in dicta Eccleſia ſubrogatis, ibid.
Legatum Fratribus Minoribus relictum modo licito valet abſque dubio, ibid. n. 32.
Legatum Fratribus Minoribus relictum modo illicito abſque dubio non valet, ibid.
Legatum Fratribus Minoribus relictum modo indeterminato valet, quia interpretatur, ut cenſeatur factum modo licito, non modo illicito, ibid.
Dubitat de hoc Auctor, ibid. n. 33.
Relictum a Teſtatore ut eleemoſynæ Miſſarum convertantur in uſum Fratrum Minorum, & ad eorum alimoniam, dicitur relictum modo illicito, ibidem numer. 35.
Sed ſi voluit, dictas eleemoſynas applicari ad fabricam, luminaria, Sacriſtiam, & alios uſus, quam ipſorum Fratrum, dicitur relictum modo licito, ibid.
Si relinquit ſimpliciter, non declarando ad quos uſus, cenſetur reliquiſſe ad alios uſus, quam ipſorum Fratrum, ibid.
Dubitat de hoc Auctor, ibid.
Fratres Minores ex Regula S. Franciſci, & Conſtitutionibus Nicolai III. & Clementis V. ſunt incapaces cujuſcunque juris, & proprietatis tam in communi, quam in proprio, ibid. n. 37.
Eorum incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipſorum Fratrum pro quotidiano victu, & veſtitu, non quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Eccleſiarum, & certum uſum cultus divini, ibid.
Sunt capaces legatorum vini pro Sacrificiis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminaribus, ibid.
Et hæc legata peti poſſunt a Syndico Apoſtolico nomine eorum Eccleſiarum, ibid.
Legatum ſimpliciter Fratribus Minoribus pro Infirmaria an valeat, dubitatur, ibid. n. 38.
Relictum pro ſindonibus infirmorum valet, ibid.
Item legatum pro pane albo miniſtrando infirmis, ibid.
Non tamen pro eis actio competit Syndico Apoſtolico, ſed datur officium Judicis, ibid.
Legata perpetua Fratribus Minoribus pro anniverſariis, & Miſſis non debentur, ibid. n. 39.
Repugnat Inſtituto Fratrum Minorum poſſidere reditus annuos, qui inter ſtabilia computantur, ibid.
Amplia, etiamſi relicta fuerint cum onere celebrationis Miſſarum, ibid.
Fratres Minores poſſunt ſtipendia Miſſarum recipere per modum eleemoſynæ manualis, ibid.
Non tamen poſſunt ſtipendia Miſſarum recipere per modum aſſignationis perpetuæ, ibid.
Fratres Minores toti debent ab incerto pendere, totique niti divinæ Providentiæ, ibid.
Legata perpetua ſine onere Fratribus Minoribus non tenetur hæres præſtare, ibid. n. 40.
Legata perpetua Fratribus Minoribus pro anniverſariis, & Miſſis, licet non debeantur, ſunt tamen adimplenda ex parte hæredis, ibid. n. 40.
Et debet ad id Judex auctoritatem ſuam interponere ſive ex officio, ſive ad inſtantiam cujuslibet de populo, ibid.
Legata perpetua cum onere Miſſarum poſſunt Fratres Minores recipere ab hæredibus, vel executoribus vel a Judice ſponte dantibus, ibid. n. 41.
Declara, ut poſſint illa recipere per modum puræ ac ſimplicis eleemoſynæ, ac ipſis ſatisfacere Miſſis, aliiſque oneribus injunctis a teſtatore, ibid.
Debent tamen proteſtationem præmittere, quod ſibi nullum jus vendicat, juxta monitum D. Bonaventuræ, ibidem.
Nec ex tali receptione offuſcatur puritas Regulæ, ibid. num. 42.
Et Fratres non ſunt de illis legatis omnino certi, quia pendet a voluntate executoris, ſeu Judicis illis relinquere, vel aliis applicare, ibid.
Legata perpetua pro Miſſis Fratribus Minoribus relicta, ſi adeo ſint adaucta, ut illos eximant a neceſſitate ſibi victum quærendi, debet Judex aliis applicare, ibid. num. 42.
Ad legata Fratribus Minoribus relicta non poteſt agere Syndicus Apoſtolicus ut Syndicus Fratrum, ſed tanquam unus de populo, ibid. n. 43.
Non corruunt dicta legata ipſo facto, etiamſi præſeferant relictum ſortium, ſi ex lectura conſtet fuiſſe principaliter in legatis annuum reditum, & ſortes ſtare loco cautionis pro ſecuriori ſatisfactione, ibid.
Expreſſio unius modi illiciti non vitiat alium licitum, ibid.
Legatum pro oleo lampadis Fratribus Minoribus debetur, ibid. n. 42. & 53.
Et non concernit commoditates, aut quotidianum victum, & veſtitum ipſorum Fratrum, ſed tantum uſum cultus divini, & majorem Eccleſiæ ornamentum, ibid.
Fratres Minores ſunt incapaces legati in ipſos collati, vel in Conventum per modum annui, ac perpetui cenſus, ibid. n. 45.
Amplia, etiamſi ſit relictum pro emendis ſindonibus ad uſum infirmorum, ibid.
Etiam pro indigentiis infirmariæ tenentur ſibi providere ex incerta quæſtione in vim Regulæ, ibid.
Poſſunt tamen dictam annuam præſtationem pro ſindonibus, rejecto modo illicito, ab hærede recipere, vel ab executore per modum ſimplicis elemoſynæ, ibid. n. 46.
Sed debent præmittere proteſtationem ſolemnem, juxta monitum D. Bonaventuræ, ibid. n. 46. & 53.
Et itant Epiſcopus poſſit rationabiliter arbitrari reſpectu ſubminiſtrationis ſindonum, juxta majores vel minores Infirmorum indigentias, ibid. n. 46.
Et in ipſamet ſpecie, ibid.
Et ſecluſa ex parte Fratrum quavis inſtantia, etiam per implorationem ſimplicis officii Judicis, ibid.
Legati relicti Fratribus incapacibus ſi executor præſtationi conſentiat, nemini alteri competit exceptio incapacitatis, ibid. n. 46.
Hæres aut executor tenetur obligatione naturali erga defunctum pro totali adimplemento ejus voluntatis, ibidem.
Legata pro anniverſariis, & Miſſis perpetua non debentur Fratribus Minoribus incapacibus poſſidendi quemcunque annuum reditum, ibid. n. 47. & 53.
Legata annua perpetua redolent ſpeciem immobilium, & repugnant paupertati Regulæ Minorum, ibidem num. 47.
Amplia, etiamſi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Miſſarum, ibid.
Fratribus Minoribus non licet habere Miſſarum ſtipendia per modum annuæ, & certæ aſſignationis, ibid.

Lega-

Digitized by Google

Legata ipſis relicta per modum annuum certæ aſſignationis ſunt deſtructiva puræ mendicitatis, & quotidiani quæſtus, ibid.
Legati perpetui Miſſarum ſunt tantum capaces Fratres Minores per modum annualis eleemoſynæ, ibid.
Legata annua facta Fratribus Minoribus, & eorum Conventui mediante aſſignatione, & conſtitutione certorum capitalium, vel cenſuum de directo averſantur eorum Regulæ, ibid. n. 48.
Poſſunt tamen Fratres illa recipere per modum eleemoſynæ ab hærede vel executore ſponte dantibus, præmiſſa proteſtatione D. Bonaventuræ, ibid.
Et quid, ſi non reperiantur patroni illorum redituum, quibus fieri non valeat proteſtatio, ibid. n. 54.
Declara, dummodo hæres, aut executor ex eorum omnimoda voluntate offerant, itaut nullus præcedat impulſus Judicis, ibid. n. 48.
Et non poſſunt moleſtare hæredem neque per ſe, neque per Syndicum etiam agentem tanquam unum de populo, ibid.
Immo neque extrajudicialiter poſſunt hæredem moleſtare, ut ſibi Miſſarum celebrationem committat, ibid.
Legata annui reditus, licet habentia annexum onus Miſſarum, dicuntur illis relicta modo illicito, ibid.
Legata annua pro Miſſis, ſtante Fratrum incapacitate, non ita corruunt, ut hæres aut executor omnino liberentur ab onere ſibi injuncto, vel bonis annexo, ibid. n. 49. & 53.
Sed debent meliori modo, quo fieri poteſt, adimplere mentem teſtatoris, ne ejus anima ſuffragiis defraudetur, ibid. n. 49.
Et pinguius implent, ſi per ipſos Fratres, & in altaribus a teſtatore deſignatis id exequi curent, ibid.
Et Epiſcopus ex officio, vel executor a teſtatore deputatus curare poteſt, ac debet, ut Miſſæ celebrentur per ipſos Fratres, vel per alios ad ejus arbitrium, ibid. n. 49. & 53.
Stat ſemper in prudenti arbitrio Epiſcopi, penſatis omnibus circumſtantiis, & eleemoſynarum augmento, vel decremento celebrationem Miſſarum committere ipſis Fratribus, vel aliis, ibid. n. 50. & 53.
Et poteſt pro tempore applicare partem proventuum alteri pio operi, injuncta illi proportionabiliter celebratione Miſſarum, ſi diminutio redituum ita ſuadeat, ibid. n. 50. & 53.
Stante hoc arbitrio, non tollitur, ſed potius religioſe ſervatur puritas Regulæ, ibid. n. 50.
Et tollitur quævis certitudo eleemoſynæ ex parte Fratrum, ibid.
Legata relicta Fratribus Minoribus modo illicito recipiunt ſubſtantiam a modo, & ſunt nulla, ac caduca, ac ſi non fuiſſent ſcripta, ibid. n. 51.
Declara, intelligi de legatis perpetuis relictis ſine onere perpetuo, ſecus ſi cum onere celebrationis Miſſarum, ibid.
Legata Fratribus Minoribus cum onere Miſſarum ſunt nulla quoad ipſos, ſed adhuc impleri debent per hæredem vel executorem, ibid. n. 51. & 53.
In legatis cum onere Miſſarum, non obſtante incapacitate Fratrum legatariorum, intrant facultates R. Fabricæ S. Petri, ibid. n. 52.
Legata perpetua cum onere Miſſarum relicta Fratribus incapacibus non poſſunt extingui vel reduci per compoſitionem cum Fabrica, ibid. n. 55. 56. & 57.
Sed capitale abſque diminutione debet conſervari, ut applicetur in uſus Summo Pontifici bene viſos, ib. n. 55.
Et donec per Pontificem applicentur, annua legata poſſunt recipi per Fratres ad hæredibus, ſi ſolvere velint libere titulo eleemoſynæ, non tamen exigi, ibid.
Si vero hæredes legatum non ſolverint, annuas præſtationes ſupra biennium decurſas Fabrica ſibi applicat, ibid. n. 56. & 57.
Sed Fratres prohibentur dictas annuas præſtationes petere ab hæredibus judicialiter, aut alias per ſe, vel per Syndicos, aut receptas de illis facere, niſi effective ſolutis, ibid.
Provincia Turonlæ olim Conventualium obſervantiam acceptavit, & in ordine Minorum obſervantiæ incorporata eſt, ibid. n. 59.
Breve Urbani VIII. ſuper diſtributione bonorum ad Patres olim Conventuales dictæ Provinciæ, & ſuper retentione annuorum legatorum pro Miſſis, pro fabricis pro ſtudiis, & aliis utilitatibus per modum eleemoſynæ, & præmiſſa proteſtatione a D. Bonaventura præſcripta, ibid. n. 58 & plur. ſeqq.
Fratres Minores poſſunt retinere legata annua a fundatoribus aut aliis relicta, dummodo exceſſus non ſint, ibid. n. 67.
Et dummodo præcedat poteſtatio D. Bonaventuræ. & ab hærede recipiantur per Fratres titulo eleemoſynæ ex ſola obligatione fidelitatis, ibid. n. 67. & 71.
Decreta Capitulorum generalium Fratrum Minorum ſuper retentione annuorum legatorum, ib. n. 68, 69. & 71.
Legatum Fratribus Minoribus, etiam ſub expreſſione modi ipſis liciti non relictum, non eſt caducum, ibid. num. 70.
Annua legata Fratribus Minoribus non interdicuntur ratione ſubſtantiæ, ſed ratione modi a teſtatore expreſſi, ibid. n. 71.
Fratres Minores poſſunt recipere eleemoſynam annuam, ad quam ſe voto ſolvendam quilibet obſtringit, ibid. num. 72.
Fratrum Minorum paupertati non repugnat habere perpetuum anniverſarium certæ quantitatis pro Sacrificiis a teſtatore ordinatum, ibid. n. 73.
Legare Fratribus ab hærede annuam quantitatem pro Sacrificia nihil aliud eſt, quam jubere fieri ipſa Sacrificia, & ſolvi pro eis debitum ſtipendium, ibid.
Divus Franciſcus voluit, ſuos Fratres prius de laboris pretio, quam mendicatione victitare, ibid.
Pro legatis Fratribus Minoribus relictis nec ipſi Fratres jus acquirunt, nec hæredes civiliter obligantur, ibid.
Fratres Minores neminem inducere poſſunt ad ſibi eleemoſynam perpetuam annuatim ſolvendam relinquendum, ibid. n. 74.
Et ſi ſponte relinquatur, non poſſunt in judicio exigere, ibid.
Poſſunt tamen dictas eleemoſynas etiam perpetuas recipere, ibid.
Non poſſunt Fratres Minores morari in Conventibus habentibus Parochiale Cœmeterium, vel Baptiſterium abſque diſpenſatione Apoſtolica, ibid.
Jeſuitæ domus Profeſſæ tantum, & Fratres Minores de Obſervantia omnium Conventuum pares ſunt quoad incapacitatem poſſidendi, ibid. n. 75.
Decretum Julii III quoad domos Profeſſas Jeſuitarum ex identitate rationis comprehendit etiam Fratres Minores, ibid. n. 76.
Vide *Jeſuitæ*.
Exigere annuos reditus non repugnat paupertati Minorum ſecundum D. Bonaventuram, dummodo jus ipſi non acquirant, nec diſponens contrahat ullam obligationem præter illam conſcientiæ, ibid. n. 77.
Fratres Minores ſunt incapaces annui reditus, ibidem num. 78.
Obligationis propriæ incapaces ſunt Fratres Minores, ibid.
Vovens dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus Minoribus tenetur ad largiendum, ibid. n. 78.
Sed Fratres nullam actionem habent erga illum, ibid.
Poſſunt tamen licite frui dicta eleemoſyna, nec eorum paupertati, ac mendicitati repugnat, ibid.
Fratres Minores in libro manuale tabellionum habent formulas inſtrumentorum, cum quibus valide fiunt inſtitutiones, & legata ad eorum favorem, ibidem numer. 78.
Frater Didacus de Bravo Pater Provinciæ Angelorum auctor libelli inſcripti *manuale tabellionum*, ibid. numer. 95.
In dicto libercule aſſignantur peculiares formæ ſervandæ in materia diſpoſitionum pro Fratribus Minoribus, ibid.
Clementina *exivi de verb. ſignif.* prohibet Fratribus Minoribus ſolos annuos reditus cum actione civili ad colligendum, ibid. n. 78.
Fundatores annuorum redituum pro Fratribus Minoribus vel eorum hæredes tenentur titulo fidelitatis adimplere a ſe ipſis, vel a teſtatoribus promiſſa, licet Fratres careant omni actione civili, ibid.
Judex tamen ſive ex officio, ſive undecunque imploratus, vel Reſpublica præſtare debet, ne legatum inane, & irritum cenſeatur, ibid.
Fratres Minores annua legata & anniverſaria perpetua admittere poſſunt, ſecluſa omni actione civili, ibid. num. 79.
Sola civilis actio ſtatui & mendicitati Fratrum Minorum repugnat, ibid.
Divus Franciſcus aſſignavit ſuis Fratribus quatuor vivendi modos, ſcilicet, de laboritio, de mendicationibus, de oblationibus, & recurſu ad pecuniam, ibid. num. 80.
De quo labore intelligatur Regula, ibid.
Fratres Minores debent prius ſuis laboribus victitare, quam aliis modis recurrere, ibid.
Legata annua etiam perpetua, ſecluſa obligatione civili, & præmiſſa proteſtatione D. Bonaventuræ, extra naturam annualium redituum, & eleemoſynæ reputantur, ibid. n. 80. & 81.
S. Pius V. bona Conventualium in Hiſpania Monialibus applicavit ſub obligatione ſolvendi certam quantitatem annuatim Minoribus, injuncto iſtis onere ſatisfaciendi officiis, ad quæ tenebantur Conventuales, ibid. num. 80.
Pauli IV. declaratio *in Bull. ex Clem. §. ſupplentes*, quod acceptatio legatorum annuorum pro Miſſis non repugnet paupertati Minorum, ibid.

De-

Declarationes Nicolai III, Clementis VIII. & Urbani VIII. ſuper eadem re, ibid.
Sixtus IV, ſtatuit certam frumenti quantitatem perpetuo largiendam Conventui Araceelitano, ibid. n. 81.
Mendicitas Minorum, ut exacte ſervetur, non eſt opus, ut quotidie exerceatur, nec ut omnia neceſſaria ex ea proveniat, ibid. n. 82.
Fratribus Minoribus licet triticum, & alia ſuperabundanter ultra neceſſitatem accipere, ut illa commutando vel vendendo alia neceſſaria ſibi quærant, ibid.
Illa ſolum dicitur quantitas exceſſiva certarum eleemoſynarum, quæ mendicitatem a Conventu prorſus excludit, vel opus avaritiæ creditur non ſublevandæ neceſſitatis, ibid.
Et quæ ſit quantitas moderata, vel exceſſiva, miniſtrorum, & cuſtodum arbitrio remiſſum eſt, ibid.
Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania paupertatis Seraphicæ rigidiſſimi obſervatores vulgo reputantur, ibid. num. 83.
Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania habent eleemoſynas annuales, ibid.
Et fundationes Conventuum non acceptant abſque determinata eleemoſyna olei, piſcium, lignorum, & ſimilium, ibid.
Minorum paupertas expoſcit, ut prius honeſto labori rerum ſpiritualium incumbant, quam ad mendicandum recurrant, ibid. n. 83. & 84.
Divus Franciſcus pro annuis reditibus laborem Fratribus ſuis legavit, ibid. n. 83.
Laici corpore, Clerici vero in choro pro eorum munere laborare debent, ibid.
Divus Franciſcus uti Diaconus vacabat divinis, & uti laicus manibus laborabat, ibid. n. 84.
Quare prius laborandum, quam mendicandum Fratribus Minoribus injungitur, ibid.
Paupertatis Seraphicæ ſectatores verius dicuntur, qui laboris mercede vivunt, quam qui moleſti ſunt fidelibus mendicando, ibid. n. 85.
Fratres Minores ſi legata annua recuſent, ut mendicent victum, Inſtituti minus obſervatores videntur, ibid.
Hæredes tenentur obligatione fidelitatis, & conſcientiæ ſolvere legata Fratribus Minoribus, licet iſtis nulla civilis actio competat, ibid. n. 86.
Legata Fratribus Minoribus non ſunt caduca, licet iſti careant actione ad illa petendum, ibid. n. 86
Sed civitas poteſt cogere hæredes, ut teſtatorum mandata exequantur, ibid.
Idem poteſt Judex ex officio, ibid.
Et ipſis Fratribus licet extrajudicialiter Judicem admonere, ut hæredes ad id compellant, ibid. n. 87.
Syndicus Apoſtolicus nomine Eccleſiæ Romanæ poteſt eum debitis circumſtantiis id praſtare, ibid.
Legata perpetua Fratrum Minorum Regulæ non adverſantur ratione ſubſtantiæ, ſed tantum ratione modi, ibid. n. 88.
Fratres Minores ſunt capaces annui reditus ad certum uſum divini cultus deputati, ibid.
Vinum pro Miſſis, & oleum pro lampadibus ab ipſis licite percipiuntur, quia ipſis ad alimenta non inſerviunt, ibid.
Sunt capaces annui legati etiam pro eorum alimentis non ad longum tempus puta infra decennium, vel ad vitam Fratrum Conventus, ibid.
Annui reditus non perpetui non numerantur inter immobilia, ibid.
Pro ſtudiis etiam perpetuis non repugnat eorum paupertati, ibid. n. 89.
Declara, dummodo adminiſtratio ipſis non relinquatur, ibid.
Clementina *exivi* §. *annui reditus* quomodo intelligi debeat, ibid.
Conſuetudine probatur annuas eleemoſynas perpetuas Inſtituto Minorum non repugnare, ibid. n. 90.
In Provincia Angelorum Duces Begarli fundatores & patroni tercentum aureos quolibet triennio pro impenſis Capituli largiuntur, ibid.
Dicti Comites certam eleemoſynam quotannis dant Conventibus Pueblæ, Alcozer, Herreræ, Balacenſi, & Inoroſæ, ibid. n. 90.
Reges Luſitani in eadem Provincia dant annuam perpetuam eleemoſynam piperis, cinnamomi, & catiopoli, ibid.
Albanorum Duces annuas eleemoſynas dant Conventui Albæ, ibid.
Xenodochium Beneventi certam quantitatem quotannis expendit pro Conventibus dictæ Provinciæ, ibid.
Cantabriæ Conventus de Puebla, Araganzonis, Varaoz, & Madraconis annuis eleemoſynis fruuntur, ibid.
Comites de Chincon gravarunt hæredes ad ſubminiſtranda alimenta in perpetuum pro Capitulis generalibus, quæ in Hiſpania fiunt, ibid.
Marchiones de Cannite totius Religionis Patronatum obtinuerunt, aſſignata collecta pro Capitulis generalibus in Italia, ibidem numer. 92. & ſeqq.
Pariſiis Fratres de Avemaria annuam perpetuam eleemoſynam a Monialibus habent, ibid. n. 90.
Conventus Spruch in Germania eleemoſynas recipit ab Auſtriacis, ibid.
Romæ Pœnitentiariis apud S. Joannem Lateranenſem aſſignata eſt certa eleemoſynæ quantitas, ibid.
Salmanticenſe Collegium pro quinquaginta Fratribus Minoribus certa eleemoſyna pro eorum alimentis legata a Ducíſſa Bejarenſi fundatum, ibid. n. 91.
Fratres Minores hæredes poſſunt inſtitui modo licito, ibid.
Et ſi modus non exprimatur, ſemper intelligitur inſtitutio facta modo licito, ibid.
In fundatione Conventus Victoriæ aſſignantur a Comitibus Tribianæ patronis annua 1250. ducata, ibidem num. 95.
Hæc ſumma non excludit mendicitatem, quia, detractis detrahendis, non eſt ſufficiens ad alendum 24. Fratres, & ſervos, ibid.
Super legatis annuis Fratribus Minoribus relictis ſcripturæ, ac inſtrumenta confici poſſunt, & invicem ſtipulari, ibid. n. 96.
Stipulatio tamen dicitur proprie intervenire pro parte tantum hæredum fundatoris, & pro parte Fratrum ſolum improprie, ibid.
Et oritur ex ea ſola fidelitatis obligatio, ibid.
Si vera ſtipulatio inter Fratres Minores fundatores in fundatione interveniſſet, nulla eſſet fundatio, ib. n. 97.
Et quomodo huic nullitati occurri poſſit, ut fundatio valide fiat, ibid.
Propter unius Guardiani ignorantiam Fratres eleemoſynæ ſubſidio, & patronos effectu ſuæ voluntatis fraudari non eſt congruum, ibid.
Decreto Sacræ Congregationis Concilii cavetur fundationem Conventus Victoriæ, & legata perpetua per modum eleemoſynæ non adverſari puritati Regulæ Sancti Franciſci, ibid. n. 100.
Bulla Urbani VIII. ſuper confirmatione Conventus Victoriæ cum patronatu Comitum de Tribiana in tota Provincia Cantabriæ, & ſuper capacitate perpetuorum legatorum ſuper modum eleemoſynæ, ib. n. 101. & ſeqq.
Doctrina Divi Bonaventuræ circa legata perpetua per Fratres Minores retinenda, ibid. numer. 128. & ſeqq. & 166.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Fabricæ in executionem Decreti ejuſdem circa eandem capacitatem retinendi legata, ibid. numer. 55. 130. & ſeqq. num. 162. & ſeq.
Applicatio de legato perpetuo Fratribus relicto facta ab Epiſcopo S. Angeli pro Canonicatu in Cathedrali improbatur a Sacra Congregatione Fabricæ, quæ mandat inveſtiri capitale ad effectum ſolvendi Fratribus per modum eleemoſynæ, ibid. num. 130. & ſeq. num. 162. & ſeqq.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii ſuper capacitate Fratrum Minorum recipiendi annua legata per modum eleemoſynæ, ibid. num. 146. & ſeq. num. 175. & ſeq.
Reſolutiones Sacræ Congregationis Epiſcoporum & Regularium ſuper eadem capacitate, ibid. numer. 149. & ſeqq.
Hortatoriæ ſeu executoriales Regi Hiſpaniarum directæ poſt rem judicatam favore Fratrum Minorum pro conſecutione annui legati, ibid. n. 181.
Particula ſtatutorum Pauli II. circa legata Minoribus relicta, ibid. n. 167. & ſeqq.
Particula *motus proprii* Innocentii XI. approbantis uſum Syndici Apoſtolici pro Fratribus Minoribus, ibidem num. 171.
Statuta generalia pro Fratribus Minoribus Ciſmontanis ſuper receptione annuorum legatorum, & proteſtatione præmittenda, ibid. n. 172. & ſeqq.
Decretum Sacræ Congregationis Concilii ſuper ſubminiſtratione annuorum legatorum Fratribus Capuccinis relictorum olei, ac ceræ pro uſu Eccleſiæ, & unius ferculi in qualibet hebdomada, ibid. n. 175. & ſeqq.
Fratris Didaci de Cæa allegatio pro ſuſtinenda fundatione Conventus Victoriæ, ibid. n. 67.
Frater Didacus de Cæa Commiſſarius generalis pro Ultramontana familia Minorum Obſervantiæ, ibid. numer. 59.
Frater Elias Petiot miniſter Provincialis Minorum Obſervantiæ Provinciæ Turoniæ, ibidem numer. 58. & 59.
Fratrum Minorum Obſervantium Protector fuit Cardinalis Franciſcus Barberinus Vice-Cancellarius, ibid. num. 59.

Item

Fraus.

Non debet abrogari lex, aut Regula generalis propter fraudem aliquorum, quando poteſt particulariter provideri, diſcept. 5. n. 49.

Gregorius XIII. per regulam de publicandis reſignationibus infra ſex menſes obviavit omnibus fraudibus, quæ a conſenſus extenſione poſt mortem proveniebant, ibid. num. 25.

Regula 3. Cancellariæ conſiderat ſolum fraudem reſervationis, & intelligi debet de reſervatione generali, diſcept. 12. n. 60.

Permutatio Beneficiorum fraudulenta dicitur, quando adeſt præjudicium expectantis, diſceptation. 29. numer. 9.

Poſt Concilium ceſſant conjecturæ fraudis in permutatione, ibid.

Contrarium, quia adhuc poteſt fraus intervenire in præjudicium collatoris, ibid. n. 10.

Et tale præjudicium conſideratur non ſolum in Ordinario, ſed in Papa, ibid.

Nec eſt præjudicium eventuale etiam reſpectu Papæ, ibid. num. 10.

Reſpectu Sedis Apoſtolicæ etiam præjudicium eventuale eſt conſiderabile, ibid.

Permutatio ex quibus conjecturis fraudulenta dicatur, ibid. n. 11.

Permutatio fraudulenta valet in præjudicium commutatium, non tamen in eorum commodum, ibidem num. 12.

Non valet in præjudicium collatorum, & Beneficia permutata poſſunt impetrari, ibid.

Inæqualitas, & aliæ conjecturæ fraudis non attenduntur in permutatione facta coram Papa, ſed coram Ordinario, ibid. n. 13.

Limita, ubi militat præjudicium tertii, ibid.

Vide *Permutatio*, *Beneficium*.

Fraudes, quæ concurrunt in matrimonio cum ſtuprata, metu parentum minitantium contracto, & ejuſdem peſſimi eventus, diſcept. 52. n. 65. & ſeq.

Fraus, & dolus ſunt occulta, ideoque inevitabilia, diſcept. 48. n. 10.

Frænum.

Grande frænum Prælatorum in exercenda Juſtitia, & juribus Eccleſiæ tuendis eſt dependentia a Capitularibus in collatione Beneficiorum, diſcept. 4. n. 41.

Naturalis verecundia fuit grande frænum muliebris appetentiæ, & incontinentiæ, diſceptation. 52. numero 52.

Fructus.

Fructuum appellatione non veniunt diſtributiones, diſcept. 2. n. 8. 11. & 13.

Privilegium abſentiæ ſi loquatur ſolum de fructibus, non veniunt diſtributiones, ibid. n. 8.

Privilegium abſentiæ ſi dicat, *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret, aut præſens eſſet*, non includunt verba hæc diſtributiones, ibid. n. 12.

Si dicat, *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret, & intereſſet divinis Officiis in choro* veniunt diſtributiones, ibid. n. 12. & 13.

Et tunc colligitur, Summum Pontificem nomine fructuum intellexiſſe etiam diſtributiones, ibid.

Intereſſentia verbum facit extendi ſignificationem fructuum etiam ad diſtributiones, ibid. n. 13.

Et tunc non reſtringit privilegium verbum *fructuum*, ibid.

Verba *& emolumenta quæcunque* poſt verbum *fructus* in alio verificari non poſſunt, quam in diſtributionibus, ibid. n. 16.

Canonicatuum, & Præbendarum alia *emolumenta* dari, & excogitari non poſſunt præter fructus, quam illa, quæ in diſtributionibus conſiſtunt, ibid.

Verba *emolumenta quæcunque* poſt expreſſionem *fructuum* in privilegio abſentiæ oſtendunt, Pontificem voluiſſe præter fructus aliquid aliud dare Canonicis, ibidem num. 18.

Privilegium abſentiæ concedens fructus & alia *emolumenta*, dictio *alia* refertur ad ſimilia fructibus præcedenter expreſſis, ibid. n. 20.

Si tamen concedat *emolumenta quæcunque*, virtute dictionis *quæcunque* privilegium porrigitur nedum ad ſimilia, ſed etiam ad diverſa, & diſſimilia ſupra expreſſis, ibid.

Ubi tres ex quatuor partibus redituum Canonicalium in diſtributionibus conſiſtunt, verba *emolumenta quæcunque* adjecta poſt expreſſionem *fructuum* in alia non poſſunt verificari, quam in diſtributionibus, ibid. numer. 17.

Diſtributiones videntur quodammodo ſapere naturam fructuum, quando omnes fere reditus in illis conſiſtunt, ibid. n. 17.

Si omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, tunc expreſſionem *fructuum* in privilegio abſentiæ veniunt diſtributiones, ne privilegium reddatur inutile, ibid.

Modicum & nihil fructuum videntur æquiparari, ibid.

Appellatione fructuum, redituum, & proventuum non veniunt diſtributiones, ibid. n. 19.

Caſtropal. ponens pro Synonymis fructus & quælibet alia emolumenta reprehenditur, ibid.

Privilegium mentionem faciens de fructibus Beneficii non dicitur habere verba capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtrictionem, ibid. n. 27.

Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus Beneficii, ſed merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, diſcept. 46. n. 8.

Vocabuli *fructuum* ad diſtributiones extenſio eſt ad impropria, diſcept. 2. n. 28.

Quando verba privilegii non ſunt capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtricta ad fructus, oportet, quod intereſſentia explicetur per verba clara infallibilia, & quæ concludant perneceſſe, ibid.

Deciſio *Sac. Rota in Oxomen.* fructuum apud *Caſſador.* declaratur, ut procedat, quando non concurrunt verba capacia comprehendendi diſtributiones, ibid. n. 31.

Nomen *fructuum* non includit diſtributiones, ibid.

Generalitas horum verborum *e tum, id quod quis perciperet in Eccleſia reſidendo* intelligitur de ſolis fructibus ratione reſidentiæ debitis, non de aliis emolumentis, ibid.

Lex particularis privilegii, non autem Concilii unice attendi debet circa gratiam gaudendi fructibus, & aliis emolumentis tempore vacantiæ, ibid.

Amplia, etiamſi gratia ſit conceſſa ad limites Concilii, quia Concilium dicitur conſideratum tantum pro deſignando tempore vacantiæ, ibid.

Privilegium concedens fructus & emolumenta quæcunque Canonicatuum, & Præbendarum non comprehendit anniverſaria illis tantum proprie debita, qui pro redemptione animarum Dei opem implorant, niſi aliter in eo expreſſum ſit, ibid. n. 35.

Fructus propter abſentiam non amittit Canonicus ipſo jure, ſed facto hominis, diſcept. 34. n. 3.

Canonicus, ut propter abſentiam privetur Canonicatu, expectari debent tres anni, in quorum primo privetur medietate fructuum, in ſecundo omnibus fructibus, & in tertio titulo Canonicatus, ibid.

Omne juſtum impedimentum, propter quod non poteſt quis adire ſuam Eccleſiam, eſt legitima cauſa non reſidendi, & lucrandi fructus Beneficii, ibid. n. 20.

Impotentia accedendi ad reſidentiam ex facto Magiſtratus aut Principis dicitur juſtum impedimentum non reſidendi, ut ſic impeditus non amittat fructus, & diſtributiones, ibid. n. 21.

Declara procedere in impedito vi publica, ſed injuſta, vel vi privata alicujus; ſecus ſi ex facto juſto Principis aut Magiſtratus, ibid. n. 12.

Canonico juſte carcerato, & exuli non debentur fructus conſiſtentes in diſtributionibus, ibid. n. 9.

Et præſumptio ſtat pro juſtitia condemnationis, niſi Canonicus ſuam juſtificaverit innocentiam in judicio, ibid.

Si fructus Canonicatuum ſint valde tenues, duæ illorum partes ſuccedunt loco Præbendæ; & quomodo intelligatur eorum tenuitas, ibid. n. 2.

Beneficiatus exul ex motivo prudentiali Principis aut Magiſtratus non dicitur culpa ſua impeditus reſidere, & lucratur fructus, & diſtributiones, ibidem numer. 21.

Beneficiatus impeditus reſidere, etiamſi ſit in culpa, lucratur fructus, & diſtributiones, quando non ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima, & immediata impedimenti, ibid. n. 21.

Et culpa illi non nocet, niſi ſit præordinata ad finem non reſidendi, ibid.

Declara, ut ibid.

Abſenti non debentur fructus, & diſtributiones, niſi concurrat juſta cauſa, & licentia Superioris, ibid. numer. 7.

Abſens ſine licentia Superioris nemo lucratur fructus, & diſtributiones, ibid. n. 23.

Declara procedere in abſentia voluntaria, puta cauſa ſtudii vel litis aut peregrinationis; ſecus in abſentia neceſſaria, ſeu violenta, ut propter carcerationem, vel exilium, ibid.

Non procedit in abſentia ex rationabili neceſſitate corporis, ibid.

Et licentia tunc data dicitur ab ipſa lege, vel jure, ib.

Abſens ex cauſa neceſſaria inimicitiarum abſque licentia Superioris non excuſatur ad lucrandum fructus, & diſtributiones, ibid. n. 24.

Limita in eo, qui diſcedit coactus ad evitandum vitæ periculum, ibid. n. 25.
Exul nunquam amittit duas partes diſtributionum, quæ ſuccedunt loco fructuum Præbendæ, donec per ſententiam juſtificatam ex actis declaratum non fuerit conſtare de delicto, ibid. n. 26.
Alimenta debentur ex fructibus, & diſtributionibus juſte exuli, & carcerato, & excommunicato, ibid. numer. 28.
Statutum prohibens Canonicis non reſidentibus perceptionem medietatis fructuum non tollit pœnam privationis ex diſpoſitione juris, diſcept. 8. n. 32.
Secus in illis Cappellaniis, quæ, ſecluſa peculiari lege fundationis, reſidentiam non requirunt, ibid.
Vide etiam *Abſentia*, *Diſtributiones*, *Reſidentia*.
Lis mota ſuper fructibus Canonicatus, poſtquam jam vacaverat ob non dimiſſionem alterius incompatibilis, non impedit dictam vacationem, ibid. n. 35.
Moleſtiæ extrajudiciales & de facto ad hoc, ut interrumpant triennalem, requiritur, quod ſint illatæ circa ipſam poſſeſſionem, & perceptionem fructuum, diſcept. 24. n. 48. & ſeqq.
Et ſimplex conatus non ſufficit, niſi turbetur poſſeſſor, mediante facto poſitivo, ibid.
Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad conſervandum ad talem diem reſignanti fructus Beneficii, diſcept. 3. numer. 57.
Jus præſentandi, & conferendi annexum Eccleſiis, & Prælaturis inter annuos eorum fructus connumerantur, diſcept. 22. n. 38.
Fructus Vicariæ perpetuæ vacantis ſpectant ad ſucceſſorem, ubi non intrat Camera, diſcept. 27. n. 31.
Diſtingue, ut procedat, ſi ejus Congrua conſiſtit in certis corporibus a beneficio diſmembratis, ſi vero conſiſtit in certa quantitate per Rectorem præſtanda, tunc extinguitur favore Rectoris, ibid.
Fructus Vicariæ vacantis tunc pertinent ad ſucceſſorem, quando diſmembratio bonorum pro Congrua facta eſt quoad plenum dominium proprietatis, & uſus fructus; ſecus ſi fuit aſſignatio quoad uſumfructum, ibid. numer. 32.
Etiam poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere fructus poſt motam litem perceptos, diſcept. 28. n. 12.
Declara procedere in fructibus, quibus poſſeſſor locupletatur; ſecus in fructibus honoris, quales ſunt electio, preſentatio, ibid.
Canonicus litigans cum Capitulo ſuper Canonicatu, ſeu fructibus, qui injuſte denegantur, lucratur fructus & diſtributiones in abſentiam etiam abſque licentia Superioris, diſcept. 37. n. 1.
Et non obſtante exceptione, quod potuerit litigare per procuratorem, ibid.
Licentia petita & obtenta non relevat ad effectum lucrandi fructus ſeu diſtributiones in abſentia, ſi cauſæ non ſunt veræ, nec a jure approbatæ, ibidem numer. 10.
Indultum abeſſendi cauſa ſtudii non debet concedi niſi ad triennium ad affectum lucrandi fructus, ibidem num. 16.
Non tamen conceditur diſtributiones, niſi omnes fructus in illis conſiſtant, vel in illis una cum aliquibus fructibus tenuis præbendæ, ibid.
Et quomodo intelligantur illa verba *cum aliquibus tenuis præbendæ*, ibid.
Vide etiam *Diſtributiones*.
Jus alimentorum eſt unus ex fructibus Juriſpatronatus, diſcept. 39. n. 2.
Fructus beneficii maturati, & ſeparati a ſolo tempore mortis beneficiari licet non exacti, pertinent ad hæredes illius, non ad ſucceſſorem in beneficio, diſcept. 51. num. 11.
Fructus maſſæ groſſæ debentur omnibus Canonicis, qui reperiuntur tempore illorum diſtributionis, non illis ſolum, qui aderant tempore, quo ſunt maturati, ib. n. 13.

Frumentum.

Fratres Minores ſunt capaces legatorum vini pro Sacrificiis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminaribus, diſcept. 2. num. 37.
Et hæc legata peti poſſunt a Syndico Apoſtolico nomine eorum Eccleſiarum, ibid.
Sixtus IV. ſtatuit certam frumenti quantitatem perpetuo largiendam Conventui Aracælitano, ibid. n. 81.
Fratribus Minoribus licet triticum & alia ſuperabundantia ultra neceſſitatem accipere, ut illa commutando, vel vendendo, alia neceſſaria, ſibi quærant, ib. n. 82.

Fumus.

Remiſſoria ad probandam immemorabilem denegatur, quando non datur fumus, diſcept. 12. n. 57.
Aperitionem oris ad obtinendum adverſus indulta Apoſtolica cum clauſula *ſublata*, & decreto *irritanti* ſufficit fumus læſionis, & non requiritur rigoroſa meritorum diſcuſſio, diſcept. 22. n. 1. & 2.

Functio.

In functionibus, quæ ſpectant ad utranque Eccleſiam; ſi adeſt diſcordia, ad tollendas diſſenſiones, practicatur alternativa, diſcept. 9. n. 20.
Sed ex dicta alternativa non infertur ad alternativam prænominationis in ſcriptura proviſionis, ibid.

Fundamentum.

Deciſiones Rotæ ſatis eſt, quod applicentur ex eorum rationibus, & fundamentis, diſcept. 24. n. 50.

Fundatio.

Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania fundationes Conventuum non acceptant abſque determinata eleemoſyna olei, piſcium, lignorum, & ſimilium, diſcept. 2. n. 83.
In fundatione Conventus Victoriæ aſſignantur a Comitibus Tribianæ Patronis annua 1450. ducata, ibidem num. 95.
Salmanticenſe Collegium pro 50 Fratribus Minoribus certa eleemoſyna pro eorum alimentis legata a Duciſſa Bejarenſi fundatum, ibid. n. 91.
Si vera ſtipulatio inter Fratres Minores, & fundatores Conventuum in fundatione interveniſſet, nulla eſſet fundatio, ibid. n. 9.
Et quomodo huic nullitati occurri poſſit, ut fundatio valida ſit, ibid.
Vide *Fratres Minores*.
Laici non ſunt retrahendi a fundationibus Eccleſiarum, & beneficiorum, diſcept. 3. n. 6.
Papa abſtinet a derogatione Juriſpatronatus mixti propter ſolum præjudicium laicorum, ne retrahantur a fundationibus, ibid. n. 8.
Obſervantia & declaratio voluntatis deducta ex tolerantia fundatoris, quod beneficium libere conferatur, procedit in dubio, & ubi verba fundationis eſſent ambigua, diſcept. 4. n. 76.
Jus præſentandi a fundatione quæſitum non cenſetur remiſſum, niſi conſtet expreſſe de elata voluntate renunciandi, ibid. n. 78.
Fundans Collegialem ſeu Conventualem Eccleſiam abſque reſervatione juris præſentandi, cenſetur illud remiſiſſe, non tamen alia jura honorifica, ibidem numer. 79.
Fundatio *pro illis de genere meo*, *& matris meæ* non requirit utriuſque lateris conjunctionem in præſentando, ſed alterutram tantum, diſcept. 7. n. 11.
Et ibi particula *&* non ſtat copulative nec disjunctive cum prælatione ſecundum ordinem ſcripturæ, ſed paſſificative, ut præſentandus accipiatur de una vel alia linea arbitrio patronorum, ibid.
Maxime ſi plura fuit beneficia fundata, quam ſit veriſimile adeſſe utrinque conjuncto, qui poſſint præſentari, ibid. n. 12. & 31.
Pro illi de genere meo & matris meæ, etiamſi ibi *&* non ſtaret copulative, itaut non requireretur concurſus utriuſque conjunctionis; tamen habens utranque præferri debet habentibus unam tantum, ibid. n. 22. & 32.
Contrarium, ibid.
Et in caſu dicto ſtat copulative, & requiritur utraque conjunctio, quando fundator vocat duplicem caſatam vel lineam per modum unius, puta ſi vocat in ſingulari ſuam familiam, quam duplex linea per modum duplicis caſatæ ſubſtantive, ibid. n. 13.
Ubi illegitimi gaudent nobilitate parentum, filius legitimus ſpurii debet admitti ab beneficium de Jurepatronatus etiamſi verba fundationis ſint civilia, & non naturalia, ibid. n. 24.
Fundans beneficium pro illis de parentela ſua, & matris videntur prædilecti conjuncti ex utroque latere, ibid. num. 31.
Etiam conjunctus ex uno tantum latere eſſet in gradu proximior, ibid.
Etiamſi conjunctus ex uno tantum latere fuiſſet a patronis præſentatus, ibid.
Juſpatronatus de jure ex tribus tantum cauſis valide acquiri poteſt, ſcilicet fundationis, conſtructionis, & dotationis, diſcept. 22. n. 26.
Et acquiſitio ex quovis alio titulo eſt mere gratioſa, & ex privilegio, ibid. n. 27.

Con-

Digitized by Google

Concilium Tridentinum annullavit omnes acquiſitiones Juriſpatronatus, præterquam ex cauſis fundationis, conſtructionis, & dotationis, ibid.

Sub iſtis tamen comprehenduntur per æquiparationem cauſa augmenti dotis, & reædificationis, & ſimilium, ibid. n. 19. & 22.

Patronus dicitur quaſi pater, quia fundando, ædificando deducit Eccleſiam de non eſſe ad eſſe, & dotando ad bene eſſe, ibid. n. 31.

Aliud eſt eſſe dotator beneficii, aliud auctor, ſeu cauſa dotationis fundationis, ibid. n. 23.

Declarationes, & aſſertiones Pontificis in privilegiis ſi non ſunt veræ, reputantur dictæ per fictionem, & ex privilegio, etiamſi aſſerat, Juſpatronatus alicui competere ex fundatione vere, & realiter, & non per fictionem, ibid. n. 26.

Fundato beneficio pro Clerico oriundo, & paupere, ſi conferatur non oriundo nec pauperi, an poſſit impetrari, ibid. n. 39.

Vide *Qualitas*.

Lex fundationis valet, quod beneficium non poſſit cadere ſub reſervationibus, nec poſſit conferri niſi per certum Prælatum, ibid. n. 42.

Inſtitutio debet reſervari Epiſcopo, & non alteri inferiori, non obſtante contraria lege fundationis, ſi fiat poſt Concilium; ſecus ante Concilium, ibid.

Limita, ſi Papa etiam poſt Concilium talem legem approbaret, ibid.

Inſtitutio etiam poſt Concilium reſervari poteſt Prælato inferiori habenti juriſdictionem ordinariam cum omnimoda exemptione ab Epiſcopo, ibid.

Fundatio, & dotatio non ſufficiunt ad acquirendum jus præſentandi principalem Prælaturam in Eccleſia Collegiata, vel Conventuali, niſi in limine fundatit reſervetur ex privilegio Apoſtolico, ibid. n. 43.

Et ſi Papa ex intervallo illud concedat, erit conceſſio gratioſa, ibid.

Et cadet ſub revocatione Concilii Tridentini, ibid.

Nec non ſub reſervatione Apoſtolica, ibid.

Forma a Concilio Tridentino præſcripta in perſonis potentibus ad probandum jus præſentandi principalem Prælaturam non intrat, ſi ex inſtrumento conſtat, quod dotarunt, vel fundarunt Eccleſiam Conventualem, diſcept. 22. n. 44.

Reſervationes Apoſtolicæ poſſunt excludi per fundatorem beneficii, diſcept. 35. n. 7. & 31.

Præſertim in fundationibus emanatis poſt Regulas Cancellariæ, ibid. n. 30.

Immo etiam reſervatio major in corpore juris clauſa, ibid. n. 7.

Procedit non ſolum ſi fiat expreſſe, ſed etiam tacite ex verbis æquipollentibus, & conjecturis animum Judicis ſuadentibus ad ſic firmandum, ibid. n. 7. 51. in fin.

Et procedit, non ſolum in fundatore laico, ſed etiam in Eccleſiaſtico reſervante Juſpatronatus alteri Eccleſiaſtico, dummodo fundet de bonis ſuis patrimonialibus, & uti laicus det legem rei ſuæ, ibid. n. 8.

Beneficium fundatum de bonis laicalibus licet Clericum vel aliam perſonam Eccleſiaſticam conjecturit reprobatur, ibid. n. 43.

Ex reſervatione favore laicorum, ac eorundem quaſi poſſeſſione probatur qualitas laicalis, etiamſi fundator fuerit perſona Eccleſiaſtica, ibid. n. 46.

Regula 8. Cancellariæ non inducit reſervationem contra voluntatem fundatoris, quando beneficium fundatum fuit ex bonis prophanis, ibid. n. 49. & ſeqq.

An, & quando Clericus fundator præſumatur fundaſſe de bonis Eccleſiæ vel de propriis, ibid. n. 17. & ſeqq. & 43. & ſeqq.

Ordinarius non poteſt reſervare laicis jus præſentandi, ſi fundatio ſit facta ex reditibus Eccleſiæ, ibid. n. 18. & 44.

Clericus peccaret graviter, qui fundans beneficium de bonis Eccleſiæ reſervaret laicis jus præſentandi, ibid. n. 18. & 44.

Epiſcopus vero talem reſervationem approbando nedum peccaret, ſed etiam nulliter procederet, ibid. n. 18. & 44.

Verba *de meis poſſeſſionibus* a fundatore beneficii prolata oſtendunt dotaſſe de bonis patrimonialibus, ibid. num. 20. & 42.

Privilegium Apoſtolicum ex cauſa fundationis beneficii legem continens reſervationem excluſivam non cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, ibidem, numer. 8.

Lex fundationis excludens reſervationes non debet per Superiorem deleri, ſed admitti, & religioſe ſervari, ibid. n. 9.

Non ſolum reſpectu fundatoris viventis, qui poteſt fundationem omittere, niſi ſua lex approbetur, ſed etiam poſt quam in teſtamento relicta fuit erectio cum dicta lege, ibid.

Licitum eſt fundatoribus in limine fundationis apponere conditiones etiam juri contrarias de conſenſu Ordinarii, ibid. n. 9. & 51.

Dummodo tamen non ſint contra ſubſtantiam beneficii, ibid. n. 9.

Et dummodo non adjiciantur ex intervallo poſt factam fundationem, ibid.

Fundator, cui in limine fundationis reſervata eſt facultas diſponendi de Jurepatronatus in teſtamento, non poterit in eo adjicere conditiones Juri contrarias. Qui tamen ſentiat auctor, ibid.

Fundator quando vigore facultatis ſibi de conſenſu Ordinarii reſervatæ in fundatione conditiones declarat ex intervallo, iſtæ retrotrahuntur ad limen fundationis, ibid.

Cautela per teſtatorem ſervanda ad effectum excludendi reſervationes in fundatione beneficii, necnon reſervandi inſtitutionem inferiori Prælato privative ad Epiſcopum, ibid. n. 10. & 11.

Lex fundatoris reſervans jus inſtituendi Epiſcopo ſimul & Capitulo eſt contraria Concilio Tridentino, ibid. num. 12.

Interpretari tamen debet modo licito, ut nempe inſtitutio ſpectet ad Epiſcopum cum conſilio Capituli, vel potius cum conſenſu Capituli, ibid.

An, & quando per conjecturas, & per verba æquipollentia conſtet de voluntate fundatoris excludendi reſervationes Apoſtolicas, ibid. n. 13.

Incompatibilitas fundationis cum regula reſervatoria facit illam ceſſare, ſive facta ſit poſt regulam, ſive ante, ibid. n. 13 & 31.

Lex fundationis operatur, ut regula ſuperveniens incompatibilis cum ea non irretet, ibid. n. 13.

Fundationes etiam poſt Nicolaum V. poſſunt cenſeri excluſivæ reſervationis menſium, ibid.

Jus præſentandi, quandocunque caſus vacationis evenerit, excludit regulam 8. ſi agatur de fundatione facta in Hiſpania, ibid. n. 15.

Verba *toties quoties beneficium vacaverit, præſentent, &c.* apponi ſolent in omni fundatione, ibid. n. 26.

Immo etiam omiſſa regulariter de ſui natura ſubintelligitur conditio præſentandi toties, quoties vacat beneficium, ibid.

Non cenſetur per dicta verba excluſa reſervatio, ibid. n. 26 & 35

Nec per verba *quandocunque, & quotieſcunque*, ibidem, num. 35.

Fundator ſi voluit proviſionem a certis collatoribus omnino faciendam, cenſentur excluſæ reſervationes, ibid. n. 24. 47. & 48.

Reſervatio fit cum onere adjecto in fundatione, cui Papa nunquam derogare intendit, ibid. n. 26.

Juſpatronatus laicale, etiamſi perveniat ad Eccleſiaſticos quoad dominium, poteſt remanere laicale circa modum illud exercendi, ſi fundator ita voluit, ibid. num. 22. 47. & ſeqq.

Ex quibus dignoſcatur, fundatorem voluiſſe Juſpatronatus remanere laicale quoad exercitium, poſtquam ejus dominium pervenit ad Eccleſiaſticos, ibid. n. 22. 47. & ſeqq.

Stante lege fundationis, quod conferatur pauperi, & ſtatim vacet, ſi poſt proviſionem acquirat quandocunque aliud beneficium quantumvis ſimplex, & compatibile, ex quo deſinat eſſe pauper, non vacabit per aſſecutionem aliorum compatibilium, ſi de primo proviſus non fuit uti pauper, & qualificatus, diſcept. 22. n. 39. in fine.

Deficiente ſuppoſito, cum quo fundatio loquitur, ceſſare debet diſpoſitio derivativa ſuper eodem ſuppoſito fabricata, ibid.

De jure non dicitur ex vera fundatione, & dotatione Juſpatronatus ex augmento, quando hoc non ſuperat antiquam dotem, vel ſaltem non eſt illi coæquale, diſcept. 3 . n. 24. in fine.

Fundans ſeu dotans Eccleſiam Collegiatam, ſeu Conventualem obtinet privilegium Apoſtolicum in limine fundationis pro reſervatione Juriſpatronatus, ibidem, num. 22.

Non tamen dicitur Juſpatronatus ex privilegio, ſed ex fundatione, vel dotatione, & eſt tranſitorium ad extraneos, ibid.

In fundatione Juriſpatronatus pro illis *de domo, de caſata, de familia, de trunco*, & ſimilibus verbis veniunt feminæ, diſcept. 26. n. 2. & 3.

Ubi feminæ ſuccedunt per poſterius, non intelligitur diſeretive in qualibet linea ſubalterna, ſi verba fundationis inferunt ſucceſſionem ſaltuariam favore maſculorum, diſtinguendo duas lineas maſculinam, & femininam prælatione maſculorum, ibid. n. 3.

Inſtrumento fundationis deficiente, ſi Juſpatronatus deducatur præſumptive ex obſervantia centenaria favore maſculorum, cenſetur familiare, ſeu potius gentilitium maſculinum, & in eo veniunt feminæ neque per poſterius, ibid. n. 4. & 5.

Contrarium, n. 7. Diſtingue, ut n. 8.

Obſervantia centenaria ſtat loco Inſtrumenti fundationis Juriſpatronatus, ibid. n. 6.

In Jurepatronatus idem operatur titulus fundationis verus, ac præſumptus, ibid. n. 8. in fin.

Qualis eſt obſervantia, talis præſumitur fundatio Juriſpatronatus, diſcept. 28. n. 6.

Stante obſervantia præſentandi non Sacerdotem, qualitas Sacerdotalis enunciata in fundatione cenſetur ſtare tantum demonſtrative, diſcept. 38. n. 13.

Juſpatronatus pro parte fit hæreditarium in ultimo de familia, & pro parte remanet gentilitium, ubi, deficiente inſtrumento fundationis ex obſervantia, apparet diviſum in duobus patronis, quorum unuſquiſque formavit ſuam lineam, diſcept. 30. n. 3.

Secus, quando ejus pertinentia inchoatur ab unico ſtipite, ſeu ex fundatione apparet reſervatum pro unica linea, ſeu familiæ deſcendentiū collective, & per modum unici ſtipitis contemplata, ibid.

Non fit pro parte hæreditarium in ultimo de una linea, quando fuit reſervatum etiam pro diverſis familiis, & lineis ſubſtitutis tamen ad invicem per reciprocam lineatem, vel conjunctis, mediante aliqua reali, vel perſonali conjunctione, ibid.

Sed tunc per jus accreſcendi, vel non deſcendendi vox lineæ deficientis devolvitur, ſeu conſolidatur in alia linea ubi reſtant vocati, ibid.

Juſpatronatus, de cujus initio, & fundatione non conſtat, non præſumitur hæreditarium, ſed potius gentilitium, ſi ex obſervantia appareat fundatum ante Clement. *plures de Jurep.* diſcept. 52. n. 1. & 2.

Si autem obſervantia probat fundatum poſt dictam Clement. *plures* præſumitur hæreditarium, niſi contrarium probetur per obſervantiam deductam ex actibus univocis, & qui ad aliud referri non poſſint, ibidem num. 2.

In dubio, ubi fundationis inſtrumentum non reperitur, præſumitur, fundatorem uſum fuiſſe potius verbis naturalibus, quam civilibus, diſcept. 53. n. 35.

In enunciativis poſt fundationem factis, non poteſt conſtitui fundamentum ad dicendum, quod fundator uſus ſit verbis civilibus, ibid. n. 36.

Vide etiam *Erectio*, *Fundator*, *Juſpatronatus*.

Pro fundationibus Conventuum quid requiratur, diſcept. 36. n. 1. & ſeqq.

Requiritur licentia Ordinarii, & conſenſus Parochi, populi, & Regularium circumadjacentium diſtrictu quatuor milliarium, ibid. n. 1.

Et ſi dicti Regulares diſſentiant, requiritur, quod conſtet, novam fundationem eis non obeſſe una cum beneplacito Apoſtolico, ibid.

In fundationibus Conventuum extra Italiam non requiritur dictum beneplacitum, ibid. numer. 2.

In Hiſpania non requiritur niſi conſenſus Ordinarii, ibid.

Conſenſus populi ad fundationem Conventus requiſitus debet eſſe datus in Concilio generali, & non ſufficit in Concilio particulari decurionum, & officialium, nec minus oſtiatim quæſitus, ibid. n. 3.

Fundato Conventu, prævia licentia Ordinarii, non ſpectat ad Religioſos, qui fundarunt probare requiſites interveniſſe, ſed ad partem contradicentem probare eorum negativam, ibid. n. 4.

Conſtitutiones Apoſtolicæ reponunt in judicio Ordinarii admittere fundationes Conventuum, prævijs neceſſariis requiſitis, ibid.

Requiſita neceſſaria præceſſiſſe præſumuntur, poſtquam Ordinarius conſenſit, & fundatio eſt facta, etiamſi de illis non conſtet ex actis, ibid.

Ordinarius ad conſentiendum fundatum Conventus potuit moveri ex notitiis extrajudicialibus abſque neceſſitate citandi Regulares circumvicinos, aut requirendi eorum conſenſum, ibid. n. 4.

Conſenſus Parochi ad fundationem Conventus, ſi concurrant alia requiſites ſuppletur per Sacram Congregationem, ibid. n. 7.

Conſenſus Ordinarii ſolet etiam suppleri per Superiorem, ſi irrationabiliter denegatur, ibid.

Subſtantia requiſitorum ad fundationem Conventus tota conſiſtit in conſenſu populi, quodque non concurrat præjudicium tertii, ſeu aliorum Regularium, qui in diſtrictu quatuor milliarium exiſtunt, ibid.

Conſenſus Epiſcopi, & Parochi, nec non aliorum intereſſe habentium ſufficit, quod interveniat etiam tacite fundationi Conventus, ibid. n. 8.

Et dicitur tacite interveniſſe, quando Introductio Religioſorum in novum Conventum facta fuit ſolemniter cum proceſſione, aliiſque actibus publicis, & nemo reclamavit, immo fundatio plauſum habuit, ibid.

Conventum fundari poſſe, etiam diſſentientibus aliis Regularibus ejuſdem loci, quando iſtorum Conventus habent numerum exceſſivum Religioſorum, tenet Cardinalis de Luca, ſed non probat Auctor, ibid.

Fundator.

Fundator nunquam præſumitur eligere viam, per quam ſua diſpoſitio impugnetur, diſcept. 25. n. 12.

Fundator præſumitur ſe conformare cum more Regionis, ibid. n. 15.

Declaratio fundatoris Juſpatronatus, licet facta ex intervallo, debet attendi, ibid. n. 43.

Hæres ſeu executor poteſt declarare verbum æquivocum fundatoris, diſcept. 19. n. 16.

Et poteſt declarare, quod vocatio illorum de parentela intelligatur ſtricte de ſolis agnatis, ibid.

Fundatores annuorum redituum pro Fratribus Minoribus, vel eorum hæredes tenentur titulo fidelitatis adimplere a ſe ipſis, vel a teſtatoribus promiſſa, licet Fratres careant omni actione civili, diſcept. 2. n. 78. prope fin.

Super legatis annuis Fratribus Minoribus relictis ſcripturæ, & inſtrumenta confici poſſunt, & invicem ſtipulari; ſtipulatio tamen dicitur proprie intervenire pro parte tantum hæredum fundatoris, & pro parte Fratrum ſolum improprie, ibid. n. 96.

Juſpatronatus mixtum poteſt requirere qualitatem hæredis actualis, & univerſalis, non tantum habitualis aut particularis, ſi talis ſit voluntas fundatoris, diſcept. 4. n. 19.

Ut quis ſit capax Juriſpatronatus ſibi ex providentia fundatoris reſervati, ſufficit, ut per eum non ſteterit, quominus hæreditatem adiret, ſi ſibi aliquo modo deferretur, ibid. n. 25.

Si duo ſint patroni, quorum unus habet pinguiorem vocem, puta, quia plus contulit Eccleſiæ, præſentatus ab habente pinguiorem vocem, puta, quia plus contulit Eccleſiæ, præſentatus ab habente pinguiorem vocem præfertur præſentato ab alio, ibid. n. 28.

Fallit, ſi præſentatus ab alio patrono eſſet de genere, & familia fundatoris, quia tunc præferri deberet, ibid.

Inſtituti hæredes inæqualiter a fundatore ſunt æqualiter patroni, & æqualia habent vota, ibid. n. 29.

Una tamen habentis majorem quotam dicitur pinguior, ibid.

Sed major pinguedo vocis non dat prælationem, ſi præſentatus ab altero cohærede ſit de familia, & genere fundatoris, & iſte debet inſtitui, ibid.

Fundator beneficii vel Eccleſiæ ſi extraneum nominat in patronum, intelligitur cumulative cum ſe ipſo, & propriis hæredibus, non privative, ibid. n. 67.

Si fundator in erectione beneficii reſervat Juſpatronatus favore extranei, iſte ſolus erit Patronus, non hæredes teſtatoris, ibid. n. 68

Declara procedere poſt obitum fundatoris, quia ipſe dum vivit, non intelligitur excluſus, ibid.

Conſilium 4. *Calderini* declaratur procedere, quando fundator non ſolum extraneo, ſed etiam ſibi Juſpatronatus reſervavit, ibid. n. 66 & ſeqq.

Fundator ſi expreſſe ſibi Juſpatronatus non reſervavit, & paſſus eſt prima vice beneficium libere conferri, cenſetur declaraſſe beneficium fuiſſe liberum, ſecundum *Lambertinum*, ibid. n. 72.

Reprobatur hæc ſententia *Lambertini*, ibid. num. 73. & plur. ſeqq.

Procedit ſententia *Lambertini* in Eccleſia Collegiata vel Conventuali; ſecus in ſimplici, ibid.

Ex ſimplici tolerantia fundatoris, quod Eccleſia pro prima vice libere ab Ordinario provideatur, non inducitur renunciatio Juriſpatronatus expreſſa nec tacita, ſed ſolum remiſſio pro illa vice, ibid. n. 75.

Fundans Collegialem ſeu Conventualem Eccleſiam abſque reſervatione juris præſentandi, cenſetur illud remiſiſſe, non tamen alia jura honorifica, ibid. n. 79.

Si fundator vocavit conjunctos ex utroque latere, tunc habens hanc qualitatem, præfertur proximiori in gradu ex uno tantum latere conjuncto, diſcept. 7. n. 10.

Probans eſſe quem filium Petri N. non probat deſcendentiam a fundatore, ſi aderant in civitate plures ejuſdem nominis, & cognominis, ibid. n. 29. & 31.

Limita, ſi habet præſentationem a patrono, ibidem, num. 30.

Limita, etiam ſi frater ejus fuit alias præſentatus, & obtinuit beneficium per ſententiam, rejecta tali exceptione canonizantem parentelam, ibid.

Conſtito de vacatione beneficii, quodque illud ſit de Jurepatronatus laicorum, adjudicari debet habenti qualitates a fundatore requiſitas, ibid. n. 31.

Etiamſi non fuerit præſentatus a patronis, quando per oppoſitionem factam tempore habili acquiſivit beneficium, quia habetur, ac ſi fuiſſet a patronis præſentatus, ibid.

In paritate vocum inſtituendus eſt præſentatus, qui eſt de familia fundatoris ad excluſionem extranei compræſentati, diſcept. 22. n. 38.

Et ſi extraneus obtineret proviſionem Apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum, necnon gratificatio-

Digitized by Google

cationem, non expreſſa circumſtantia, quod alter non præſentatus erat de familia fundatoris, gratia eſſet ſubreptitia, ibid.
Et procedit favore præſentati non ſolum, ſi ſit de familia fundatoris, ſed etiam ſi ſit tantum de genere ipſorum patronorum, ibid.
Immo & de genere exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.
Juſpatronatus gentilitium non fit hæreditarium in ultima, ſi fundator vocavit illos de agnatione vel familia cum taxativa *tantum duntaxat*, diſcept. 33. n. 4.
Vel ſi dixit *ad illos & non alios*, vel *non niſi ad illos*, ibid.
Vel ſi reſervavit ſolis agnatis, ibid.
Vel ſi prohibitionem adjecit, quod non poſſit egredi quoquomodo de ſtirpe, familia, ſeu progenie, ibid.
Diſtingue, ut taxativa excludat tranſmiſſionem Juriſpatronatus ad extraneos, quando eſt adjecta limitative ad ipſum Juſpatronatus; ſecus vero quando eſt adjecta favore maſculorum aut agnationis, ibid. n. 5.
Et in hoc attenditur ſubſtantia voluntatis fundatoris potius, quam cortex verborum, ibid.
Taxativa impedit tranſmiſſionem Juriſpatronatus in extraneos, ſi fundator dixit *de deſcendente in deſcendentem mea familia, & non ultra*, ibid. n. 8.
Vel ſi reſervavit filiis & nepotibus uſque ad certum gradum, & non aliis, ibid.
Vel ſi adhibeat alia verba importantia durationem Juriſpatronatus limitatam ad familiam, ibid.
In Beneficiis patronatis prælatio debetur in paritate vocum præſentato, qui eſt de ſanguine fundatoris, diſcept. 38. n. 2.
Idem procedit in eo, qui eſt de genere patronorum, ſeu præſentantium, ibid.
Fundator ſi reliquit Juſpatronatus extraneis, iſti dicuntur electi loco illorum de ſanguine, & militat pro eis idem favor, ibid.
Idem procedit, ſi Juſpatronatus tranſivit in extraneum titulo hæreditario vel ceſſionis, ſeu dotationis, ibidem.
Nomen patroni verificatur, & prædicatur de quocunque poſſidente, & habente Juſpatronatus, licet extraneo, & non de genere fundatoris, ibid. n. 4.
Favor prælationis in paritate vocum attribuitur æqualiter illis de familia fundatoris, ſeu patronorum, ibid. num. 5.
Quod præferatur in paritate vocum præſentatus, qui eſt de familia patronorum, ſeu præſentantium non procedit, ſi concurrit præſentatus de familia fundatoris, ibid. n. 6.
Præſentatus de familia fundatoris præfertur præſentato de familia patronorum, ſeu præſentantium, ibid.
In paritate vocum præferendus eſt præſentatus, qui eſt unus de compatronis, & de familia fundatoris, ibid. n. 7. & 8.
Gratia derogationis, & gratificationis eſt ſubreptitia, & nulla, ſi non fuit expreſſum Summo Pontifici, quod alter præſentatus erat unus ex compatronis, & de familia fundatoris, ibid. n. 8.
Deſcendente ab eo, qui alias præſentavit, aut proviſioni Beneficii conſenſit, tanquam patrono non denegatur gratificatio, licet non probetur præciſa deſcendentia ab eo, qui fundavit Juſpatronatus, ibid. n. 12.
Jus alimentorum patrono debitorum non tranſit in extraneum, ad quem devenit Juſpatronatus, cum non ſit de ſanguine fundatoris, ibid. n. 1.
Contrarium, ibid. n. 2.
Vide *Alimenta*.
Juſpatronatus reſervatum extraneis ſine taxativa, cenſetur reſervatum privative ad hæredes fundatoris, ibid. num. 4.
Fundator in erectione Capellaniæ cum onere Miſſarum dicitur aſſignare omnes reditus pro Miſſis, ibidem num. 5.
Vide *Capellania*.
Fundator ſi uſus eſt verbis civilibus in reſervatione Juriſpatronatus gentilitii, non admittuntur ad præſentandum procedentes a radice infecta, diſcept. 53. num. 35.
In enunciativis longe poſt fundationem factis non poteſt conſtitui fundamentum ad dicendum, quod fundator uſus ſit verbis civilibus, ibid. n. 30.
In dubio, ubi fundationis inſtrumentum non reperitur, præſumitur, fundatorem potius uſum fuiſſe verbis naturalibus, quam verbis civilibus, ibid. n. 35.
Vide ſupra *Fundatio*.

Funus.

Candelæ, & cerei in anniverſariis, & funeribus ſi dantur ad manus ſingulorum, debentur etiam privilegiatis legitime abſentibus, diſcept. 1. n. 33.
Sed ſi dantur inſeparate Camerario, aut alteri Capitulum repræſentanti, tunc eas non lucrantur Canonici abſentes cum privilegio, ibid.
Ab hæredum arbitrio pendet vocare ad funus defuncti quos voluit ultra proprium Parochum, diſcept. 50. num. 2.
Simoniacum eſt nolle Capitulum concedere jus aſſociandi mortuos, quod habent Regulares, niſi ſuis Clericis ſecularibus ſolvatur emolumentum pro aſſociatione prætenſum, ibid. n. 3.
Obligatio vocandi Parochum ad aſſociandum cadaver, intelligitur de Parocho actuali deputato per Capitulum, non de ipſo Capitulo habitualem curam habente, ibid. n. 4. & 5.
Non eſt in facultate hæredum omittere proprium defuncti Parochum in aſſociatione cadaveris, ibidem num. 6.
Amplia, etiamſi defunctus juſſerit acceſſiri tantum Regulares, ibid.
Et procedit non in ſolo Parocho ſingulari, ſed etiam in Collegio, Capitulo repræſentante Parochum, & habente annexam curam animarum, ibid n. 7.
Contrarium, & quod procedat ſolum in Parocho actuali, eſt verius, ibid. n. 8.
Limita hoc contrarium, ſi adeſt conſuetudo vocandi Capitulum, quod invitantur plures Cruces, quia tunc hæc conſuetudo ſervanda eſt, ibid. n. 9.
Judicatum probat conſuetudinem præcedentem, & facit ſtatum contra omnes prætendentes habere jus prohibendi Capitulum ab interventu in funeribus, ibidem num. 12.
Licentiæ datæ per Capitulum peragendi funera abſque illius interventu ſupponunt antecedens jus in eodem Capitulo accedendi in funeribus ſuorum Parochianorum, ibid. n. 13.
Conſuetudine quadragenaria poteſt introduci, ut in aſſociatione funerum evocetur clerus Parochiæ defuncti una cum Regularibus, ibid. n. 14.
Talis conſuetudo non eſt mere coactiva hæredum, ut præciſe clerum evocent, ſed ſolum inducit prælationem cleri, in caſu quo hæredes voluit ſuos aſſociari per alios extraneos, ibid.
Clerus inſervit Eccleſiæ Parochiali prædicando, celebrando Miſſas, & divina Officia, & adjuvando Parochum in adminiſtrando Sacramenta Parochianis, ideo præferendus eſt extraneis, ibid.
Valde æquum eſt, ut extraneis præferri debeant Clerici Eccleſiæ Parochialis in aſſociatione funerum ſuorum Parochianorum. ibid. n. 15.
Conſuetudo, ſeu Conſtitutio quod in funeribus major cereus detur Canonicis, & minor Regularibus ſervanda eſt, ibid. n. 16.
Parochi prætendere non poſſunt majorem eleemoſynam, quando cadavera tumulantur in Eccleſiis Regularium, ibid. n. 28
Poſſunt tamen prætendere candelam majorem, & honorificentiorem ratione prærogativæ, ibid.
Parochi non poſſunt prætendere eleemoſynam duplicatam pro tumulatione cadaverum extra propriam Parochiam, ibid n. 20.
Limita, ſi adeſt in contrarium Conſtitutio Synodalis fundata in præcedenti conſuetudine, ibid. n. 21.
Conſtitutio Synodalis fundata in præexiſtenti conſuetudine ſervanda eſt tanquam lex municipalis, ibid.
Contrarium, & quod talis Conſtitutio non valeat, ibid. num. 22.
Declara, ut non valeat, ſi ſit in odium particularis perſonæ, puta, quando eligitur ſepultura in Eccleſiis Regularium; ſecus ſi univerſaliter diſponat, quoties ſepeliri contingat extra Parochiam, ibid.
Contrarium, ut non valeat, etiamſi univerſaliter diſponat, ibid. n. 23.
Parochi poſſunt prætendere eleemoſynam duplicatam pro tumulatione cadaverum extra Parochiam, ſtante conſuetudine immemorabili, ibidem numer. 23. & ſeqq.
Eleemoſyna duplicata, aut aliter major ſolita pro tumulandis cadaveribus in Eccleſiis Regularium, ſtante conſuetudine immemorabili, omnino debetur, ibid. num. 32. & ſeqq.
Utrum ad hoc ſufficiat conſuetudo 40 annorum, ibid.
Centenaria ad hoc ſufficit prout immemorabilis, ibidem num. 35.
Etiam conſuetudo centenaria præſumit meliorem titulum de mundo, ibid.
Prætenſio Parochi de duplicata eleemoſyna pro tumulando cadaver extra Parochiam eſt monopolium, ſcandalum, avaritia, & corruptela contra libertatem Eccleſiaſticam, ibid. n. 28.
Declara, ut ibid. n. 29 & ſeqq.
Jus ſepulturæ eſt quid diſtinctum a quarta funerali, & in quo differat, ibid. n. 32.
Conſtitutio S. Pii V aſſignans Vicariis perpetuis diverſarum Parochialium Urbis omnia emolumenta funeralium ultra congruam, locum habet in funeribus, etiam non Parochianorum, attenta declaratione Alexandri VII. ibid. n. 42.

Contrarium eſt verius de jure, ſecluſa dicta declaratione, ibid.
Eccleſia titularis non adminiſtrans Sacramenta ſuo Cardinali, neque ei ſolvitur quarta ex illius funere, diſcept. 51. n. 31.
Vide plura in verbis *Sepultura*, *Quarta*.

G

Gabella.

Cathedraticum non eſt gabella, diſcept. 35. numer. 3.
Privilegium Camerale nil aliud continet, quam generalem exemptionem, ſeu franchitiam conceſſam Officialibus Cameræ ab omnibus gabellis, & vectigalibus, ibid.

Gallus.

Gallici cum Januenſe duellum propter caput Bovis, quod uterque geſtabat in ſcuto, quomodo per Januenſem fuerit eluſum, diſcept. 49. n. 5.

Garzias.

Garzias tenens coadjutum optare poſſe, Præbendam ab eo dimiſſam ſtatim acquiri coadjutori refellitur, diſcept. 10. n. 12. & ſeqq.
Obtinens Præbendam inſeparabiliter annexam coadjutus optare non poteſt, etiam extra conſuetudinem contra *Garziam*, ibid. n. 7. 19 & ſeqq.
Garzias ſentiens Canonicum beneficium reſervatum obtinentem optare non prohiberi, reprehenditur, ibidem n. 18. & 19.
Garzias dubitans de concluſione, quod Regula 2. Cancellariæ non comprehendit Cardinales, refellitur, ibidem n. 21. & ſeqq.
Idem reprobatur, tenens non requiri licentiam in abſentia ex cauſa ſtudii, diſcept. 37. n. 6.
Idem refellitur, dicens onera Miſſarum deducenda eſſe de valore Beneficii ſimplicis, non ſacerdotalis, nec reſidentialis, diſcept. 40. n. 2. & ſeq. & n. 5.
Reprehenduntur *Garzias & alii* eum eo ſupponentes, Beneficia difformia ſub eodem tecto eſſe compatibilia abſque diſpenſatione Epiſcopi, vel iſtam non ſuffragari, ſuppoſita incompatibilitate, diſcept. 42. n. 2.
Garziae de Beneficiis par. 5. *c.* 1. reprobatur, diſcept. 4. n. 45. & ſeqq.

Gaudium.

Riſus, & gaudium ficta ſtare non poſſunt in corde mœſtiſſimo, diſcept. 32. n. 18.

Generalis.

Capitulum generale habet auctoritatem in ipſum Generalem, quem corrigere, & punire poteſt, & eſt ſemper illi Superior, n. 18. V.
Et ordum ei competunt, quæ competunt Generali Ordinis, ſed multo majora, & plura poteſt efficere, quæ per ſe non poteſt ipſe Generalis, ibid.
Capitulum generale gerit perſonam Principis magis quam Generalis, qui Capitulum in Superiorem recognoſcit, & ab illo ſuam poteſtatem habet, n. 22. V.
Juriſdictio Generalis, & aliorum Prælatorum inferiorum in Religionibus procedit a Capitulo generali illam habente immediate ab Eccleſia, & a Summo Pontifice, n. 24. V.
Prior majoris Carthuſiæ eſt etiam uti talis Miniſter generalis totius Ordinis Carthuſienſis, n. 19. V.
Carthuſiani præter Generalem, ſeu Priorem majoris Carthuſiæ non habent Prælatos medios unius Nationis vel Provinciæ, n. 22. V.

Genitalia.

Privilegium concedens Prælatis inferioribus uſum Pontificalium ita operatur, ſicut genitalia in mulis, quæ ſunt ſterilia, & infructuoſa, diſcept. 43. n. 7.

Gentiles.

Juſpatronatus dicitur mixtum, quoties ad jus præſentandi vocantur gentiles, & agnati cum qualitate hæreditaria, diſcept. 4. n. 1.
Et ad effectum ſuccedendo in eo requiritur duplex qualitas, una ſanguinis, alia hæreditatis, ibid.
Sed qualitas hæreditaria ſufficit, vel reſpectu primi acquirentis, vel reſpectu ultimi morientis, nec requiritur reſpectu utriuſque, ibid. n. 2.
Verbum *deſcendentes* in Jurepatronatus mixto, agnatos ſeu gentiles ſignificat, ibid. n. 15.
Vide *Hæres*, *Juſpatronatus*.
Sacerdotes Jovis apud gentiles, Flamines Diales nuncupati, abeſſe non poterant etiam ex cauſa neceſſaria ob adverſam valetudinem abſque licentia Summi Pontificis, diſcept. 34. n. 24.

Genus.

Major pinguedo vocis non dat prælationem præſentato ab habente majorem quotam hæreditatis, ſi præſentatus ab altero cohærede ſit de familia, & genere fundatoris, & iſte debet inſtitui, diſcept. 4. numer. 29.
Fundatio *pro illis de genere meo*, *& matris meæ* non requirit utriuſque lateris conjunctionem in præſentando, ſed alterutram tantum, diſcept. 7. n. 11.
Et ibi particula *Et* non ſtat copulative, nec disjunctive cum prælatione ſecundum ordinem ſcripturæ, ſed parificative, ut præſentandus accipiatur de una, vel alia linea arbitrio Patronorum, ibid.
Maxime, ſi plura ſint beneficia fundata, quam ſit veriſimile adeſſe utrinque conjunctos, qui poſſint præſentari, ibid. n. 12. & 31.
Pro illis de genere meo & matris meæ, etiamſi ibi *Et* non ſtaret copulative, itant non requireretur concurſus utriuſque conjunctionis, tamen habens utranque præferri debet habentibus unam tantam, ibidem. num. 13. & 31.
Contrarium, ibid.
Et in caſu dicto ſtat copulative, & requiritur utraque conjunctio, quando fundator vocat duplicem caſatam, vel lineam per modum unius, puta ſi vocat in ſingulari ſuam familiam, quam explicat de utraque caſata; ſecus ubi vocatur duplex linea per modum duplicis caſatæ ſubſtantive, ibid. n. 13.
In Hiſpania ex conſuetudine illegitimi veniunt appellatione illorum de genere & parentela, ibid. num. 24. & 27.

Germania.

Conventus Fratrum Minorum Spruch in Germania eleemolynas recipit ab Auſtriacis, diſcept. 2. n. 90.
Tiberius voluit adire per ſe ipſum legiones Germaniæ, & Pannoniæ, ne unam offenderet, ſi aliam prius ingrederetur, & ideo miſit ad eas Germanicum, & Druſum ejus filios, diſcept. 9. n. 58.
Conſuetudo generalis in Eccleſiis Germaniæ viget, quod electiones fiant per majorem numerum comparative, diſcept. 24. n. 25.
Per non dimiſſionem primi Canonicatus intra bimeſtre a die adeptæ poſſeſſionis ſecundi, ipſo jure vacat uterque, diſcept. 8. n. 29.
Limitatur ex generali conſuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas in diverſis Collegiatis, ibid. n. 30.
Contrarium, niſi intervenìat Apoſtolica diſpenſatio, ibid. n. 31.
Paſſim tamen conceditur Apoſtolica diſpenſatio pro Canonicatibus Germaniæ, ibid.

Germanicus.

Vide ſupra *Germania*.

Gloſſa.

Gloſſa in can. primo in verbo *Conſtituendum diſtin.* 38. explicatur, diſcept. 16. n. 43. & ſeqq.
Et fuit male intellecta a Canoniſtis, ibid. n. 43.
Præſentati ab Univerſitate vel Collegio, ſi paria vota bis in ſcrutinio uterque ſortitus ſit, Papa non poteſt gratificare, pendente adhuc termino ad eligendum, ſed tantum eo tranſacto conferre jure devoluti, diſcept. 4. n. 37. & ſeqq.
Gloſſa, & Doctores contrarium tenentes, reprobantur, ibid.
Verba *de licentia ſedis Apoſtolicæ* in cap *ſuper ſpecula de Magiſtris* intelligenda ſunt de licentia ſpeciali, non de generali, contra Gloſſam, diſcept. 37. n. 6.

Gonzales.

Gonzales & Rota notantur, quod voce *commoda ſuſtentationis* uſi ſunt reſpectu Eccleſiæ non numeratæ, diſcept. 17. n. 28.
Canonicus coadjutus poteſt optare Præbendam annexam Canonicatui ſeparabiliter & revocabiliter de communi, contra *Gonzal.* diſcept. 10. n. 5.
Gonzales negans coadjutum optare poſſe, quando procedat, & quando non, ibid. n. 7.

Gozzadinus.

R. P. D. Ulyſſes Joſeph Gozzadinus laudatur, diſcept. 11. n. 1. prope finem.

Gradus.

Non poteſt fieri acceſſus ab uno gradu extremo inferiori ad unum extremum ſuperiorem, rupto medio, diſcept. 4. n. 10.
In paritate gradus conjunctus ex utroque latere, præfertur in Juriſpatronatus conjuncto ex uno latere tantum; ſecus in diſparitate gradus, quia tunc præfertur proximior conjunctus ex uno latere tantum, diſcept. 7. n. 8.
Conjunctus in pari gradu ex latere materno, ſi alter eorum ſit etiam conjunctus ex latere paterno, licet in gradu remotiori, præfertur alteri ex latere matris tantum conjuncto, ibid.
Si fundator vocavit conjunctos ex utroque latere, tunc habens hanc qualitatem præfertur proximiori in gradu ex uno tantum latere conjuncto, ibid. n. 10.
Ubi potioritas eſt in linea vel ſexu, remotior lineæ vel ſexus præfertur proximiori, ibid.
Potioritas ſi ſit in qualitate conjunctionis ex utroque latere, remotior cum hac qualitate vincit proximiorem ex uno tantum latere conjunctum, ibid.
In Jurepatronatus prout in ſucceſſionibus, ſublata differentia agnatorum, & cognatorum attenditur quis ſit proximior in gradu, ibid. n. 11.
Et proximior in gradu licet ex uno tantum latere conjunctus vincit remotiorem conjunctum ex utroque latere, ibid.
Vide *Agnatus, Cognatus, Juſpatronatus.*
Novus conſenſus non requiritur ad matrimonium contractum inter perſonas inhabiles ſub conditione *ſi Papa diſpenſaverit*, quando Papa diſpenſat in radice in gradibus jure tantum poſitivo prohibitis; ſecus ſi ſunt prohibiti jure Divino, diſcept. 32. n. 34. & ſeqq.
Vide *Diſpenſatio.*
Cardinalis Diaconus non poteſt ad gradum Epiſcopalem pervenire, niſi prius Diaconiam dimittat, & aſſumat titulum, diſcept. 51. n. 29.

Gratia.

Gratia Pontificia recipere dimidiatam, & truncam in jure abhorret, diſcept. c. n. 18.
Ex parte privilegii, non autem Concilii unice attendi debet circa gratiam gaudendi fructibus, & aliis emolumentis tempore vacantiæ, ibidem num. 31. in fine.
Ampla, etiamſi gratia ſit conceſſa ad limites Concilii, quia Concilium dicitur conſideratum tantum pro deſignando tempore vacantiæ, ibid.
Gratia derogationis Juriſpatronatus Eccleſiaſtici eſt ſubreptitia, ſi pro tertia parte tantum ſit laicale, & non exprimatur maxima, diſcept. 3. n. c.
Gratia derogationis Juriſpatronatus in totum, attenta lite ſuper eo, non eſt attendenda, ſi patronus jam ante, quam poſt litem motam erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, diſcept. 4. n. 55
Contrarium, quod ſufficiat verificari litem eo modo, quo fuit narrata vertens inter Ordinarium, & patronos, ibid. n. 56.
Limitatur hoc contrarium, ſi de tempore gratiæ patronus jam præſentaverat, ſtante clauſula *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, quæ etiam omnia regulariter ſubintelligitur, ibid.
Si cattaneus obtineret proviſionem Apoſtolicam cum derogatione mediectatis vocum, necnon gratificationum, non expreſſa circumſtantia, quod alter compræſentatus erat de familia fundatoris, gratia eſſet ſubreptitia, diſcept. 32. n. 38
Et procedit favore præſentati non ſolum, ſi ſit de familia fundatoris, ſed etiam ſi ſit tantum de genere patronorum, ibid.
Immo, & de genere exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.
Derogatio Apoſtolica medietatis vocum cum aſſertiva præſentationis alterius medietatis valet, etiamſi de tempore gratiæ præſentatio non adeſſet, ſed ſupervenerit, ibid. n. 45
Intellige, ſi ſupervenerit intra quadrimeſtre, & ſiat coram Superiore infra dictum tempus, ibid.
Et verum Papa debet exhiberi nominatio in Camera, ſeu Cancellaria intra eundem terminum, ibid.
Amplia, etiamſi gratia emanaſſet ſupra præſentationa jam facta, ſed invalida, ut adhuc ſubſiſtat, ſi intra terminum nova, & valida ſuperveniat, ibid.
Vide etiam *Derogatio.*
Ultimus ſtatus attenditur, ceſſata indagine tituli ad ſuſtinendam gratiam Apoſtolicam, diſcept. 13. n. 36.
Præſentatus ad beneficium curatum, cujus erat adminiſtrator, & in adminiſtratione continuata incidit in pœnam *cap. ambitioſæ de elect. in 6.* & illo privatur, & gratia poſtea obtenta, non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione, eſt ſubreptitia, & nulla, ibid. n. 28.
In Jurepatronatus quidquid Princeps concedit contra Jus, ſemper dicitur ex gratia, ſeu privilegio, diſcept. 22. num. 11.
Juſpatronatus de jure ex tribus tantum cauſis valide acquiri poteſt, ſcilicet fundationis, conſtructionis, & dotationis, ibid. n. 16.
Et acquiſitio ex quovis alio titulo eſt mere gratioſa, & ex privilegio, ibid. n. 17.
Vide *Juſpatronatus, Privilegium.*
Ante appoſitionem parvæ datæ gratia non dicitur perfecta; diſcept. 5. n. 2.
Parva data non requiritur ad perficiendam gratiam, ſed ſolum ut conſtat de tempore ſignaturæ, ad quod ſat intervalla conſenſus, ibid.
Gratia perficitur per ſolam ſignaturam Papæ, ibid. num. 8. & 9.
Lotherius contrarium firmans reprehenditur, ibidem num. 9.
Dilatio in gratia eſt mora, non conditio, differens, non ſuſpendens, ibid.
Dilatio gratiæ uſque ad tempus datæ per Datarium apponendam eſt interpretatio introducta de ſtylo, quæ veritatem, & perfectionem gratiæ immutare non poteſt, ibid.
Princeps, quando ſignat gratiam, facit, & in tempore præſumitur, velle datam apponi ab officiali, ibid.
Supplicatio ſtatim ac habet ſignaturam, continet gratiam perfectam, licet careat parva data, ibid. n. 11. & 30.
Dies, & tempus non requiritur ad perfectionem beneficii, & gratiæ, ibid. n. 10.
Dies, & tempus requiritur, ut poſſit probari falſitas gratiæ, vel Beneficii, ibid.
Item requiritur ob præjudicium tertii habentis Jus quæſitum ex alia gratia, ibid.
In literis gratiæ attenditur data, non præſentatio ſupplicationis; ſecus in reſcriptis pœnitentialibus, ibid. num. 18.
Conſenſus cauſalis reſignantis cum ſignatura Papæ perficit gratiam, ibid. n. 34.
Declare, ut perficiat revocabiliter arbitrio reſignantis, donec acceſſerit conſenſus formalis, ibid. n. 34 & 39.
Conſenſus formalis non requiritur ad perfectionem gratiæ, ſed ad meram illius executionem, & pro facienda expeditione, ibid. n. 35
Merlin. *deciſ.* 281. dicens perfectionem gratiæ incipere a die datæ reprehenditur, ibid n. 42.
Arbitrium Datarii circa appoſitionem datæ non reſpicit ipſam gratiam, ſed tantum initium gratiæ, ibid. numer. 45.
Et poteſt Datarius hoc arbitrium exercere etiam poſt mortem reſignantis, ibid.
Et poteſt reddere gratiam utilem, vel inutilem, juxta tempus datæ, quod apponet ante, vel poſt obitum reſignantis, ibid. n. 46.
Regulariter tamen ſolet apponere datam ſub die præſentata, ibid.
Etiam poſt ſignatam ſupplicationem ante conſenſum extenſum, & appoſitionem datæ res dicitur integra, & gratia non eſt perfecta, ibid n. 51.
Hodie gratia non dicitur perfecta ante conſenſum præſtitum in Cancellaria, ſeu Camera, ibid. n. 54.
Et recipit perfectionem ab ipſo conſenſu, & a data tanquam a cauſa formali, ibid.
Gratia reſignantis recipit perfectionem a ſignatura, ibidem.
Incipit tamen ſolum operari a die datæ, ibid.
Quod omnes actus expeditionis gratiæ dentur ſub die præſentatæ ſupplicationis plerumque fit ad occurrendum diſpoſitioni regulæ de viginti, ibid n. 57.
Poſſunt tamen poni & extendi ſub alia die, & de facto quandoque ponuntur, & totum pendet ad arbitrio Datarii, ibid.
Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi literarum per Conſtitutionem Gregorianam, ibid. n. 57.
Item ad conſervandum ad talem diem reſignanti fructus beneficii, ibid.
Item ut reſignatarius poſſit compleat ætatem ad beneficium requiſitam, ibid.
Notitia obitus reſignantis ſuperveniente ante conſenſum, ſi gratia nondum perfecta inducit malam fidem in officialibus Datariæ, adeo ut non valeant amplius recipere conſenſum, ibid. n. 58.
Vide etiam *Reſignatio.*
Non expreſſa manualitas beneficii non reddit gratiam ſubreptitiam, diſcept. 23. n. 24.

Et Abbas poteſt removere proviſum a Papa de Beneficio manuali, ibid. n. 25.

Declara procedere, ſi Papa ſimpliciter conferat beneficium; ſecus ſi confert perpetuo, quoad vixerit, ibid.

Actos coram executore dato in gratia ſubreptitia ſunt nulli ex defectu Juriſdictionis, diſcept. 24. num. 47. & 53.

Fortius, quando coram eo fuit oppoſitum de ſubreptione gratiæ, ibid.

Et quando Papa in ſecundis literis declaravit nullitatem actorum, volendo, quod valeant a dja gratiæ poſterioris, ibid. n. 55.

Reprobato ab examinatoribus Synodalibus concedi poteſt novum examen ex gratia, diſcept. 13. n. 8.

Gratia admiſſionis ad novum examen, quando de jure competebat recurſus a reprobatione examinatorum, dicitur emanata per viam Juſtitiæ, ibidem, numer. 11.

Et non dicitur inferre præjudicium ei, qui proviſionem obtinuit ob inhabilitatem reprobati, ibid.

Secus ſi de jure non debebatur appellatio, vel recurſus, ibid.

Ubi aliquid conceditur ex gratia & contra diſpoſitionem juris, conceſſio facta in uno caſu non extenditur ad alium diverſum, diſcept 9. n. 13.

Amplia, ut neque extendatur ad alium ſimilem, & connexum, ac dependentem, ibid.

Gratia denominationis alternativa in unione conceſſa ad certos caſus firmat in reliquis prænominationem a digniori deſumendam, ibidem num 12. & ſeqq. & num. 15.

Regula de annali non impedit novarum gratiarum impetrationem, diſcept. 12. n. 50.

Ideo non repellit eum, qui obtinuit revalidatoriam primæ proviſionis, ibid.

Gratia revalidatoria debet expediri intra tres menſes ex decreto apponi ſolito per reviſores ſupplicationi ſub pœna nullitatis, ibid.

Simile decretum ſolet aboleri per ſubdatarium, ibid. num. 51.

Vel per regentem Cancellariæ concedi licentia expediendi, non obſtante lapſo dicti temporis, ibid. numer. 52.

Tale decretum reſpicit ſolum intereſſe officialium Datariæ & Cancellariæ, quorum favore duntaxat, non autem partis apponitur, ibid.

Gratia revalidatoria non præjudicet impetrationi medio tempore factæ, diſcept. 21. n. 12.

Gratia coadjutoriæ cum futura ſucceſſione fit per Papam, non jure ordinario, ſed diſpenſative derogando diſpoſitioni juris communis, diſcept. 18. num. 8. & 9.

Amplia, etiamſi agatur de coadjutoriis Eccleſiarum Cathedralium, ibid. n. 8.

Annata non ſolvitur ratione ipſius gratiæ collationis, ſeu coadjutoriæ, ibid. n. 4.

Declara, ut ibid. n. 7.

Commune ſervitium ſolutum pro gratia coadjutoriæ non eſt reſtituendum ob prædeceſſum coadjutoris, ibidem n. 10. & ſeqq.

Nec eſt ſolutum principaliter & finaliter ratione perceptionis fructuum poſt mortem coadjuti, ſed tanquam onus injunctum a Papa ipſi coadjutoriæ, ut odioſæ, ibid.

Commune ſervitium in gratiis coadjutoriæ ſolvitur in ipſo actu expeditionis literarum tanquam pure debitum, ibid. n. 13. & ſeq.

Non eſt ſimoniacum aliquid recipere pro gratia coadjutoriæ diſpenſativa & exorbitante a jure, ibidem numer. 27.

Vide etiam *Coadjutoria*.

Gratia dicitur conſumpta per expeditionem literarum proviſionis, ibid. n. 30.

Priori gratiæ non derogat poſterius reſcriptum, ſi illa Papæ non fuit narrata, diſcept. 13. n. 9.

Declaratio, quod prior gratia intelligatur prout de jure eſt otioſa, quia ſemper ſubintelligitur, ibid. n. 12. & 24.

Clauſula *prout de Jure* non tollit gratiam nemini præjudicialem, ibid. n. 15.

Ex gratia nondum ſignata nullum dicitur quæſitum jus ante ſignaturam Papæ, ſed ſolum quædam ſpes vana, & incerta, ibid. n. 27. & 51.

Pro executione gratiæ ſufficit verificari litem eo modo, quo fuit narrata Pontifici, diſcept. 4. n. 60.

Sola expreſſio Vicariæ ſufficit, ut Papa cenſeatur cogitaſſe de exiſtentia Juris Parochialis penes alium, cui libera proviſio præjudicet ad evitandam ſubreptionem gratiæ, diſcept. 4. n. 40. & 48.

Gratia derogationis, & gratificationis eſt ſubreptia, & nulla, ſi non fuit expreſſum Summo Pontifici, quod alter præſentatus erat unus ex compatronis, & de familia fundatoris, diſcept. 38. n. 8.

Narrata ſi non juſtificantur, gratia omnino concedit, ibid. n. 25.

Captioſa, & obſcura narratrix, ex qua Papa poteſt decipi, gratiam reddit ſubreptitiam, diſcept. 48. numer. 10.

Privilegia, & gratiæ, ac beneficia Principum regulariter cenſentur perpetua, n. 27. V.

Gratianus.

Textus in Canone in ordinatione 14. *diſt.* 61. ſumptus fuit per Gratianum ex Regula S. Benedicti, *cap.* 64. *de ordinando Abbate*, n. 14. V.

Gratificatio.

Proviſio Apoſtolica cum derogatione & gratificatione obtenta per præſentatum ab habente pinguiorem vocem in concurſu conſanguinei præſentati ab alio cohærede, non expreſſa præſentatione, & concurſu conſanguinei, eſſet ſubreptitia, ſtante clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, diſcept. 4. num. 29. in fine.

Univerſitas vel Collegium habens Juſpatronatus ſi dividatur in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præſentet, utraque valet, & eſt locus gratificationi, penſatis meritis utriuſque præſentati, ibid. n. 30.

Contrarium, quod nulla præſentatio valeat contra *Lambertinum*, ibid. n. 31. & ſeqq.

Si tamen una pars præſentaverit digniorem, illa dicitur major, & ſanior, & ille dignior, uti ſolus electus debet in inſtitutione gratificari per actum juſtitiæ, & in hoc ſenſu ſalvatur doctrina *Lambertini*, ibid. numer. 35.

Si autem cum paritate votorum concurrit paritas meritorum in præſentatis, electio non eſt concluſa, nec eſt locus gratificationi Ordinarii, aut alterius inferioris a Papa, ibid. n. 35.

Præſentati ab Univerſitate vel Collegio ſi paria vota bis in ſcrutinio uterque ſortitus ſit, Papa ſolus poteſt gratificare, etiam pendente termino ad eligendum; inferior vero non poteſt gratificare, ſed tantum providere jure devoluto, elapſo dicto termino, ibid. numer. 35.

De opinione, quod Papa gratificare poſſit in d. caſu, etiam pendente termino ad eligendum, auctor dubitat, ibid n. 36.

Papa in dicto caſu non poteſt gratificare, pendente termino, ſed tantum eo translacto conferre jure devoluto, ibid. n. 37. & ſeqq. uſque ad 47.

Gloſſa & Doctores contrarium tenentes reprobantur, ibid.

In collatione ſimultanea Epiſcopi, & Capituli ſi Epiſcopus unum, Capitulum alium nominet, Papa non tenetur conferre uni ex nominatis, aut gratificari digniori, ibid. n. 40.

Pinguiorem hoc caſu cenſeri vocem Epiſcopi, qui ſentiant, ibid. n. 41.

Bonum eſſet, ſi ſervaretur in praxi hæc opinio, & quare, ibid.

Opinio, quod gratificatio debeatur nominato ab Epiſcopo, non procederet, ſi nominatus a Capitulo præponderet in meritis, & tunc Papa conferre poſſet cui vellet, etiam tertio, vel jure præventionis vel jure devoluto, ibid.

Patroni plures ſingulares ſi diſcordent in præſentatione, fit locus gratificationi, ibid. n. 42.

Non procedit, quando illi plures conſtituunt unicam vocem individuam, ut in Univerſitate, & Collegio, quia tunc attenditur tantum factum a majori parte, & ſi partes ſint æquales, nulla dici poteſt facta præſentatio, ibid.

Ideo hoc caſu nulla eſſet proviſio Apoſtolica facta, pendente termino ad præſentandum favore unius ex præſentatis, vel etiam tertii, ibid.

Declara, ut collatio facta per Papam vel Ordinarium, termino durante, pendeat ab eventu, & valeat, ſi patroni non reclament, vel eo termino eligant, ibidem num. 43.

Non tamen intrat, durante termino, collatio Apoſtolica per viam gratificationis, nec gratia cum derogatione medietatis vocum, ibid. n. 44.

Unus ex pluribus præſentatis ab eodem patrono poteſt obtinere gratificationem, non autem derogationem pro medietate, ibid. n. 44.

Neque tunc quis dicitur habere medietatem vocis, ſed omnes habent integram vocem, ibid.

Garzias de benef. par. 5. *cap.* reprobatur, ibid. n. 46.

Gratificatio & derogatio medietatis vocum ſunt duo diverſa, ibid. n. 46.

Stante paritate votorum in repetitis ſcrutiniis, poteſt Epiſcopus gratificari perſonæ ſibi magis benevolæ, ibid. n. 105.

Et pot-

Digitized by Google

Et poteſt præferre eum, quem majoribus ſtudiis, ac meritis juvari cognoſcitur, ibid.
Stante paritate votorum, Pontifex ſolus poteſt durante tempore ad eligendum præſcripto gratificare, cui vult ex electis, ibid. n. 132.
Non tamen conferre poſſet extraneæ perſonæ jure devoluti, niſi elapſo dicto tempore, ibid.
In paritate vocum ſi extraneus obtineret proviſionem Apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum, nec non gratificationem non expreſſa circumſtantia, quod alter compræſentatus erat de familia fundatoris, gratia eſſet ſubreptitia, diſcept. 22. n. 38.
Et procedit favore præſentati non ſolum, ſi ſit de familia fundatoris, ſed etiam ſi ſit tantum de genere ipſorum patronorum, ibid.
Immo & de genere exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.
In Parochialibus affectis & reſervatis, ubi ad Papam ſpectat conferre, ad Epiſcopum concurſum inſtituere, Epiſcopus eligit digniorem, & poteſt inter plures æque idoneos unum gratificare, diſcept. 31. n. 7.
Et Papa non poteſt præterire electionem, ſeu gratificationem Epiſcopi, ibid.
Contrarium t. quod licet ex ſtylo Papa regulariter conferat prælecto ab Epiſcopo, non tamen ad id aſtringatur, & poſſit conferre oppoſitori, ſi illum digniorem, & præferendum exiſtimet, ibid.
Gratia derogationis & gratificationis eſt ſubreptitia, & nulla, ſi non fuit expreſſum ſummo Pontifici, quod alter præſentatus erat unus ex compatronis, & de familia fundatoris, diſcept. 78. n. 8.
Deſcendenti ab eo, qui alias præſentavit, aut proviſioni Beneficii conſenſit, tanquam patrono non denegatur gratificatio, licet non probetur præciſa deſcendentia ab eo, qui fundavit Juſpatronatus, ibid. n. 12.

Gravamen.

Circa gravamen ab examinatoribus illatum Rota detulit juramento ipſius gravati fide digni, diſcept. 23. n. 28.

Grave.

Ardua a non arduis, & gravia a levibus diſtinguere difficillimum eſt, & valde involutum, diſcept. 16. n. 73.

Gregorius.

Conſtitutionem S. Pii V. prohibentem extenſionem conſenſus poſt mortem reſignantis abrogavit Gregorius XIII. & renovavit antiquas Alexandri VI. & Leonis X. dictam extenſionem permittentes, diſcept. 5. n. 24. & ad.
Literæ Gregorii XII. poſt declarationem Concilii Piſani non ſunt legitimi Pontificis, diſcept. 9. n. 72.
Breva Gregorii XIII. ſuper præcedentia Capituli Pennen. ibid. n. 83.
Gregorius XIII. per regulam de publicandis reſignationibus infra ſex menſes obviavit omnibus fraudibus, quæ a conſenſus extenſione poſt mortem proveniebant, diſcept. 5. n. 25.
Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi literarum per Conſtitutionem Gregorianam, ibid. n. 57.

Guardianus.

Propter unius Guardiani ignorantiam Fratres eleemoſynæ ſubſidio, & patronos effectu ſuæ voluntatis fraudari non eſt congruum, diſcept. 2. n. 97.

Guaſtalla.

Abbati Guaſtallæ non licet Baldachinum erigere, diſcept. 43. n. 10.

Guigo.

Guigo Quintus Miniſter generalis & Prior Majoris Carthuſiæ conſuetudines Ordinis Carthuſienſis primus ſcripto digeſſit, n. 5. V.

H

Habere.

NEmo dat, quod non habet, n. 20. in fine.

Habilitas.

In Jurepatronatus paſſivo an præſentatus conſanguineus inhabilis poſſit habilitari per diſpenſationem, contradicente altero conſanguineo habili æque vocato, diſcept. 13. n. 38. & plur. ſeqq.
Si vocati ſint habiles de tempore vocationis, non datur habilitatio in præjudicium juris quæſiti alteri tunc habili, ibid. n. 39.
Amplia, ſive habilis ſit æqualiter, & contemporanee vocatus, ſive per prius & poſterius, & ſubſidiarie tantum, ibid.
Si requiratur habilitas de tempore præſentationis tantum, poteſt præſentari inhabilis ſub ſpe futuræ habilitationis, ſeu diſpenſationis, non attenta oppoſitione aliorum vocatorum habilium, ibid. n. 40. & ſeqq.
Declara, dummodo habilitas ſeu diſpenſatio obtineatur intra quadrimeſtre conceſſum ad præſentandum, ibid. num. 40.
Et alius habilis non habet Jus quæſitum, niſi quatenus præſentatus ſit inhabilis in fine quadrimeſtris, ibid. num. 41.
Maxime ſi oppoſitor habilis ſit tantum ſubſidiarie vocatus in defectum præſentati, ibid. n. 42.
Oppoſitori, qui intra quadrimeſtre impedit diſpenſationem, non quæritur jus ex inhabilitate præſentati etiam poſt quadrimeſtre, impedimento durante, ibid. num. 43.
Neque ei quæritur jus, ſi habilitatio denegetur, puta Clericatus abſque juſta cauſa, ibid.
Ab injuſta Ordinarii denegatione poteſt appellari cum proteſtatione, quod interim non currat terminus ob impedimentum, ibid.
Non tamen eſt neceſſaria dicta proteſtatio, ibid.
Impedito non currit tempus, ibid.
Quadrimeſtre ad favorem præſentati, ut poſſit interim habilitari, computatur, detracto toto tempore præſtiti impedimenti, conjungendo tempus prius & poſterius, ibid.
Habens ſpem a conditione pendentem non poteſt conſulto facere, ut conditio verificetur in ſui favorem, & in præjudicium alterius, ibid. n. 42.
Diſpenſatio Papæ ſuper ætate paſſim conceditur in Beneficiis de Jurepatronatus, etiam exiſtentibus in ætate 9. vel 10. annorum ex cauſa rationabili. ibid.
Cauſa rationabilis ad hunc effectum reputatur, ſi ſit ex compatronis, vel de ſanguine fundatoris, vel de conſanguineis patronorum, ibid.
Relaxatio provinciæ non eſt cauſa ſufficiens ad annullandam electionem, niſi etiam probetur, electum eſſe omnino inhabilem ad illam reformandam, diſcept. 21. num. 6.
Judicium & conſenſus multorum electorum excludit præſumptionem inhabilitatis, & inſufficientiæ electi, ibidem.
Cauſæ inhabilitatis electi ad caſſandam electionem ſufficit, quod innoteſcant Prælato extrajudicialiter, & ſecreta, ibid. n. 7.
Contrarium, ibid. n. 8. & ſeqq.
Cauſa irritandi electionem, etiamſi deſumi poſſit ex privatis notitiis, & ſecretis, debet tamen eſſe gravis, & rationabilis, & quæ apta ſit juridice probari, ſi fuerit neceſſe, ibid. n. 13. & 14.
Maxime ſi tendant ad probandam ineptitudinem & inhabilitatem electi, ibid. n. 17.
Atteſtationes ſuper habilitate electi prævalent contrariis ſecretis notitiis, ibid. n. 17.
Vide etiam *Electio*, *Inhabilis*, *Qualitas*.

Habitatio.

Sufficit præſumpta habitatio Cardinalis in ſuo titulo ad effectum, ut in ſua Eccleſia ſepeliri debeat, licet alibi habitaret, diſcept. 51. n. 28.

Habitus.

Habitus ſeu potentia ad hæreditatem non tollitur niſi per renunciationem hæreditatis, diſceptat. 4. numero 11.
Jus denominationis hæredis eſt incorporeum, & non requiritur actu, ſed ſufficit habitu ad ſuccedendum in feudo vel in Jurepatronatus mixto, ibid.
Jura, quæ durant habitu, reducuntur ad actum ipſo jure, diſcept. 8. n. 24.
Habitus quotidie poteſt ad actum reduci, diſceptat. 8. num. 24.
Et poteſt contingere ſine nova auctoritate, ibid.
Declaratio Collegialitatis Eccleſiæ, quæ talis eſt habitu, ſpectat ad quemvis Judicem ordinarium Eccleſiarum, ibid.
Collegiata habitu, & actu dici non poteſt, niſi ſint ad minus tres Canonici, ibid. n. 27.
Non tamen requiritur, quod ibi adſit Prælatus, ibid. num. 28.
Ad extinguendum Collegium in actu attenditur factum de facto, ſed in habitu attenditur factum de jure, ibid. n. 19.

Conſti-

Conſtitutio Concilii *ſeſſ.* 25. *c.* 16. *de Regul.* non habet locum in renunciationibus, quæ fiunt per Novitium ante habitus ſuſceptionem, diſcept.6. n.23. & 51.

Amplia, etiamſi renunciatio expreſſa fieret intuitu Religionis, ibid.

Declara procedere quoad ſolemnitates ſtatutas a Concilio, nempe, quod renunciatio fiat per duos menſes ante profeſſionem proximos, & de licentia Ordinarii, quia iſtæ ſervari non debent a donante vel renunciante ante ſuſceptum habitum; ſecus vero circa ſuſpenſionem effectus uſque ad tempus emiſſæ profeſſionis, quia in hoc adhuc ſervanda eſt diſpoſitio Concilii, ib. n.24. & 45.

Admiſſus ad ingreſſum Religionis & Novitiatum, & ingreſſus Monaſterium raſus caput corona monaſtica, renuncians vel aliter diſponens de ſuis bonis per mediam horam ante ſuſceptum actualiter habitum Novitiorum tenetur ſervare ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul.* ibid. n.25. & 52.

Renuncians intuitu Religionis ingrediendæ, quamvis habitu nondum ſuſcepto, tenetur ſervare ſolemnitates Conciliares, ibid. n.40.

Et quod reſignare voluerit intuitu Religionis, ea quibus induatur, ibid. n.34. 37. & 55.

Contrarium, quod non teneatur ſervare ſolemnitates Conciliares, eſt verius, & ſequitur Rota, ibid. num. 40. & 41.

Limitatur hoc contrarium in eo, qui, prævio admiſſionis, & acceptationis decreto, jam degit in Cœnobio, & raſo capite in formam coronæ monaſticæ Inſtituti Religioſi tenorem propoſitum oſtendit, ibid. num. 48. & 59.

Non repugnat, ut Novitii probentur etiam in veſte ſeculari, antequam habitu, & tonſura monaſtica donentur, ibid.

Novitii olim ſolum expleto tyrocinii tempore habitum monaſticum induebant, ibid.

Raſus caput corona monaſtica etiam ante actualem ſuſceptionem habitus dicitur Novitius, ibid. numer. 25. & 52.

Novitiatus poteſt inchoari etiam cum habitu ſeculari permanendo in Monaſterio, ibid. n.52.

Signanter in Carthuſianis, ibid.

Vide etiam *Reſignatio*.

In Collegiatis inſignibus concedi ſolet Canonicis per Sedem Apoſtolicam nobilior habitus Cappæ cum Rocchetto, diſcept.49 n.1.

Cappa eſt antiquior habitus choralis, ac proprius Canonicorum, ibid.

Incongruum eſt, quod Collegiata nobiliori habitu ſuam Cathedralem anteceliat, ibid. n.3.

Majoritas habitus majoritatem perſonæ deſignat, ibid.

Cathedralis ſi habet ex indulto uſum Cappæ, & Rocchetti, non poteſt idem habitus concedi Collegiatæ, ibid.n 5.

Habitus diverſus dicitur ex circumſtantiis, & coloribus, licet figura ſit eadem, ibid.

Mitra Epiſcoporum, & Abbatum in Synodis Provincialibus quomodo differant inter ſe, ibid.

Diverſitas habitus inter Canonicos Cathedralis, & Collegiatæ ſufficit, ſi ſit in colore, & circumſtantiis, ibid.

Et ſufficit diſſimilitudinem adeſſe in uno, ibid.

Idem habitus concedi non poteſt Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ, etiamſi multum diſtent inter ſe Eccleſiæ, & cum limitatione, quando utraque Clerus non conveniat in functionibus, ibid. n.6.

Contrarium, ſtante diſtantia, & cum dicta limitatione, ibid.

Indultum habitus concedi poteſt Canonicis Collegiatæ, etiamſi illum ſibi arrogaſſent ex conſuetudine, ibidem num. 7.

Indultum uſus Cappæ, & Rocchetti concedi poteſt Collegiatæ, etiam lite pendente, ne poſt rem judicatam favore Cathedralis, ne poſſit deferre dictum habitum, ſi habitus ſit diſſimilis, ibid. n.8.

Privilegium talis habitus eſt perſonale, quod non circumſcribitur loco, ibid n.9.

Vide etiam *Cappa*, *Mozzetta*, *Rocchettum*.

Hadria.

Felinus fuit Epiſcopus Eccleſiarum Pennen. & Hadrien diſcept.9.n 53. in fine.

Votum R. P. D. Paſſionei Segretarii Congregationis Conſiſtorialis in cauſa Pennen. & Hadrien. prænominationis, ibid n. 6o & ſeqq.

Collegiata Eccleſia Hadrien. quando, & a quo fuerit in Cathedralem erecta, ibid. n.2 & 9.

Erat de Diœceſi Pennen. cui fuit unita, Ibid.

Habet privilegium, ut Epiſcopus dum in ea reſidet, eam præferat in ſcripturis, & contra præferat Eccleſiam Pennen. quando in ea moratur, ibidem numer. 2.

Ante unionem Eccleſiæ Pennen. non fuit Cathedralis, ibid n.28.

Vermigl. conſ. 151. contrarium ſupponens reprobatur; ibidem.

Decreta Sacrarum Congregationum Concilii Tridentini, ac Epiſcoporum & Regularium ſuper alternativa functionum Epiſcopalium in Eccleſiis Pennen. & Hadrien. unitis, ibid. n.85. & ſeqq.

Hadrianus.

Privilegium Juriſpatronatus ex augmento ſaltem non congruali ſi ſit conceſſum ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. uſque ad Conſtitutionem Hadriani, cenſetur per illam revocatum, non obſtante obſervantia tam ante, quam poſt Conſtitutionem, diſcept 33. num. 25.

Declara, dummodo inæqualitas clare conſtet ex lectura privilegii, alias manuteneri deberet patronus exiſtens in longæva poſſeſſione, niſi contrariæ probationes eſſent claræ, & abſorberent poſſeſſorium, ibid.

Hæreditas.

Feminæ, ſi renunciaverunt expreſſe hæreditati primi acquirentis, & ultimi poſſeſſoris, cenſentur excluſæ a Jurepatronatus, diſcept.4. n.5. & 6

In Jurepatronatus gentilitio vocati ſuccedunt, etiamſi repudiaverint hæreditatem, ibid.

Filia ultimi poſſeſſoris, ſi ejuſdem hæreditati renunciavit, cenſetur etiam hæreditati primi acquirentis renunciaſſe, & non ſuccedit in Jurepatronatus, ib. n.7. in fine.

Soror renuncians hæreditati fraternæ, non cenſetur renunciaſſe hæreditati primi acquirentis, ibid m numero 8.

Filia renuncians hæreditati paternæ, cenſetur renunciaſſe hæreditati primi acquirentis, ibidem numero 8. & 10.

Agnati tranſverſales nunquam excluduntur ex defectu qualitatis hæreditariæ, niſi expreſſe renunciaverint hæreditati utriuſque, ſcilicet primi, & ultimi, ibidem num. 9.

Agnatus tranſverſalis ſufficit, quod ſit hæres ultimi etiam in potentia, puta ſi iſte alium inſtituiſſet, vel e contra, quod, repudiata hæreditate ultimi, remaneat hæres primi pariter in potentia, ut habeat qualitatem hæreditariam requiſitam ad ſuccedendum, tam in feudo, quam in Jurepatronatus mixtis, ibidem.

Ad effectum ſuccedendi in Jurepatronatus mixto requiritur duplex qualitas, una ſanguinis, alia hæreditaria, ib. num 1.

Filius ſi paternam hæreditatem repudiet, non erit hæres primi, nec ultimi, & non habebit Juſpatronatus, ibid. n 7.

Qualitas hæreditaria non requiritur actualis, in ſuccedere volente in Jurepatronatus mixto, ſed ſufficit habitualis, & in potentia, ſcilicet, quod potuiſſet ab inteſtato ſuccedere tam primo, quam ultimo, & per eum non ſteterit, quominus eorum hæreditatem adiret, ib. n. 4.

Qualitas hæredis in feudo vel Jurepatronatus mixto ſemper conſideratur reſpectu primi, non reſpectu ultimi, licet per hujus medium acquiratur hæreditas primi, ib n.10.

Juſpatronatus mixtum requirit qualitatem hæreditariam denominativam, ibid. n.11.

Jus feudi non conteruit hæreditatem diſtributive, ſed ſolum reſpicit hæredis qualitatem denominativam, ibidem.

Quod Jus denominationis eſt incorporeum, & non requiratur actu, ſed ſufficit habitu, ibidem numero 11.

Habitus ſeu potentia ad hæreditatem non tollitur niſi per renunciationem hæreditatis, ibid.

Renunciatio hæreditatis indirecte operatur renunciationem Juriſpatronatus, quatenus reſidet in habente qualitatem denominativam, quæ per dictam renunciationem aufertur, ibid.

Reſignatio eorum, qui repudiarunt paternam hæreditatem, ſi ſit admiſſa, excluditur præſumptio *clem. plures* de Jurep. diſcept.53. n.10.

Contrarium, quia potuit præſentari ut hæres alterius aſcendentis, vel patrui, ib.

Femina non admittitur ad ſucceſſionem in Jurepatronatus per mortem ultimi, ſi hæreditas primi non ſit ei delata a lege, diſcept 4. n.12.

Quid, ſi hæreditas primi ſit ei delata a lege, & ablata ab homine? ibid.

Statutum an idem operetur, quod lex deferendo, vel auferendo hæreditatem ſuccedere volenti in Jurepatronatus, ibid. n.13.

Tenetur deferens Juſpatronatus ſuis gentilibus cum quali-

qualitate hæreditaria, cenſetur, ſe voluiſſe conformare potius cum ſtatuto, quam cum jure communi, ib. num. 14.
Juſpatronatus mixtum non defertur jure hæreditario, ſed ſanguinis, & jure particulari ex mera præordinatione Inſtitutoris, ibid. n. 15.
Contrarium, quod deferatur etiam jure hæreditario, ibidem.
Pariſii conſil. 48. lib. 4. explicatur, ibid. n. 18.
Juſpatronatus mixtum requirit ſimul qualitatem ſanguinis, & hæreditariam, ibid. n. 16.
Nomen hæredis in feudo mixto ad hoc tantum inventum, ut poſſet agnatus repudiata vaſſalli hæreditate feudum retinere, ibid.
De hæreditate non dicitur eſſe id, quod non eſt in diſpoſitione teſtatoris, nec per eum poteſt transferre in extraneum, ibid.
Statutum excluſivum feminarum operatur tantum in rebus hæreditariis, & juribus, quæ cum hæreditate deferuntur, ibid. n. 17.
Juſpatronatus mixtum, ſeu non ſimpliciter hæreditarium eſt jus perſonale diſtinctum ab hæreditate, licet in volente ſuccedere requirat nomen hæredis, & non tranſit cum univerſitate bonorum, ibid.
Ut quis ſit capax Juriſpatronatus ſibi ex providentia fundatoris reſervati, ſufficit, ut per eum non ſteterit, quominus hæreditatem adiret, ſi ſibi aliquo modo deferretur, ibid. n. 25.
In Jurepatronatus mere gentilitio ſuccedunt vocati, etiamſi hæreditatem repudiaverint, ibid.
Habens majorem partem hæreditatis non tamen habet plures voces per diviſionem quotitativam, ibidem numer. 29.
Hæres adeundo hæreditatem voluntarie ſe obligat ad omnia præcepta teſtatoris, diſcept. 2. n. 28.
Vide etiam *Hæres*, *Juſpatronatus*.
Hæreditates, ut plurimum, relinqui ſolent illis de familia, diſcept. 53. n. 8.

Hæres.

Hæres ſi inſtituatur Deus & anima, tunc executor in teſtamento relictus ſuccedit loco univerſalis hæredis, diſcept. 1. n. 20.
Hæredes tenentur exequi voluntatem teſtatoris prout jacent, ibid. n. 24.
Et debent procurare celebrationem Miſſarum pro anima teſtatoris, ibid.
Nec poſſunt illarum celebrationem aliis Sacerdotibus committere, ſi teſtator vocavit Fratres Minores, ibidem.
Limita, ſi Fratres noluerint celebrare, ibid.
Si teſtator voluit Miſſas celebrari per Fratres Minores in eorum Eccleſia, iniquum videtur, quod hæres velet ibi mittere alios Sacerdotes ad celebrandum, illiſque dare eleemoſynam manualem, ibidem numero 12.
Legata ſpoliata omni actione civili, mediante proteſtatione emiſſa ſolita per Fratres Minores, non dicuntur nulla in totum, ſed remanent valida & firma in obligatione naturali fidelitatis, & conſcientiæ, quam habet hæres de adimplenda voluntate defuncti, prout jacet, ibid. n. 14.
Sublata actione civili, adhuc tenetur hæres celebrari facere Miſſas per Fratres legatarios ex obligatione naturali fidelitatis & conſcientiæ, ibid.
Clemens VII conceſſit facultatem Syndico Conventus tranſigendi cum hæredibus ſuper legatis, quorum Fratres erant incapaces, quia hæredes remanebant naturaliter obligati, ibid.
Sacra Congregatio Fabricæ prohibuit, ne hæredes ſe componentes cum Fabrica extinguerent legata relicta Fratribus Minoribus, ib. n. 15.
Legata facta Fratribus Minoribus non ſunt caduca in totum, ſed ſolum in obligatione civili, non autem in naturali, qua tenetur hæres illi præſtare eleemoſynas, ibidem.
Vide plura in verbo *Fratres*, *legatum*.
Hæres hæredis mediate eſt hæres primi, diſceptat. 4. numer. 10.
Filius medio patris fit hæres primi acquirentis, ib.
Hæres aut executor tenetur obligatione naturali erga defunctum pro totali adimplemento ejus voluntatis, diſcept. 2. n. 46.
Legata in teſtamento ex defectu juris invalido debet hæres in conſcientia, ſi illi conſtet de mente teſtatoris, licet contra eum non datur civilis actio, ibidem numer. 86.
Tituli honorabilis inſtitutionis in rebus particularibus præcipuus effectus eſt, ut non adeunte hærede univerſali, hæres particularis fiat hæres univerſalis, diſcept. 14. num. 20. in fine.
Hæres ſeu executor poteſt declarare verbum æquivocum fundatoris Juriſpatronatus, diſcept. 19. n. 16.
Et poteſt declarare, quod vocatio illorum de parentela intelligatur ſtricta de ſolis agnatis, ibid.
Juſpatronatus dicitur mixtum, quoties ad jus præſentandi vocantur gentiles & agnati cum qualitate hæreditaria, diſcept. 4. n. 1.
Ultimus ſtatus in quaſi poſſeſſione præſentandi non tranſit in filium & in hæredes, nec illis ſuffragatur in poſſeſſorio, diſcept. 28. n. 8.
Juſpatronatus ſi tranſivit in extraneum titulo hæreditario, iſta dicitur electus loco illorum de ſanguine, & pro eo militet idem favor, diſcept. 38. n. 1.
Singularis, & nominatim facta enumeratio, & deſtinatio in uno & eodem verborum contextu inter hæredes, operatur datam unicuique virilem portionem, ib. num. 9.
Ex tribus inſtitutis hæredibus duo conjuncti habent ſemiſſem hæreditatis, tertius vero alium ſemiſſem, ib. num. 11.
Declara procedere ubi oratio non ſit conjuncta, ſed ſeparata, ibid.
Separata oratio operatur, ut tanta ſit portio unius disjuncti, quanta plurium conjunctorum, ibid.
Ab hæredum arbitrio pendet vocare ad funus defuncti quos volunt ultra proprium Parochum, diſceptat. 50. num. 2.
Non eſt in facultate hæredum omittere proprium defuncti Parochum in aſſociatione cadaveris, ibid. n. 6.
Amplia, etiam ſi defunctus juſſerit accerſire tantum Regulares, ibid.
Et procedit non in ſolo Parocho ſingulari, ſed etiam in Collegio, ſeu Capitulo repræſentante Parochum, habente animarum curam actualem, ibid. n. 7.
Contrarium, & quod procedat ſolum in Parocho actuali eſt verius, ibid. n. 8.
Limita hoc contrarium, ſi adſit conſuetudo vocandi Capitulum, quando invitantur plures cruces, quia tunc hæc conſuetudo ſervanda eſt, ibid. n. 9.
Camera novi Pontificis non ſuccedit, neque eſt hæres Cameræ alterius Pontificis, diſcept. 51. n. 10.
Hæres Cameræ extinctæ per mortem Pontificis ſunt illius cubicularii poſt finitum officium, non autem Camera Pontificis ſucceſſoris, ibid. n. 12.
Fructus beneficii maturati & ſeparati a ſolo tempore mortis beneficiati, licet non exacti, pertinent ad hæredes illius non ad ſucceſſorem in Beneficio, ib. n. 11.
Hæredes tenentur ſervare factum eorum auctoris, diſcept. 53. num. 24.
Hæredes eorum, qui conſenſerunt unioni Juriſpatronatus, non poſſunt eam diſſolvere, ibid.
Plura vide in verbo *Feudum*, *Hæreditas*, *Juſpatronatus*.

Hæreticus.

Incapacitas beneficiorum ſtatuta a ſacris Canonibus contra filios Hæreticorum locum habet etiam in penſionibus, diſcept. 47. n. 11.
Etiam matrimonia Hæreticorum, & Schiſmaticorum, non ſervata forma Concilii Tridentini, hodie ſunt invalida, ſi in eorum Parochia Decretum Concilii fuit publicatum, diſcept. 50. n. 82.

Herrera.

Conventibus Herreræ, Alcoser, Pueblæ, Balacenſi, & Inoenſæ certam eleemoſynam quotannis dant Comites Begarii, diſcept. 2. n. 90.

Hiſpania.

De conſuetudine fere univerſali Hiſpaniæ tres ex quatuor partibus redituum Canonicalium conſiſtunt in diſtributionibus, diſcept. 1. n. 17.
S. Pius V. bona Conventualium in Hiſpania Monialibus applicavit ſub obligatione ſolvendi certam quantitatem annuatim Minoribus, injuncto iſtis onere ſatisfaciendi officiis, ad quæ tenebantur Conventuales, diſcept. 2. n. 80.
Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania paupertatis Seraphicæ rigidiſſimi obſervatores vulgo reputantur, ibidem num. 85.
Habent eleemoſynas annuales, ibid.
Et fundationes Conventuum non acceptant abſque determinata eleemoſyna olei, piſcium, lignorum, & ſimilium, ibid.
Podium ſeu Tribunam in Eccleſia patronis conſtitui communiſſimum eſt in Hiſpania, ibid. n. 98.
Rovim tamen ſoli Sanctiſſimo conceditur, ibid.
In Hiſpania ea conſuetudine filii illegitimi gaudent nobilitate parentum, diſcept. 7. num. 22. & diſcept. 41. num. 3.
Et veniunt appellatione illorum de genere, & parentela, diſcept. 7. n. 24.
Et veniunt appellatione illorum de agnatione, domo, & caſata, diſcept. 41. n. 3.

Stan-

Digitized by Google

Legatus non habet facultatem diſpenſandi, ut Regularis præficiatur Hoſpitali ſeculari, ibid. n. 11.

Nec poteſt immutare ſtatum ſecularem Hoſpitalis in regularem, ibid. n. 12.

Deputationes Regularium in Hoſpitali ſeculari non juvant ad immutandum illius ſtatum ſecularem, niſi ſint factæ animo imprimendi novum ſtatum, ibid. n. 14.

Deputati ſi fuerunt Regulares ad gubernium Hoſpitalis ad vitam, & ſic ut ſeculariter, non ut amovibiliter ad nuptum, excluditur animus mutandi illius ſtatum, ibid. n. 14.

Concordia inita auctoritate privata non poteſt imprimere novum ſtatum regularitatis Hoſpitali ſeculari, ibid. num. 15.

Ad præſcribendum adverſus ſtatum ſecularem Hoſpitalis non ſufficit centenaria, ſed requiritur immemorabilis, ibid. n. 16.

Status Hoſpitalis ſecularis per unionem Monaſterio non efficitur regularis, præſertim ſubſecuta contraria obſervantia, ibid. n. 19.

Expreſſio beneficii facta per Papam in commiſſione Hoſpitalis non vitiat illam, ſi conſtat, quod illam conſideravit uti officium, & adminiſtrationem, ibidem numer. 20.

Patronis Hoſpitalium ſecularium eſt præfixus terminus duorum menſium ad faciendam commiſſionem, ibidem n. 21.

Papa eſt Ordinarius Ordinariorum, & omnium Beneficiorum, & Hoſpitalium collator ordinarius, ibidem, num. 22.

De jure Hoſpitalia ſunt manualia, ibid. n. 53.

Et vigore Concilii Tridentini eorum Rectores deputari non poſſunt perpetuo, nec ultra trienium, ibid.

Hoſtia.

Fratres Minores ſunt capaces legatorum vini pro ſacrificiis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminaribus, diſcept. 2. n. 37.

Et hæc legata peti poſſunt a Syndico Apoſtolico nomine eorum Eccleſiarum, ibid.

Hoſtienſis.

Verbum *integre*, & verba *in Eccleſiis reſidentes* expreſſa in privilegio abſentiæ intereſſentiam inferunt, ſecundum *Hoſtien.* diſcept. 1. n. 21.

Contrarium ſecundum *Joan. Andr.* ibid. n. 23.

Concordantur, ibid. n. 27.

Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ propter inita ſponſalia cum conſanguineis ſponſi vel ſponſæ, non multum habet rationis, & deberet aboleri, ſecundum *Hoſtienſem*, diſcept. 32. n. 93. & ſeqq.

Hoſtis.

Titulus meritorum, & effuſionis ſanguinis in bello contra hoſtes fidei non reputatur oneroſus ad acquiſitionem Juriſpatronatus, diſcept. 22. n. 17. ſeqq.

Invaſio hoſtium eſt obſtaculum temporale non excluſivum tituli beneficii, diſcept. 22. n. 23.

Per liberationem loci beneficii ab hoſtibus non acquiritur Juſpatronatus ex juſtitia, ibid.

Quibus pactis Juſpatronatus Eccleſiarum ab hoſtibus liberatarum conceſſum fuerit Regibus Hiſpaniarum, Reipublicæ Venetæ, ibid n. 23.

Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi quis detineatur ab hoſtibus, ſeu latronibus, ſeu auctoritate laica, & privata expellatur de facto, diſcept. 37. n. 7.

Humbertus.

Humbertus de Romanis quintus Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum laudatur, n. 11. V.

I

Januenſis.

Duellum Gallici cum Januenſe propter caput bovis, quod uterque geſtabat in ſcuto, quomodo per Januenſem fuerit eluſum, diſcept. 29. n. 5. in fine.

Idoneus.

Patronus præſentans ignoranter inhabilem, aut non idoneum, non auget novo termino a die rejectionis, ſed tantum admittitur ad novam præſentationem, durante primo termino, diſcept. 4. n. 27.

Hæc ſententia impugnatur per Auctorem, ibid. n. 48. & plur ſeqq.

Prima procedit, ſi ſcienter præſentatus ſit inhabilis, ſecus ſi ignoranter; & de ratione diſtinctionis, ibidem n. 49. & ſeqq.

Appellatione indigni venit etiam non idoneus, ibidem num. 54.

Valor beneficii, Clericatus, & idoneitas reſultant ex ipſis literis in forma gratioſa expeditis, ibid. n. 59.

Idoneus quis dicatur, diſcept. 19. n. 16.

Major ætas an ſemper attendatur ad qualificandam majorem idoneitatem, ibid.

Vide *Ætas.*

Si duo in concurſu ad Parochialem renunciantur idonei, quorum unus ab Ordinario ſit præelectus, & alter ab irrationabili judicio appellaverit, defuncto præelecto lite pendente, non eſt danda ſubrogatio competitori ſuperſtiti, diſcept. 31. n. 3.

Contrarium, ibid. n. 4.

Ceſſat hæc quæſtio, quando ſubrogatio fuit obtenta, ibid. n. 5.

Vide *Concurſus.*

Jeſuita.

Jeſuitæ domus profeſſæ tantum, & Fratres Minores de Obſervantia omnium Conventuum pares ſunt quoad incapacitatem poſſidendi, diſcept. 2. n. 75.

Tam privatim, quam communiter, ſunt incapaces in domibus profeſſis cujuſcumque juris ad bona ſtabilia retinenda, ibid.

Patrum Societatis Jeſu decretum, ut nullus procuret eleemoſynas perpetuas pro domibus profeſſis, ibid.

Et ſi eis relinquantur, non habent actionem ad exigendum, ibid.

Eorum Collegia non habent hanc incapacitatem, ibid.

Decretum Julii III. quoad domus profeſſas Jeſuitarum ex identitate rationis comprehendit etiam Fratres Minores, ibid. n. 76.

Ignarus.

Ignarus plus ſapit domi ſuæ, quam cordatus alienæ, diſcept. 2. n. 79.

Verba fundatoris imperiti, & ignari ſubtilitatum Juris potius cenſentur prolata in ſenſu naturali quam civili, etiamſi ea civilis dici poſſint, diſcept. 41. num. 3. in fine.

Ignorantia.

Juris ignorantia non præſumitur, nec poteſt allegari, diſcept. 24. n. 72.

Allegari non poteſt ignorantia deficientiæ votorum in electione, quæ fuit facta palam, ibid. n. 22. 64. 72. & 73.

Data ſcientia facti, negari non poteſt in Capitulo ſcientia juris circa nullitatem electionis, ibid. n. 22. 64. & 72.

Ignorantia in Papa reſervante præſumitur, ubi eſt admixtum jus tertii, diſcept. 27. n. 7.

Illatio.

Quæ poſſunt pendere ab incerto evento, deſervire nequeunt pro faciendo illationem certam, diſcept. 9. num. 17.

Ex diverſis illatio fieri non poteſt, diſcept. 35. numero 3.

Ab exemptione quoad ſubſidia non debet inferri ad exemptionem quoad Cathedraticum, ibidem numero 16.

Coccini deciſio 1274. n. 9. declaratur, ibid. numero 17. & 19.

Illegitimus.

Ubi illegitimi gaudent nobilitate parentum, filius legitimus ſpurii debet admitti ad beneficium de Jurepatronatus, etiamſi verba fundationis ſint civilia, & non naturalia, diſcept. 7. n. 24.

In Hiſpania ex conſuetudine filii illegitimi gaudent nobilitate parentum, ibid. numer. 22. & diſcept. 42. numer. 3.

Et veniunt appellatione illorum de agnatione, domo & caſata, diſcept. 21. n. 3.

Et veniunt apellatione illorum de genere, & parentela, diſcept. 7. n. 14. & 27.

Illegitimus excluditur per legitimum, ceteris paribus ſecus ſi ſit proximior in gradu, ibid. n. 25.

Maxime, ſtante obſervantia, ibid. n. 26.

Immo, ſtante conſuetudine Hiſpaniarum, non debet conſiderari aliqua prælatio inter legitimum & illegitimum, ibid. n. 27.

Illegitimi ſunt incapaces Juriſpatronatus ex privilegio, diſcept. 33. n. 20.

Limita, ſi privilegium ſit de juſtitia ex cauſa ſaltem coæqualis dotationis, ibid.

Vide *Legitimus, Spurius.*

Juſpa-

Digitized by Google

Juſpatronatus relictum illis de parentella comprehendit etiam illegitimos, diſcept. 41. n. 3.

Appellatione conſanguineorum, ſeu parentum veniunt etiam illegitimi, ibid.

Qualitas legitimitatis requiſita per teſtatorem in inſtitutione hæredis non cenſetur repetita in ſubſtitutione Capellaniæ cum Jurepatronatus reſervato favore deſcendentium per verba *conſanguineos*, ſeu *parentes*, ibid.

Fundator ſi uſus eſt verbis civilibus in reſervatione Juriſpatronatus gentilitii, non admittuntur ad præſentandum procedentes a radice infecta, diſcept. 53. numer. 35.

Ex generali conſuetudine & uſu loquendi totius Italiæ, naturales dicuntur de domo, & familia, ibid. num. 39.

Naturales comprehenduntur in diſpoſitionibus ad commodum illorum de familia, ubi concurrit uſus Regionis, & communis appellatio eorum pro legitimis, & de domo, ibid.

Naturales ex ſoluto, & ſoluta progeniti minora in jure patiuntur obſtacula, quam illegitimi ſuſcepti ex damnato coitu, tam ad effectus honorificos, quam ſucceſſionis, ibid. n. 40.

Juſpatronatus facilius tranſit ad naturales familiæ, quam ad penitus extraneos, ibid. n. 41.

Vide etiam *Natalia*, *Naturales*.

Immemorabilis.

Remiſſoria ad probandum immemorabilem denegatur, quando non datur fumus, diſcept. 12. n. 57.

Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *capit.* 20. *de Reformat.* non adverſatur immemorabili, diſcept. 20. numero 50.

Ad præſcribendum adverſus ſtatum ſecularem Hoſpitalis non ſufficit centenaria, ſed requiritur immemorabilis, diſcept. 23. n. 16.

Centenaria non ſuffragatur, ſed ſolum immemorabilis, quando in diſpoſitione adeſt decretum irritans, ibidem.

Immemorabilis excluditur eo ipſo, quod conſtat de initio, ibid. n. 17.

Immemorabilis dari non poteſt poſt tranſactionem, ibid.

Nec quando allegatur titulus invalidus, ibid. n. 18.

Declara, ut ibid. n. 26.

In his, quæ reſpiciunt merum imperium, non attenditur conſuetudo contraria quantumcunque vetuſta, ſed requiritur immemorabilis, diſcept. 26. n. 57.

Conſtitutio antiquiſſima enuncians ſolitum, & conſuetum abſque eo, quod appareat de principio, probat immemorabilem, diſcept. 30. n. 24.

Decretum Sacræ Congregationis non dicitur tollere immemorabilem, ſi de iſta non fit mentio in ipſo decreto, ſed tantum narrativa, ibid. n. 26.

Conſuetudo immemorabilis præſumit privilegium Apoſtolicum, & tranſactionem inter partes confirmatam in forma ſpecifica per ſummum Pontificem, ibid. n. 26. & 29.

Et præſumit meliorem titolum de mundo, ibid. numer. 29.

Parochi non poſſunt prætendere eleemoſynam duplicatam pro tumulatione cadaverum extra Parochiam, ſtante conſuetudine immemorabili, ibid. num. 32. & ſeqq.

Eleemoſyna duplicata aut aliter major ſolita pro tumulandis cadaveribus in Eccleſiis Regularium, attenta immemorabili omnino debetur, ibid. n. 32. & ſeqq.

Utrum ad hoc ſufficiat conſuetudo 40. annorum, idid.

Centenaria ad hoc ſufficit prout immemorabilis, ibid. num. 35.

Etiam conſuetudo centenaria præſumit meliorem titulum de mundo, ibid.

Etiam in terminis præſcriptionis centenaria æquiparatur immemorabili, & facit præſumi adeſſe quidquid fuerit neceſſarium pro validitate actus n. 8. V.

Et hæc dicitur præſumptio juris, & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium, ibid.

Vide *Conſuetudo*, *Præſcriptio*.

Immobilia.

Immobilia illa tantum habere exiſtimamus, quæ vel jam habemus, vel ad habendum fruimur actione civili, diſcept. 2. n. 78.

Immunitas.

Familiares Papæ tametſi habeant plures Immunitates; adhuc non ſunt exempti a charitativo ſubſidio, diſcept. 39. n. 16. & ſeqq.

Impedimentum.

Oppoſitori, qui intra quadrimeſtre impedit diſpenſationem, non quæritur jus ex inhabilitate præſentati, etiam poſt quadrimeſtre impedimento durante, diſcept. 13. n. 43.

Nec ei quæritur jus, ſi habilitatio denegetur, puta Clericatus abſque juſta cauſa, ibid.

Ab injuſta Ordinarii denegatione poteſt appellari cum proteſtatione, quod interim non currat terminus ob impedimentum, ibid.

Non tamen eſt neceſſaria dicta proteſtatio, ibid.

Impedito non currit tempus ipſo jure, ibid.

Quadrimeſtre ad favorem præſentati, ut poſſit interim habilitari, computatur, detracto toto tempore præſtiti impedimenti, conjungendo tempus prius, & poſterius, ibid.

Beneficiatus impeditus reſidere ex vi majoris poteſtatis, nempe ex facto Judicis vel Principis, dicitur habere juſtam abſentiæ cauſam, diſcept. 34. n. 10.

Omne juſtum impedimentum, propter quod non poteſt quis adire ſuam Eccleſiam, eſt legitima cauſa non reſidendi, & lucrandi fructus beneficii, ibid.

Impotentia accedendi ad reſidentiam ex facto Magiſtratus aut Principis dicitur juſtum impedimentum non reſidendi, ut ſic impeditus non amittat fructus, & diſtributiones, ibid. n. 11.

Declara procedere in impedito vi publica, ſed injuſta, vel vi privata alicujus; ſecus ſi ex facto Principis juſto aut Magiſtratus, ibid. n. 12.

Beneficiatus cauſ ex motivo prudentiali Principis aut Magiſtratus non dicitur culpa ſua impeditus reſidere, & lucratur fructus, & diſtributiones, ibid. n. 21.

Beneficiatus impeditus reſidere, etiamſi ſit in culpa, lucratur fructus, & diſtributiones, quando non ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima, & immediata impedimenti, ibid.

Et culpa illi non nocet, niſi ſit præordinata ad finem non reſidendi, ibid.

Declara, ut ibid.

Epiſcopus, licet ex propria culpa ſit ſuſpenſus, tamen habetur pro legitime impedito, nec imputatur de negligentia, ibid.

Omne juſtum impedimentum, eſt affectatum, ibid.

Et quando poteſt per diligentiam, eſt de facili removere ibidem.

Cauſæ aliquæ non ſolum impediunt matrimonium contrahendum, ſed etiam dirimunt contractum; & quænam ſint, diſcept. 52. n. 84.

Omiſſio denunciationum abſque legitima cauſa non dirimit matrimonium contractum, ſed impedit contrahendum, ibid.

Item contradictio patris matrimonium cum ſponſa indigna, ibid n. 84. & 85.

Ex diſpoſitione Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Matrim.* conſenſus patris non requiritur ad validitatem matrimonii filiifamilias, ibid. n. 86.

Declara, ut matrimonium factum abſque tali conſenſu valeat, ſed antequam contrahatur, poteſt pater illud impedire. ibid.

Concilium Tridentinum juſſit fieri denunciationes matrimoniales poſſeat ſe opponere, & impedire, ibid.

Acerrima diſcordia inter conjunctos ſponſi cum illis ſponſæ ſub evidenti periculo alicujus peſſimi exempli eſt juſta cauſa impediendi matrimonium, ibid. n. 87.

Et Prælatus tenetur tale matrimonium impedire, ibidem.

Prælatus tenetur impedire matrimonium filiifamilias volentis nubere cum ſponſa nimis paupere, ob timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, ibid. numer. 89.

Et Parochi de ſtylo, & de jure nequeunt facere denunciationes, ſed debent expectare reſponſum Epiſcopi, vel ejus Vicarii, ibid. 91.

Nec Ordinarius tali caſu poteſt remittere denunciationes, ibid.

Contractis ſponſalibus de futuro per occultam promiſſionem, & privatam apocham habentem vim jurati inſtrumenti, an partes concorditer recedendo poſſint cum conſanguineis ſponſi, vel ſponſæ reſpective matrimonium contrahere abſque diſpenſatione Apoſtolica ſuper impedimento publicæ honeſtatis juſtitiæ, ibid. n. 92. & ſeqq.

Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ propter inita ſponſalia cum conſanguineis ſponſi, vel ſponſæ, non multum habet rationis, & deberet aboleri ſecundum Hoſtienſem, ibid. n. 93. & ſeqq.

Canones inducentes impedimentum publicæ honeſtatis ſunt valde exorbitantes a jure communi, & quantum fieri poteſt, reſtringendi ad limites modicæ rationis, cui innituntur, ib. n. 95.

Sunt tamen obſervandi, quia ſic placuit Papæ ſtatuere, cui

re, cui in talibus credendum eſt, ibidem.
Ratio impedimenti publicæ honeſtatis juſtitiæ conſiſtit in extranea. & apparenti decentia, juſta quam non videtur convenire, ut dicatur uxor unius, quæ fuit ſponſa conſanguinei, & econtra, ibid. n. 96.
Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ non oritur ex ſponſalibus a principio validis, & poſtea mutuo contrahentium conſenſu diſſolutis, ibid. n. 97.
Contrarium, ibid.
Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ non reſultat ex ſponſalibus occultis, ibid. n. 98.
Et occulta dici poſſunt, licet facta ſint per privatam apocham ſubſcriptam a duobus teſtibus, & a partibus, ibid.
Ceſſante externa apparentia, ceſſare quoque debet impedimentum, quod ab illa oritur, & procedit, ibid.
Qualitas externæ apparentiæ, in qua fundatur inducit impedimentum publicæ honeſtatis, non poteſt adaptari occultis ſponſalibus, ibid. n. 100.
Matrimonium clandeſtinum non cauſat impedimentum publicæ honeſtatis, ibid. n. 99
Neque illud cauſant ſponſa in occulta, quando ſunt nulla, utpote revocata, ibid.
Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus apparenter validis, & occulto defectu invalidis, ibid.
Eccleſiæ non conſtat de occulto, ibid. n. 99.
Ex ſponſalibus validis, & poſt a mutuo conſenſu revocatis, ſi nota ſunt, adhuc ſubſiſtit impedimentum publicæ honeſtatis, ibid.
Occultum dicitur impedimentum ad matrimonium, quamvis ab aliquibus ſciatur, ibid. n. 101.
Nec dicitur publicum ex eo, quod in civitate ſciatur, niſi etiam notum ſit in vicinia, vel Parochia, ibidem n. 102. & ſeqq.
Sponſalia nota ſolum teſtibus confidentialibus non eſt de facili periculum, ut in foro externo detegantur, ibid. n. 102.
Teſtes confidentiales adhibiti in apocha ſponſalium non tenentur illa denunciare in vim decreti appoſiti in publicationibus matrimonii, ibid. n. 103. & ſeqq.
Eccleſia obligat ad revelandum ea tantum impedimenta, quæ de tempore publicationum exiſtunt, ibid. numer. 103.
Factum ſponſalium publicatum tantum parit impedimentum publicæ honeſtatis, non autem factum occultum, ibid.
Teſtes confidentiales adhibiti in apocha ſponſalium ſi illa revelarent, facerent conſurgere impedimentum quod antea non aderat, ibid. n. 105.
Scientes occultam cognationem inter eos, quorum publicatur matrimonium, tenentur propalare ad evitandam futuram fornicationem, ibid.
Teſtes confidentiales in apocha ſponſalium adhibiti, ſi factum fuit propalatum, & cogantur ſubjicere ſe examini, tenentur ex vi juramenti propalare factum denunciatum in ordine ad circumſtantias ipſis notas, ibid. num. 106.
Impedimentum publicæ honeſtatis ex occulta ſponſalibus licet non adſit, poteſt tamen ſupervenire, & pendet a futura revelatione, qua ſecuta, ſurgit honeſtas illius cauſativa, ibid.
Sed poſt contractum matrimonium non eſt amplius locus denunciationi, ibid. n. 107.
Impedimentum publicæ honeſtatis non oritur ex occultis ſponſalibus, ſi factis denunciationibus non apparet aliquod impedimentum, ibid.

Impenſa.

Impenſa pro celebratione Miſſarum, quas Beneficiatus poſſet celebrare per ſe ipſum, licet ad id non teneatur, eſt voluntaria, non neceſſaria, diſcept. 40. numer. 2. & ſeqq.
Voluntarium eſt quidquid datur pro commoditate titularii, ejuſque labore levando, ibid.

Imperator.

Legatum factum anteceſſori debetur ſucceſſori in dignitate independente, ut eſt Imperator, Papa, Epiſcopus, & ſimiles, diſcept. 31. n. 10.
Secus in dignitate dependente, ut eſt uxor Imperatoris, Vicarium Epiſcopi, & ſimiles, ibid.
Imperiales deciſiones, & ſanctiones ſunt lex non ſolum pro illis cauſis, in quibus emanarunt, ſed in omnibus ſimilibus, n. 2. V.

Imperitus.

Verba fundatoris imperiti, & ignari ſubtilitatum juris potius cenſentur prolata in ſenſu naturali, quam civili, etiamſi ea civilia dici poſſint, diſcept. 41. n. 3. in fine.

Imperium.

Par in parem non habet imperium, aut majoritatem, diſcept. 9. n. 36. prope finem.
In his, quæ reſpiciunt merum Imperium, non attenditur conſuetudo contraria quantumcunque vetuſta, ſed requiritur immemorabilis, diſcept. 16. n. 57
Jus ſtatuendi, quod Epiſcopi habent a Papa a Jure communi, & Conciliis univerſalibus, non eſt ſimplicis juriſdictionis, ſed meri Imperii, & juri Monarchici, ibid. n. 56 & ſeqq.
Et non eſt ſcindibile nec communicabile cum Capitulo, ibid. n. 56.
Contrarium, ibid. n. 61.
Solum generale Capitulum habet ſupremam juriſdictionem, & ipſi ſoli reſervata eſt poteſtas meri, & mixti Imperii, n. 22. V
Et talis poteſtas apud ipſum reſidet per modum unius, ibid.

Imperratia.

Gratis revalidatoria an præjudicet impetrationi medio tempore factæ, diſcept. 22. n. 13.
Fundato beneficio pro Clerico oriundo, & paupere, ſi conferatur non oriundo, nec pauperi, an poſſit impetrari, ibid. n. 39.
Beneficium collatum perſonæ non qualificatæ poteſt impetrari, quando qualificatio vocati reſpicit favorem Eccleſiæ, & beneficii, ut quod ſit doctor, & ſimiles, ib.
Secus quando qualificatio reſpicit favorem perſonarum vocatarum, ut quod ſit pauper, oriundus, & conſanguineus, & ſimiles, ibid.
Pactum, quod patroni non arctentur termino juris ad præſentandam, & ſit in eorum libera facultate non præſentare pro quocunque tempore ſibi beneplacito, valet in erectione Capellaniæ pro Miſſis; ſecus ſi agatur de Collegiali, Parochiali, aut ſimili, quæ indigeat ſponſo, & Rectore, ibid. n. 40.
Debet tamen hoc caſu patronis præfigere terminum Ordinarius, & quale, ibid.
Sed ante dictam præfixionem non poſſet impetrari a Dataria, licet Capella dici vacaſſet, ibid.
Regula de annali non impedit novarum impetrationem diſcept. 12. n. 50.
Ideo non repellit eum, qui obtinuit revalidatoriam primæ proviſionis, ibid.

Implere.

Verbum *implere* importat actum, cujus executio pendet de futuro, diſcept. 52. n. 74.
Aliud eſt implere promiſſionem, & velle implere, ibid.
Verba hæc *promitto me p... am fidem frangere nolle, ſed volo implere omnia, quæ p...tus ſum*, non inducunt promiſſionem ſponſalium, ibid. n. 71. & ſeqq.

Impoſitia.

Jura Epiſcopalia non ſunt impoſitiones, ſed ſacrorum Canonum leges perpetuæ, & juris communis diſpoſitiones, diſcept. 35. n. 4.

Impoſſibile.

Probare votum alterius ſecreto datum in urna judicari poteſt quaſi impoſſibile, diſcept. 4. n. 129.

Imputatio.

Emolumenta incerta non computantur in Congruam Archipresbyteri, ſeu Vicarii, diſcept. 46. n. 2.
Vide *Congruam*, ibid.

Incerta.

Emolumenta incerta non computantur in Congruam Archipresbyteri ſeu Vicarii, diſcept. 46. n. 2.
Vicarius tenetur ad onera reſpicientia curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, etiamſi Congrua ſufficiat tantum ad alimenta, quando ultra Congruam percipit omnia incerta, ex curæ exercitio provenientia, diſcept. 50. n. 41.
Si vero hujuſmodi incerta dividuntur inter Vicarium & Rectorem, dividi etiam debent onera prædicta niſi extet conſuetudo, quod uni tantum ex eis incumbant, ibid.

Incognitum.

Voluntas nunquam fertur ad incognita, diſcept. 25. numer. 32.

Incom-

Digitized by Google

Incompatibilitas.

Reſidentia cauſativa tantum, & non præciſa, non inducit perſonalem incompatibilitatem, diſcept. 8. n. 30.
Incompatibilitas fundationis cum regula reſervatoria facit illam ceſſare, ſive facta ſit poſt regulam, ſive ante, diſcept. 25. n. 13. 52. in fine.

Incontinentia.

Naturalis verecundia fuit grande frænum muliebris appetentiæ, & incontinentiæ, diſcept. 52. n. 52.

Indebitum.

In conditione indebiti condicens tenetur probare negativam coarctatam, quod nec ex alia cauſa immaginabili ſolutio debita cenſeri valeat, diſcept. 18. numer. 11. & 25.
Nemo præſumitur petere, & ſolvere indebitum, ibid. num. 16.
Vide *Repetitio*.

Indecorum.

Indecorum non eſt, exteros interponi inter clerum Eccleſiæ, & portionarios, diſcept. 15. n. 7.
Indecorum eſt, ut, Papa non providente intra certum terminum, collatio redeat ad inferiores Collatores, diſcept. 25. n. 26.

Indefinita.

Indefinita propoſitio legis ſemper æquipollet univerſali, & non patitur reſtrictionem; ſecus in indifinita hominis, quia patitur reſtrictionem, diſceptat. 16. numer. 40.
Textus generaliter, & indefinite ſi loquitur de negotiis, intelligitur de omnibus, etiam gravibus, & arduis, ibidem.

Indignatio.

Diſſenſus, & indignatio patris, qui reſiſtit nuptiis, eſt juſta cauſa recedendi a ſponſalibus, diſcept. 52. n. 80. & 82.

Indignus.

Præſentans indignum præſumitur ſcienter præſentare, diſcept. 4. n. 54.
Electores præſumuntur ſcire qualitates electi, ibid.
Declara intelligi de qualitatibus notoriis, & apparentibus; ſecus de occultis, ibid.
Appellatione indigni venit etiam non idoneus, ibid.
Indigna ſponſa dicitur, quando non habet honeſtam famam, diſcept. 52. n. 88. & 90.
Vel quando attentis progenie, divitiis, more regionis aliiſque circumſtantiis, ſponſus abſque parentum, & parentelæ dedecore copulari non poteſt, ibidem, numer. 88.

Indoles.

Ad arguendum vel excindendum attendi debet indoles metum paſſi, & inferentis, diſcept. 52. n. 22.

Indultum.

Juſpatronatus conceſſum ex mera gratia conferri poteſt ab Ordinario habente indultum conferendi beneficia reſervata, diſcept. 22. n. 4.
Aperitionem oris ad obtinendum adverſus indulta Apoſtolica cum clauſula *ſublata*, & decreto *irritanti* ſufficit fomus læſionis, & non requiritur rigoroſa meritorum diſcuſſio, ibid. n. 1. & 2.
Regula 8. hodie 9. Cancellariæ reſervat etiam beneficia electiva, & derogat indulta in contrarium, diſcept. 25. n. 6.
Clauſula *in omnibus & per omnia* in indulto, ſeu privilegio non trahitur ad inſolita, & quæ cum difficultate concedi ſolent a Sede Apoſtolica, ibidem, numer. 33.
Dataria concedit Cardinalibus ordinariis collatoribus indultum conferendi beneficia reſervata cum aliquibus modificationibus, & derogationibus Regularum Cancellariæ, diſcept. 12. n. 6.
Habens indultum conferendi beneficia reſervata non cenſetur habere indultum reſervandi penſiones, diſcept. 30. n. 2.
Vide *Penſio*.
Indultum abeſſendi cauſa ſtudii non debet concedi niſi ad triennium ad effectum lucrandi fructus, diſceptat. 37. n. 26.
Non tamen conceduntur diſtributiones, niſi omnes fructus in illis conſiſtant, vel in illis una cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ, ibid.
Et quomodo intelligantur illa verba *cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ*, ibid.
Indultum abeſſendi cauſa ſtudii non eſt concedendum majoribus 25. annorum, diſcept. 37. n. 17.
Et conceſſum ad triennium habenti ætatem 24. annorum, poſt annum, expleta ætate 25. annorum expirat, ibid.
Indultum habitus concedi poteſt Canonicis Collegiatæ, etiamſi illum ſibi arrogaſſent ex conſuetudine, diſcept. 49. n. 7. Vide *Habitus*.

Infamia.

Homines perditiſſimi magna delectantur infamia, diſcept. 52. n. 45.

Inferior.

Nominatus ab inferiore metitur jus ſuum non a nominante, ſed a ſuperiore inſtituente, diſcept. 12. numer. 49.
Injurioſum eſt, quod inferior præcedat in ſubſcriptione ſuperiori, diſcept. 9. n. 1.
Sciſſa Univerſitate Patrona vel Collegio in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præſentet, an & quando Ordinarius vel alter inferior a Papa poſſit gratificare. Vide *Gratificatio*, *Juſpatronatus*.
Indecorum eſt, ut, Papa non providente intra certum terminum, collatio redeat ad inferiores collatores, diſcept. 25. n. 26.
Inferiori Prælato an poſſit reſervari inſtitutio.
Vide *Inſtitutio*.
Præſentati ab Univerſitate vel Collegio ſi paria vota bis in ſcrutinio uterque ſortitus ſit, inferior Papa non poteſt gratificare, pendente adhuc termino ad eligendum, ſed tantum providere jure devoluto dicto termino, diſcept. 4. n. 35.
Quando ſuperior manus appoſuit aliquem deſtituendo, non decet quod inſtitutio, & ordinaria ad inferiorem revertatur, n. 26. V.

Infidelitas.

Matrimonii ad validitatem inter Infideles, & Eccleſiæ non ſubditos ſufficit, ſi legibus gentilitiis vel arbitrio nubentium impoſitis celebretur, diſcept. 2. n. 78.

Infirmaria.

Legatum ſimpliciter Fratribus Minoribus pro infirmaria an valeat, dubitatur, ibid. n. 38.
Legatum pro ſindonibus infirmorum valet, ibid.
Item legatum pro pane albo miniſtrando infirmis, ibid.
Non tamen pro eis actio competit Syndico Apoſtolico, ſed datur officium judicis, ibid.
Fratres Minores etiam pro indigentiis infirmariæ tenentur ſibi providere ex incerta quæſtuatione in vim Regulæ, ibid. n. 45.

Infirmus.

Legatum Fratribus Minoribus pro ſindonibus infirmorum ipſi debetur, diſcept. 2. n. 3.
Et non pertinet ad alimoniam ſeu neceſſariam ſuſtentationem Fratrum, ſed ad ſublevamen infirmorum, & majorem quandam eorum curam, ibid.
Fratres Minores ſunt incapaces legati in ipſos collati, vel in Conventum per modum anni, ac perpetui cenſus, etiam ſi ſit relictum pro emendis ſindonibus ad uſum infirmorum, ibid. num. 45.
Poſſunt tamen dictam annuam præſtationem pro ſindonibus, rejecto modo illicito ab hærede vel executore, recipere per modum ſimplicis eleemoſynæ, ibid. num. 46.
Sed debent præmittere proteſtationem ſolemnem, juxta monitum D. Bonaventuræ, ibid. n. 46. & 53.
Et itaut Epiſcopus poſſit rationabiliter arbitrari reſpectu ſubminiſtrationis ſindonum, juxta majores vel minores infirmorum indigentias, ibid.
Et in ipſamet ſpecie, ibid.
Et ſecluſa ex parte Fratrum quavis inſtantia, etiam per implorationem ſimplicis officii judicis, ibid.
Vide ſupra *Infirmaria*.
Infirmis etiam ex propria culpa conceduntur diſtributiones in abſentia, diſcept. 34. n. 22.

Inhabilitas.

Gratia admiſſionis ad novum examen, quando de jure competebat recurſus a reprobatione examinatorum, dicitur emanata per viam juſtitiæ, & non dicitur inferre præjudicium ei, qui proviſionem obtinuit ob inhabilitatem reprobati, diſcept. 13. numer. 11.

Secus ſi de jure non debebatur appellatio, vel recurſus, ibid.

Proviſo ex capite inhabilitatis reprobati nullum jus quæritur, donec conſtat de inhabilitate ex novo examine, ibid. n. 11. 12. & 51.

Trinum examen requiritur ad canonizandam inhabilitatem proviſi, ibid. n. 11.

Examinatores reſpondendo *vodeat* non dicuntur reprobaſſe, niſi conſtet ita reſpondiſſe ob inhabilitatem examinati, & redire poſſit melius edoctus, ibidem numer. 13.

Proviſus in forma dignum habet jus quæſitum ex ſua proviſione, maxime ſi fuit præſentatus per majorem partem patronorum, & non concurrat alius habens jus coæqualis præſentationis, ibid. n. 14.

Et tale jus ei non tollitur, niſi ejus inhabilitas canonicata remaneat per plures reprobationes conſtituentes rem judicatam, & ulteriorem recurſum non admittentes, ibid.

Et aliquando admittitur etiam ad quartum examen, ibid. n. 14. & 51.

Vide *Examen*.

Patronus præſentans ignoranter inhabilem, aut non idoneum, non gaudet novo termino a die rejectionis, ſed tantum admittitur ad novam præſentationem, durante primo termino, diſcept. 4. n. 47.

Hæc ſententia impugnatur per auctorem, ibid. n. 48. & plur. ſeq.

Prima procedit, ſi ſcienter præſentatus ſit inhabilis, ſecus ſi ignoranter, & de ratione diſtinctionis, ibidem n. 49. & ſeqq.

Inhibitio.

Exiſtens in actuali poſſeſſione præſentandi ad unum Beneficium poteſt continuare in præſentando etiam uno ad aliud Beneficium ejuſdem fundationis, pendente lite ſuper proprietate, & non obſtante inhibitione Judicis, diſcept. 38. n. 11.

Limita, quando lis verteret ſuper ipſa poſſeſſione, ibid.

Declara, ut etiam hoc caſu poſſit præſentare, & præſentatio facta teneat, ſed ſuperſederi debeat in inſtitutione præſentati uſque ad exitum litis, ibidem.

Stuprator, qui matrimonium per metum contraxit cum ſtuprata, non poteſt cogi de novo contrahere cum illa in faciem Eccleſiæ, ſi interim cum alia de facto contraxit, etiamſi ſecundum matrimonium contraxiſſet, pendente lite ſuper primo, contra inhibitionem ſpecialem Judicis, diſceptation. 32. numer. 39.

Inimicitia.

Diſtributiones etiam, quæ ſuccedunt loco Præbendæ, non perdit Canonicus, ſi non reſidet ex cauſa inimicitiarum, quas poſt obtentum Canonicatum citra culpam ſuam contraxit, diſceptation. 34. numer 4.

Si tamen habet licentiam Superioris, ibid.

Quæ licentia non conceditur per Sacram Congregationem, niſi ad annum, ibid.

Poſt annum vero debet abſens Canonicatum reſignare, aut permutare, ibid.

Inimicitia citra culpam Canonici contracta eſt juſta cauſa abeſſendi, & lucrandi diſtributiones, quandiu durat abſque præfinitione temporis, ibidem, numer. 5.

Et Decreta Congregationis, quod abſens ob inimicitias reſignet, aut permutet, intelliguntur in caſu particulari, non generaliter per viam legis, ibid.

Abſens ex cauſa neceſſaria inimicitiarum abſque licentia Superioris non excuſatur ad lucrandum fructus, & diſtributiones, ibid. n. 24.

Limita in eo, qui diſcedit coactus ad evitandum vitæ periculum, ibidem, numer. 25. & diſcept. 37. numer. 9.

Prælatus tenetur impedire matrimonium filiifamilias volentis nubere cum ſponſa nimia paupere, ob timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, diſcept. 32. n. 89.

Et Parochi de ſtylo, & de jure nequeunt facere denunciationes, ſed debent expectare reſponſum Epiſcopi, vel ejus Vicarii, ibid. n. 91.

Nec Ordinarius tali caſu poteſt remittere denunciationes, ibid.

Initium.

Eo ipſo, quod conſtat de initio, excluditur immemorabilis, diſcept. 23. numer. 17.

Innocens.

In exercitio Epiſcopatus & aliorum officiorum juriſdictionalium aliquando melius ſe gerunt, qui antea criminoſi fuere, quam innocentes, qui elati quandoque degenerant, diſcept. 41. n. 2.

Innocentius.

Innocentius IV. Vir doctiſſimus & Princeps Canoniſtarum, diſcept. 9. n. 49.

Privilegium Juriſpatronatus ex augmento ſaltem non coæquali ſi ſit conceſſum ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. uſque ad Conſtitutionem Adriani cenſetur per iſtam revocatum, non obſtante obſervantia, tam ante, quam poſt Conſtitutionem, diſcept. 33. numer. 25.

Declara, dummodo inæqualitas clare conſtet ex lectura privilegii, alias manuteneri deberet patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione longæva, niſi contrariæ probationes eſſent claræ, & abſorberent poſſeſſorium, ibid.

Particola *motus proprii* Innocentii XI. approbantis uſum Syndici Apoſtolici pro Fratribus Minoribus, diſcept. 1. n. 171.

Onera Miſſarum an ſint detrahenda a reditu Beneficii, ad cujus titulum quis petit promoveri, ad effectum conſtituendi ſummam requiſitam ex Conſtitutione Innocentii XII. quæ incipit *ſpeculatores*, diſcept. 40. numer. 8.

Inoroſa.

Conventui Minorum Inoroſæ certam eleemoſynam quotannis dant Comites Begarii, diſceptat. 2. numer. 90.

Inſignia.

Duellum Gallici cum Januenſe propter caput bovis, quod uterque geſtabat in ſcuto pro inſignibus, quomodo eluſum per Januenſem, diſceptation. 49. numer. 5.

Inſinuatio.

Inſinuatio nihil aliud eſt, quam ratificatio donationis jam per primum contractum perfectæ, licet ante inſinuationem poſſit donans pœnitere, diſceptat. 5. numer. 40.

Inſolitum.

Caſus inſoliti, & rari non ſunt habendi in conſideratione ad deſtructionem regulæ, diſceptat. 1. numer. 26.

In omni actu ſpectanda eſt regula, & caſus ſoliti, habendæ ſunt in conſideratione exceptiones, & caſus inſoliti, diſcept. 5. n. 31.

Inſtantia.

Potentium ſupplicationes & inſtantiæ vim habent neceſſitatis, diſcept. 32. n. 26.

Legata perpetua Fratribus Minoribus pro anniverſariis & Miſſis, licet non debeantur, ſunt tamen adimplenda ex parte hæredis, & debet ad id Judex auctoritatem ſuam interponere ſive ex officio, ſive ad inſtantiam cujuslibet de populo, diſceptat. 2. numer. 40.

Inſtitutio.

Inſtitutio ſimpliciter facta intelligitur juxta conditionem perſonæ, ad quam dirigitur, diſceptat. 2. numer. 70.

Fratres Minores in libro *Manuale Tabellionum* habent formulas inſtrumentorum, cum quibus valide ſiunt inſtitutiones, & legata ad eorum favorem, ibidem num. 78.

Tituli honorabilis inſtitutionis in rebus particolaribus præcipuus effectus eſt, ut non adeunte hærede univerſali hæres particularis fiat hæres univerſalis, diſcep. 24. n. 30.
Sufficit inſtitutio particularis, ut verificetur qualitas hæreditaria requiſita in Jurepatronatus mixto, diſcep. 4. n. 8.
Epiſcopus ſi uti ceſſionarius patronum conferat, poteſt proviſionem unico actu expedire, nec eſt neceſſe, quod prius coram Vicario præſentet, & poſtea inſtituat, ibid. n. 104.
Illi debetur omni jure inſtitutio, in quem convenerunt tot ſuffragia majorem partem electorum conſtituentia, ibid. n. 104.
Inſtitutio auctorizabilis quid ſit, diſcept. 20. n. 31.
Inſtitutio auctorizabilis non tranſit in Prælatum inferiorem ex conceſſione Epiſcopi, quantumvis generali, ibidem.
Amplia, etiamſi Papa eximat ab Epiſcopo, & concedat Prælato inferiori, ibid.
Si tamen conceſſio fiat pleno jure, manet penes inferiorem non jure proprio, ſed Vicario Epiſcopi, ibidem.
Declara requiri ad hoc Papæ conſenſum, alias talis conceſſio non valeret, ibid.
In paritate vocum inſtituendus eſt præſentatus qui eſt de familia fundatoris, ad excluſionem extranei compræſentati, diſcept. 28. n. 38.
Præſentatus a vero patrono præfertur præſentato ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione, qui nondum fuit inſtitutus, diſcept. 2. n. 27.
Et tunc non attenditur ultimus ſtatus quaſi poſſeſſionis, ſed proprietas abſorbet poſſeſſorium, ibid.
Secus, ſi præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione fuiſſet inſtitutus, quando verus dominus præſentat, ibidem.
Vacatio Beneficii de Jurepatronatus ſi contingat, pendente lite ſuper proprietate, non eſt inſtituendus præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed expectandus eſt exitus litis, diſcept. 28. num. 12.
Contrarium, ibid. n. 12. & 13.
Limita hoc contrarium, quando proprietas eſſet clara contra ultimum ſtatum, quia tunc procederet prima opinio. ibid. n. 23.
Præſentatus a patrono putativo exiſtente in quaſi poſſeſſione, ſed opponente ſe integra vero patrono, ſi inſtituatur non tamen removetur, ſi poſtea patronus putativus ſuccumbat in petitorio, ibidem numer. 5.
Et victoria patrono vero deſerviet ſolum pro futuris vacationibus, ibid.
Vide *Patronus, Juſpatronatus.*
Inſtitutio debet reſervari Epiſcopo, & non alteri inferiori, non obſtante contraria lege fundationis, ſi fiat poſt Concilium Tridentinum. ſecus ante Concilium, diſcept. 22. n. 42.
Limita, ſi Papa etiam poſt Concilium talem legem approbaret, ibid.
Inſtitutio etiam poſt Concilium reſervari poteſt Prælato inferiori habenti juriſdictionem ordinariam cum omnimoda exemptione ab Epiſcopo, ibid.
Limita per teſtatorem ſervanda ad effectum excludendi reſervationes in fundatione beneficii, necnon reſervandi inſtitutionem inferiori Prælato privative ad Epiſcopum, diſcept. 25. n. 10 & 12.
Conditio, quod inſtitutio in beneficio Eccleſiaſtico pertineat non ad Epiſcopum, ſed Prælatum inferiorem, eſt contra ſanctionem Concilii Tridentini, diſcept. 25. num. 10.
Et non poteſt apponi in fundationibus poſt dictum Concilium, quidquid ſecus ante, ibid.
Et ſi apponatur, vitiatur, & Epiſcopus ſe intromittit, non obſtante pœna revocationis bonorum, & applicationis in alios uſus, ibid. n. 21.
Poteſt tamen, & ſæpe ſolet, ſed non ſemper admitti dicta conditio per Summum Pontificem, ibid.
Lex fundatoris reſervans jus inſtituendi Epiſcopo ſimul & Capitulo eſt contraria Concilio Tridentino, ibidem num. 22.
Interpretari tamen debet modo licito, ut nempe inſtitutio ſpectet ad Epiſcopum cum conſilio Capituli, vel potius cum conſenſu Capituli, ibid.
Epiſcopus & Capitulum conſtituunt unum corpus, & de jure communi collatio beneficiorum eſt ſimultanea, ibidem.
Inſtitutio tamen in beneficiis de Jurepatronatus pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu vel cum conſilio Capituli, ibid.
Reſervari non poteſt inſtitutio Epiſcopo, & alteri inferiori, puta Abbati, Præpoſito, Archidiacono, & ſimilibus, ibid.
Teſtator mandans erigi Capellaniam perpetuam cum dote, & onere Miſſarum reſervando hæredi jus præſentandi Clericum, & inſtitutionem inferiori excluſive ad Epiſcopum, dicitur velle eam Eccleſiaſticam, non laicalem, ibid.
Et talis excluſio Ordinarii dicitur tranſlativa ab Epiſcopo in inferiorem ejus loco ſubrogatum, ibidem.
Erectio tamen facienda eſſet ab Epiſcopo in hac parte non excluſo, ibid.
Nominatus ab inferiore metitur jus ſuum, non a nominante, ſed a Superiore inſtituente, diſcept. 12. numer. 29.
Quando Superior manum appoſuit aliquem deſtituendo, non decet, quod inſtitutio, & ordinatio ad inferiorem revertatur, n. 16. V.
Verbum *aſſignata* præſupponit collationem, ſeu inſtitutionem præcedentem. n. 4. V.
In omnibus Ordinibus Regularibus electiones & inſtitutiones Superiorum ſunt dirigendæ ſecundum propria inſtituta, & ordinationes, n. 5. V.
Ordo Carthuſianorum nunquam a legibus ſuis, & bona inſtitutione, ſanctoque propoſito cecidit, numer. 6. V.
Ex tribus inſtitutis hæredibus duo conjuncti habent ſemiſſem hæreditatis, tertius vero alium ſemiſſem, diſcept. 89 n. 11.
Declara, procedere ubi oratio non ſit conjuncta, ſed ſeparata, ibid.

Inſtitutum.

Inſtitutum Seraphicum principaliter ordinat Fratres ad eleemoſynam, diſcept. 2. n. 16.
Mutationes antiquorum Inſtitutorum, & Rituum regulariter vergunt in pejus, diſcept. 5. n. 48.
In omnibus Ordinibus Regularibus electiones, & inſtitutiones Superiorum ſunt dirigendæ ſecundum propria inſtituta, & ordinationes, n. 5. V.

Inſtrumentum.

Fratres Minores in libro *Manuale Tabellionum* habent formulas inſtrumentorum, cum quibus valide fiunt inſtitutiones & legata ad eorum favorem, diſcept. 2. numer. 78.
Super legatis annuis Fratribus Minoribus relictis ſcripturæ, & inſtrumenta confici poſſunt & invicem ſtipulari, ibid. n. 96.
Stipulatio tamen dicitur proprie intervenire pro parte tantum hæredum fundatoris, & pro parte Fratrum ſolum improprie, ibid.
Et oritur ex eo ſola fidelitatis obligatio, ibid.
Electionis publicum inſtrumentum facit probationem probatam, & rem claram, & manifeſtam, diſcept. 4. numer. 128.
Obſervantia centenaria ſtat loco inſtrumenti fundationis Juriſpatronatus, diſcept. 26. n. 6
Probatio Juriſpatronatus deducta ex obſervantia centenaria æquivalet probationi per publicum inſtrumentum fundationis, diſcept. 28. n. 6.
Declara, dummodo obſervantia deducatur ex præſentationibus, & inſtitutionibus per publicum documentum pacificis, & effectuatis, ſecus ſi ex teſtibus, enunciativis, adminiculis, & ſimilibus, ibid.
Inſtrumento fundationis deficiente, ſi Juſpatronatus deducatur præſumptive ex obſervantia centenaria favore maſculorum, cenſetur familiare ſeu potius gentilitium maſculinum, & in eo non veniunt feminæ, neque per poſterius, diſceptation. 26. numer. 4. & 5.
Contrarium, ibid. n. 7.
Diſtingue, ut, ibid. n. 8.
In dubio ubi fundationis inſtrumentum non reperitur, præſumitur, fundatorem potius uſum fuiſſe verbis naturalibus, quam verbis civilibus, diſcept. 53. numer. 35.

Integre.

Verbum *integre*, & verba *in Eccleſiis reſidentes* expreſſa in privilegio abſentiæ intereſſentiam inferunt ſecundum *Hoſtienſem*, diſcept. 1. n. 22.
Contrarium ſecundum *Jo. Andream*, n. 23.
Concordantur, ibid. n. 27.

Digitized by Google

Intellectus.

Ubi militat eadem ratio, idem convenit intellectus, diſcept. 2. n. 13.
Intelligentiæ datæ per obſervantiam ſtandum eſt, licet contrarius intellectus eſſet de jure verior, diſcept. 7. num. 5.
Scriptorum, & majorum intellectui & interpretationi ſtandum eſt, n. 29. V.
Amplia etiam in interpretatione Conſtitutionum, & Diplomatum Summorum Pontificum, ibid.
Vide *Interpretatio*.

Intentio.

Intentio, & mens in animo retenta nihil operatur, diſcept. 21. n. 39.
Voluntas & intentio teſtatoris attendenda eſt, non cortex verborum, diſcept. 2. n. 17.
Si verba ſonant in extinctionem, & feriunt ſubſtantiam penſionis, nihil juvat ſectera intentio penſionarii contraria, diſcept. 21. n. 19.
Decretum reſervationis motu proprio appoſitum non poteſt de ſubreptione redargui, ſed bene de defectu intentionis Papæ apponentis, diſceptat. 17. numer. 8.
Defectus intentionis in Principe motu proprio concedente ex errore facti, dicitur ſubreptio re ipſa, ibidem.
In materia voluntaria xeniorum & munerum totum regulatur ab intentione donantis, diſceptat. 51. numer. 2.
Intentio Cardinalium de nova promotorum non potuit eſſe donandi Cameræ in genere cujuſvis Summi Pontificis, ſed illius tantum Pontificis, qui ad eos miſit Legatos cum Birettis, diſceptat. 51. numero 2.
Donatio debet interpretari juxta intentionem donantis ibid. n. 7.
Secreta intentio retenta in animo juvat in foro interno, non in externo, diſcept. 52. n. 44.
Conſenſus meticuloſus non pendet ab intentione inferentis metum, ſed ab ipſo metu materiali, a quo cogitur directe, & præciſe, ibid. n. 64.

Interdictum.

Requirit conſenſus Capituli, quando agitur de ponendo interdicto Eccleſiæ, diſceptat. 16. num. 84.

Intereſſentia.

Præſentia aliud eſt, aliud intereſſentia, diſceptat. 2. n. 4. & 11.
Reſidentia diverſa eſt ab intereſſentia, ibidem, num. 5. & 11.
Reſidentia importat præſentiam, intereſſentia vero miniſterium perſonale in choro, ibid.
Reſidere in Eccleſia an idem importet, quod intereſſe divinis in choro, eſt gravis quæſtio inter Canoniſtas ibid n. 6.
Quod idem importent, ibid. n. 6. & 21.
Contrarium, quod non importent idem, ibidem, numero 7.
Canonici abſentes in vacantia trium menſium per Concilium conceſſa non lucrantur diſtributiones, nec alia emolumenta debita ratione actualis intereſſentiæ, ibidem, n. 2.
Privilegium abſentiæ ſi dicat, *ac ſi præſens eſſet*, *& divinis officiis intereſſet*, poteſt abſens percipere diſtributiones, ibid. n. 4. 22. & 13.
Diſtributiones dantur propter intereſſentiam divinis, ibidem, n. 11. & 12.
Intereſſentia verbum facit extendi ſignificationem fructuum etiam ad diſtributiones, ibid. n. 13.
Et tunc non reſtringitur privilegium per verbum *fructuum*, ibid.
Privilegium mentionem faciens de diſtributionibus, eas continendo expreſſe vel æquipollenter, non reſtringitur per verbum *reſidentia*, ſed intelligitur etiam de intereſſentia, ibid.
Verba *privilegii*, quæ important diſtributiones in ſuo ſignificatu, & exprimunt ipſam intereſſentiam, ſine dubio comprehendunt diſtributiones, ibidem numer. 14.
Diſtributiones veniunt ab expreſſione intereſſentiæ uti ea tacita, & æquipollenti expreſſione illarum, ibid. num. 15.
Reſidentia per hoc differt ab intereſſentia, quia intelligitur de reſidentia in loco, ubi adeſt Eccleſia beneficii, ibid. n. 24.
Verbum *integre*, & verba *in Eccleſiis reſidentes* expreſſa in privilegio abſentiæ intereſſentiam inferunt, ſecundum *Hoſtien.* ibid. n. 22.
Contrarium ſecundum *Jo. Andr.* ibid. n. 23. concordantur, ibid. n. 27.
Poteſt quis reſidere in Eccleſiis, & non intereſſe divinis in choro, ibid. n. 26. & 28.
Canonicus Miſſam privatam celebrans tempore divinorum non dicitur intereſſe, nec gaudet diſtributionibus, ibid. n. 26.
Reſidentia perſonalis in Eccleſia debet intelligi de formali, nempe intereſſentia in choro tempore divinorum, non de materiali, ibid.
Privilegium lucrandi in abſentia ſi habet verba capacia includendi diſtributiones in ſuo ſignificatu, tunc reſidentia in Eccleſia importat etiam intereſſentiam, ibidem n. 27. & 30.
Si non adſit talis capacitas verborum, ſed potius reſtrictiva, tunc reſidentia non infert intereſſentiam, ibidem.
Quando verba Privilegii non ſunt capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtricta ad fructus, oportet, quod intereſſentia explicetur per verba clara infallibilia, & quæ concludant perneceſſe, ibidem, numer. 28.
Expreſſio intereſſentiæ importat diſtributiones tacite, & æquipollenter, ibid.
Reſidentia in Eccleſia infert intereſſentiam, ſed non perneceſſe, ibid.
Limita, ſi concurrunt verba capacia ſignificandi diſtributiones, ibid. n. 29.
Quia tunc non debet extendere privilegium, ſed famulantur verba præcedentibus, ibid.
Et intelligenda venit in tota latitudine ſignificatus magis frequentis, nempe de reſidentia cum effectu, ibidem.
Reſidentia cum effectu idem eſt ac intereſſentia, ibidem.
Reſidentia in Eccleſia, & intereſſentia divinis pari ſenſu accipiuntur, ibid.
Inter reſidere, & intereſſe Doctores communes nullum diſcrimen ponunt, ibid.
Reſidentia, etiam expreſſa in Eccleſia, non concludit intereſſentiam perneceſſe, ibid. n. 31.

Interpretatio.

Nulla melior interpretatio, quam quæ reſolvat ex facto ipſius Pontificis ſtatuentis, diſceptat. 9. numer. 21.
Pars diſpoſitiva regulatur, & interpretationem recipit a parte proœmiali, diſceptatio 14. numer. 22.
Renunciatio debet intelligi eo modo, quo fuit a partibus declarata, & obſervata, licet contrarius intellectus videretur de jure verior, diſceptat. 4. numer. 88.
Maxime, quando interpretatio eſt favorabilis, quia per eam fit reditus ad jus commune, & beneficium eximitur a vinculo ſervitutis, ibidem numero 89.
In dubio facienda eſt interpretatio pro habente præſentationem patroni, diſceptat. 7. numer. 24. 29. & ſeqq.
Dilatio gratiæ uſque ad tempus datæ per Datarium apponendum eſt interpretatio introducta de ſtylo, quæ veritatem, & perfectionem gratiæ immutare non poteſt, diſcept. 5. n. 9.
Verba generalia, & indiſtincta ſunt generaliter & diſtincte intelligenda, niſi probetur diverſitas, quæ [illegible] ſtringat diſpoſitionem illimitatam, & effrænatam, [illegible] ſcept. 6. n. 14.
Materia objectiva non eſt de facili credenda, & præ[illegible] menda, ſed contra illam capienda eſt omnis interpr[illegible] tatio, diſcept. 22. n. 5.
Donatio debet interpretari juxta intentionem donan[illegible] diſcept. 51. n. 7.
Obſervantia non recipit interpretationem ante exten[illegible] nem etiam ab identitate, vel majoritate rationis, [illegible] ſcept. 26. n. 5.
Mulieri actrici in cauſa matrimonii non ſufficit proba[illegible] re promiſſionem in genere, & fieri debet ſemper in[illegible] terpretatio contra ipſam, ut promiſſio intelligatur de ſolis ſponſalibus in futurum, diſceptat. 32. numer. 75.
Leges ex ſuis partibus ſunt interpretandæ, numero 21. V.
Expreſſum in una parte legis ſupplendum eſt, vel inter[illegible]

pretative extendendum ad alteram partem, in qua ſuit omiſſum, ſi alias deficientibus verbis ad utranque partem poſſit trahi legis effectus per ſimilitudinem rationis, ibid.
Scriptorum & majorum intellectui, & interpretationi ſtandum eſt, n. 29, V.
Amplia, etiam in interpretatione Conſtitutionum, & Diplomatum Summorum Pontificum, ibid.

Intimatio,

Intimatio mandati de immittendo cum præcepto de reſpondendo in fructibus non interrumpit triennalem, diſcept. 24. n. 32.

Invaſio,

Jovaſio hoſtiom eſt obſtaculum temporale, non extinctivum tituli beneficii, diſcept. 22. n. 23.
Per liberationem loci beneficii ab hoſtibus non acquiritur Juſpatronatus ex juſtitia, ibid.

Inveſtitura,

Epiſcopus quidquid non exceptuavit in Inveſtitura facta Abbati, dicitur conceſſiſſe, diſcept. 20. n. 5.
Joannes Maria Buzzius, Vide *Buzzius*,

Jocus.

Obligatio non inducitur ex verbis jocoſe aut per adulationem, & ficte prolatis, diſcept. 52. n. 77.

Joſeph.

Revev. Pater Dom. Joſeph Molines Sacra Rota Auditorum Decanus laudatur, diſcept. 35. n. 10.

Irregularitas,

Non eſt malus diſpenſare ſuper defectu natalium, quam ſuper Irregularitate ob caſtrationem ex cauſa cantus, diſcept. 30. n. 7.
Privilegium Conclaviſtarum diſpenſat ab irregularitate pro beneficiis, & penſionibus jam obtentis, non tamen pro obtinendis, ibid. n. 6.
Diſpenſat, ut, non obſtante irregularitate, & aliis defectibus, poſſint Conclaviſtæ ad ſacros Ordines promoveri, ibid. n. 6.
Declara, ut ibid.
Diſpenſat etiam ſuper defectibus natalium, ibidem numer. 7.
Irregularis ob vitium corporis ſi abſque diſpenſatione fecit ſe tonſurare, tonſura eſt invalida, & nulla, diſcept. 47. n. 3.

Italia.

Ex generali conſuetudine & uſu loquendi totius Italiæ, naturales dicuntur de domo, & familia, diſcept. 53. num. 39.

Item.

Dictio *item* inducit conjunctionem, diſceptat. 38. numer. 10.
Dictio *item*, & *ſimiliter* ſunt ſynonyma, ibid.
Dictio *item* cum præcedenti copula & inducit conjunctionem, & ſtat copulativæ, ibid.

Judex.

Judex cogens defloratorem ad ducendam virginem defloratam non dicitur vim inferre, nec deflorator dicitur coactus, quia irrationabiliter invitus, diſcept. 2. n. 27.
Hæres tenetur procurare celebrationem Miſſarum, quam committere non poteſt niſi ſolis Fratribus Minoribus, & non aliis, ſi teſtator ita voluit, ibid. n. 24.
Et ad id poteſt per Judicem compelli vel ex officio, vel ad inſtantiam popularem, vel nomine Romanæ Eccleſiæ, ibid. n. 25.
Neque hoc caſu hæredes dicuntur coacti reſpectu Fratrum, vel reſpectu Judicis, quia teſtator voluntarie reliquit, & ipſi non poſſunt habere voluntatem contrariam, ibid. n. 27.
Legatum ſi fiat Fratribus Minoribus pro ſindonibus infirmorum, & pro pane albo miniſtrando infirmis, pro eis actio non competit Syndico Apoſtolico, ſed datur officium Judicis, ibid. n. 38.
Legata perpetua Fratribus Minoribus pro anniverſariis, & Miſſis licet non debeantur, ſunt tamen adimplenda ex parte hæredis, & debet ad id Judex auctoritatem ſuam interponere ſive ex officio, ſive ad inſtantiam cujuslibet de populo, ibid. n. 40.
Legata perpetua cum onere Miſſarum poſſunt Fratres Minores recipere ab hæredibus, vel executoribus, vel a Judice ſponte dantibus, ibidem numer. 41.
Et Fratres non ſunt de illis legatis omnino certi, quia pendet a voluntate executoris, ſeu Judicis illis relinquere, vel aliis applicare, ibidem numer. 42.
Legata perpetua pro Miſſis Fratribus Minoribus relicta ſi adeo ſint adaucta, ut ipſos eximant a neceſſitate ſibi victum quærendi, debet Judex aliis applicare, ibidem.
Licet Fratres careant omni actione civili, Judex tamen ſive ex officio, ſive undecunque Imploratus, vel Reſpublica præſtare debet, ne legatum inane, & irritum cenſeatur, ibid. n. 78.
Legata Fratribus Minoribus non ſunt caduca, licet iſti careant actione ad illa petendum, ſed Civitas poteſt cogere hæredes, ut teſtatorum mandata exequantur, & idem poteſt Judex ex officio, ibid. n. 86.
Et ipſis Fratribus licet Judicem extrajudicialiter admonere, ut hæredes ad id compellat, ibidem numer. 87.
Vide *Fratres*.
De jure etiam quoad Judices ordinarios admittitur deputatio alterius in locum ſuſpectorum, diſceptat. 13. numer. 29.
Appellatione interpoſita a judicato in poſſeſſorio non poteſt Judex *ad quem* judicare in petitorio, diſcept. 59. num. 15.
Limita, quando appellatio fuit commiſſa in Curia, ſive in Tribunalibus Urbis, ibid.
Judex laicus poteſt acceſſorie judicare de Jurepatronatus cum univerſitate bonorum, diſcept. 13. numer. 33. & 37.
Duo habentes paria vota majorem partem electorum conſtituentia habet jus quæſitum, ut in eorum alterutra neceſſario cadat electio, & poteſt ad id Capitulum Judicis auctoritate compelli, diſcept. 4. numer. 108.
Stante cumulativa, non datur appellatio ab uno ad alium Judicem tanquam ad parem, diſcept. 20. numer. 22.
Limita, ſi Abbas habet juriſdictionem jure delegato, quia tunc ab ipſo ad Epiſcopum daretur appellatio, ibidem.
Abbas poteſt ſe intitulare Judicem Ordinarium eorum locorum, in quibus habet juriſdictionem ordinariam etiam cumulative cum Epiſcopo, ibid. n. 21.
Differunt ſe intitulare Ordinarium loci, & Judicem Ordinarium loci, ibid. n. 23.
Dare licentiam, quod perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint ſe ſubjicere examini in foro laicali, non eſt ſolius Epiſcopi privative, ſed cujuſcunque Judicis Eccleſiaſtici habentis juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, ibidem n. 25.
Judici, vel alteri Superiori afferenti, ſe aliquid feciſſe ex juſta cauſa non creditur, diſcept. 21. numer. 14.
Amplia, etiam in Superiore Regulari, ibidem numer. 15.
Factum Judicis demonſtratur injuſtum eo ipſo, quod ex actis non conſtat de probatione delicti, propter quod condemnavit, diſcept. 34. n. 13.
Præſumptio injuſtitiæ aſſiſtens facto Judicis ceſſat, ſi non conſtat ex actis de ulla probatione delicti, ibid. numer. 13.
Pulſus in exilium lucratur diſtributiones, quando Judex eum legitime non condemnavit, ibidem numer. 14.
Et lucratur etiam pro tempore, quo remanſit in carcere, ibid. n. 15.
Declaratio Collegialitatis Eccleſiæ, quæ talis eſt habita, ſpectat ad quemvis Judicem Ordinarium Eccleſiaſticum, diſcept. 8. n. 24.
Rota uti Judex declaravit antiquam Collegialitatem S. Mariæ del Pilar, ibid.
Ad declarationem Collegialitatis Eccleſiæ quomodo procedendum per Judicem, ibidem numer. 25. & ſeqq.
Actus fieri prohibitus abſque prævиis certis ſolemnitatibus,

tatibus, & cauſis, ſi fuerit factus cum auctoritate Judicis, præſumitur pro ejus decreto, quod omnia rite, ac recte proceſſerint, niſi contrarium oſtendatur, diſcept.36. n 5.

Si Judex terminavit officium ſuum tempore, quo mulcta erat decreta, ſed nondum incamerata, adhuc ad eum pertinet, & non ad ſucceſſorem in officio, diſcept.51. num. 5.

Amplia etiam in terminis ſtatuti ordinantis deberi Judici mulctam incorporatam, & exactam, ib.

Judex agnoſcens invaliditatem Matrimonii a ſtupratore cum ſtuprata per metum contracti debet declarare nullum matrimonium, & cogere ſtupratorem ad contrahendum de novo cum eadem matrimonium in faciem Eccleſiæ, diſcept.52. n.58.

Limita, ſi hoc medio tempore ſtuprator cum alia contraxit de facto, ib. n.59.

Etiamſi contraxiſſet ſecundum matrimonium, pendente lite ſuper primo, & contra inhibitionem ſpecialem Judicis, ib.

Attinentes ſtupratæ non poſſunt auctoritate propria, & privata cogere ſtupratorem ad matrimonium, licet poſſint inſtare coram Judice, ut compellatur, ibidem num. 57.

Parentes ſi minarentur accuſationem coram Judice, niſi ſtuprator puellam deſponſaret, matrimonium tali metu contractum eſſet validum, ib. n 69.

Declara procedere, ubi accuſatio eſſet juſta, puta ſi ſtuprator tenebatur præciſe ad matrimonium, vel ſaltem alternative ad matrimonium vel ad pœnam; ſecus ſi ad nihil, vel ad pœnam tantum tenebatur, ibidem.

Matrimonium rei cum filia Judicis, ut mortis pœnam evitet, eſt validum, ib. n.66.

In arbitrio Judicis repoſitum eſt ponderare fidem teſtium affinium, & conſanguineorum in materia matrimoniali, ex qualitate cauſæ pendentis, & conditione pari vel diſſimili perſonarum, tam in nobilitate, quam in divitiis, & aliis circumſtantiis, ibidem numero 70.

Nolens ſervare promiſſa ſponſalia compelli poteſt per cenſuras moderatas, ut de nolente fiat volens, ſi tamen ſit pertinax, debet Judex eum abſolvere etiam nolentem, ib. n.85.

Judicatum.

Judicatum probat conſuetudinem præcedentem, & facit ſtatum contra omnes prætendentes habere jus prohibendi Capitulum ab interventu in funeribus, diſcept. 50. num.12.

Judicatum declarans Juſpatronatus ſpectare ad familiam excludit præſumptionem *Clem. plures de Jurepatronat.* diſcept.53. n.9. & 28.

Judicium.

In æquiparatis idem ferendum judicium, diſcept.2.n.75. in fine.

Judicium, & conſenſus multorum electorum excludit præſumptionem inhabilitatis, & inſufficientiæ electi, diſcept.28. n 6.

Aliud eſt procedere ſine figura judicii, aliud procedere ex notitiis privatis, & ſecretis, diſcept. 21. numero 10.

Facultatem habens procedendi abſque ſtrepitu, & figura judicii, non poteſt omittere tria ſubſtantialia, ſcilicet citationem, probationes, & defenſiones, quæ ſunt de jure naturæ, ib.

Prælatus, etiamſi poſſit ex ſecretis notitiis electionem caſſare in prima inſtantia, tenetur tamen illas manifeſtare in grado appellationis, pendente cauſa coram Judice ſuperiori, ib. n.11.

Vide *Electio*.

Idem eſt judicium de Collegiata habitu, ac de Collegiata actu, diſcept.8. n.4.

Julius.

Decretum Julii III. quoad domus profeſſas Jeſuitarum ex identitate rationis comprehendit etiam Fratres Minores, diſcept. 2. n. 76.

Jupiter.

Rex Jupiter omnibus ibidem, diſcept.9. n.58.

Sacerdotes Jovis apud Gentiles Flamines Diales nuncu-
Pitonii Diſcept. Pars II.

pari abeſſe non poterant, etiam ex cauſa neceſſaria ob adverſam valetudinem abſque licentia Summi Pontificis, diſcept.34. n.24.

Juramentum.

Juramentum neceſſarium ad aliquem actum non eſt probandum interveniſſe, ſed præſumitur, diſcept. 12. numero 29.

Secus ſi ageretur de juramento voluntario, non de requiſito per legem, ibid.

Dicta præſumptio non militat, ſi per viam conditionis apponatur in Bulla proviſionis obligatio juramenti, ibid. n.27. & ſeqq.

Cardinales de Epiſcopatibus proviſi non poſſunt in adminiſtratione Eccleſiæ ſe ingerere ante præſtitum juramentum fidelitatis, & de viſitando Apoſtolorum limina ex Conſtitutione Sixti Quinti, ibidem numero 28.

Juramentum eſt acceſſorium & famulatorium contractus contrahentium, diſcept.52. n.3.

Et corruit, corruente contractu, tanquam principali, ibidem.

Diſſenſus, & indignatio patris inducit juſtam metum exhæreditationis in filio, & illi præbet juſtam cauſam recedendi a ſponſalibus, etiam non obſtante juramento in apocha promiſſionis appoſito, diſcept. 52. num.81.

Juriſdictio.

De jure communi juriſdictio ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum, diſcept.16. n.4.

Jus ſtatuendi, quod Epiſcopi habent a Papa, a jure communi, & Conciliis univerſalibus non eſt ſimplicis juriſdictionis, ſed meri imperii & juris Monarchici, ibid. n.56. & ſeqq.

Vide *Jus*.

In Synodo diœceſana nullus eſt, qui habeat juriſdictionem niſi Epiſcopus, ibid. n.58

Dare atteſtationes ſuper ſtatu libero pertinet ad Abbatem, ubi habet juriſdictionem ordinariam, diſcept.20. num. 2.

Atteſtationes dare ſuper ſtatu libero poteſt Prælatus inferior, nec eſt de his, quæ reſpiciunt Ordinem, ibid. n.4. & 11.

Epiſcopus concedendo omnimodam juriſdictionem Abbati, reſervatis ſibi Pontificalibus tantum, dicitur ſe ſpoliaſſe omnibus iis, quæ ſunt juriſdictionis, & quorum Prælatus inferior eſt capax, ibidem numero 3.

Abbas ſi juriſdictionem habeat jure delegato ab ipſo ad Epiſcopum datur appellatio, ibid. n.22.

Abbas poteſt ſe intitulare Judicem ordinarium eorum locorum, in quibus habet juriſdictionem ordinariam etiam cumulative cum Epiſcopo, ib. n 21.

Dare licentiam, quod perſonæ Eccleſiaſticæ poſſint ſe ſubjicere examini in foro laicali, non eſt ſolius Epiſcopi privative, ſed cujuſcunque Judicis Eccleſiaſtici habentis juriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas, ib. num 25.

Abbas ſi habet juriſdictionem ordinariam, poteſt dare hanc licentiam, ibid.

Stante cumulativa, non datur appellatio ab uno ſad alium Judicem tanquam ad parem, ibidem numero 22.

Verba *propriæ ordinariæ juriſdictionis* ſonant in abſolutam privativam juriſdictionem, ibidem numero 20.

Ordinarius aliquorum locorum, licet quis ſit, non ideo ſequitur, quod illa loca ſint ejus propriæ ordinariæ juriſdictionis, ibid.

Loca Abbatiæ non ſunt propriæ ordinariæ juriſdictionis Epiſcopi, ſi ſint cumulative ſubjecta ordinariæ juriſdictioni Abbatis, ibid.

Declara, ut ſint in illis cauſis, quas cognoſcit Epiſcopus, ibid. n.28.

In Eccleſiis locorum Regularium ſi exerceatur cura animarum perſonarum ſecularium, Epiſcopus non habet juriſdictionem ordinariam, niſi quoad ea, quæ dictam curam, & ſacramentorum adminiſtrationem concernunt, ibid. n.24.

In aliis vero actibus, & in ceteris Eccleſiis Regularium non curatis nullam habet juriſdictionem, quam delegatam, ibid.

Juriſdictio fori pœnitentialis non terminatur loco, ſicut illa fori exterioris, ſeu judicialis, ibidem numero 15.

Actus juriſdictionis voluntariæ quoad forum internum

 eſt

eſt exercibilis ubique locorum, ibidem.
Actus audiendi confeſſiones non eſt juriſdictionis contentioſæ, ſed voluntariæ, quæ exercetur ſine ſtrepitu, & figura judicii, ibid.
Epiſcopus non tenetur adhibere conſenſum Capituli in exercenda juriſdictione, diſcept.16. n.39.
Collatio beneficiorum eſt actus juriſdictionis, diſcept.13. num. 19.
Quando proviſus eſt Cardinalis, Eccleſia non vacat uſque ad poſſeſſionem, ſed ſtatim eſt conſumpta vacatio, & ſtatim poteſt beneficia conferre, & omnia quæ ſunt juriſdictionis exercere, ib.
Facta proviſione Epiſcopatus vel translatione in Conciſtorio Summi Pontificis ſtatim ceſſat juriſdictio proviſi quoad primum Epiſcopatum, & Eccleſia vacat ipſo jure, ibid. n.26.
Epiſcopus poſt electionem ſtatim conſequitur ea omnia, quæ ſunt juriſdictionis, ib. n.9.
Et poteſt de jure communi conferre beneficia, etiam nondum capta Eccleſiæ poſſeſſione, ibid.
Diſpoſitio juris communis in hoc fuit correcta a Bonifacio VIII. *in extrav. injunctæ de elect. inter commun.* & quare, ibid. n.10. & 34.
Expreſſio nominis Decani dicitur facta tanquam de perſona clariori intra Capitulum, & non probat juriſdictionem reſidere penes ſolum Decanum, diſcept. 34. num. 77.
Acta coram executore data in gratia ſubreptitia, ſunt nulla ex defectu juriſdictionis, ibidem numero 47. & 53.
Fortius, quando coram eo fuit oppoſitum de ſubreptione gratiæ, ibid.
Et quando Papa in ſecundis literis declaravit nullitatem actorum volendo, quod valeant a die gratiæ poſterioris, ibid. n.53.
Per reſcriptum ſubreptitium non datur juriſdictio, ibidem,
Lis notorie nulla non interrumpit triennalem poſſeſſionem, maxime ſi nullitas proveniat ex defectu juriſdictionis, ibid n.47
Citatio valida reſpectu juriſdictionis, ſed male executa, cujus vigore factus fuit proceſſus, non interrumpit pacificam poſſeſſionem, ibid n.55.
Citatio nulla etiam ex alio capite, quam ex defectu juriſdictionis, non interrumpit triennalem, nec præſcriptionem, ibid n 54. & ſeqq.
Citatio nulla ex alio capite, quam ex defectu juriſdictionis interrumpit poſſeſſionem annalem, ibidem numero 56.
Princeps ſi donat caſtrum alteri Principi paris dignitatis tranſit in ipſum majorem juriſdictionem; ſecus ſi donat inferiori, diſcept 20. n.30.
In exercitio Epiſcopatus, & aliorum officiorum juriſdictionalium aliquando melius ſe gerunt qui antea criminoſi fuere, quam innocentes, qui elati, quandoque degenerant, diſcept.41. n 2.
Prælatus Collegiatæ non exemptus vel caput numerale Capituli non habet Canonicos ſibi unitos tanquam membra, nec juriſdictionem exercet in eos, niſi uti capitulariter congregatos, diſcept. 44. numero 5.
Cappa, & Rocchettum non denotant juriſdictionem, diſcept.49. n.9.
Cardinales in ſuis titulis habent juriſdictionem Epiſcopalem, diſcept 51. n.22. & ſeqq.
Diminutio juriſdictionis Cardinalium in Eccleſiis titularibus non tollit jus earundem Eccleſiarum quoad ſepulturam ſuorum Cardinalium, ibidem numero 30.
Pro vindicanda juriſdictione Capituli generalis duo vel tres actus ſufficiunt, n.7. V.
Immo ſufficit unicus actus, & aliquando fuiſſe ſervatum, ib.
Obſervantia pro juriſdictione Capituli generalis non eſt neceſſe quod adſit quoad talem determinatam numero domum, ſed ſufficit demonſtrare uſum fuiſſe hac juriſdictione in domos Ordinis, ut in omnes univerſaliter illam valeat exercere, n 9. V.
Juriſdictio Capitulorum generalium major eſt illa Præpoſitorum domorum, & Monaſteriorum, numero 18. V.
Et eſt ſupra omnes alios Superiores, ib.
Capitulum generale repræſentant univerſum Ordinem, & complectitur omnes particulares juriſdictiones quibuſcunque perſonis aut Cœnobiis extra Capituli tempus competentes, n.18 V.
Solum generale Capitulum habet ſupremam juriſdictionem, & ipſi ſoli reſervata eſt poteſtas meri, & mixti Imperii, n.22. V.
Et talis poteſtas apud ipſum reſidet per modum unius, ibidem.
Princeps aut alius habens parem poteſtatem concedens alicui juriſdictionem non cenſetur abdicative illam transferre, ſed tantum cumulative concedere, ibidem,
Inter habentes Juriſdictionem cumulative non privative eſt locus præventioni, n 23. V.
Juriſdictio ordinaria prævalere debet in concurſu cum delegata, illamque ad ſe trahere, ib.
Juriſdictio ordinaria naturalis eſt & favorabilis, ibidem.
Juriſdictio delegata eſt accidentalis, & odioſa, & debilior juriſdictione, ib.
Capitulum generale habet juriſdictionem ordinariam, & univerſalem in totam Religionem, ib.
Hodie fere omnes Ordines Regulares ſunt exempti a juriſdictione Ordinarii, & recepti ſub protectione Sedis Apoſtolicæ, n.24. V.
Juriſdictio Generalis, & aliorum Prælatorum inferiorum in Religionibus procedit a Capitulo generali illam habente immediate ab Eccleſia, & a Summo Pontifice, num.22. V.
Capitulum generale Carthuſianorum congregari cœpit Ordinem moderando abſque Epiſcoporum interventu, & nulla ab eis exercita juriſdictione, numero 25. V.
Vide etiam *Capitulum Carthuſiani*.

Jus.

Jus idem ſtatuendum, ubi eadem eſt ratio, diſcept. 2. n.75. in fine.
Vigilantibus & non dormientibus jura ſubveniunt, diſcept 21 n 19.
Per donationem omne jus tranſlatum eſt in donatarium, diſcept 4. n.65.
Natura ceſſionis operatur poſitionem ceſſionarii in locum cedentis, itaut nihil juris apud cedentem remaneat, ib. num.94.
In diſpoſitionibus reſtrictivis libertatis de jure communi competentis non fit extenſio ex identitate rationis, diſcept 6. n.6.
Amplia, ut neque fiat extenſio ex majoritate rationis, ibidem,
Papa jura ignorare non præſumitur, diſcept.23. numero 13.
Juris ignorantia non præſumitur, nec poteſt allegari, diſcept.24. n 74.
Jus publicum privatorum pactis immutari non valet, diſcept. 25. n.11. in fine.
Amiſſio juris quæſiti in incorporalibus non datur abſque ſcientia, & patientia, diſcept.9. n.29.
Jura quæ durant habitu, reducuntur ad actum ipſo jure, diſcept.8. n 24.
Jus malum alicujus conſtare dicitur, ſi habeat contra ſe deciſionem Rotalem, diſcept.13. n.10
Jura incorporalia non veniunt nomine bonorum, diſcept. 4. num 83.
Nomine bonorum juxta verum, & proprium ſignificatum non veniunt jura honorifica, ib. n.86.
Jus commune ubi reſiſtit præſcriptio non extenditur de caſu ad caſum, etiam ejuſdem ſpeciei, diſcept.16. num. 4.
Amplia, etiam nullo alio poſſidente, ib.
De jure communi juriſdictio ſpectat ad Epiſcopum, & Capitulum, ib.
Utrum Conſtitutio Concilii de adjunctis per Epiſcopum adhibendis cum voto deciſivo in correctionibus extra viſitationem, ſit conformis necne diſpoſitioni juris communis, ib. n.2. & ſeqq.
Impugnatur Scravia tenens quod ſit conformis, ib. n.12. & plur. ſeqq.
Conſuetudo, ut decem annorum ſpatio præſcribatur, debet eſſe rationi, & juri conformis, ibidem numero 15.
Contrarium, ib.
Non eſt neceſſaria conſuetudo, ubi aliquid eſt juri conforme, ib. n.16. & 18.
Quando jus eſt conforme conſuetudini diſponendo id quod conſuetudo recepit, non eſt conſuetudo ſed obſervantia legis, ib. n.18.
Conſuetudo juri conformis poteſt intelligi de re, quam lex non prohibet, licet non ita diſponat, ib.
Ubi jus nec reſiſtit, ſufficit ſimplex quadragenaria, immo etiam decennalis, ib. n.17 & 18.
Et tunc dicitur conſuetudo interpretativa, ibid. numero 18.
Conſuetudo requiritur præſcripta & immemorabilis quando eſt contra jus, ib. n.16.
Vel quadragenaria cum titulo, ib. n. 18.
Declara procedere ubi adeſt reſiſtentia legis expreſſa, quia nempe lex alterius progreditur reſiſtendo alterius poſſeſſioni; ſecus ubi aſſiſtentia juris eſt ſimpliciter in contrarium diſponendo id contra quod
ſuit

Digitized by Google

fuit inducta, tunc enim ſufficit quadragenaria, ibidem.
Epiſcopus habet intentionem in Jure fundatam, ut ad eum ſpectet condere, & reformare ſtatuta, ib num. 3d. & 62.
Doctores tenentes Epiſcopum ſtatuta non poſſe in arduis abſque conſenſu Capituli etiam extra caſus a jure expreſſos reprehenduntur, ibidem numero d3. & ſeqq.
Jus ſtatuendi quod Epiſcopi habent a jure communi, & Conciliis Univerſalibus non eſt ſimplicis Juriſdictioni, ſed meri Imperii, & juris Monarchici, ib. n.5d. & ſeqq.
Et non eſt ſcindibile nec communicabile cum Capitulo, ib. n.56.
Contrarium, n dt.
Jus Monarchicum indiſſolubile, n.59.
Quales ſint caſus juris expreſſi, in quibus Ordinarius indiget conſenſu Capituli, ibidem num. 78. & ſequentibus.
Requiritur conſenſus Capituli, quando ageretur de auferendo jure unius Eccleſiæ, & alteri tradendo, ib. numer. 79.
Caſus in jure expreſſi dicuntur, qui ſunt inſerti in corpore Juris communis Canonici, ib. n. 83.
Illud quod provenit ex diſpoſitione Concilii, non dicitur caſus in jure expreſſus, ib.
Concilium Tridentinum non eſt receptum in toto orbe Catholico, nec venit appellatione juris communis, ibidem.
Obſervantia ultra centenariam ſufficit Prælato inferiori ad præſcribendum adverſus jura Epiſcopi, diſcept. 20, num. 8.
Obſervantia declarat quid in conceſſione fuerit comprehenſum, etiamſi intellectus contrarius de jure eſſet verior, quando fuit longa, ibid.
Clauſula *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*.
Vide *Clauſula*.
Actus particularis trahi non poteſt in conſequentiam univerſalem, maxime in materia ſtricta renunciationis, & remiſſionis proprii juris, diſcept. 4. numero 75.
Proviſo ab Ordinario de beneficio, & poſſeſſori ſufficit vincere per non jus actoris, ib n.92.
Superior qui jure devoluto providet, non tenetur ponere edictum, nec facere concurſum, ibidem numero 121.
Vide *Devolutio*, *Electio*, *Concurſus*.
Jus quæſitum oppoſitoribus ab examine.
Vide *Examen*.
Stylus nequit tollere jus quæſitum ex lege, niſi legitime probetur præſcriptus, diſcept 5 n 33.
Modernus ſtylus parvæ datæ non poteſt abrogare Conſtitutiones Pontificias, & diſpoſitionem juris communis, ibid
Extenſio conſenſus etiam poſt mortem Reſignantis de jure communi fieri poteſt, ib. n.27.
Merum privilegium dicitur omne id, quod aliquo modo lædit jus Partis, diſcept 22 n.9
Ad ſuſtinendam tranſactionem ſufficit dubietas juris, ib. num 14
Vide *Tranſactio*.
In electione impropria ſervatur ſolum jus naturale ſine ulla forma juris poſitivi, diſcept, 24. num. 5. & 1d.
Confirmatio per Epiſcopum præmiſſa facta jure ordinario, non autem ſpeciali, & extraordinario, niſi contrarium oſtendatur, ib. n.42.
Vide etiam *Electio*.
Jura loquentia de Collegiatis habent locum etiam in Collegiatis habitu tantum, & non actu, diſcept. 8. num. 4.
Contrarium, ibid n d.
Ad extinguendum Collegium in actu attenditur factum de facto, ſed in habitu attenditur factum de jure, ib. num.19
Deſtructio Collegii per deſuetudinem ſeu rerum naturam æquiparatur deſtructioni factæ de jure, ibidem.
Jura Collegii remanent etiam in uno, & apud ipſum ſtat nomen totius Univerſitatis, ibid.
Paria ſunt in jure non eſſe, & non apparere, ibidem num. 3.
In Regula 2. Cancellariæ Papæ non intendit lædere jus tertii, diſcept.12 n.45.
Fratres Minores ex Regula S Franciſci ſunt incapaces cujuſcunque juris, & proprietatis, tam in communi, quam in proprio, diſcept.2. n 37.
Vide *Fratres*.
Obligatio largior ſeu fidelitatis eſt, cum quis in ſe ipſo tenetur ad aliquid præſtandum, licet is cui obſtringitur nullum jus habeat, ut illum in judicio conveniat, ibid n 78.
Vovens dare Xenodochio tenetur in conſcientia etiam

ante acceptationem, licet Xenodochium nullum jus habeat, ibid.
Jus feudi non concernit hæreditatem diſtributive, ſed ſolum reſpicit hæredis qualitatem denominative, diſcept.4. n.10.
Quod jus denominationis eſt incorporeum, & non requiritur actu, ſed ſufficit habitu, ibid.
Actus particularis trahi non poteſt in conſequentiam univerſalem maxime in materia ſtricta renunciationis, & remiſſionis proprii juris, ibid. n.75.
Jus, & facultas exigendi penſionem ſi cedatur etiam cum clauſulis generalibus *omnia jura &c. ad habendum &c.* dicitur ceſſio commoditatis non tituli, diſcept.12. numer. 23.
Aliud eſt requirere mentionem, & derogationem ſpecialem Concilii, aliud non præſumi ſublatum jus debitum ex Concilio, niſi de eo facta ſit mentio ſpecialis in diſpoſitione, diſcept.43. n.19.
Non eſt tempus exactionis, quod dat jus, ſed tempus, quo actiones ſunt redactæ, diſcept. 51. numero 5.
Donatario jus acquiritur ſtatim poſt factam donationem, non autem poſt eam exactam ſeu effectuatam, ibidem num. 7.
Decretum Judicis per modum proviſionis licet non faciat ſtatum, tamen ſi cauſa non proſequatur vel per concordiam terminetur ex acquieſcientia partis ſuccumbentis ſatis reſultat illius non jus, ibidem numero 25.
Diſpoſitio Concilii Tridentini *ſeſſ 24. cap.1. de Matrim.* uti correctoria Juris communis antiqui eſt reſtringenda ad id, quod expreſſe corrigit, diſcept. 52. numero 86.
Nemo præſumitur juri ſuo imprudenter renunciare, diſcept. 53. n.25.
Rota Juris articulos ſemper evitare ſolet, ubi cauſam decidere poteſt ex facto, ib n.32.
Obſervantia interpretativa non dicitur inducere novum jus ſcriptum contra jus ſcriptum, ibidem numero 7. V.
Sed declarat ipſam legem ſeu ſtatutum, quod remanet in ſua vi, & uti lex ſic interpretata diſponit propria virtute, non autem alterius juris, ibid.
Ex praxi ultra centenariam oritur jus tribuens meliorem titulo de Mundo, n.8 V.
Centenaria ſufficit ut placitum Apoſtolicum, Conſtitutiones derogatoriis, vel aliud quod licet neceſſarium, & opportunum jus, ſive titulum adeſſe dicendum ſit, ibidem.
Centenaria non ſe ſiſtit in ſolis terminis præſcriptionis, ſed facit præſumere privilegium, vel aliud quodcunque jus, quod fortius adeſſe poſſit, ibid.
Etiam in terminis præſcriptionis centenaria æquiparatur immemorabili, & facit præſumi adeſſe quidquid fuerit neceſſarium pro validitate actus, ibidem num. 8 V.
Et hæc dicitur præſumptio juris, & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium, ibid.
Conſuetudine abrogari poteſt tam jus commune, quam ſtatutarium, n.18. V.
Præſertim ſi jus quod alicui tribuitur, non ſit prohibens, ſed concedens, ibid.
Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam id quo ipſe potitur, n.20. V.
Quaſi poſſeſſio reſultat ex aſſiſtentia juris, diſcept. 35. num. 2.
Conſuetudo valet derogare Juri circa electionem Prælatorum Regularium, n 25. V.
Per jus accreſcendi vel non decreſcendi vox lineæ deficientis devolvitur, ſeu conſolidatur in alia linea, ubi extant vocati, quando Juſpatronatus fuit reſervatum etiam pro diverſis familiis, & lineis, ſubſtitutis tamen ad invicem per reciprocam linearum, vel conjunctim mediante aliqua reali, vel perſonali conjunctione, diſcept 38. n 3.
Jus Cathedratici dicitur inſigne & privilegiatiſſimum requirens mentionem ſpecialem, diſcept. 35. numero 11.
Non modica pars redituum Epiſcopalium conſiſtit in jure Cathedratici, ibid.
Cathedraticum eſt jus Epiſcopale ſcriptum in corpore juris, ibid.n.3.
Et competit ex lege Diœceſana in ſignum ſubjectionis ibid n 3 & 5.
Verba privilegii Cameralia trahi non poſſunt, ut eximant Camerales a Cathedratico, aut aliis juribus Epiſcopalibus in corpore Sacrorum Canonum ſcriptis ibid. n 3.
Cathedraticum eſt jus Epiſcopale, quod datur pro honore Cathedræ in ſignum ſubjectionis, ibidem numero 1.
Jus Epiſcopale tenetur ſolvere Beneficiatus Epiſcopo, in cujus Diœceſi exiſtit Eccleſia quam poſſidet, ibidem.

Et Epiſcopus pro illo ea gendo habet intentionem fundatam in aſſiſtentia juris, ibid n 2.

Jura Epiſcopalia non ſunt impoſitiones, ſed ſacrorum Canonum leges perpetuæ, & juris communis diſpoſitiones, ibid. n 3.

Non præſumitur in aliqua diſpoſitione ſublatum fuiſſe Epiſcopo jus Diœceſanum, propter monſtruoſitatem quod Eccleſia ſita in Diœceſi remaneat ſine ſubjectione, ibid. n.7.

Vide etiam *Cathedraticum*.

Jus nominandi cenſetur excluſum ex Decreto Reſervationis apponi ſolito in literis proviſionis de Beneficio incompatibili, diſceptat. 27. numero 12. & 37. & ſeqq.

Declara procedere in jure eligendi competente alteri Collatori; ſecus in ſimplici jure nominandi, quod non tollit collationem faciendam per Papam, ibidem numer. 12.

Contrarium, ib. n.37. & ſeq. & n 42.

Jus nominandi non eſt collatio, ſed quædam pertinentia patronalis compatibilis cum collationibus, & reſervationibus, Papæ, ibidem numero 11 & 26.

Jus eligendi eſt idem ac collatio, & dicitur incompatibile cum reſervatione, & proviſione Apoſtolica, ibid. num. 12.

Verbum *diſponere* in reſervationibus appoſitum non excludit jus nominandi, ib. n.27.

Contrarium, ibid. n.49.

Reſervatio etiam ſpecialis non obſtat juri nominandi Rectori competenti ex Bulla Piana in Vicariis erectis poſt Concilium; & quid de erectis ante Concilium, ibid. num 28.

Contrarium, ibidem numero 37. & ſeq. numero 49. & ſeqq. ubi procederet tantum in reſervationibus generalibus.

Vide *Rector*, *Vicarius*.

Decretum reſervationis appoſitum in proviſione ſecundi Beneficii incompatibilis tollit omnem aliam diſpoſitionem, & jus ſive providendi, ſive nominandi, etiam Cardinalium, ib. n 37. & 42.

Et tollit quodcunque jus cujuſvis alterius Collatoris, ib. num. 45.

Sola expreſſio Vicariæ ſufficit ut Papa cenſeatur cogitaſſe de exiſtentia juris Parochialis penes alium, cui libera proviſio præjudicet ad evitandam ſubreptionem gratiæ, ibid. n.40 & 48.

Conſenſus alterius Collatoris ſuperveniens poſt liberam proviſionem Apoſtolicam non habet vim nominationis, ſed potius redolet agnitionem proprii non juris, ibid num 43.

Jus ſepulturæ eſt quid diſtinctum a quarta funerali, & in quo differat, diſcept. 50. n. 32.

Jus ſepulturæ prius fuit eleemoſyna voluntaria, quæ poſtea tranſivit in neceſſitatem, ibid

Et poteſt taxari per conſuetudinem in majori vel minori quantitate, ibid. n.32 & 34.

Quarta Parocho debita jure ſepulturæ ex conſuetudine augeri poteſt in tertia, & in medietate, ibid. n.31 33. & ſeqq.

Et ad hoc ſufficit conſuetudo præſcripta ſpatio 40. annorum, ibid. n.31. 34. & ſeqq.

Jus ſepulturæ emanat ab adminiſtratione Sacramentorum, & ſolutione quartæ, diſceptat. 51. numero 32.

Declara non procedere in habentibus aut eligentibus propriam ſepulturam, nec in eis, qui ex aliquo ſpeciali titulo dicuntur habere propriam Eccleſiam, ibidem.

Vide *Sepultura*.

Congregationi Caſſinenſi tributum fuit jus deſtituendi Abbates locales in eorum Capitulis, & dietis generalibus, n 4. V.

Juſpatronatus in Genere.

Relictum Fratribus inſtitui Capellæ de Jurepatronatus exiſtentis in eorum Eccleſia dicitur cauſative relictum, & ſi ab ea recedant non ipſis debetur, ſed aliis in dicta Eccleſia ſubrogatis, diſcept. 2. numero 32.

Juſpatronatus eſt quædam cauſa univerſalis quorundam fructuum, & jurium, quorum unum eſt jus præſentandi, diſcept. 4. n.66.

Favor Eccleſiæ eſt pauciores habere Patronos, & ex eorum pluralitatem dicitur magis gravata Eccleſia, ib. num. 70.

Obſervantia multum juvat ad dignoſcendum, an cumulative vel privative Juſpatronatus reſervatum fuerit extraneo, ibid. n.71. & 72.

Fundator ſi expreſſe ſibi Juſpatronatus non reſervavit, & paſſus eſt prima vice beneficium libere conferri, cenſetur declaraſſe beneficium fuiſſe liberum, ſecundum Lambertin. ibid. n.72.

Reprobatur in hoc Lambertin. ibidem num. 73. & plur. ſeqq.

Procedit ſententia Lambertini in Eccleſia Collegiata vel Conventuali; ſecus in ſimplici, ibid

In Eccleſia non Collegiata neque Conventuali Regis miniſterio intelligitur reſervatum jus præſentandi, ibidem.

Fundator Beneficii vel Eccleſiæ ſi extraneum nominat in Patronum, intelligitur cumulative cum ſe ipſo & propriis hæredibus, non privative, ibidem numero 67.

Prima charitas incipit a ſe ipſo, ibid.

Si fundator in erectione beneficii reſervet Juſpatronatus favore extranei, iſte ſolus erit Patronus, & non hæredes Teſtatoris, ibid. n.68.

Declara procedere poſt obitum fundatoris, quia ipſe dum vivit non intelligitur excluſus, ibid

Conſilium Caldeſin. 4. declaratur procedere, quando fundator non ſolum extraneo, ſed etiam ſibi Juſpatronatus reſervavit, ibid n.66 & ſeqq.

Ex ſimplici tolerantia fundatoris quod Eccleſia pro prima vice libere ab Ordinario provideatur non inducitur renunciatio Juriſpatronatus expreſſa nec tacita, ib. num. 75.

Sed ſolum inducitur remiſſio pro illa vice, ibidem.

Et non cenſetur remiſſum, niſi expreſſe renunciet, vel per actum tacitum neceſſario concludentem, ibidem num. 74.

Beneficium Juriſpatronatus libere ab Ordinario conferri non implicat, quia intelligitur ſi Patrono placuerit, ibid. n.75.

Et ſuſtinetur Patrono volente, ibid.

Et ſi intra quadrimeſtre non præſentet neque reclamet, cenſetur approbare collationem factam de libero, ibidem.

Declara pro illa vice non in perpetuum, ibid.

Obſervantia & declaratio voluntatis deducta ex tolerantia fundatoris, quod beneficium libere conferatur, procedit in dubio, & ubi verba fundationis eſſent ambigua, ibid. n.76.

Obſervantia legitima præſcripta requiritur ad arguendam remiſſionem Juris præſentandi jam quæſiti, ibid. n.76 & 77.

Jus præſentandi a fundatione quæſitum non cenſetur remiſſum, niſi conſtet expreſſe de clara voluntate renunciandi, ibid. n 78.

Sufficit renunciatio etiam tacita, ſed debet æquipollere expreſſæ, ac deſumi ex conjecturis, quæ eam inferant per neceſſe, ibid.

Simplex remiſſio Juris præſentandi non inducit renunciationem univerſi Juriſpatronatus, ibid n 79.

Juſpatronatus ultra jus præſentandi continet plura alia jura honorifica, nempe proceſſionis, alimentorum, & aliorum, ibid.

Fundans Collegiatam ſeu Conventualem Eccleſiam abſque reſervatione juris præſentandi cenſetur illud remiſiſſe non tamen alia jura honorifica, ibidem.

Collatio beneficii de Jurepatronatus libere facta per Epiſcopum jure ordinario, & originario valet, ibid. num 91.

Et Patrono non reclamante intra tempus datum ad præſentandum ſuſtinetur, ibid.

Fortius ſi poſtea Patronus conſentiat, ibid.

Collatio libere facta de benef. in Juriſpatronatus jure etiam ordinario cenſetur ſub tacita conditione, ſi Patrono placuerit, ibid n 90.

Et tunc conſenſus etiam ſuperveniens validat actum collationis, ibid.

Juſpatronatus tranſit cum univerſitate bonorum, ibidem num 82.

Etiamſi de eo nulla ſit facta ſpecialis mentio, ibidem num 93.

Juſpatronatus tranſit cum univerſitate bonorum, ſi diſpoſitio loquitur univerſaliter de bonis, & juribus; ſecus ſi ſit reſtricta ſimpliciter ad bona, ibidem numero 83.

Juſpatronatus venit etiam appellatione bonorum ubi concurrit plenitudo, ſeu totalitas, ibidem numero 95.

A fideicommiſſis & primogenituris ad Juſpatronatus valet argumentum, diſcept 14. n.21.

Obſervantia recte declarat nedum qualitatem Juriſpatronatus, ſed etiam quæ perſonæ in eo comprehendantur, ibid. n 23.

Inſtrumentum fundationis Juriſpatronatus canonizatum ex decreto Ordinarii eſt ſervandum, diſceptat. 29. numero 2.

Correctio, & mutatio voluntatis non præſumitur in fundatore, niſi in eo quod literaliter expreſſit, ib. n 3. & 7.

Potius præſumitur perſeverantia in eodem propoſito, quam mutatio voluntatis, ibid. n.6.

Hæra

Hæres, ſeu executor poteſt declarare verbum æquivocum fundatoris, ibid. n. 16.
Et poteſt declarare quod vocatio illorum de parentela intelligatur ſtricte de ſolis agnatis, ibidem num. 16.
Declaratio fundationis Juriſpatronatus, licet facta ex intervallo, debet attendi, diſcept. 25. n. 43.
Juſpatronatus reſervatum extraneis, etiam ſine taxativa, cenſetur reſervatum privative ad hæredes Fundatoris, diſcept. 39. n. 4.
Erecta Eccleſia patronata in Collegiatam, Patronatus amittit jus præſentandi quoad primam dignitatem, firmo tamen remanente dicto jure quoad reliqua Beneficia de Collegio, diſcept. 25. n. 36.
Juſpatronatus non eſt in bonis ultimi poſſeſſoris, ſed quid perſonale ab illis diſtinctum, diſcept. 4. n. 7.
Materia Juriſpatronatus eſt indifferens, diſceptat. 26. num. 1.
Regulæ fideicommiſſi applicantur ad Juſpatronatus, ibid. num. 3.
Obſervantia centenaria ſtat loco inſtrumenti fundationis Juriſpatronatus, ibid. n. 6.
In Jurepatronatu idem operatur titulus fundationis verus ac præſumptus, ibid. n. 8.
Textus *in cap. conſultationibus de jurepatr.* exponitur, diſcept. 28. n. 1.
Qualis eſt obſervantia, talis præſumitur fundatio Juriſpatronatus, ibid. n. 6.
Probatio Juriſpatronatus deducta ex obſervantia centenaria æquivalet probationi per publicum inſtrumentum fundationis, ibid.
Declara, dummodo obſervantia deducatur ex præſentationibus, & inſtitutionibus per publicum documentum pacificis, & effectuatis; ſecus ſi ex teſtibus, enunciativis adminiculis & ſimilibus, ibid.
Nomen Patroni verificatur, & prædicatur de quocunque poſſidente, & habente Juſpatronatus, licet extraneo, & non de genere fundatoris, diſceptat. 38. num. 4.
Singularis & nominatim facta enumeratio, & deſtinatio in uno, & eodem verborum contextu inter patronos operatur aſſignationem unicuique propriam, & ſingularem vocem, ibid. n. 9.
Stante obſervantia præſentandi non Sacerdotem, qualitas Sacerdotalis enunciata in fundatione cenſetur ſtare tantum demonſtrative, ibid. n. 15.
Jus alimentorum eſt unus ex fructibus Juriſpatronatus, diſcept. 39. n. 2.
Et eſt annexum Patronatui, ibid.
Jus alimentorum Patrono debitorum non tranſit in extraneum, ad quem devenit Juſpatronatus, cum non ſit de ſanguine fundatoris, ibid. n. 2.
Contrarium, ibid. n. 2.
Confutatur *Riccius* dicens, Patrono conſanguineo Fundatoris pauperi alimenta deberi etiam poſt tranſlatum Juſpatronatus in extraneum divitem, ibid.
Juſpatronatus relictum illis de parentela comprehendit etiam illegitimos, diſcept. 41. n. 3.
Qualitas legitimi requiſita per teſtatorem in inſtitutione hæredis non cenſetur repetita in ſubſtitutione Capellaniæ cum Jurepatronatus reſervato favore deſcendentium per verba conſanguineos, ſeu parentes, ibidem.
Verba fundatoris imperiti, & ignari ſubtilitatum juris potius cenſentur prolata in ſenſu naturali, quam civili, etiam ea civilia dici poſſint, ibid.
Juſpatronatus Regium non ſubjectum formæ Concilii ſtatutæ in Potentibus ſi tranſeat ad Potentem, retinet idem privilegium, quia attenditur origo, ibid. num. 4.
Idem ſi de privato tranſeat in Potentem, ibid.
Hæredes eorum, qui conſenſerunt unioni Juriſpatronatus, non poſſunt eam diſſolvere, diſceptat. 53. num. 13.
In conjecturis circa qualitatem Juriſpatronatus, quæ non proſunt, ſingula juncta juvant, ibidem numer. 25.
Declara, ſi concurrit aliqua ex conjecturis certa, & alias; ſecus ſi quælibet in ſuo genere eſt imperfecta, ibid.
Suppoſita exiſtentia Juriſpatronatus, qualitas illius adſtruitur levioribus probationibus, cum non tangat ſubſtantiam Beneficii, ſed illius pertinentiam, ibidem numer. 31.
In materia Juriſpatronatus, præcipue ſpectanda eſt obſervantia, ibid. n. 21.
Ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio præſentandi unice attenditur in materia Juriſpatronatus, ibidem numer. 42.
Et adverſus ultimum non admittuntur præſumptiva argumenta, ſed requiruntur certæ probationes reſultantes ex partis confeſſione, re judicata, aut publico inſtrumento, ibid.
Ultimus ſtatus pro qualitate Juriſpatronatus non deſumitur ex actibus æquivocis, & ad diverſam cauſam trahibilibus, ibid. n. 33.
Geſta per præſentatum vel illius procuratorem circa qualitatem Juriſpatronatus non præjudicant Patronis, qui præſentarunt in cauſa non exiſtentibus, ibidem num. 34.
In dubio ubi fundationis Inſtrumentum non reperitur præſumitur fundatorem potius uſum fuiſſe verbis naturalibus, quam verbis civilibus, ibid n. 35.
In enunciativis longe poſt fundationem factis non poteſt conſtitui fundamentum ad dicendum, quod fundator uſus ſit verbis civilibus, ibid. n. 36.
Juſpatronatus facilius tranſit ad naturales familiæ, quam ad penitus extraneos, ibid. n. 41.
Jus eligendi Prælatos Conventuales non poteſt cadere in laicos etiam titulo patronatus, n. 24 V.
Amplia quamvis alias ageretur de patronatibus Regiis, ibid.
Juſpatronatus deſumptum ex obſervantia, quam præcedit titulus nullus, licet ſit independens a titulo, tamen reſtringitur ad perſonas in titulo comprehenſas, diſcept. 26. n. 15.
Vide *Obſervantia*.

Juſpatronatus acquiſitum de Jure vel ex Privilegio.

Juſpatronatus de Jure ex tribus tantum cauſis valide acquiri poteſt, ſcilicet fundationis, conſtructionis, & dotationis, diſcept. 22. n. 16.
Et acquiſitio ex quovis alio titulo eſt mere gratioſa & ex privilegio, ibid. n. 17.
Concilium Tridentinum annullavit omnes acquiſitiones Juriſpatronatus præterquam ex cauſis fundationis, conſtructionis, & dotationis, ibid.
Sub iſtis tamen comprehenduntur per æquiparationem cauſa augmenti dotis, & reædificationis, & ſimilium, ibid. n. 19. & 22.
Ex ſimplici reparatione de jure non requiritur Juſpatronatus, ibid. n. 7.
In Jurepatronatu quidquid Princeps concedit contra jus ſemper dicitur ex gratia, ſeu privilegio, ibid. n. 15.
Privilegium Juriſpatronatus conceſſum ex mera gratia cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, ibid. n. 4.
Et conferri poteſt ab Ordinario habente Indultum conferendi beneficia reſervata, ibid.
Si ſit conceſſum cum derogatione concordiæ ex cauſa reparationis, debet reparatio concludenter probari, ibid. num. 6.
Et non ſufficit hoc caſo aſſertio Pontificis concedentis in motu proprio, ibid.
Et reparatio hoc caſu intelligenda eſt de totali reædificatione, non de ſimplici reparatione, ibid. n. 7.
Declarationes, & aſſertiones Pontificis in privilegiis ſi non ſunt veræ, reputantur dictæ per fictionem, & ex privilegio, ibid. n. 26.
Amplia, etiamſi aſſerat Juſpatronatus alicui non petere ex fundatione, conſtructione, vel dotatione vere, & realiter, & per fictionem, quia adhuc dicitur ex gratia, & privilegio Juſpatronatus, & aſſertio reſolvitur in fictionem, ibid. n. 26.
In conceſſionibus Pontificis quanto magis concurrunt clauſulæ, & declarationes effrænatæ, tanto plus ſonare dicuntur in merum privilegium, ibid. n. 28.
Clauſula, quod Juſpatronatus derogari non poſſit etiam per vacationem beneficiorum apud Sedem ſonat in privilegium, ibid.
Item clauſula quod Juſpatronatus cenſeatur, ac illud Regium, ibid.
Item clauſula, derogatoria indultis Epiſcoporum pro tempore Cardinalium etiamſi beneficia vacaverint in menſe reſervato, ibid.
Regula 8. hodie 9. Cancellariæ ſine neceſſitate aperitionis oris derogat de per ſe Privilegiis in contrarium, non obſtantibus derogatoriis derogatoriorum, ibidem num. 29.
Et tollit clauſulam *ſublata*, ibid.
Epiſcopi circa reſervationem Juriſpatronatus ex juſtitia habent eandem poteſtatem, ac Papa, excepto jure præſentandi in Conventualem principalem Prælaturam, ibid. num. 25.
Concilium præſervans Juſpatronatus ex titulo oneroſo intelligitur ſtricto modo non largo, & de quo modo explicetur, ibid. n. 20.
In materia indifferenti decimarum exemptionis, conceſſionis in feudum, & ſimilibus, titulus oneroſus dicitur etiam qui provenit ex aliquo facto & meritis conceſſioni æquivalentibus, ibid. n. 18.
Secus in materia Juriſpatronatus, ibid. n. 19.
Titulus meritorum, & effuſionis ſanguinis in bello contra hoſtes fidei non reputatur oneroſus ad acquiſitionem Juriſpatronatus, ibid. n. 17. & ſeqq.
Cauſa oneroſa in materia Juriſpatronatus debet reſpicere utilitatem ſolius Eccleſiæ, & beneficii in ſervitutem redacti, ibid. n. 25.

In

In aliis autem materiis ſufficit, quod reſpiciat utilitatem Principis concedentis, ibid.

Per liberationem loci beneficii ab hoſtibus non acquiritur Juſpatronatus ex juſtitia, ibid. n. 23.

Invaſio hoſtium eſt obſtaculum temporale, non extinctivum tituli beneficii, ibid.

Quibus pactis Juſpatronatus Eccleſiarum ab hoſtibus liberatarum conceſſum fuerit Regibus Hiſpaniarum, & Reipublicæ Venetæ, ibid. n. 23.

Non eſt idem recuperare Regna, & dotare beneficia quoad effectum acquirendi Juſpatronatus, ibidem numero 25.

Patronus dicitur quaſi pater, eo quia fundando & ædificando Eccleſiam deducit de non eſſe, & dotando ad bene eſſe, ibid. n. 22.

Beneficii dotati ex decimis Juſpatronatus acquiritur ei, ad quem decimæ pertinebant, ibid. n. 24.

Aliud eſt eſſe dotator, & fundator beneficii, aliud auctor, ſeu cauſa dotationis, & fundationis, ibidem num. 23.

Juſpatronatus ex augmento, ut non cadat ſub reſervationibus Apoſtolicis, debet augmentum eſſe majus ipſa dote, vel ſaltem æquale, ibid. n. 30.

Ad quem pertineat probare, quod præponderet augmentum necne, an præſentato per Patronum, vel proviſo Apoſtolico, ibid. n. 30 & ſeqq.

Longæva quaſi poſſeſſio præſentandi in menſibus ordinariis non relevat ab onere probandi oneroſitatem, ſeu præponderantiam augmenti, ibid. n. 32.

Longæva quaſi poſſeſſio præſentandi in menſibus reſervatis relevat præſentatum ab onere juſtificandi æquivalentiam, ſeu præponderantiam cauſæ oneroſæ, illudque refundit in proviſum Apoſtolicum probandi contrarium, ibid. n. 33.

Non tamen ſufficit unicus actus, ſed requiritur longæva poſſeſſio, ibid.

Fundatio, & dotatio non ſufficiunt ad acquirendum jus præſentandi principalem Prælaturam in Eccleſia Collegiata, vel Conventuali, niſi in limine fundationis reſervetur ex privilegio Apoſtolico, ibid. n. 43.

Et ſi Papa ex intervallo illud concedat, erit conceſſio gratioſa, ibid.

Et cadet ſub revocatione Concilii Tridentini, ibid.

Nec non ſub reſervatione Apoſtolica, ibid.

An barani conſ. 80. quod Juſpatronatus gratioſum in ultimo fiat hæreditarium, non procedit in Juſpatronatus conceſſo ex privilegio, diſcept. 35. n. 9.

Nec procedit in conceſſo ex privilegio habente admixtam juſtitiam, ſeu cauſam oneroſam augmenti dotis, ſi non præponderat antiquæ doti, vel ſaltem ſit illi coæquale, ibid. n. 10.

Privilegium Juſpatronatus dicitur potius ex juſtitia, quam ex gratia, quando eſt ex augmento præponderante, vel æquali antiquæ doti, ibid. in numer. 10. & ſeqq.

Et intrat hoc caſo conſilium *Ancharani* pro tranſmiſſione ad hæredes extraneos, ibid. n. 11. & ſeq.

Nec ſubjacet reſervationi Regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, ibid. n. 14.

Fundans ſeu dotans Eccleſiam Collegiatam, ſeu Conventualem obtinet privilegium Apoſtolicum in limine fundationis pro reſervatione Juſpatronatus, ibidem num. 13.

Non tamen dicitur Juſpatronatus ex privilegio, ſed ex fundatione vel dotatione, & eſt tranſitorium ad extraneos, ibid.

Augmentum medietatis dotis ad excludendum regulam reſervatoriam in Juſpatronatus qualiter computetur, ibid. n. 14.

Debet æquare tertiam antiquam dotem, ibid.

De jure non dicitur ex vera fundatione, & dotatione Juſpatronatus ex augmento, quando hoc non ſuperat antiquam dotem, vel ſaltem non eſt illi coæquale, ibid. n. 14.

Privilegium Juſpatronatus, ut cenſeatur de juſtitia, debet augmentum vel ſuperare antiquam dotem, vel eſſe illi coæquale, ibid. n. 15.

Si Eccleſia parum habeat, & non ſit commode dotata, augmentum dicitur juſta cauſa acquirendi Juſpatronatus, ibid.

Et tunc concedi poteſt Juſpatronatus etiam per Ordinarium, ibid.

Contrarium, & quod requiratur privilegium Apoſtolicum, ibid.

Paria ſunt Eccleſiam eſſe penitus indotatam, & ſufficienter dotatam, ibid.

Augmentum ſi plus importet, quam antiquus reditus Eccleſiæ, ita ut iſte reſpectu augmenti reputetur nullius conſiderationis, Juſpatronatus licet ex privilegio, competere dicitur ex juſtitia, & intrat conſilium *Ancharani*, ibid. n. 16.

Augmentum ſi tantum coæquat antiquum reditum, an intret conſilium *Ancharani* affirmative ſecundum Auctorem, ibid. n. 17.

Excludit procul dubio regulas reſervatorias, ibidem.

Augmentum eſſe majus antiquo reditu beneficii, ſeu Eccleſiæ, quomodo probetur, ibidem, numer. 18.

Onus probandi quantitatem augmenti incumbit proviſo Apoſtolico ut de reſervato, ſi Patronus ſit in longæva quaſi poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis, alias ſecus, ibid. n. 19.

Augmentum præponderare non probatur, ſi illud exprimatur in ſcutis 60. & antiqui reditus in ſcutis 40. per non exceſſum, ibid. n. 21.

Augmentum æquare non probatur, ſi exprimatur in ſcutis 50. & antiqui reditus in ſcutis 60. per non exceſſum, ibid.

Nec contra ex dicta expreſſione excluderetur æqualitas per proviſum Apoſtolicum adverſus Patronum exiſtentem in longæva poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis, ibid. n. 22.

Expreſſio augmenti per non exceſſum in ſcutis 50. in privilegio præſumit æqualitatem cum antiqua dote expreſſa in ſcutis 50. ſi Patronus habet pro ſe obſervantiam, niſi contrarium probetur, ibidem numer. 23.

Expreſſa antiqua dote in ſcutis 150. ſi in præſentationibus poſt privilegium ex augmento factis exprimantur omnes fructus in ducatis 40. quando deberent eſſe 300. non excluditur æqualitas augmenti, ibidem numer. 24.

Secus ſi expreſſio omnium fructuum in ſcutis 40. fieret per non exceſſum, ibid.

Privilegium Juſpatronatus ex augmento ſaltem coæquali, ſi ſit conceſſum ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. uſque ad Conſtitutionem Adriani, cenſetur per eam revocatum, non obſtante obſervantia, tam ante, quam poſt Conſtitutionem, ibidem numer. 25.

Declara, dummodo inæqualitas clare conſtet ex lectura privilegii, alias manuteneri deberet Patronus exiſtens in longæva poſſeſſione, niſi contrariæ probationes eſſent claræ, & abſorberent poſſeſſorium, ibidem.

Privilegium Juſpatronatus non dicitur gratuitum, ſed oneroſum, ob benemerita ſervitia præſtita, vel propter pecuniam, ibid. n. 26.

Contrarium, ibid.

Patrono melius eſt ſe fundare in centenaria præſentationum, quam producere titulum, & de ratione, ibid. num. 19.

Illegitimi ſunt incapaces Juſpatronatus ex privilegio, ibid. n. 40.

Limita, ſi privilegium ſit de juſtitia ex cauſa ſaltem coæqualis dotationis, ibid.

Juſpatronatus Regium non ſubjectum formæ Concilii ſtatutæ in Patronibus, ſi tranſeat ad Potentem, retinet idem privilegium, quia attenditur origo, diſcept. 41. num. 4.

Idem ſi de privato tranſeat in Potentem, ibid.

Jus eligendi Prælatos Conventuales non poteſt cadere in laicos, etiam titulo patronatus, n. 24. V.

Amplia, quamvis alias ageretur de patronatibus Regiis, ibidem.

Juſpatronatus Eccleſiaſticum, laicale, & mixtum.

Natura Juſpatronatus quoad illius Eccleſiaſticitatem ſeu laicalitatem unice deſumitur ex qualitate bonorum, quæ fuerunt in illius erectione erogata, diſcept. 25. n. 41.

Beneficium fundatum de bonis laicalibus, licet per Clericum vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, conjectura probatur, ibid. n. 43.

Ex reſervatione favore laicorum, ac eorundem quaſi poſſeſſione probatur qualitas laicalis, etiamſi fundator fuerit perſona Eccleſiaſtica, ibid. n. 46.

An, & quando Clericus fundator præſumatur fundaſſe, & dotaſſe de bonis Eccleſiæ, vel de propriis, ibid. n. 17. & ſeqq. n. 43. & ſeqq.

Ordinarius non poteſt reſervare laicis jus præſentandi, ſi fundatio ſit facta ex reditibus Eccleſiæ, ibid. n. 18. & 44.

Clericus peccaret graviter, qui fundans beneficium de bonis Eccleſiæ reſervaret laicis jus præſentandi, ibidem.

Epiſcopus vero talem reſervationem approbando nedum peccaret, ſed etiam nulliter procederet, ibid.

Et aut hujuſmodi reſervatio Juſpatronatus pro laicis eſſet nulla uſque ab initio, ibid. n. 18.

Poſſeſſio juris præſentandi penes laicos arguit indubitatam beneficii erectionem de bonis prophanis, ibidem n. 19. 20. & 4[illegible].

Verba *de meis poſſeſſionibus* a fundatore beneficii prolata oſtendunt dotiſſe de bonis patrimonialibus, ibidem n. 20. & 42.

Verba

Digitized by Google

Verba *de bonis ſibi a Deo datis* non probant bona eſſe Eccleſiaſtica, ibid. n. 20.

Etiam laici in ſuis elogiis dicunt diſponere de bonis ſibi a Deo datis, ibid.

Omnia bona noſtra recognoſcimus ex Deo, ibid.

Verba *de bonis ſibi a Deo datis* non congruunt bonis Eccleſiaſticis, quia non ſunt data Clerico, & excepto victu & neceſſarus reliquum eſt Eccleſiæ, & pauperum, ibid. n. 20.

Juſpatronatus laicale etiamſi perveniat ad Eccleſiaſticos quoad dominium, poteſt remanere laicale circa modum illud exercendi, ſi fundator ita voluit, ibidem n. 21, & 47.

Ex quibus dignoſcatur, fundatorem voluiſſe Juſpatronatus remanere laicale quoad exercitium, poſtquam ejus dominium pervenit ad Eccleſiaſticos, ibid. n. 22. 47. & ſeqq.

Teſtator mandans erigi Capellaniam perpetuam cum dote, & onere Miſſarum, reſervando hæredi jus præſentandi Clericum, & inſtitutionem inferiori excluſiva ad Epiſcopum, dicitur velle eam Eccleſiaſticam non laicalem, ibid. n. 23.

Regula 8. Cancellariæ non inducit reſervationem contra voluntatem fundatoris, quando beneficium fundatum fuit ex bonis prophanis, ibidem num. 49. & ſeqq.

Juſpatronatus laicale non ſubjacet regulæ menſium reſervatoriæ, ibid. n. 41.

Juſpatronatus laicale quocunque tempore vacet, ad patronorum præſentationem venit providendum, ibidem.

Gratia derogationis Juriſpatronatus Eccleſiaſtici eſt ſubreptitia, ſi pro tertia parte tantum ſit laicale, & non exprimatur mixtura, diſcept. 3. n. 1.

Juſpatronatus etiamſi pro tertia tantum parte ſit laicale, & pro aliis duabus Eccleſiaſticum, admittitur in Dataria renunciatio ad favorem, accedente conſenſu ſolius patroni laici, ibid. n. 2.

Juſpatronatus ſi pro medietate ſpectat ad laicum, & pro alia ad Eccleſiaſticum, ratione mixturæ Papa ſolet in totum derogare, ibid. n. 3.

Juſpatronatus mixtum cenſetur laicale quoad derogationem, ibid. n. 4.

Declara procedere, ut non cadat ſub reſervationibus, & ei non cenſeatur derogatum niſi per ſpecialem derogationem, non autem ad effectum, ut ei non ſoleat derogari, ibid.

Derogatur ſine ſcrupulo, ſi major pars ſpectat ad Eccleſiaſticum, minor ad laicum, ibid. n. 5.

Declara procedere ſecundum antiquum ſtylum Datariæ; ſecus attenta nova praxi, quæ laudatur, quia etiam ad hunc effectum reputatur laicale, ne præjudicetur laico ex communione cum Clerico, ibidem num. 6.

Laici non ſunt retrahendi a fundationibus Eccleſiarum, & beneficiorum, ibid.

Juſpatronatus partim ad laicum, partim ad Eccleſiaſticum ſpectans conferri poteſt a Papa, & ſignari ſupplicatio cum clauſula *accedente conſenſu ſolius Patroni laici*, ibid. n. 7.

Papa habet abſolutam poteſtatem in Jurepatronatus Clericorum, & in collatione per ipſum facta non attenditur præjudicium Patroni Eccleſiaſtici, ibidem.

Papa abſtinet a derogatione Juriſpatronatus mixti propter ſolum præjudicium laicorum, ne retrahantur a fundationibus, ibid. n. 8.

Conſentiente laico ceſſat illius præjudicium, & Juſpatronatus mixtum conferri poteſt per Papam abſque derogatione pro parte ad Clericum ſpectante, ibidem.

Privilegium Clerici in Jurepatronatus mixto, ut ſuæ portioni non derogetur, non eſt proprium, ſed laici, & ſublato favore laici remanet ineſſicax, ibidem.

Favor alicui conceſſus non debet in ipſius odium retorqueri, ibid. n. 9.

Laicus ſi non poſſet ſolus conſentire liberæ collationi Juriſpatronatus mixti, diſſentiente compatrono Eccleſiaſtico, pateretur præjudicium ex communione cum Eccleſiaſtico, ibid.

Denominatio Juriſpatronatus mixti fieri debet ab illa qualitate, quæ non præjudicat conſocio, ibidem numer. 10.

Juſpatronatus mixtum quoad tempus præſentandi reputatur Eccleſiaſticum, & conceditur ſemeſtre; quo vero ad derogationes reputatur laicum, ibid.

Declaratio fundatoris Juriſpatronatus, licet facta ex intervallo, debet attendi, diſcept. 25. n. 43.

Jus eligendi Prælatos Conventuales non poteſt cadere in laicos, etiam titulo patronatus, n. 24. V.

Amplia, quamvis alias ageretur de patronatibus Regiis, ibidem.

Juſpatronatus Gentilitium, Hæreditarium, & Mixtum.

Juſpatronatus dicitur mixtum, quoties ad ejus præſentandi vocantur gentiles, & agnati cum qualitate hæreditaria, diſcept. 4. n. 1.

Et ad effectum ſuccedendi in eo requiritur duplex qualitas, una ſanguinis, alia hæreditatis, ibid.

Sed qualitas hæreditaria ſufficit vel reſpectu primi acquirentis, vel reſpectu ultimi morientis, nec requiritur reſpectu utriuſque, ibid. n. 2.

Sufficit eſſe hæres primi, licet non ultimi, ibidem numer. 3.

Declara, niſi quando requiritur eſſe hæres ultimi, ut ſit hæres mediatus primi, ibid.

Filius non poteſt eſſe hæres primi, niſi ſit hæres ultimi; ſecus vero tranſverſalis, ibid. n. 3. & 7.

Filius ſi paternam hæreditatem repudiet, non erit hæres primi, nec ultimi, & non habebit Juſpatronatus, ibid. n. 3.

Qualitas hæreditaria non requiritur actualis in ſuccedere volente in Juſpatronatus mixto, ſed ſufficit habitualis, & in potentia, ſcilicet, quod potuiſſet ab inteſtato ſuccedere, tam primo, quam ultimo, & per eum non ſteterit, quominus eorum hæreditatem adiret, ibid. n. 4.

Filia ultimi poſſeſſoris ſi ejus hæreditati renunciavit, cenſetur etiam hæreditati primi acquirentis renunciaſſe, & non ſuccedit in Jurepatronatus, ibidem num. 7.

Agnata ſeu tranſverſalis poteſt eſſe hæres primi potentia & habitu, licet non ſit hæres ultimi, ibid.

Soror renuncians hæreditati primi acquirentis, ibidem num. 8.

Filia renuncians hæreditati paternæ cenſetur renunciaſſe hæreditati primi acquirentis, ibid. numer. 8. & 10.

Filia non poteſt eſſe hæres primi, niſi ſit hæres ultimi, & mediante patre, ad quem totum Juſpatronatus devenit, ibid. n. 10.

Non poteſt fieri acceſſus ab uno gradu extremo inferiori ad unum extremum ſuperiorem, rupto medio, ibidem.

Agnatus tranſverſalis ſufficit, quod ſit hæres ultimi etiam in potentia, puta ſi ille alium inſtituiſſet, vel econtra, quod repudiata hæreditate ultimi remaneat hæres primi pariter in potentia, ut habeat qualitatem hæreditariam requiſitam ad ſuccedendum, tam in feudo, quam in Jurepatronatus mixti, ibidem num. 9.

Agnati tranſverſales nunquam excluduntur ex defectu qualitatis hæreditariæ, niſi expreſſe renunciaverint hæreditati utriuſque, ſcilicet primi, & ultimi, ibidem.

Sufficit inſtitutio particularis, ut verificetur qualitas hæreditaria requiſita in Jurepatronatus mixto, ibid. num. 8.

Qualitas hæredis in feudo vel Jurepatronatus mixto ſemper conſideratur reſpectu primi, non reſpectu ultimi, licet per hujus medium acquiratur hæreditas primi, ibid. n. 10.

Hæres hæredis mediate eſt hæres primi, ibid.

Filius medio patris ſit hæres primi acquirentis, ibidem.

Juſpatronatus mixtum non eſt annexum bonis, ſed eſt quid perſonale, ibid. n. 12.

Requirit tamen qualitatem hæreditariam denominative, ibid.

Renunciatio hæreditatis indirecte operatur renunciationem Juriſpatronatus, quatenus reſidet in habente qualitatem denominativam, quæ per dictam renunciationem aufertur, ibid. n. 11.

Juſpatronatus mixtum non defertur jure hæreditario, ſed ſanguinis, & jure particulari ex mera præordinatione inſtitutoris, ibid. n. 15.

Contrarium, quod deferatur etiam jure hæreditario, ibid.

Pariſii conſilium 48. explicatur, ibidem numer. 15. & 18.

Juſpatronatus mixtum vere, & proprie non defertur niſi jure ſanguinis, & in eo præponderat qualitas gentilitii, ibid. n. 16.

Juſpatronatus mixtum requirit ſimul qualitatem ſanguinis, & hæreditarium, ibid.

Juſpatronatus mixtum conformatur eiſdem regulis cum feudo, & valet argumentum ab uno ad aliud, ibidem.

Verbum *Deſcendentes* in Jurepatronatus mixto agnatos ſeu gentiles ſignificat, ibid n. 15.

Juſpatronatus hæreditarium ſimpliciter eſt annexum bonis, & tranſit cum illorum univerſitate, ibidem numer. 15.

Juſpatronatus mixtum ſeu non ſimpliciter hæreditarium eſt jus perſonale diſtinctum ab hæreditate, licet in volente

Digitized by Google

volente ſuccedere requirat nomen hæredis, & non tranſit cum univerſitate bonorum, ibid.
Juſpatronatus mixtum poteſt requirere qualitatem hæredis actualis, & univerſalis, non tantum habitualis aut particularis, ſi talis ſit voluntas fundatoris, ibid. num. 19.
Juſpatronatus familiare, deficientibus omnibus vocatis, fit hæreditarium, ibid. n. 20.
Juſpatronatus reſervatum alicui, & ejus deſcendentibus, indefinitum abſque ulla mentione agnationis vel familiæ intelligitur de filiis ut hæredibus, & eſt hæreditarium, ibid. n. 22.
Verba in reſervatione Juriſpatronatus *Decernentes jus præſentandi N. ejuſque hæredibus & ſucceſſoribus*, præſeferunt mentem Papæ diſponentis ad hæredes directam, ibid.
Si vocantur feminæ poſt maſculos, facilius Juſpatronatus reputatur hæreditarium, & non agnatitium, ibid.
Juſpatronatus reſervatum certo generi perſonarum, puta deſcendentibus maſculis, & linea maſculina extincta, feminis, repugnat qualitati ſimpliciter hæreditariæ, ibid. n. 23.
Amplia, etiamſi poſtea fiat mentio de hæredibus & ſucceſſoribus prædictis, quia intelligitur de hæredibus, & ſucceſſoribus deſcendentibus, nec mutant vel ampliant diſpoſitionem, ibid.
Quidquid ſit, an reputetur hæreditarium vel mere gentilitium ad effectum computandi voces patronorum in capita vel in ſtirpes, ibid.
Vide Juſpatronatus quoad feminarum excluſionem, vel comprehenſionem Juſpatronatus ſimpliciter hæreditarium eſt tranſitorium in quaſcunque hæredes etiam extraneos, ibid.
Monaſterium legitime ſuccedit in Jurepatronatus, & in omnibus juribus ſuarum Monialium, ibidem numer. 21.
Juſpatronatus etiam mixtum non poteſt tranſire in extraneos, durantibus perſonis contemplatis, ibidem num. 24.
Ut quis ſit capax Juriſpatronatus ſibi ex providentia fundatoris reſervati ſufficit, ut per eum non ſteterit, quominus hæreditatem adiret, ſi ſibi aliquo modo deferretur, ibid. n. 25.
In Jurepatronatus mere gentilitio ſuccedunt vocati, etiamſi hæreditatem repudiaverint, ibidem numer 5. & 25
Ad ſuccedendum in Jurepatronatus mixto omnino neceſſaria eſt qualitas hæreditaria, vel reſpectu prioris, vel ſaltem reſpectu ultimi, diſceptat. 14. numer. 28. in hoc.
Declara ſufficere, quod ſuccedere volens in Jurepatronatus potuiſſet utrique ſuccedere ab inteſtato, & per eum non ſteterit, quominus hæreditates eorum adiret, ibid. num 29.
Juſpatronatus gentilitium in ultimo de familia fit hæreditarium, & tranſit ad ejus hæredes etiam extraneos, diſcept. 35. n. 1.
Amplia, etiamſi ſpectet ad duas lineas, quia una defecta non tranſit in aliam, ſed ad hæredes ultimi pro illa portione, ibid. n. 2.
Limita, niſi obſtet contraria obſervantia, ibid.
Juſpatronatus poteſt ſimul eſſe hæreditarium in una linea, & gentilitium in alia quoad exercitium, firma remanente individua ſubſtantia proprietatis, ibidem num. 2.
Juſpatronatus gentilitium non fit hæreditarium in ultimo, quando in ejus reſervatione adſunt clauſulæ, & verba reſtrictiva, ibid. n. 3.
Et tunc deficientibus vocatis expirat Juſpatronatus, & Eccleſia requirit libertatem, ibid.
Juſpatronatus gentilitium non fit hæreditarium in ultimo, ſi fundator vocavit illos de agnatione vel familia cum taxativa *tantum duntaxat*, ibidem numer. 4
Vel ſi dicat *ad illos, & non alios*, vel *non niſi ad illos*, ibid.
Vel ſi reſervavit ſolis agnatis, ibid.
Vel ſi prohibitionem adjecit, quod non poſſit egredi quoquo modo de ſtirpe, familia, ſeu progenie, ibid.
Diſtingue, ut taxativa excludit tranſmiſſionem Juriſpatronatus in extraneos, quando eſt adjecta limitative ad ipſum Juſpatronatus; ſecus vero quando eſt adjecta favore maſculorum, aut agnationis, ibidem numer. 5.
Et in hoc attenditur ſubſtantia voluntatis fundatoris, potius quam cortex verborum, ibid.
Taxativa pro maſculis tantum non impedit tranſmiſſionem Juriſpatronatus in extraneos, quia eſt adjecta favore maſculorum, & reſpicit excluſionem feminarum, ibid. n. 6.
Idem, ſi dicat pro deſcendentibus ſuæ familiæ tantum, quia reſtringitur ad vocationem lineæ effectivæ, excluſive ad lineam contentivam, ibid.
Taxativa *ſpectat ad illos, & non alios*, vel *non niſi ad illos*, vel *ad ſolos agnatos*, & ſimiles non excludunt tranſmiſſionem Juriſpatronatus in extraneos, niſi ſtantibus agnatis, ibid. n. 7.
Taxativa non impedit tranſmiſſionem Juriſpatronatus in extraneos, quando non percutit tempus deficientiæ vocatorum, ibid. n. 8.
Impedit ſi fundator dixit *de deſcendente in deſcendentem meæ familiæ, & non ultra*, ibid.
Vel ſi reſervat filiis, & nepotibus uſque ad certum gradum, & non aliis, ibid.
Vel ſi adhibeat alia verba importantia durationem Juriſpatronatus limitatam ad familiam, ibid.
Ancharani conſilium 81. quod Juſpatronatus gentilitium in ultimo fiat hæreditarium, quando procedat necne, ibid. n. 1. & ſeqq.
Verba *conceſſionis ipſis poſterisque ſuis, & per illorum obitum ſeniori, & antiquiori duntaxat de domo illorum* ſunt perſonaliſſima, & reſtrictiva, & intelliguntur tantum de perſonis ibi expreſſe nominatis, & de earum familia effectiva, diſceptation. 14. numer. 26. & 27.
Amplia, etiamſi conceſſio facta ſit pluribus fratribus, quia adhuc non adeſt familia contentiva aliorum tranſverſalium in genere, ibid. n. 28.
Obſervantia licet inducat taxativam favore maſculorum, tamen non impedit, quominus in ultimo maſculo Juſpatronatus de gentilitio fiat hæreditarium, & nullatenus Eccleſia libertatem acquirat, diſcept. 26. numer. 6.
Juſpatronatus gentilitium, ſeu familiare maſculinum probatum ex obſervantia, ſi qualitas maſculinitatis deficiat, in uno columnello, pro hujus portione fit hæreditarium, & non devolvitur ad maſculum alterius lineæ, ibid. n. 16.
Declara procedere, ſi obſervantia probet illud ab origine diviſum in plures lineas; ſecus ſi probet utramque lineam illud habuiſſe a communi ſtipite, quia tunc devolvitur ad maſculum alterius lineæ, ibidem num. 17.
Vocatio ad Juſpatronatus ſive activum, ſive paſſivum proximiori fundatori, vel ſeniori de familia, aut aliter qualificato, ſi iſte reperiatur in altera linea, admittitur excluſive ad non qualificatos de linea, ubi Juſpatronatus fecerat ingreſſum, ibid. n. 18.
Vide *qualitas, vocatio*.
Omnia Jurapatronatus præſumuntur hæreditaria, diſcept. 38 n. 2.
Jurapatronatus etiam gentilitia, poſtea fiunt hæreditaria, ibid.
Juſpatronatus pro parte fit hæreditarium in ultimo de familia, & pro parte remanet gentilitium, ubi, deficiente inſtrumento fundationis ex obſervantia, apparet diviſum in duobus patronis, quorum unuſquiſque formavit ſuam lineam, diſcept 39. n 3.
Secus, quando ejus pertinentia inchoatur ab unico ſtipite, ſeu ex fundatione apparet reſervatum pro unica linea, ſeu familiari deſcendentia collective, & per modum unici ſtipitis contemplata, ibid.
Non fit pro parte hæreditarium in ultimo de una linea, quando fuit reſervatum etiam pro diverſis familiis, & lineis, ſubſtitutis tamen ad invicem per reciprocam linearem, vel conjunctis mediante aliqua reali, vel perſonali conjunctione, ibid.
Sed tunc per jus accreſcendi vel non decreſcendi una lineæ deficientis devolvitur, ſeu conſolidatur in alia linea, ubi extant vocati, ibid.
Juſpatronatus reſervatum extraneis, etiam ſine taxativa, cenſetur reſervatum privative ad hæredes fundatoris, ibid. n. 4.
Clementina plures de jurepatr. fuit edita in Concilio Viennenſi ſub Clemente V. & præſumit hæreditarium Juſpatronatus, de cujus fundatione non conſtat, diſcept. 53. n. 1.
Juſpatronatus, de cujus initio, & fundatione non conſtat, non præſumitur hæreditarium, ſed potius gentilitium, ſi ex obſervantia appareat fundatum ante dictam Clementinam, ibid.
Si autem obſervantia probat fundatum poſt *Clementinam plures* præſumitur hæreditarium, niſi contrarium probetur per obſervantiam deductam ex actibus univocis, & qui ad aliud referri non poſſint, ibidem numer. 2.
Præſentatio aliqua ſi fuit facta per patrem ſimul, & filium, excludit juris præſumptionem ex dicta Clementina, ibid. n. 3.
Contrarium, quia filius poteſt præſentare ſimul cum patre tanquam hæres avi, vel patrui, ibid.
Filius præſentans ſimul cum patre potius præſumitur præſentare jure proprio, quam hæreditario alterius, ibid. n. 3.
Limita, ſi in omnibus aliis vacationibus ſoli patres præſentarunt, licet tunc haberent filios, ibid.
Si præſentationes fuerunt factæ in capita, non in ſtirpes,

pes, excluditur præſumptio juris, de qua *Clem. plures*, ibid. n. 4.
Amplia, etiamſi poſtea procurator alicujus patroni præſentaſſet in ſtirpes non in capita, quando non haberet mandatum procuræ ad variandum modum præſentandi, & quando præſentaſſet pro omni vero jure patrono competenti, ibid.
Item excluditur dicta præſumptio, ſi in aliqua ex præſentationibus aſſertum fuerit Juspatronatus ſpectare ad familiam, ſeu domum, ſeu caſatam, ibid. n. 5. & 25.
Secus, ſi dictum ſit ſpectare ad aliquas perſonas de domo, ſeu familiis, & de ratione differentiæ, ibid.
Præſentationes ſemper factæ per maſculos agnatos abſque ulla feminarum, vel extraneorum mixtura excludunt præſumptionem juris ex *Clem. plures*, ibidem num. 5. & 29.
Declara non procedere, niſi probatur, feminas & extraneos extitiſſe hæredes, & tamen ſolos agnatos, & maſculos admiſſos fuiſſe ad præſentandum, ibid. numer. 6.
Et eoſdem hæredes extraneos, ac feminas voluiſſe præſentare fuiſſe rejectos, & acquieviſſe, ibid.
Limita hanc declarationem, ſi adeſt decurſus obſervantiæ per ſeculum, quia tunc eſt veriſimile quod feminæ, & extranei hæredes non defuerint, ac Juspatronatus habere non neglexerint, ibidem numero 7. & 29.
Sublimita ubi adſunt ſtatuta feminarum excluſiva propter maſculos, ibid. n. 8.
Conjectura, quod extranei non præſentaverint, ſed ſemper agnati, non eſt attendenda ad excluſionem præſumptionis *Clem. plures*, ibid.
Excluditur dicta præſumptio, ſi adeſt aliqua ſententia, ſeu judicatum declarans Juspatronatus ſpectare ad familiam, ibid. n. 9. & 29.
Item, ſi ſententia emanavit cum ſuppoſito qualitatis gentilitiæ ultro per collitigantes admiſſæ, quia ſtandum eſſet eorum confeſſioni ad declarandam naturam Jurispatronatus, ibid.
Maxime ad imprimendum ultimum ſtatum, ibid.
Præſentatio facta titulo hæreditario in ultimo ſtatu attenditur pro excluſione Jurispatronatus gentilitii, ibidem.
Præſentatio eorum, qui repudiarunt paternam hæreditatem, ſi ſit admiſſa, excluditur præſumptio *Clem. plures*, ibid. n. 10.
Contrarium, quia potuit præſentare uti hæres alterius aſcendentis vel patrui, ibid.
Excluditur dicta præſumptio, ſi in præſentationibus fuit articulata, ſeu probata per teſtes ſola deſcendentia legitima, & maſculina a communi ſtipite, non autem qualitas hæreditaria, ibid. n. 11.
Vel ſi fuit habita mentio familiæ & deſcendentiæ, nunquam vero hæreditariæ qualitatis, ibid.
Item, ſi præſentationes factæ forent per plures de familia pro eorum ratis abſque expreſſione portionum, ibidem num. 12.
Contrarium, quia poſſunt referri ad voces, tam in capita, quam in ſtirpes, & uti æquivocæ non inferunt qualitatem gentilitiam Jurispatronatus, ibid.
Donationes factæ inter compatronos de eorum vocibus pro ſe, & hæredibus in perpetuum denotant patronatum hæreditarium, ibid.
In Jurepatronatus gentilitio voces ſunt perſonales, & cum perſona extinguuntur, ibid.
Excluditur præſumptio juris *Clem. plures*, & probatur Juspatronatus gentilitium, ſi unio beneficii de conſenſu patronorum facta, revocata fuit ad inſtantiam patronorum, qui ſupervenerunt, ibid. n. 13. & 14.
Contrarium, ibid. n. 13.
Anteceſſores non poſſunt præjudicare ſucceſſoribus in patronatu gentilitio, ibid. n. 13. & 14.
Hæredes eorum, qui conſenſerunt unioni Jurispatronatur, non poſſunt eam diſſolvere, ibid. n. 13.
Præſumptionem juris *Clem. plures* excludit aſſertio, quod Juspatronatus remanſerit penes unum fratrem tanquam unicum patronum, exiſtentibus filiabus, & hæredibus ex ejus fratre prædefuncto, ibid. n. 24.
Vel ſi præſentavit unus ſolus de familia, licet adeſſent filiæ, & hæredes alterius ex compatronis, ibid.
Unus tantum maſculus de familia ſi præſentavit, exiſtente alio maſculo, Juspatronatus arguitur hæreditarium, ibid.
Quibus aliis conjecturis excludatur præſumptio jus *Clem. plures* remiſſive, ibid.
Pro excludenda præſumptione juris circa patronatum hæreditarium non eſt neceſſaria perfecta, & concludens probatio, ſed ſufficit etiam levis, ibidem numer. 24. & 31.
Inclinandum magis pro qualitate familiari, ſeu gentilitia Jurispatronatus, quam pro hæreditaria in familia nobili; ſeu alicujus qualitatis, ibid. n. 14.
In conjecturis circa qualitatem Jurispatronatus, quæ non proſunt ſingula, juncta juvant, ibid. numer. 15.
Declara, ſi concurrit aliqua ex conjecturis certa, & clara; ſecus ſi quælibet in ſuo genere eſt imperfecta, ibid.
Conjecturæ ſi fluctuant hinc inde pro qualitate gentilitia, & pro hæreditaria, Juspatronatus judicandum eſt mixtum, ibid. n. 16.
Ex obſervantia immutari poteſt natura Jurispatronatus, & de hæreditario fieri gentilitium, ibid. n. 17.
Et mutatur illius qualitas per duas tantum præſentationes effectuatas inter compatronos, ibid.
Et dicta immutatio non poſſet impugnari ab hæredibus, & ſucceſſoribus eorum, qui mutationem induxerunt, ibidem n. 18.
Si tamen mutatio facta eſſet de gentilitio hæreditarium, poſſet impugnari a ſucceſſive vocatis, & venientibus ex perſona propria, ibid. n. 19.
Limita, ſi iſti eſſent hæredes eorum, qui mutationem induxerunt, ibid.
Mutatio qualitatis Jurispatronatus gentilitii in hæreditarium valida eſt abſque conſenſu Ordinarii, ibidem.
Juspatronatus pervetuſtum præſumitur gentilitium, non hæreditarium, ibid. n. 20.
In materia Jurispatronatus præcipue ſpectanda eſt obſervantia, ibid. n. 21.
Amplia etiam ad dignoſcendum, an ſit hæreditarium, vel gentilitium, ibid.
Soli Jurispatronatus gentilitio convenit, ut filius, vivente patre, admittatur ad præſentandum uti compatronus, ibid. n. 22.
Præſentatio expleta cenſetur per filiumfamilias nomine proprio, non hæreditario aliorum, niſi contrarium doceatur, ibid. n. 23.
Conſenſus patronorum in capita præſtitus collationi beneficii, nullo expreſſo nomine hæreditario, eſt validiſſimum argumentum qualitatis gentilitiæ, ibidem num. 26.
Ad Juspatronatus gentilitium, & familiare admittuntur feminæ de agnatione immediate deſcendentes ex maſculis, ibid. n. 30.
Non tamen admittuntur deſcendentes ex feminis quamvis maſculi, ibid.
Suppoſita exiſtentia Jurispatronatus, qualitas illius adſtruitur levioribus probationibus, cum non tangat ſubſtantiam beneficii, ſed illius pertinentiam, ibid. num. 31.
Ultima præſentatio effectum ſortita ſufficit ad firmandum ultimum ſtatum pro qualitate gentilitia Jurispatronatus, ibid.
Ultimus ſtatus pro qualitate Jurispatronatus non deſumitur ex actibus æquivocis, & ad diverſam cauſam trahibilibus, ibid. n. 33.
Geſta per præſentatum, vel illius procuratorem circa qualitatem Jurispatronatus non præjudicant patronis, qui præſentarunt in cauſa non exiſtentibus, ibidem num. 32.
In dubio, ubi fundationis inſtrumentum non reperitur, præſumitur, fundatorem potius uſum fuiſſe verbis naturalibus, quam verbis civilibus, ibid. n. 35.
Fundator ſi uſus eſt verbis civilibus in reſervatione Jurispatronatus gentilitii, non admittuntur ad præſentandum procedentes a radice infecta, ibid.
In enunciativis longe poſt fundationem factis non poteſt conſtitui fundamentum ad dicendum, quod fundator uſus ſit verbis civilibus, ibid. n. 36.
Juspatronatus facilius tranſit ad naturales familiæ, quam ad penitus extraneos, ibid. n. 41.
Feminæ capaces ſuccendi in Jurepatronatus, poſſunt ab ipſo dupliciter excludi, diſcept. 4. n. 5.
Si renunciarunt expreſſe hæreditati primi acquirentis, & ultimi poſſeſſoris, cenſentur excluſæ, ibidem num. 5. & 6.
Item, ſi non habent potentiam ſuccedendi ab inteſtato habitualem, ibid. n. 5.
Femina non admittitur ad ſucceſſionem in Jurepatronatus per mortem ultimi, ſi hæreditas primi non eſt ei delata a lege, ibid. n. 12.
Quid, ſi hæreditas primi ſit ei delata a lege, & ablata per hominem, ibid.
Statutum an idem operetur, quod lex deferendo, vel auferendo hæreditatem ſuccedere volenti in Jurepatronatus, ibid. n. 13.
Potentia ſuccedendi auferri poteſt per ſtatutum, ſicut per legem, ibid.
Statutum dicitur lex particularis loci, ibid.
Teſtator deferens Juspatronatus ſuis gentilibus cum qualitate hæreditaria cenſetur, ſe voluiſſe conformare potius cum ſtatuto, quam cum jure communi, ibid. num. 14.
Feminæ non poſſunt ſuccedere in feudo, emphyteuſi, vel Jurepatronatus mixtis, ubi excluduntur a ſtatuto, extantibus maſculis, ibid.

Decla-

Declara, ut tunc excludantur temporaliter tantum, & durantibus maſculis; ſecus ſi ſtatutum ſit perpetuo extinſivum, ibid.
Contrarium, quod ſtatutum excluſivum non habeat locum in Jurepatronatus mixto, ibid. n. 15.
Statutum excluſivum feminarum an, & quando excludat a ſucceſſione in Jurepatronatus, mixtu, ibidem num. 15.
Statutum excluſivum feminarum, ſtantibus maſculis, operatur in Jurepatronatus ſimpliciter hæreditario; ſecus in non ſimpliciter hæreditario ſeu mixto, ibid. num. 17.
Juſpatronatus reſervatum pro deſcendentibus maſculis, & deficiente linea maſculina pro feminis, per mortem ultimi maſculi non tranſit ad ejus hæredes, ſed ad feminam ſuperſtitem in reſervatione contemplatam, ibid. n. 10.
Si vocantur feminæ poſt maſculos, facilius Juſpatronatus reputatur hæreditarium, & non agnatitium, ibidem num. 22.
Appellatione feminarum non veniunt maſculi deſcendentes ab eis, ibid. n. 26.
Vocatis feminis ex linea contentiva, ibid.
Sed familia effectiva extincta Juſpatronatus fit hæreditarium, ibid.
Reſervato Jurepatronatus pro deſcendentibus per lineam maſculinam, non veniunt feminæ deſcendentes ex maſculis, diſcept. 24. n. 2. & 3.
Verba reſpectiva vocationis ad maſculos operantur excluſionem feminarum, extantibus maſculis; ſecus illis deficientibus, quia poſt maſculos admittuntur, ibid. n. 3.
Declara procedere, ſi ab initio verba vocationis ſint generalia apta comprehendere etiam feminas, & poſtea addatur reſtrictio; ſecus ſi verba ipſa vocationis ab initio ſunt reſtrictiva, quia tunc feminæ ſemper dicuntur excluſæ, ibid. n. 3. & 12.
Contrarium, & quod in reſervatione Juriſpatronatus, favore deſcendentium per lineam maſculinam admittantur feminæ poſt maſculos, ibidem, numero 4. 14. & ſeqq.
Diſtingue, ut prima opinio procedat in fideicommiſſis, contraria autem ſit verior in materia indifferenti Juriſpatronatus, ibid. n. 5. & ſeqq.
Amplia, etiam ſtante ratione agnationis, quando fuit ſubſtitutus extraneus, ibid. n. 4. 24. & ſeqq.
Vocatione poſteriorum per lineam maſculinam veniunt feminæ per poſterius, ibid. n. 8.
Ad excludendas feminas per poſterius neceſſe eſt, quod vocentur maſculi deſcendentes per lineam maſculinam, ibid. n. 9.
Appellatione deſcendentium per rectam lineam maſculinam veniunt feminæ per poſterius, ibidem, numero 10.
Feminæ ſuccedunt poſt maſculos, etiamſi vocentur maſculi cum taxativa tantum, ibid. n. 11.
Ad acquirendum Eccleſiæ libertatem non ſufficiunt verba taxativa, quando fuerunt adjecta favore maſculorum; ſecus ſi fuerunt adjecta limitative ad Juſpatronatus, ibid. n. 12.
Deciſio *Conradi* 139. *apud Vivian. de Jurepatron.* ibidem num. 13.
Agnatione contemplata, feminæ quando cenſeantur excluſæ, ibid. n. 17. & ſeqq.
Cenſentur excluſæ, ubi materia tanquam differens id ſuadeat, qualis eſt illa bonorum feudalium, majoratuum, & ſimilium, ibid. n. 18.
Et quando adeſt votum conſervandæ agnationis ſtricto, & rigoroſo modo, ſeu vocatio eſt reſtricta ad ſolos maſculos de linea maſculina, ibid.
Et quando diſponens abhorruit a qualitate feminea, perpetuo illas excludendo viam regulæ, idid.
Vel quando ſuperſunt maſculi, qui cum feminis concurrant, ibid.
Non cenſetur excluſæ, ubi agitur de materia indifferenti, qualis eſt illa Juriſpatronatus, in qua regulariter feminæ admittuntur, ibid. n. 19.
Amplia, ſive agatur de Jurepatronatus gentilitio, ſive hæreditario, ſive mixto, ibid.
Declara, ut non cenſeantur excluſæ, defectis maſculis; ſecus illis extantibus, ibid. n. 20.
Vocationis ſenioris de domo venit femina, defectis maſculis, ibid. n. 21.
Amplia, etiamſi nupta ſit in aliena familia, ibid.
Feminæ etiam nuptæ in aliena familia dicuntur de familia, ſeu domo patris, & retinent jura ſanguinis, ibid.
Et agnationem ipſam retinent, ac conſervant, quouſque vivunt, ibid.
Si vocantur feminæ poſt maſculos, facilius Juſpatronatus reputatur hæreditarium, & non agnaticium, ibid. num. 22.
Ex conceſſione Juriſpatronatus facta primo loco ad ſororem duorum fratrum maſculorum arguitur ad ſucceſſivam quoque maſculorum, ibid. n. 24.
Declara, ut importet prælationem maſculorum, non tamen totalem excluſionem feminarum per poſterius, & maſculis defectis, ibid. n. 25.
Maretia Juriſpatronatus eſt indifferens, diſcept. 26. numer. 2.
In Jurepatronatus favore domus, ſeu familiæ ſuccedunt nedum maſculi, ſed etiam feminæ, ibid. n. 1. & 2.
Obſervantia reſtricta ad maſculos in Jurepatronatus operatur tantum eorum prælationem in concurſu feminarum, ibid. n. 1.
Et adhuc feminæ ſuccedunt in eo per poſterius, ibidem.
Feminæ dum vivunt ſunt veræ agnatæ & de domo, tametſi nuptæ in aliena familia, ibid. n. 2.
In fundatione Juriſpatronatus pro illis de domo, de caſata, de familia, de trunco, & ſimilibus verbis veniunt feminæ, ibid. n. 2. & 3.
Ubi feminæ ſuccedentes per poſterius intelligitur diſcretive in qualibet linea ſubalterna, ibidem numero 3.
Declara, niſi obſervantia probaret ſucceſſionem eſſe ſaltuariam favorem maſculorum, ibid.
Vel niſi verba fundationis idem inferrent diſtinguendo duas lineas, maſculinam, & femininam cum prælatione maſculorum, ibid.
Regulæ fideicommiſſi applicantur ad Juſpatronatus, ibidem.
Feminæ non veniunt in Jurepatronatus maſculino, ſeu reſtricto ad maſculos, ibid.
Inſtrumento fundationis deficiente, ſi Juſpatronatus deducatur præſumptive ex obſervantia centenaria favore maſculorum, cenſetur familiare, ſeu potius gentilitium maſculinum, & in eo non veniunt feminæ neque per poſterius, ibid. n. 4. & 5.
Contrarium, ibid. n. 7.
Diſtingue, ut n. 8.
Vocabulum *maſculorum* non eſt aptum comprehendere feminas etiam per poſterius, ibid. n. 6.
Obſervantia licet inducat taxativam favore maſculorum, tamen non impedit quominus in ultimo maſculo Juſpatronatus de gentilitio fiat hæreditarium, & nullatenus Eccleſia acquirit libertatem, ibidem num. 6.
Maſculus præſentans cum expreſſione deſcendentiæ a tali non inducit obſervantiam favore deſcendentium ſimpliciter, ſed favore deſcendentium maſculorum, ibid. n. 8.
Maſculus præſentans expreſſa qualitate majoris natu inducit obſervantiam favore majoris natu de domo, & feminæ veniunt in eo per poſterius, ibidem numer. 9.
Etiamſi præſentaſſet uti major natu maſculis. De quo auctor dubitat, ibid.
Si maſculi præſentarunt exprimendo, quod Juſpatronatus ſpectat ad familiam, domum, ſeu genus, tunc obſervantia favore maſculorum inducit tantum prælationem, & feminæ veniunt per poſterius, ibidem num. 10.
Si autem obſervantia circa expreſſiones ſit difformis, attenditur expreſſio facta in primis præſentationibus, ibid.
Juſpatronatus deſumptum ex obſervantia, quam præcedit titulus nullus, licet ſit independens a titulo, tamen reſtringitur ad perſonas in titulo comprehenſas, ibid. n. 11.
Et ſi titulus excludebat feminas, excluſæ etiam cenſentur in quæſito per obſervantiam favore maſculorum, ibid.
Si vero titulus includebat feminas, tunc quæſitum ex obſervantia favore maſculorum operatur prælationem, & feminas includit per poſterius, ibid.
Juſpatronatus gentilitium ſeu familiare maſculinum probatum ex obſervantia, ſi qualitas maſculineitatis deficiat in uno columnello, pro hujus portione ſit hæreditarium, & non devolvitur ad maſculum alterius lineæ, ibid. n. 16.
Declara procedere, ſi obſervantia probet illud ab origine diviſum in plures lineas; ſecus ſi probet utranque lineam illud habuiſſe a communi ſtipite, quia tunc devolvitur ad maſculum alterius lineæ, ibidem num. 17.
Ad Juſpatronatus gentilitium, & familiare admittuntur feminæ de agnatione immediate deſcendentes ex maſculis, diſcept. 53. n. 30. non tamen admittuntur deſcendentes ex feminis quamvis maſculi, ibid.
Præſumptionem juris *Clem. plures* excludit aſſertio, quod Juſpatronatus remanſerit penes unum fratrem tanquam unicum patronum, exiſtentibus filiabus, & hæredibus ex ejus fratre prædefuncto, ibid. n. 14.
Vide ſupra *Juſpatronatus hæreditarium*, & vide *Feudum*, *Femina*, *Filia*, *Soror*,

Juſ-

Juſpatronatus quoad Inſtitutionem, Præſentationem, & alias Proviſiones.

Præſentatus a vero patrono præfertur præſentato ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione, qui nondum fuit inſtitutus, diſcept. 4. n. 27.
Et tunc non attenditur ultimus ſtatus quaſi poſſeſſionis, ſed proprietas abſorbet poſſeſſorium, ibid.
Secus ſi præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione fuiſſet inſtitutus, quando verus dominus præſentat, ibid.
Si duo ſint patroni, quorum unus habet pinguiorem vocem, puta, quia plus contulit Eccleſiæ, præſentatus ab habente pinguiorem vocem præfertur præſentato ab alio, ibid. n. 28.
Fallit, ſi præſentatus ab alio patrono eſſet de genere, & familia fundatoris, quia tunc præferri deberet, ibid.
Inſtituti hæredes inæqualiter a fundatore ſunt æqualiter patroni, & æqualia habent vota, ibid. n. 29.
Vox tamen habentis majorem quotam dicitur pinguior, ibid.
Sed major pinguedo vocis non dat prælationem, ſi præſentatus ab altero cohærede ſit de familia, & genere fundatoris, & iſte debet inſtitui, ibid.
Majoris eſt efficaciæ qualitas conſanguinitatis, quam vocis pinguedo, ibid.
Proviſio Apoſtolica cum derogatione & gratificatione obtenta per præſentatum ab habente pinguiorem vocem in concurſu conſanguinei præſentati ab alio cohærede, non expreſſa præſentatione, & concurſu conſanguinei, eſſet ſubreptitia, ſtante clauſula, *dummodo non ſit alteri quaſitum*, ibid. n. 59.
Clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, præſervat jus alteri competens ex præſentatione, ibid.
Habens majorem partem hæreditatis non tamen habet plures voces per diviſionem quotitativam, ibidem.
Inſtituti inæqualiter habent Juspatronatus inſolidum non ſolum quoad proprietatem, ſed etiam quoad exercitium, ibid.
Cardinalis de Luca de Jurepatr. diſcur. 16. contrarium tenens, & Rota eum ſecuta examinantur, & reprobantur, ibid.
Doctrina *Cardinalis de Luca* non procedit de jure, ſed tantum probata obſervantia, vel concordia, vel conſuetudine univerſali, ibid.
Diſtinctio inter proprietatem, & exercitium Juriſpatronatus procedit in hæredibus mediatis, qui ſuccedunt in ſtirpes, non in primis, qui ſuccedunt in capita, ibid.
Univerſitas vel Collegium habens Juſpatronatus ſi dividatur in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præſentet, utraque valet, & eſt locus gratificationi, penſatis meritis utriuſque præſentati, ibid. n. 30.
Contrarium, quod nulla præſentatio valeat, rejecto *Lambertino auctore* primæ opinionis, ibid. numer. 31. & ſeqq.
Univerſitas vel Collegium tanquam repræſentans unam perſonam non dicitur aliquid feciſſe, niſi omnes vel major pars conſenſerint, ibid.
Et ſi vota ſcindantur in duas partes æquales, non ideo conſtituunt duo Collegia, vel duas Univerſitates, ibid. n. 33.
Sciſſa Univerſitate vel Collegio in duas partes habentes æqualia vota circa præſentationem, adhuc illa pars dicitur major, & ſanior, quæ præſentavit digniorem, ibid. n. 34.
Et ille dignior uti ſolus electus debet in inſtitutione gratificari per actum Juſtitiæ, & in hoc ſenſu ſalvatur doctrina *Lambertini*, ibid.
Si autem cum paritate votorum concurrit paritas meritorum in præſentatis, electio non eſt concluſa, nec eſt locus gratificationi Ordinarii, aut alterius inferioris a Papa, ibid. n. 35.
Explicatur *Addem. ad Burat. deciſ.* 809. ubi dubitat de opinione *Gloſſa*, ibid.
Præſentati ab Univerſitate vel Collegio ſi paria vota bis in ſcrutinio uterque ſortitus ſit, Papa ſolus poteſt gratificare, etiam pendente adhuc termino ad eligendum, inferior vero non poteſt gratificare, ſed tantum providere jure devoluto, elapſo dicto termino, ibid.
De opinione, quod Papa gratificare poſſit in dicto caſu, etiam pendente termino ad eligendum, Auctor dubitat, ibid. n. 36.
Papa in dicto caſu non poteſt gratificare, pendente termino, ſed tantum, eo tranſacto, conferre jure devoluto, ibid. n. 37. & plur. ſeqq. uſque ad 47.
Gloſſa, & Doctores contrarium tenentes reprobantur, ibidem n. 37.
Pendente termino ad eligendum, poteſt Univerſitas vel Collegium toties, quoties ſibi videbitur iterare ſcrutinium, donec ſequatur electio per majorem partem, ibid.
Poteſt tamen, etiam durante termino, adiri Superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum, quo elapſo, ad ipſum devolvatur electio, ibidem n. 39.
In collatione ſimultanea Epiſcopi, & Capituli ſi Epiſcopus unum, Capitulum alium nominet, poteſt Papa, & Legatus etiam, termino ad conferendum durante, jure concurſus prævenire conferendo, ibid. n. 40.
Nec Papa tenetur tunc uni ex nominatis conferre, aut gratificare digniori, ibid.
Pinguiorem hoc caſu cenſeri vocem Epiſcopi, qui ſentiant, ibid. n. 41.
Bonum eſſet, ſi ſervaretur in praxi hæc opinio & quare, ibid.
Grande frænum Prælatorum in exercenda Juſtitia, & juribus Eccleſiæ tuendis eſt dependentia a Capitularibus in collatione, ibid.
Opinio, quod gratificatio debeatur nominato ab Epiſcopo, non procedit, ſi nominatus a Capitulo præponderaret in meritis, & tunc Papa conferre poſſet cui vellet etiam tertio, vel jure præventionis, vel jure devoluto, ibid.
Patroni plures ſingulares ſi diſcordent in præſentatione, ſit locus gratificationi, ibid. n. 42.
Non procedit, quando illi plures conſtituunt unicam vocem individuam, ut in Univerſitate vel Collegio, quia tunc attenditur tantum factum a majori parte; & ſi partes ſint æquales, nulla dici poteſt facta præſentatio, ibid.
Ideo hoc caſo nulla eſſet proviſio Apoſtolica facta, pendente termino ad præſentandum favore unius ex præſentatis, vel etiam tertii, ibid.
Declara, ut collatio facta per Papam vel Ordinarium, termino durante, pendeat ab eventu, & valeat, ſi patroni non reclament, vel in termino non eligant, ibidem n. 43.
Non tamen intrat, durante termino, collatio Apoſtolica per modum gratificationis, nec gratia cum derogatione medietatis vocum, ibid. n. 44.
Univerſitatis vel Collegii vota ſi ſcindantur in duas medietates, harum neutra Univerſitatem repræſentat, aut ejus aſſenſum conſtituit, ibid. n. 45.
Unus patronus poteſt præſentare plures cumulative, ibid.
Unus ex pluribus præſentatis ab eodem patrono poteſt obtinere gratificationem, non autem derogationem pro medietate, ibid. n. 46.
Neque tunc quis dicitur habere medietatem vocis, ſed omnes habent integram vocem, ibid.
Garcias *de beneficiis par. 5. cap.* 1. reprobatur, ibidem n. 43. & 46.
Vide etiam *Derogatio*,
Patronus præſentans ignoranter inhabilem, aut non idoneum non gaudet novo termino a die rejectionis, ſed tantum admittitur ad novam præſentationem, durante primo termino, ibid. n. 47.
Hæc ſententia impugnatur per Auctorem, ibid. n. 48. & plur. ſeqq.
Prima procedit, ſi ſcienter præſentatus ſit inhabilis; ſecus ſi ignoranter, & de ratione diſtinctionis, ibidem n. 49. & ſeqq.
Textus *in cap. cum vos de offic. ordin.* in quo ſe fundat opinio contraria exponitur, ibid. n. 48.
Lambertini & alii primam opinionem tenentes refutantur, ibid. n. 50. & plur. ſeqq.
Præſentans indignum præſumitur ſcienter præſentare, ibid. n. 54.
Electores præſumuntur ſcire qualitates electi, ibidem.
Declara, intelligi de qualitatibus notoriis, & apparentibus; ſecus de occultis, ibid.
Appellatione indigni venit etiam non idoneus, ibidem.
Clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, etiam omiſſa ſubintelligitur, ibid. n. 56.
Clauſula prædicta cenſetur præſervare præſentationem jam factam, ibid.
Proviſiones Apoſtolicæ habentes in ventre præſervativam conſenſus patronorum potius confirmant, quam ceſſare faciant Juſpatronatus, ibid. n. 57.
Pendente lite ſuper proprietate patronatus, patroni non prohibentur continuare in eorum quaſi poſſeſſione præſentandi, & dicta quaſi poſſeſſio dat eis jus validum, ibid.
Clauſula in literis appoſita, *dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum*, præſervat jus alterius jam præſentati, ibid. n. 61.
Declara, ut præſervet tantum jus validum, & radicatum, non autem jus invalidum & non radicatum, ibid.

Valor beneficii Clericatus, & idoneitas reſultant ex ipſis literis in forma gratioſa expeditis, ibid. n. 59.

Literæ Apoſtolicæ juſtificatæ ſunt exequendæ, ibidem.

Lis inter Epiſcopum, & patronos non ſufficit, ut dicatur beneficium litigioſum, maxime ad effectum inducendi reſervationem vigore, *cap.* 1. *&* 2. *ut lit. pend. in ſexto*, ibid. n. 60.

Limita, ſi ſpecifice fuit narrata lis inter Epiſcopum, & patronos, ibid.

Pro executione gratiæ ſufficit verificare litem eo modo, quo fuit narrata Pontifici, ibid.

Præſentatio facta poſt lapſum quadrimeſtre patronis conceſſum non tribuit jus validum, & radicatum præſentato, ibid. n. 61.

Patronis laicis competit jus variandi in præſentatione, ibid. n. 62.

Et ſi primus præſentatus reprobetur, poſſunt alium præſentare, ibid.

Declara, dummodo varient intra quadrimeſtre; ſecus ſi eo elapſo, etiamſi non idoneum bona fide præſentaſſent, ibid.

Deciſio 91. coram Priolo adducta pro contraria declaratur, ibid. n. 63.

Præſentatio dependens a pertinentia Juriſpatronatus, quæ altiorem requirit indaginem, non ſufficit ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum, ibid. n. 64.

Donans alteri Juſpatronatus, ſi poſtea præſentet vigore quaſi poſſeſſionis præſentandi, in qua ante donationem exiſtebat, donatario ſe opponente, non eſt admittenda talis præſentatio, ibid. n. 65.

Vide *Juſpatronatus quoad alienationem*.

In adminiſtratione generica Confraternitatis patronæ cadit etiam jus præſentandi illi competens, ibidem num. 84.

Collatio libera beneficii, quod eſt de Jurepatronatus, eſt invalida ab initio vigore decreti irritantis *in cap. decernimus* 16. *quæſt.* 1. ibid. n. 97. & 100.

Reconvaleſcit tamen, & valet uſque ab initio, ſi patronus, cujus favore decretum emanavit, approbat, quia cenſetur facta ſub conditione, ſi patrono placuerit, ibid. n. 98.

Amplia, etiamſi tacite ſolum conſentiat, non reclamando, nec præſentando, durante tempore ad id conceſſo, ibid.

Patronus non reclamando nec præſentando in tempore cenſetur conſentire liberæ collationi vel præſentationi alteri factæ, & jure ſuo pro illa vice renunciare, ibid. n. 99.

Ideo non attenditur præjudicium patroni a ſpretu reſultans, ibid.

Collatio beneficii de Jurepatronatus facta tanquam de devoluto, ſpreto patrono, non convalidatur, etiamſi iſte poſtea neglexerit in tempore præſentare, ibidem num. 100.

Secus, ſi collatio facta eſt uti de libero, & auctoritate ordinaria, ibid.

Collatio uti de devoluto non ſpectat Ordinario ante devolutionem nec in actu, nec in habitu, ibid. numer. 101.

Collatio uti de libero pertinet ad Juriſdictionem in Epiſcopo ſaltem habitu reſidentem etiam intra tempus ad præſentandum conceſſum, & ſolum exercitium illa intra dictum tempus interdicitur, ibid.

Collatio uti de libero facta, etiam pendente termino ad præſentandum, promanat a poteſtate univerſali, & ordinaria Epiſcopi, non a jure aliquo ſpeciali, ibid.

Epiſcopus, ſi uti ceſſionarius patronorum conferat, poteſt proviſionem unico actu expedire nec eſt neceſſe, quod prius coram Vicario præſentet, & poſtea inſtituat, ibid. n. 102.

Electio accelerari non poteſt, nec terminus juris coarctari, ſi non inſtat terminus ad eligendum, nec ulla urget neceſſitas, diſcept. 13. n. 32. & 47.

Maxime per eos, qui non conſtituunt duas ex tribus partibus Univerſitatis, ibid. n. 32.

Rex poteſt ordinare, quod Univerſitates repræſentetur per unum vel plures decuriones, & regentes, & tunc iſti habeant facultatem præſentandi, ibid. num. 34. 46. & 57.

Et poteſt diſponere, quod unus habeat pinguiorem vocem quoad omnia negotia Univerſitatis in genere, quæ pinguendo ſuffragatur etiam in præſentationibus, ibid. n. 32. 46. & 57.

Univerſitas laicorum nequit transferre in extraneum Juſpatronatus abſque conſenſu Epiſcopi, ibidem num. 34. num. 46.

Poteſt tamen conſecutive aggregando illum in Concilium, quia talis aggregatio operatur, ut debeat præſentare, ibid.

Patroni poſſunt inter ſe convenire circa modum, & formam præſentandi, ibidem, numer. 35. 46. & 57.

Ex actu etiam unico acquiritur ultimus ſtatus & quaſi poſſeſſio præſentandi, ibid. n. 36.

Ultimus ſtatus attenditur rejecta indagine tituli ad ſuſtinendam gratiam Apoſtolicam, ibid.

Vox pinguior conceſſa generaliter Patritiis a Prorege ſuffragatur etiam in electionibus & nominationibus ad beneficia, ibid. n. 37.

In paritate votorum major pars ea eſſe dicitur, quæ cenſetur ſanioris, & prudentioris judicii, ibid. n. 38. & 45.

Caput Univerſitatis tanquam ceteris nobilius cenſetur eſſe ſanioris, & prudentioris judicii, ibidem n. 38. 45. & 56.

Simplex præſentatio ad beneficium de Jurepatronatus eſt actus mere laicalis, qui expletur per laicos, tam maſculos, quam feminas, ibid. n. 46.

Habentes vocem in præſentatione etiam moniti non poſſunt cogi ad intereſſendum, & præſentandum, durante quadrimeſtre, nulla urgente neceſſitate, ibid. num. 47.

Nova præſentatio valida non ſuffragatur pro executione literarum, quæ non fuerunt expeditæ vigore dictæ præſentationis, ſed alterius invalidæ, & debet expediri nova proviſio, ibid. n. 47.

Præſentatio facta a minori parte Univerſitatis patronæ eſt inutilis, & nulla, ibid. n. 4.

Præſentato a patronis laicis, & ab examinatoribus Synodalibus reprobato, datur appellatio ad utrunque effectum, ibid. n. 5.

Præſentatus ad beneficium curatum, cujus erat adminiſtrator, & in adminiſtratione continuans incidit in pœnam *cap. Avaritiæ, de elect. in ſexto*, & illo privatur, ibid. n. 28.

Et pœnam privationis incurrit ipſo jure, ibid.

Et jus ſuum, quo privatur collitiganti, tribuitur, ſi adeſt, ibid.

Et gratia poſtea obtenta, non facta mentione de dicta intruſione, ſeu adminiſtratione, eſt ſubreptitia, & nulla, ibid.

In paritate vocum inſtituendus eſt præſentatus, qui eſt de familia fundatoris ad excluſionem extranei compræſentati, diſcept. 42. n. 38.

Et ſi extraneus obtineret proviſionem Apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum, necnon gratificationem, non expreſſa circumſtantia, quod alter compræſentatus erat de familia fundatoris, gratia eſſet ſubreptitia, ibid.

Et procedit favore præſentati non ſolum ſi ſit de familia fundatoris, ſed etiam ſi tantum de genere ipſorum patronorum, ibid.

Immo, & de genere exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.

Pactum, quod patroni non arctentur termino juris ad præſentandum, & ſit in eorum libera facultate non præſentare pro quocunque tempore ſibi beneplacito, valet in erectione Capellaniæ pro Miſſis; ſecus ſi agatur de Collegiali, Parochiali aut ſimili, quæ indigeat ſponſo & Rectore, ibid. n. 20.

Debet tamen hoc caſu Ordinarius præfigere patronis terminum, & qualem, ibid.

Sed ante dictam præfixionem non poteſt impetrari a Dataria, licet Capella diu vacaſſet, ibid.

Pactum, quod etiam in caſu reſervationum Apoſtolicarum, nec ullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legitima poſſit Papa vel Ordinarius conferre abſque præſentatione, comprehendit etiam caſum negligentiæ patronorum in præſentando infra quadrimeſtre, ibidem num. 21.

Erit tamen locus præfixioni termini arbitrio Ordinarii, ibid.

Et elapſo termino hominis proviſio fieri poterit jure devoluto, ibid.

Sed etiam poſt terminum patronus admitti debet ad purgationem moræ, ſi velit præſentare, re adhuc integra, ideſt proviſione non ſecuta, ibid.

Forma a Concilio Tridentino præſcripta in perſonis potentibus ad probandum jus præſentandi principalem prælaturam, non intrat, ſi ex inſtrumento conſtat, quod dotarunt, vel fundarunt Eccleſiam Conventualem, ib. n. 44.

Verba *toties quoties beneficium vacaverit præſentent* apponi ſolent in omni fundatione, diſcept. 25. numer. 26. prope finem.

Immo etiam omiſſa regulariter de ſui natura ſubintelligitur conditio præſentandi toties, quoties vacat beneficium, ibid.

Nec cenſetur per dicta verba excluſa reſervatio, ibid. n. 26. & 35.

Nec per verba *quandocunque*, *&* *quotieſcunque*, ibidem num. 35.

Per obitum proviſi in Romana Curia ſolent continuare proviſiones cum derogatione Juriſpatronatus etiam laicalis, diſcept. 22. n. 36.

Diviſo

Diviſo exercitio Jurispatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum, Papa poteſt in turno Eccleſiaſtici conferre jure concurſus, ibid. n. 37.
Beneficium collatum perſonæ non qualificatæ, an poſſit impetrari.
Vide Jus pat. quando ſuſpenſum.
Jus præſentandi, & conferendi annexum Eccleſiæ, & Prælaturæ inter annuos eorum fructus connumerantur, diſcept. 12. n. 38.
Si obtinens beneficium de Jurepatronatus laicorum, illo non dimiſſo, aliud conſequitur incompatibile a Papa, collatio prioris ex vi Decreti de dimittendo vacantis ſpectat ad Papam cum clauſula *accedente conſenſu patronorum*, ibid. n. 60.
Inſtitutio in beneficiis de Jurepatronatus pertinet ad Epiſcopum cum conſenſu, vel cum conſilio Capituli, diſcept. 25. n. 13.
Erecta Eccleſia patronata in Collegiatam, patronus acquirit jus præſentandi quoad primam dignitatem, firmo tamen remanente dicto Jure quoad reliqua beneficia de Collegio, ibid. n. 36.
Maſculus præſentans cum expreſſione deſcendentiæ talis non inducit obſervantiam favore deſcendentium maſculorum, diſcept. 26. n. 8.
Maſculus præſentans expreſſa qualitate majoris natu inducit obſervantiam favore majoris natu de domo; & feminæ veniunt in eo per poſterius, ibidem, numer. 9.
Etiamſi præſentaſſet uti major natu maſculus, de quo tamen Auctor dubitat, ibid.
Si maſculi præſentarunt exprimendo, quod Juspatronatus ſpectat ad familiam, domum, ſeu genus, tunc obſervantia favore maſculorum inducit tantum prælationem, & feminæ veniunt per poſterius, ibidem, num. 10.
Si autem obſervantia circa expreſſiones ſit diſformis, attenditur expreſſio facta in primis præſentationibus, ibidem.
Juspatronatus deſumptum ex obſervantia, quam præcedit titulus nullus, licet ſit independens a titulo, tamen reſtringitur ad perſonas in titulo comprehenſas, ibid. n. 11.
Et ſi titulus excludebat feminas, excluſæ etiam cenſentur in quæſito per obſervantiam favore maſculorum, ibid.
Si vero titulus includebat feminas, tunc quæſitum ex obſervantia favore maſculorum operatur prælationem, & feminas includit per poſterius, ibid.
Titulus nullus Juspatronatus præcedens non influit in ſubſequentem præſumptive elicitum ex obſervantia de per ſe validum,) de ſubſiſtentem, ibidem, num. 12.
Declara procedere in ordine ad validitatem, non autem in ordine ad tenorem materialem, & declarationem ſecundi, ibid.
Titulus tamen nullus poteſt deſervire pro declaratione ſecundi validi interpretative, & non conjunctive, & adminiculative, ibid.
Præſumptio novi tituli non eſt præſumptio novæ voluntatis, ibid.
Vocato ad Juspatronatus ſive activum, ſive paſſivum proximiore, vel ſeniore de familia, aut aliter qualificato, ſi iſte reperiatur in altera linea, admittitur excluſive ad non qualificatos de linea, ubi Juspatronatus ſeceſſerat ingreſſum, ibidem, numero 18.
Papa in proviſionem Beneficiorum de Jurepatronatus vacantium in Curia expreſſe derogat Juripatronatus pro illa vice, diſcept. 27. n. 10.
Alias ſine expreſſa derogatione Juripatronatus non tenet proviſio Apoſtolica, ibid.
Jus nominandi non eſt collatio, ſed quædam pertinentia patronalis compatibilis cum collationibus, & reſervationibus Papæ, ibidem, numero 13. & 16.
Beneficia de Jurepatronatus apud Sedem vacantia per reſignationem Papa confert de conſenſu patronorum, ibid. n. 19.
Item confert, accedente conſenſu patronorum, quando vacant per incompatibilitatem, ibidem, numero 20.
Textus in cap. *conſultationibus de Jurepatronatus* exponitur, diſcept. 28 n. 1.
Præſentatus a patrono putativo, qui non erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, removetur ab Eccleſia, comparente vero patrono, ibid.
Præſentatus a patrono putativo, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, non removetur ab Eccleſia, comparente vero patrono, re amplius non integra, ibid. n. 2. & 4.
Limita primo, ſi eſſet poſſeſſor malæ fidei, ibid. numero 1.
Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi requiritur, quod præſentatio facta fuerit bona fide, ibidem.
Vel ſaltem non mala, ibid.
Nec non ſcientia, & patientia ejus, in cujus præjudicium quaſi poſſeſſio quæritur, ibid.
Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi quæ requirantur remiſſive, ibid.
Limita ſecundo, ſi verus patronus re integra ante inſtitutionem præſentati a putativo, præſentet, & doceat de Jurepatronatus per rem judicatam, publicum Inſtrumentum, vel confeſſionem partis, ibidem, numer. 2.
Proprietas Jurispatronatus quando dicatur clara ad effectum abſorbendi poſſeſſorium, ibidem, numer. 3. & ſeqq.
Proprietas Jurispatronatus dicitur clara, & abſorbet poſſeſſorium, quando non habet difficultates requirentes altiorem indaginem, ibidem 3.
Proprietatis claritas ne dicatur ceſſare, requiruntur objecta fortia, ſeu ſem mortaliter dubiam inducentia, ibidem.
Præſentatus a patrono putativo exiſtente in quaſi poſſeſſione, ſed opponente re integra vero patrono, ſi inſtituatur, non removetur, ſi poſtea patronus putativus ſuccumbat in petitorio, ibid. n. 5.
Et victoria patrono vero deſerviet ſolum pro futuris vacationibus, ibid.
Probatio Jurispatronatus deducta ex obſervantia, æquivalet probationi per publicum Inſtrumentum fundationis, ibid n. 6.
Declara, dummodo obſervantia deducatur ex præſentationibus, & inſtitutionibus per publicum documentum probatis, & effectuatis, ſecus ſi ex teſtibus, enunciativis, adminiculis, & ſimilibus, ibidem.
Ultimus ſtatus præſentandi non ſuffragatur etiam intra limites meri poſſeſſorii, quando habet in ventre expreſſum errorem tituli nulli, & alteri ſ & præſentatus ab eo rejici debet, ibid. n. 7.
Amplia, etiamſi error, ſeu vitium requireret altiorem indaginem, ibid.
Declara procedere; ſi verus patronus opponat re integra ante inſtitutionem dicti præſentati, ſecus ſi opponat poſt inſtitutionem, tunc enim non removetur, non obſtante mala fide poſſeſſoris, ibidem, numer. 7.
Subdeclara, ut, ſtante mala fide poſſeſſoris, poſſit inſtitutum repræſentare verus patronus, ibid.
Ultimus ſtatus in quaſi poſſeſſione præſentandi non tranſit in filium, & in hæredes, nec illis ſuffragatur in poſſeſſorio, ibid. n. 8.
Exiſtens in actuali poſſeſſione præſentandi ad unum beneficium dicitur eſſe in poſſeſſione etiam quoad aliud beneficium ejuſdem fundationis, & allegato poteſt ultimum ſtatum etiam in vacatione ejus beneficii, ad quod nondum præſentavit, ibidem, numero 9.
Et poteſt continuare in præſentando, pendente lite ſuper proprietate, ibid n. 10.
Vide *Juspatronatus litigioſum*.
Vacante per reſignationem in manibus Papæ beneficio quod prætenditur eſſe de Jurepatronatus, ſolet in proviſione executori committi, ut verificato prius Jurepatronatus conferat accedente conſenſu patronorum, quatenus vero de Jurepatronatus non conſtat, libere & ſimpliciter conferat, ibid. n. 14.
Et tunc executor ſi non citatis patronis literas exequatur nihil pronunciando, nec ſuper libertate, nec ſuper ſervitute, horum neutri favet talis collatio, & ad utrumque ſtatum ſe habet indifferenter, ibidem.
Et attenditur qualis fuerit ſtatus anterior, ibid.
Ultimus ſtatus ab altera parte procedatus cum clauſula præſervativa &c. ... conſtituunt illum in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibidem n. 15.
Contrarium, ſi deficiat præſervatione jurium verbatim in poſſeſſorio, quam in petitorio, ibidem numero 15.
Idem procedit in præſervativa jurium utriuſque partis adjecta per Judicem, ibid.
Collationes factæ ab Ordinario jure devoluto eum non conſtituunt in quaſi poſſeſſione libere conferendi, nec præjudicant poſſeſſioni patronorum, ibidem numero 16.
Amplia, etiamſi devolutio non exprimatur in collatione; ſed ex actis colligatur fuiſſe lapſum tempus patronis ad præſentandum ante collationem, ibid.
In beneficiis patronatis prælatio debetur in paritate vocum præſentato, qui eſt de ſanguine fundatoris, diſcept. 38. n. 2.
Idem procedit in eo, qui eſt de genere patronorum, ſeu præſentantium, ibid.

Non [illegible] vindicatur, & præſumitur de quocunque poſſidente, & habente Juſpatronatus, licet extraneo, & non de genere fundatoris, ibid. n. 4.
Favor præſumtionis in paritate vocum attribuitur æqualiter illis de familia fundatoris, ſeu patronorum, ibid. num. 5.
A fortiori debetur dicta prælatio, ſi præſentatus ſit compatronus, ibid. n. 5.
Quod præfertur in paritate vocum præſentatus, qui eſt de familia patronorum, ſeu præſentatus de familia fundatoris, ibid. n. 6.
Præſentatus de familia fundatoris præfertur præſentato de familia patronorum, ſeu præſentantium, ibidem.
In paritate vocum præferendus eſt præſentatus, qui eſt unus de compatronis, & de familia fundatoris, ibid. num. 7.
Gratia derogationis, & gratificationis eſt ſubreptitia, & nulla, ſi non fuit expreſſum Summo Pontifici, quod alter præſentatus erat unus ex compatronis, & de familia fundatoris, ibid. n. 8.
Clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, in proviſionibus Apoſtolicis præſervat jus alteri competens, ex præſentatione, ibid.
Præſertim ſi ſit præſentatio, ex qua præſentatus veniat omnino inſtituendus, ut ſi ſit compatronus, & de familia fundatoris in paritate vocum, ibid.
Singularis, & nominatim facta enumeratio, & deſtinatio in uno, & eodem contextu inter patronos operatur aſſignatam unicuique propriam, & ſingularem vocem, ibid. n. 9.
Deſcendentes ab eo, qui aliàs præſentavit, aut proviſioni beneficii conſenſit, tanquam patrono non denegatur gratificatio, licet non probetur recta deſcendentia ab eo, qui fundavit Juſpatronatus, ibid n. 12.
Stante obſervantia præſentandi non Sacerdotem, qualitas Sacerdotalis enunciata in fundatione cenſetur ſtatuta tantùm demonſtrative, ibid. n. 13.
Præſentationes quænam excludunt præſumptionem juris [illegible]. Vide *Juſpatronatus Gentilitium* &c.
Ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio præſentandi unicè attenditur in materia Juriſpatronatus, diſcept. 33 numer. 41.
Et adverſus ultimum ſtatum non admittuntur præſumptiva argumenta, ſed requiruntur probationes reſultantes ex partis confeſſione, re judicata, aut publico inſtrumento, ibid.
Jus eligendi Prælatos Conventuales non poteſt cadere in laicos etiam titulo patronatus, n. 12. V.
Amplia, quamvis alias ageretur de patronatibus Regiis, ibidem.
Juſpatronatus quoad reſervationes.
Juſpatronatus mixtum cenſetur laicale, ut non cadat ſub reſervationibus, diſcept. [illegible]
Lis inter Epiſcopum, & patronos [illegible] ſufficit, ut dicatur beneficium litigioſum maximè ad effectum inducendi reſervationem vigore [illegible] ſexto n. 60.
Limita, ſi ſpecificè fuit narrata lis inter Epiſcopum, & patronos, ibid.
Juſpatronatus Eccleſiaſticum licet proviſionem, ad præſentationem in menſibus ordinariis, cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis, diſcept. 22. n. 32.
Juſpatronatus poteſt cadere ſub reſervatione Concilii, ibid n. 32.
In Hiſpania beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici an cadant ſub reſervatione, diſcept. [illegible]
Jus præſentandi quandocunque, & quotieſcunque caſus vacationis evenerit, non excludit regulam 8. ibidem, num. 15.
Limita, ſi ageretur de fundatione facta in Hiſpania, ibidem.
Juſpatronatus ex augmento ut non cadat ſub reſervationibus Apoſtolicis, debet augmentum eſſe majus ipſa dote, vel ſaltem æquale, diſcept. 22. n. 30.
Ad quem pertineat probare, quod præponderet augmentum necne, an præſentato per patronum, vel proviſo Apoſtolico, ibid. n. 30. & ſeqq.
Diviſio exercitii Juriſpatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum, an quando vacat in turno Eccleſiaſtici cadat ſub reſervationes, ibid. num. 34. & ſeqq.
Diviſio exercitii non dividit Juſpatronatum, nec immutat illius naturam, ſed remanet mixtum, & non fit Eccleſiaſticum in turno patroni Eccleſiaſtici, ibid. n. 35. & ſeqq.
Ratio quare non intrant reſervationes in Juspatronatus mixto, eſt propter favorem laici, ibidem, numero [illegible]
Diviſio exercitii Juriſpatronatus mixti inter patronum laicum, & Eccleſiaſticum inducens reſervationes in turno Eccleſiaſtici, ibid. n. 34.
Contrarium, ibidem, numero 35.
Poteſt tamen Papa in turno Eccleſiaſtici conferre jure concurſus, ibid.
Patronus, quod etiam in caſu reſervationum Apoſtolicarum, nec nullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legitima poſſit Papa, vel Ordinarius conferre abſque præſentatione, comprehendit etiam caſum negligentiæ patronorum in præſentando intra quadrimeſtre, ibid. num. 41.
Erit tamen locus præfixioni termini arbitrio Ordinarii, ibidem.
Et elapſo termino, hominis proviſio fieri poteſt jure devoluto, ibid.
Sed tamen poſt terminum patronus admitti debet ad purgationem moræ, ſi velit ſtatim præſentare adhuc re integra, id eſt proviſione non ſecuta, ibid.
Lex fundationis valet, quod beneficium non poſſit cadere ſub reſervationibus, nec poſſit conferri niſi per certum Prælatum, ibid. n. 43.
Regula 9. olim 8. Cancellariæ non intrat, ſi Papa perpetuo jus eligendi, vel præſentandi ad primam dignitatem concedat Capitulo, diſcept. 25. n. 1. & 3.
Regula 8. hodie 9. Cancellariæ impedit in certis menſibus, non autem perpetuo excludit jus præſentandi, ibid n. 2.
Eſt compatibilis cum facultate præſentandi toties, quoties caſus vacationis evenerit, nec per illam dicitur illi derogatum, quia intelligitur, nullo ſupervenienti impedimento, ibid.
Privilegium Apoſtolicum ex cauſa fundationis beneficii legem continens reſervationum excluſivam non cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, ibidem, numer. 6.
Reſervationes Apoſtolicæ poſſunt excludi per fundatorem beneficii. Vide *Fundatio*, *Fundator*.
Lex reſervationum excluſiva non eſt contra ſubſtantiam beneficii, ibid. n. 9.
Regula 8. reſervationum poteſt tacitè excludi per verba æquipollentia excluſioni expreſſæ, & ex conjecturis, ibid. n. 27.
Per verba *toties, quoties beneficium vacaverit, præſentent* non cenſetur excluſa reſervatio, ibidem, numer. 26. & 35.
Nec per verba *quandocunque, & quotieſcunque*, ibidem, num. 35.
Epiſcopus procedens uti executor Papæ in erectione beneficii, etiamſi habeat facultatem omnia, & ſingula faciendi, prout ſibi videbitur, non poteſt ſibi reſervare jus conferendi ad excluſionem reſervationis regulæ 4. niſi de hac ſpecialis mentio ſit in commiſſione, ibid. n. 8. & 33.
Juſpatronatus laicale non ſubjacet regulæ menſium reſervatorum, ibid. n. 41.
Papa reſervando ſibi beneficia, quæ ſunt liberæ collationis, vel præſentationis dignitatum vacantium, utitur jure ſuo, & neminem lædit, diſcept. 32. numer. 65.
Beneficia Juriſpatronatus laicorum non cadunt ſub reſervatione generali, ibid. n. 60.
Beneficia Juriſpatronatus laicorum non cadunt ſub reſervatione [illegible] inducta per aſſecutionem incompatibilium, ibid. n. 59.
Nec ſub quacunque alia reſervatione Regularum Cancellariæ, ibid.
Nec ſub reſervatione majori in corpore juris clauſa, ibidem, num 60.
Beneficium de Juſpatronatus laicorum vacans in vim decreti de quo agitur conferatur per Papam vigore ſpecialis reſervationis, non generalis, ibid. n. 61.
Privilegium Juriſpatronatus, quando eſt ex augmento præponderante, vel coæquali antiquæ doti, non ſubjacet reſervationi Regulæ 8. Cancellariæ, diſcept. 33. num. 30.
Augmentum medietatis dotis ad excludendum regulam reſervatoriam in Juſpatronatus qualiter computetur, ibid. n. 14.
Augmentum prædictum debet æquare totam antiquam dotem, ibid.
De jure non dicitur ex vera fundatione, & dotatione Juriſpatronatus ex augmento, quando hoc non ſuperat antiquam dotem, vel ſaltem non eſt illi coæquale, ibid. n. 14.
Augmentum, ſi tantum coæquat antiquum redditum, excludit procul dubio regulas reſervatorias, ibidem, numer. 17.
Augmentum eſſe majus antiquo reditu beneficii vel Eccleſiæ, quomodo probetur, ibid. n. 18.
Onus probandi quantitatem augmenti incumbit proviſo Apoſtolico ubi de reſervato eſt, patronus ſit in longæva quaſi poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis, alias ſecus, ibid.
Fundans ſeu dotans Eccleſiam Collegiatam ſeu Conventualem obtinet privilegium Apoſtolicum in limine ſuſ-

ne fundationis pro reſervatione Juriſpatronatus, ibid. n. 12.

Epiſcopi circa reſervationes Juriſpatronatus ex juſtitia habent eandem poteſtatem ac Papa, excepto jure præſentandi in Conventuali principalem Prælaturam, diſcept. 32. n. 25.

Rector habitualis habet jus nominandi Vicarium perpetuum, tam de jure communi, quam ex Conſtitutione Piana, etiam in Vicariis reſervatis, diſceptat. 27. n. 3. & ſeqq.

Vide *Rector*, *Vicarius*.

Plura vide ſub verbis *Beneficium*, *Fundatio*, *Regula*, *Reſervatio*.

Jus nominandi non eſt collatio, ſed quædam pertinentia patronalis compatibilis cum collationibus, & reſervationibus Papæ, ibid. n. 26.

Juſpatronatus quoad derogationem. Vide *Derogatio*.

Juſpatronatus quoad alienationem.

Donatio Juriſpatronatus eſt nulla, ſi conſenſum præſtitit Vicarius, diſcept. 4. n. 65.

Laicus non poteſt ſpecialiter diſponere de Jurepatronatus annexo bonis donandis, aut vendendis, diſceptat. 13. n. 33. & 37.

Poteſt tamen acceſſorie vendendo, vel donando univerſitatem jurium, & bonorum, ibid.

Præponderantia vocis conceſſa a Principe laico quando poſſit ſuffragari in materia ſpirituali præſentationis, ibid. n. 33. & ſeqq. n. 37.

Univerſitas laicorum nequit transferre in extraneum Juſpatronatus abſque conſenſu Epiſcopi, ibidem, n. 34. & 46.

Poteſt tamen conſecutive aggregando illum in Concilium, quia talis aggregatio operatur, ut debeat præſentare, ibid.

Donans alteri Juſpatronatus ſi poſtea præſentet vigore quaſi poſſeſſionis præſentandi, in qua ante donationem exiſtebat, donatario ſe opponente, non eſt admittenda tali præſentatio, diſcept. 4. n. 65.

Per donationem omne jus translatum eſt in donatarium, ibid.

Patrono donanti neque competit jus ſaltem cumulative præſentandi poſt donationem, ibid.

Contrarium, quod patronus cenſeatur jus præſentandi donaſſe cumulative, non privative, ibid.

Declara procedere hoc contrarium, ſi donatur jus præſentandi: ſecus ſi donatus Juſpatronatus, ibidem, numer. 66.

Si donatur tantum jus præſentandi in principali diſpoſitiva, poſtea vero in aliis partibus inſtrumenti promiſcue nominetur Juſpatronatus, & confundantur iſta duo, adhuc donatio intelligitur de ſolo jure præſentandi, ibid. n. 66.

Obſervantia in dubio declarat, an Juſpatronatus, vel ſolum jus præſentandi fuerit donatum, ibid.

Etiamſi donetur ſolum jus præſentandi, intelligitur privative non cumulative, ſi verba donationis talia ſint, ut privativam includant, ibid.

Poſt ceſſionem generalis adminiſtrationis præſentare non poteſt amplius cedens, ibid. n. 82.

Juſpatronatus an tranſierit necne cum univerſitate bonorum in renunciatione, obſervantia non parum attenditur, ibid. n. 96.

Et renunciatio debet intelligi eo modo, quo fuit a partibus declarata, & obſervata, licet contrarius intellectus videretur de jure verior, ibid. n. 88.

Maxime, quando interpretatio eſt favorabilis, quia per eam fit reditus ad jus commune, & beneficium eximitur a vinculo ſervitutis, ibid. n. 89.

Vide etiam *Obſervantia*.

In permutatione facta coram Papa derogatur Juripatronatus, ſi de eo ſit facta mentio, diſcept. 29. n. 14.

Et non reputatur præjudicialis patrono permutatio ob poſſibilem caſum mortis unius, prius quam alterius, ibidem.

Quid de hoc ſentiat Auctor, ibid.

Permutans coram Ordinario beneficium patronatum malitioſe abſque conſenſu patroni nulliter permutat, & eo privatus remanet, ibid. n. 16.

Malitia adeſſe dicitur ad hunc effectum, quando ſciebat adeſſe patronum, ibid.

Et ſi conſenſum petiit, illoque denegato, permutavit, quia perdit beneficium, quod uti vacans conferri poteſt ad præſentationem patroni, ibid.

Amplia, non obſtante clauſula, *non alias, aliter, nec alio modo* in reſignatione appoſita, quia nihil operatur, ubi adeſt culpa reſignantis, ibid.

Item amplia, ut ſi poſt dictam primam permutationem nullam altera fieret coram Papa, hæc quoque eſſet nulla, ibid. n. 17.

Etiamſi in ſecunda adeſſet conſenſus patroni ignorantis primam, ibid.

Jus alimentorum patrono debitorum non tranſit in extraneum, ad quem devenit Juſpatronatus, cum non ſit de genere fundatoris, diſcept. 39. n. 1.

Contrarium, ibid. n. 2.

Jus alimentorum non poteſt vendi ſpecialiter, retento patronatu penes vendentem, ibid.

Donatio generalis non comprehendit jus alimentorum, ibid. n. 2. Contrarium, ibid.

Confutatur *Riccius* dicens patrono conſanguineo fundatoris pauperi, etiam poſt translatum divitem, alimenta deberi, ibid.

Juſpatronatus Regium non ſubjectum formæ Concilii ſtatutæ in potentibus, ſi tranſeat ad potentem, retinet idem privilegium, quia attenditur origo, diſcept. 41. num. 4.

Idem ſi de privato tranſeat in potentem, ibid.

Donationes factæ inter compatronos de eorum vocibus pro ſe, & hæredibus in perpetuum denotant patronatum hæreditarium, diſcept. 53. n. 12.

Hæredes eorum, qui conſenſerunt unioni Juriſpatronatus, non poſſunt eam diſſolvere, ibid. n. 13.

Juſpatronatus litigioſum, & quoad judicialia.

Judex laicus poteſt acceſſorie judicare de Jurepatronatus cum univerſitate bonorum, diſceptat. 13. numero 33. & 37.

Præſentatio dependens a pertinentia Juriſpatronatus, quæ altiorem requirit indaginem, non ſufficit ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum, diſcept. 4. n. 64.

Gratia derogationis Juriſpatronatus in totum, attenta lite ſuper eo, non eſt attendenda, ſi patronus, tam ante, quam poſt litem motam erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid. n. 55.

Contrarium, quod ſufficiat verificari litem eo modo, quo fuit narrata vertens inter Ordinarium, & patronos, ibid. n. 56.

Limitatur hoc contrarium, ſi de tempore gratiæ patronus jam præſentaverat, ſtante clauſula, *dummodo ante ſit alteri jus quæſitum*, ibid.

Pendente lite ſuper proprietate patronatus, patroni non prohibentur continuare in eorum quaſi poſſeſſione præſentandi, & dicta quaſi poſſeſſio dat eis ejus validum, ibid. n. 57.

Lis inter Epiſcopum, & patronos non ſufficit, ut dicatur beneficium litigioſum, maxime ad effectum inducendi reſervationem vigore *cap. 1. & 2. ut lite pendente in ſexto* n. 60.

Limita, ſi ſpecifice fuit narrata lis inter Epiſcopum, & patronos, ibid.

Pro executione gratiæ ſufficit verificare litem eo modo, quo fuit narrata Pontifici, ibid.

Remiſſoria, & compulſoria ad probandum deſcendentiam a fundatore, quæ impugnatur, negari non ſolet in qualibet inſtantia, etiam in gradu reſtitutionis in integrum, diſcept. 7. n. 31.

Amplia, etiamſi alii teſtes fuerint in alia inducti, quando ex novis articulis reſultare poſſunt particulares circumſtantiæ, ſuper quibus alii teſtes non fuerunt examinati, ibid. n. 31.

Præſertim conſtito de exiſtentia novorum juſium compulſandorum, quia concedi debet ſpecialis compulſoria, ibid.

Rota in conceſſione novæ remiſſoriæ, & ſpecialis compulſoriæ apponit clauſulam *cum retardatione vel ſine arbitrio Rotæ*, ibid.

Literæ præſentati per majorem partem vocum Univerſitatis patronæ exequuntur, licet ſint poſteriores, quando habens literas anteriores non fuit a majori parte præſentatus, diſcep. 25. n. 29.

Stante paritate vocum, literæ præſentati ab habente vocem pinguiorem ſunt exequendæ, ibidem, num. 30. & 36.

Nova præſentatio valida non ſuffragatur pro literarum, quæ non fuerunt expeditæ vigore dictæ præſentationis, ſed invalidæ, & expediri debet nova proviſio, ibid. n. 47.

Literæ pro præſentato cum derogatione medietatis vocum ob malam expreſſionem remanent obreptitiæ, & non ſunt exequendæ, ibid. n. 55.

Literæ pro præſentato cum derogatione medietatis vocum ſunt inutiles, ſi impetrans non probet ſe præſentatum a medietate patronorum, ibid.

Et tunc Impetrans non eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum alterius proviſi, ib.

Parentela probata remanet ex ſententia, maxime ſi ſit judicatum tranſacta, diſcept. 7. n. 25.

Sententia lata ad favorem fratris ſuper parentela probat etiam ad favorem alterius fratris, ibid. n. 22. & 30.

Proprietas Juriſpatronatus quando dicatur clara ad effectum abſorbendi poſſeſſorium, diſcept. 28. numer. 3. & ſeqq.

Proprietas Juriſpatronatus dicitur clara, & abſorbet poſſeſſorium, quando non habet difficultates requirentes altiorem indaginem, ibid. n. 3.

Proprietatis claritas ut dicatur ceſſare, requiruntur objecta fortia, ſeu rem moraliter dubiam inducentia, ibid.

Præſentatus a patrono putativo exiſtente in quaſi poſſeſſione, ſed opponente re integra vero patrono, ſi inſtituatur, non tamen removetur, ſi poſtea patronus putativus ſuccumbat in petitorio, ibid. n. 5.

Et victoria patrono vero deſerviet ſolum pro futuris vacationibus, ibid.

Probatio juriſpatronatus deducta ex obſervantia centenaria æquivalet probationi per publicum inſtrumentum fundationis, ibid. n. 6.

Declara, dummodo obſervantia deducatur ex præſentationibus, & inſtitutionibus per publicum documentum pacificis, & effectualis; ſecus ſi ex teſtibus, enunciationis adminiculis, & ſimilibus, ibid.

Ultimus ſtatus præſentati non ſuffragatur etiam intra limites meri poſſeſſorii, quando habet in ventre expreſſum errorem tituli nulli, & vitioſi, & præſentatus ab eo rejici, debet n. 7.

Amplia, etiamſi error, ſeu vitium requireret altiorem indaginem, ibid.

Declara procedere, ſi verus patronus opponat re integra ante inſtitutionem dicti præſentati; ſecus ſi opponat poſt inſtitutionem; tunc enim non removetur non obſtante mala fide poſſeſſoris, ibid. n. 7.

Subdeclara, ut ſtante mala fide poſſeſſoris poſſit inſtitutum repræſentare veros patronos, ibid.

Qualis eſt obſervantia, talis præſumitur fundatio Juriſpatronatus, ibid.

Ultimus ſtatus in quaſi poſſeſſione præſentandi non tranſit in filium, & in hæredes, nec illis ſuffragatur in poſſeſſorio, ibid. n. 8.

Exiſtens in actuali poſſeſſione præſentandi ad unum beneficium dicitur eſſe in poſſeſſione etiam quoad aliud beneficium ejuſdem fundationis, & allegare poteſt ultimum ſtatum etiam in vacatione ejus beneficii, ad quod nondum præſentavit, ibid. n. 9.

Et poteſt continuare in præſentando, pendente lite ſuper proprietate, ibid. n. 10.

Amplia, etiam non obſtante inhibitione Judicis, ibidem n. 11.

Limita quando lis verteret ſuper ipſa poſſeſſione, ibidem.

Declara limitationem, ut etiam hoc caſu poſſit præſentare, & præſentatio facta teneat, ſed ſuperſederi debeat in inſtitutione præſentati uſque ad exitum litis, ibidem.

Vacatio beneficii de Jurepatronatus ſi contingat, pendente lite ſuper proprietate, non eſt inſtituendus præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed expectandus eſſet exitus litis, ibidem, num. 12.

Contrarium, ibid n. 15. & 13.

Limita hoc contrarium, quando proprietas eſſet clara contra ultimum ſtatum, quia tunc procederet prima opinio, ibid n. 13.

Poſſeſſor bonæ fidei non tenetur reſtituere fructus poſt motam litem, qui conſiſtunt in honore, ut ſunt electio, & præſentatio, ibid n. 12.

Vacante per reſignationem in manibus Papæ beneficio, quod prætenditur eſſe de Jurepatronatus, ſolet in proviſione executori committi, ut verificato prius Jurepatronatus conferat accedente conſenſu patronorum; quatenus vero de Jurepatronatus non exiſtat, libere, & ſimpliciter conferat, ibid. n. 14.

Et tunc executor ſi, non citatis patronis, literas exequatur nihil pronunciando, nec ſuper libertate, nec ſuper ſervitute, horum neutri favet talis collatio, & ad utrunque ſtatum ſe habet indifferenter, ibid.

Et attenditur, qualis fuerit ſtatus anterior, ibid.

Ultimus ſtatus ab altera parte proteſtatus cum clauſulis præſervativis *omnium, & quorumcunque jurium* non conſtituit alium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibidem, num. 15.

Contrarium, ſi deficiant in reſervatione jurium verba *tam in poſſeſſorio, quam in petitorio*, ibidem, num. 55.

Idem procedit in præſervativa jurium utriuſque partis adjecta per judicem, ibid.

Poſt Concilium Tridentinum manutentio ad formam *capit. Conſultationibus* non habet locum in Jurepatronatus potentium, ſi præſentationes fuerunt admiſſæ abſque cauſæ cognitione, non ſervandis, ibidem, numero 16.

Limita, quando præſentationes poſt Concilium fuerunt admiſſæ cum cauſæ cognitione, ibid.

Cauſa cognita ad hunc effectum debet probari ex actis, citato promotore fiſcali, & non ſtatur aſſertioni Ordinarii, ibid.

Limita in antiquis, quia tunc ſtandum eſt aſſertioni Ordinarii circa cauſæ cognitionem, etiamſi de ea non conſtet ex actis. Et quando dicatur in antiquis, ibidem, n. 16.

Sublimita, ſi aliunde probetur non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem, ibidem.

Cap. Conſultationibus procedit non ſolum, ubi quæſtio eſt inter compatronos, ſed etiam ubi eſt cum Ordinario, contra *Fagnanum*, ibid.

Ultimus ſtatus ad effectum manutentionis non requiritur, quod ſit cum cauſæ cognitione, ſed ſufficit inſtitutio ad præſentationem effectuata, etiam nulliter data per Vicarium, ibid. n. 16.

Etiam in patronatu ex privilegio, ſi validitas tituli ſit dubia, & diſputabilis, ſufficit quaſi poſſeſſio pro manutentione patroni, ibid.

Declara procedere contra Ordinarium; ſecus contra regulam reſervatoriam, & proviſum Apoſtolicum ex reſervatione menſium, ibid.

Contra reſervationem regulæ 8. non ſuffragatur ultimus ſtatus ad concedendum manutentionem patrono ex privilegio, niſi probet illud fuiſſe conceſſum ex cauſa oneroſa præponderante, ibid. n 17.

Poteſt dari manutentio patrono ex privilegio, ac inſtitutio illius præſentato, & per contrarium ſententia in petitorio favore alterius ſive proviſi Apoſtolici, ſive ab Ordinario, ibid.

Et tunc res judicata in petitorio abſorbet poſſeſſorium ex diſpoſitione Concilii, ibid.

Collationes factæ ab Ordinario jure devoluto cum non conſtituunt in quaſi poſſeſſione libere conferendi, nec præjudicant poſſeſſioni patronorum, ibidem, numero 16.

Amplia, etiamſi devolutio non exprimatur in collatione, ſed ex actis colligatur fuiſſe lapſum tempus patronis ad præſentandum ante collationem, ibidem.

Subrogatio ut concedatur, requiritur lis ſuper titulo Beneficii, & quod petatur vigore collationis jam ſecutæ, non uti ſibi debitum. diſcept. 31. n. 2.

Non habet locum hæc theorica in beneficiis electivis, ſeu Juriſpatronatus, ibid. n. 2.

Pendente lite ſuper beneficio inter duos præſentatos, ſi alter, lite non terminata, moriatur, non poteſt fieri nova præſentatio, ibid.

Ultimus ſtatus pro qualitate Juriſpatronatus non deſumitur ex actibus æquivocis, & ad diverſam cauſam trahibilibus, diſcept. 53. n. 33.

Geſta per præſentatum vel illius procuratorem circa qualitatem Juriſpatronatus non præjudicant patronis, qui præſentarunt in cauſa non exiſtentibus, ibidem, num. 32.

Vide ſupra *juſpatronatus quoad inſtitutionem &c.* & Vide *lit.*

Juriſpatronatus paſſivum.

Vocatus ad Juſpatronatus paſſivum non poteſt a patronis in præſentatione præteriri, diſcept. 19. n. 1.

Et ſi fuit præteritus, eſt tamen admittendus, ibid.

Ex novatione facta in Jurepatronatus activo non infertur ad novationem in paſſivo, ibid. n. 2.

Neque ex reſtrictione Juriſpatronatus paſſivi valet illatio ad activum, ibid.

Declaratio adjecta in Jurepatronatus activo influit etiam in paſſivum, ibid.

Paſſivum reſtrictum ad certas perſonas non extenditur ad alias vocatas in activo, ibid.

In dubio quænam perſonæ ſint comprehenſæ in paſſivo, reſtringi, & ampliari poteſt ex activo, & contra, ibidem.

Nova reſervatio activi favore augentis dotem cum alternativa præſentatione inter ipſum, & fundatorem non abrogat Juſpatronatum paſſivum vocatorum in fundatione, ibid n. 5. & 6.

Proculdubio non abrogat in turno primi fundatoris, quidquid ſit in turno adjuncti, ibid.

Juſpatronatus paſſivum etiam cum conſenſu Ordinarii alterari non poteſt a fundatore poſt quæſitum jus vocati ex actu fundationis jam perfecto, ibidem, numero 7.

Amplia, etiamſi augeat dotem, ibid.

Et procedit ſive vocati ſint extranei, ſive filii fundatoris de veriori, ibid. n 8.

Fundator non ligatur ex Jurepatronatus paſſivo, ibid. n. 9. & 11.

Unicus actus præſentationis ſufficit ad conſtituendam obſervantiam pro Jurepatronatus paſſivo, ibidem, numer. 10.

Maxime contra illum, qui præſentavit, cum non poſſit contra factum proprium recalcitrare, ibidem numer. 12.

Hæres ſeu executor poteſt declarare verbum æquivocum fundatoris, ibid. n. 26.

Et

Et poteſt declarare, quod vocatio illorum de parentela intelligatur ſtricte de ſolis agnatis, ibid.

Erecto beneficio pro conſanguineis ſuis, & conjugis, non datur prælatio ex ordine ſcripturæ inter unam, & alteram lineam, quia cenſentur redactæ in unam: ſed attenditur ſola prælatio proximitatis, diſcept. 7. num. 3.

Idem ſi fundatum ſit *pro illis de genere meo, & matris meæ*, ibid.

Limita in paritate gradus, quando conſtat fuiſſe conſideratum ordinem tacitum, & ſubintellectum, ibid. n. 4.

Maritus fundans pro conſanguineis ſuis, & uxoris cenſetur conſideraſſe ordinem tacitum, & ſubintellectum, ratione majoris affectionis erga ſuos, ibid.

Filius præſumitur habere parem affectionem erga utramque lineam, ex qua ipſe proceſſit, ibid.

Declara procedere in materia inſtitutionis beneficiorum; ſecus in fideicommiſſis, & majoratibus, ibidem.

Caſtill. controv. lib. 5. cap. 67. n. 28. examinatur, & reprobatur, ibid.

An attendatur ordo ſcripturæ necne, multum attenditur obſervantia, ibid. n. 5.

Voluntas teſtatoris declarari poteſt ex facto executoris in actu erectionis beneficii, ibid.

In paritate gradus conjunctus ex utroque latere præfertur conjuncto ex uno latere tantum; ſecus in diſparitate gradus, quia tunc præfertur proximior conjunctus ex uno latere tantum, ibid. n. 8.

Conjunctis in pari gradu ex latere materno, ſi alter eorum ſit etiam conjunctus ex latere paterno, licet in gradu remotiori, præfertur alteri ex latere matris tantum conjuncto, ibid. n. 9.

Si fundator vocavit conjunctos ex utroque latere, tunc habens hanc qualitatem præfertur proximiori in gradu ex uno tantum latere conjuncto, ibidem, numero 10.

Ubi potioritas eſt in linea vel ſexu, remotior lineæ vel ſexus præfertur proximiori, ibid.

Potioritas ſi ſit in qualitate conjunctionis ex utroque latere, remotior cum hac qualitate vincit proximiorem ex uno tantum latere conjunctum, ibid.

Fundatio *pro illis de genere meo, & matris meæ* non requirit utriuſque lateris conjunctionem in præſentando, ſed alterutram tantum, ibid. n. 11.

Et ibi particula *Et* non ſtat copulative, nec disjunctive cum prælatione ſecundum ordinem ſcripturæ, ſed parificative, ut præſentandus accipiatur de una, vel alia arbitrio patronorum, ibid.

Maxime, ſi plura ſint beneficia fundata, quam ſit veriſimile adeſſe utrinque conjunctos, qui poſſint præſentari, ibid. n. 12 & 31.

In Jurepatronatus prout in ſucceſſionibus, ſublata differentia agnatorum, & cognatorum attenditur quis ſit proximior in gradu, ibid. n. 11.

Et proximior in gradu, licet ex uno tantum latere conjunctus, vincit remotiorem conjunctum ex utroque latere, ibid.

Pro illis de genere meo, & matris meæ, etiam ſi ibi *Et* non ſtaret copulative, itaut non requireretur concurſus utriuſque conjunctionis, tamen habens utramque præferri debet habentibus unam tantum, ibid. n. 22. & 31.

Contrarium, ibidem.

Et in caſu dicto ſtat copulative, & requiritur utraque conjunctio, quando fundator vocat duplicem caſatam, vel lineam per modum unius, puta, ſi vocat in ſingulari ſuam familiam, quam explicat de utraque caſata; ſecus ubi vocatur duplex linea per modum duplicis caſatæ ſubſtantive, ibid. n. 13.

In dubio facienda eſt interpretatio pro habente præſentationem patroni, ibid. n. 24. 29. & ſeqq.

Parentela probata remanet ex ſententia, maxime ſi ſit in judicatum tranſacta, ibid. n. 15.

Sententia lata ad favorem fratris ſuper parentela probat etiam ad favorem alterius fratris, ibidem, numer. 25. & 30.

Ubi illegitimi gaudent nobilitate parentum, filius legitimus ſpurii debet admitti ad beneficium de jurepatronatus, etiamſi verba fundationis ſint civilia, & non naturalia, ibid. n. 24.

In Hiſpania ex conſuetudine filii illegitimi gaudent nobilitate parentum, & veniunt appellatione illorum de genere, & parentela, ibid. n. 24. & 27.

Illegitimus excluditur per legitimum, ceteris paribus; ſecus ſi ſit proximior in gradu, ibid. n. 25.

Maxime, ſtante obſervantia, ibid. n. 26.

Immo, ſtante conſuetudine Hiſpaniarum, non debet conſiderari aliqua prælatio inter legitimum, & illegitimum, ibid. n. 27.

In dubio pronunciandum pro habilitate deſcendentium a ſpurio ad quæcunque beneficia, & dignitates, ibid. num. 28.

Probans eſſe quem filium Petri N. non probat deſcendentiam a fundatore, ſi aderant in civitate plures ejuſdem nominis, & cognominis, ibid. n. 29. & 31.

Limita, ſi habet præſentationem a patrono, ibidem, num. 30.

Item limita, ſi frater ejus fuit alias præſentatus, & obtinuit beneficium per ſententiam, rejecta tali exceptione, canonizantem parentelam, ibid.

Sententia lata ſuper parentela inducit bonam fidem in Patrono præſentante, & firmat ultimum ſtatum, ſecundum quem præſentatio debet ſuſtineri, ibidem, num. 31.

Conſtito de vacatione beneficii, quodque illud ſit de Jurepatronatus laicorum, adjudicari debet habenti qualitates a fundatore requiſitas, ibid. n. 31.

Etiamſi non fuerit præſentatus a Patronis, quando per oppoſitionem factam tempore habili acquiſivit beneficium, quia habetur, ac ſi fuiſſet a patronis præſentatus, ibid.

Fundato beneficio pro illis de parentela ſua, & matris videntur prædilecti conjuncti ex utroque latere, ibid. num. 31.

Etiamſi conjunctus ex uno tantum latere eſſet in gradu proximior, ibid.

Habens ſolas qualitates a fundatore requiſitas beneficium obtinet, ac ſi ſolus præſentatus fuiſſet, ibidem.

In Jurepatronatus paſſivo an præſentatus conſanguineus inhabilis poſſit habilitari per diſpoſitionem, contradicente altero conſanguineo habili æque vocato, diſcept. 13. n. 38 & plur. ſeqq.

Si vocati ſint habiles de tempore vacationis, non datur habilitatio in præjudicium juris quæſiti alteri tunc habili, ibid n. 39.

Amplia, ſive habilis ſit æqualiter, & contemporanee vocatus, ſive per prius, & poſterius, & ſubſidiarie tantum, ibid.

Si requiratur habilitas de tempore præſentationis tantum, poteſt præſentari inhabilis ſub ſpe futuræ habilitationis, ſeu diſpenſationis, non attenta oppoſitione aliorum vocatorum habilium, ibidem, numer. 40. & ſeqq.

Declara, dummodo habilitas, ſeu diſpenſatio obtineatur intra quadrimeſtre conceſſum ad præſentandum, ibid. num. 40.

Et alius habilis non habet jus quæſitum, niſi quatenus præſentatus ſit inhabilis in fine quadrimeſtris, ibidem num. 41.

Maxime, ſi oppoſitor habilis ſit tantum ſubſidiarie vocatus in defectum præſentati, ibid. n. 42.

Oppoſitori, qui intra quadrimeſtre impedit diſpenſationem, non quæritur jus ex inhabilitate præſentati, etiam poſt quadrimeſtre, impedimento durante, ibidem, num. 43.

Neque ei quæritur jus, ſi habilitatio denegetur, puta Clericatus, abſque juſta cauſa, ibid.

Ab injuſta Ordinarii denegatione poteſt appellari cum proteſtatione, quod interim non currat terminus ob impedimentum, ibid.

Non tamen eſt neceſſaria dicta proteſtatio, ibid.

Impedito non currit tempus ipſo jure, ibid.

Quadrimeſtre ad favorem præſentati, ut poſſit interim habilitari, computatur detracto toto tempore præſtiti impedimenti, conjungendo tempus prius, & poſterius, ibid.

Habens ſpem a conditione pendentem non poteſt conſulto facere, ut conditio verificetur in ſui favorem, & in præjudicium alterius, ibid. n. 42.

Diſpenſatio Papæ ſuper ætate paſſim conceditur in beneficiis de Jurepatronatus, etiam exiſtentibus in ætate 9. vel 10. annorum ex cauſa rationabili, ibid.

Cauſa rationabilis ad hunc effectum reputatur, ſi ſit ex compatronis, vel de ſanguine fundatoris, vel de conſanguineis patronorum, ibid.

Major ætas an ſemper attendatur ad qualificandam majorem idoneitatem, diſcept. 19. n. 16.

Idoneus quis dicatur, ibid.

In Capellania mere laicali cum onere Miſſarum non attenditur major ætas, & proximior ad ſacerdotium, ibid.

Et hujuſmodi Capellaniæ ſunt capaces etiam laici, & feminæ, ibid.

Nec in ea requiritur ætas Conciliaris annorum quatuordecim, ibid.

Verbum *de parentela* latius patet, & complectitur agnatos, & cognatos, ibid.

Fundato beneficio pro Clerico oriundo, & paupere, ſi conferatur non oriundo, nec pauperi, an poſſit impetrari, diſcept. 22. n. 39.

Beneficium collatum perſonæ non qualificatæ poteſt impetrari, quando qualificatio vocati reſpicit favorem Eccleſiæ, & beneficii, & quod ſit *Doctor*, & ſimiles, ibidem.

Secùs, quando qualificatio reſpicit favorem perſonarum vocatarum, ut quod ſit pauper, oriundus, conſanguineus, & ſimiles, ibid.
Et proviſio facta de non qualificato abſque comparatione, & oppoſitione alicujus qualificati eſt valida, ibidem.
Vacatio qualificati intelligitur quatenus adſit, & compareat, ibid.
Ordinarius non tenetur requirere qualificatos, nec expectare, donec talis compareat, ibid.
Et qualificatus debet comparere re integra, hoc eſt ante ſecutam proviſionem, alias non auditur, ibidem.
Vocatus ad Juſpatronatus ſive activum, ſive paſſivum proximiore fundatore, vel ſeniore de familia, aut aliter qualificato, ſi iſte reperiatur in altera linea, admittitur excluſive ad non qualificatos de linea, ubi Juſpatronatus fecerat ingreſſum, diſcept. 36. numer. 18.
Stante obſervantia præſentandi non Sacerdotem, qualitas Sacerdotalis enunciata in fundatione cenſetur ſtare tantum demonſtrative, diſcept. 38. n. 13.
In beneficiis patronatis prælatio debetur in paritate vocum præſentato, qui eſt de ſanguine fundatoris, ibidem n. 1.
Favor prælationis in paritate vocum attribuitur æqualiter illis de familia fundatoris, ſeu patronorum, ibidem n. 3.
A fortiori debetur dicta prælatio, ſi præſentatus ſit compatronus, ibid. n. 5.
Vide plura in verbo *Juſpatronatus*, *quoad inſtitutionem*, *prælatio*.
Jus præſentandi. Vide ſupra *Juſpatronatus*,
Jus ſepulturæ. Vide ſupra in verbo *jus*,

Juſſus.

Potentis, & Superioris preces, & dona vim habent jubendi, & cogendi, diſcept. 52. n. 52.

Juſtificatio.

Juſtificatio literarum omnino requiritur pro executione illarum, diſcept. 13. n. 45.
Literis in omnibus juſtificatis debetur executio, ibidem n. 58.
Ad juſtificationem ſententiæ Rotalis ſufficit, quod ſubſiſtant fundamenta priorum deciſionum, diſcept. 6. numer. 58.

Juſtitia.

Præſumptio ſtat pro juſtitia ſententiæ, niſi contrarium probetur, diſcept. 7. n. 22.
Grande frænum Prælatorum in exercenda juſtitia, & juribus Eccleſiæ tuendis eſt dependentia a Capitularibus in collatione beneficiorum, diſceptat. 4. numero 41.
Præſumptio juſtitiæ aſſiſtens facto Judicis ceſſat, ſi non conſtat ex actis de ulla probatione delicti, diſcept. 34. n. 13.
Impedimentum juſtitiæ publicæ honeſtatis propter inita ſponſalia cum conſanguineis ſponſi vel ſponſæ non multum habet rationis, & deberet aboleri, ſecundum *Hoſtienſem*, diſceptat. 52. numero 95. & ſequentibus.
Contractis ſponſalibus de futuro per occultam promiſſionem, & privatam apocham habentem vim jurati inſtrumenti, an partes concorditer recedendo poſſint cum conſanguineis ſponſi, vel ſponſæ reſpective matrimonium contrahere abſque diſpenſatione Apoſtolica ſuper impedimento publicæ honeſtatis juſtitiæ, ibid. n. 92. & ſeqq.
Ratio impedimenti publicæ honeſtatis juſtitiæ conſiſtit in externa, & apparenti decentia, juxta quam non videtur convenire, ut dicatur uxor unius, quæ fuit ſponſa conſanguinei, & econtra, ibidem, numero 96.
Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ non oritur ex ſponſalibus a principio validis, & poſtea mutuo contrahentium conſenſu diſſolutis, ibidem, numero 97.
Contrarium, ibid.
Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ non reſultat ex ſponſalibus occultis, ibid. n. 98.
Juſtitia publicæ honeſtatis non oritur ex ſponſalibus conditionalibus, ſi ob defectum conditionis matrimonium non ſequatur, diſcept. 52. n. 4.
Vide etiam *Impedimentum*, *Matrimonium*.

L

Labor.

Qui laborant de Evangelio vivant, & qui Altari ſerviunt de Altari edant, diſcept. 2. n. 83.
Divus Franciſcus aſſignavit ſuis Fratribus quatuor vivendi modos, ſcilicet de laboritio, de oblationibus, de mendicationibus, & recurſu ad pecuniam, ibidem numer. 79.
De quo labore intelligatur Regula, ibid.
Fratres Minores debent prius ſuis laboribus victitare, quam aliis modis recurrere, ibid.
Minorum paupertas expoſcit, ut prius honeſto labori rerum ſpiritualium incumbant, quam ad mendicandum recurrant, ibid. n. 83. & 82.
Quare prius laborandum, quam mendicandum Fratribus Minoribus injungitur, ibid. n. 84.
Paupertatis Seraphicæ ſectatores verius dicuntur, qui laboris mercede vivunt, quam qui moleſti ſunt fidelibus mendicando, ibid. n. 85.
Divus Franciſcus pro annuis reditibus laborem Fratribus ſuis legavit, ibid. n. 83.
Laici corpore, Clerici vero in choro pro eorum munere laborare debent, ibid.
Divus Franciſcus uti Diaconus vacabat divinis, & uti laicus manibus laborabat, ibid. n. 84.
Divus Paulus ex laboris mercede ſibi victum parabat, ibidem.
Divus Franciſcus voluit, ſuos Fratres prius de laboris pretio, quam mendicatione victitare, ibid. n. 73.
Merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, non imputantur in Congruam Archipresbyteri curam actualem exercentis, diſcept. 46. n. 7.
Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus beneficii, ſed merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, ibid. n. 8.
Diſtingue, ut n. 8.
Habens brachia impedita, alligata, & motu carentia, eſt incapax laborandi, & militandi, diſcept. 27. n. 15.

Laicus.

Laici non ſunt retrahendi a fundationibus Eccleſiarum, & beneficiorum, diſcept. 3. n. 6.
Papa abſtinere a derogatione Juſpatronatus mixti propter ſolum præjudicium laicorum, ne retrahantur a fundationibus, ibid. n. 8.
Vide *Juſpatronatus Eccleſiaſticum*, *Laicale*, & *mixtum*.
In Capellania mere laicali cum onere Miſſarum non attenditur major ætas, & proximior ad Sacerdotium, diſcept. 19. n. 16.
Et hujuſmodi Capellaniæ ſunt capaces etiam laici, & feminæ, ibid.
Eccleſiaſticæ perſonæ non poſſunt ſe ſubjicere examini in foro laicali, niſi prævio præcepto Superioris Eccleſiaſtici. Et qui poſſunt dare hanc licentiam, diſcept 50. n. 25.
Hoſpitale ſeculare licet poſſit gubernari per laicos, & feminas, non tamen infertur, quod poſſit per Regulares, diſcept. 22. n. 3.
Vide *Hoſpitale*.
Divus Franciſcus uti Diaconus vacabat divinis, & uti laicus manibus laborabat, diſcept. 2. n. 82.
Laici corpore, Clerici vero in choro per eorum munere laborare debent, ibid. n. 83.
Penſionis Eccleſiaſticæ non eſt capax laicus, ſed tantum Clericus; ſecus in penſione laicali, diſcept. 37. n. 53.
Vide *Penſio*.
Laicus ſepeliendus eſt in ſepulchro majorum privative ad propriam Parochiam ratione affectionis, & præſumptæ voluntatis, diſcept. 51. n. 33.
Vide *Sepultura*.
Jus eligendi Prælatos Conventuales non poteſt cadere in laicos, etiam titulo patronatus, n. 24. V.
Amplia, quamvis alias ageretur de patronatibus Regiis, ibidem.

Lambertinus.

Refellitur *Lambertinus* tenens, quod ſi Univerſitas vel Collegium habens Juſpatronatus dividatur in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præſentet, utraque præſentatio valeat, & ſit locus gratificationi, penſatis meritis utriuſque præſentati, diſcept. 4. n. 31. & ſeqq.
Idem refellitur tenens, quod Patronus præſentans ignoranter inhabilem, aut non idoneum non gaudet novo termino a die rejectionis, ſed tantum admittitur ad novam præſentationem, durante primo termino, ibidem n. 30. & plur ſeqq.

Idem

Idem probatur dicens, quod ſi fundator expreſſe ſibi Juſpatronatus non reſervavit, & paſſus eſt prima vice beneficium libere conferri, cenſetur declaraſſe, beneficium fuiſſe liberum, ibid. n. 72. & ſeqq.
Et explicatur, quod procedat in Eccleſia Collegiata; vel Conventuali; ſecus in ſimplici, ibid.

Lateranum.

Eccleſia Lateranenſis eſt Cathedralis Urbis, & ibi eſſent ſepeliendi Summi Pontifices, diſcept. 51. n. 24.
De opinione, quod Cardinales ſepeliri debeant in Eccleſia Lateranenſi, ibid.
Lateranenſe Concilium. Vide *Concilium*.

Latro.

Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi quis detinetur a latronibus, diſcept. 37. n. 9.

Legatum.

Legatum Fratribus incapacibus an, & quando debeatur. Vide *Fratres Minores*.
Teſtator ſi primo loco ordinavit legata, & mandavit de reſiduo erigi opus pium, debentur legata, etiamſi non remaneant reditus ſufficientes pro dicto opere, diſcept. 2. n. 33. & 43.
Facultates Fabricæ S. Petri non intrant in legatis omnino nullis, & caducis, ibid. n. 52.
In legatis cum onere Miſſarum, non obſtante incapacitate Fratrum legatariorum, intrant facultates Rev. Fabricæ S. Petri, ibid.
Vide *Fabrica*, *Fratres*.
Dicus Franciſcus pro annuis reditibus laborem Fratribus ſuis legavit, ibid. n. 83.
Legata in teſtamento ex defectu juris invalido debet hæres in conſcientia, ſi illi conſtet de mente teſtatoris, licet contra eum non detur civilis actio, ibidem, numer. 86.
Legatum factum anteceſſori debetur ſucceſſori in dignitate independente, ut eſt Imperator, Papa, Epiſcopus, & ſimiles, diſcept. 51. n. 10.
Secus in dignitate dependente, ut eſt orator Imperatoris, Vicarius Epiſcopi, & ſimiles, ibid.
Stante uno teſtamento, non poteſt ſimul præſumi, quod adſit novum, & quod contineat legatum in primo non expreſſum, diſcept. 26. n. 15. & 16.

Legatus.

Legatus non habet facultatem diſponendi, ut Regularis præficiatur Hoſpitali ſeculari, diſcept. 23. n. 11.
Nec poteſt immutare ſtatum ſecularem Hoſpitalis in regularem, ibid. n. 12.
In collatione ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, ſi Epiſcopus unum, Capitulum alium nominet, poteſt Papa, & Legatus, etiam termino ad conferendum durante, jure concurſus prævenire conferendo, diſcept. 4. n. 40.
Xenia data per novos Cardinales non pertinent ad Cameram Pontificis creatoris prædefuncti, ſi mora illius contingat ante expeditionem Legatorum cum Birettis, vel antequam Legati ad locum deſtinatum pervenerint, Biretta tradiderint, & acceperint xenia, diſcept. 51. num. 3.
Vide *Xenia*.
Dicta Cardinalium, licet nihil opponi poſſit, poteſt tamen opponi dicto Legatorum de auditu ab eiſdem Cardinalibus deponentium, ibid. n. 18.

Legio.

Tiberius noluit adire per ſe ipſum legiones Germaniæ, & Panoniæ, ne unam offenderet, ſi aliam prius ingrederetur, & ideo miſit ad eas Germanicum, & Drudum ejus filios, diſcept. 9. n. 58.

Legitimus.

Qualitas legitimitatis requiſita per teſtatorem in inſtitutione hæredis non cenſetur repetita in ſubſtitutione Capellaniæ cum Jurepatronatus, reſervato favore deſcendentium per verba *conſanguineos*, *ſeu parentes*, diſcept. 41. n. 3.
Legitimationem non ſufficit probare per præſumptiones, ſed exhiberi debet integer illius tenor ad dignoſcendum quos caſus comprehendat, & in quorum præjudicium valeat operari, diſcept. 53. n. 37.
Matrimonium conciliatum inter patrem, & matrem oſtendit filium eſſe legitimum, diſcept. 7. n. 19.
Illegitimus excluditur per legitimum, ceteris paribus; ſecus ſi ſit proximior in gradu, ibid. n. 25.
Maxime, ſtante obſervantia, ibid. n. 27.
Vide *Illegitimus*, *Spurius*, *Naturalis*.

Leo.

Ardengherius Iſolanus, & Atilla ejus uxor donarunt univerſa eorum bona Eccleſiæ S. Ægidii Civitatis Cremonenſis, illamque in Collegiatam erigi obtinuerunt a San. Mem. Leone IX. diſcept. 8. n. 1.
Stante paritate votorum in ſcrutinio, electio terminatur per ſortes in Regnis Hiſpaniarum ex Conſtitutione Leonis X. diſcept. 4. n. 130. in fine.
Dicta Conſtitutio intelligitur permiſſive, ibid.
An extendatur dicta Conſtitutio ad Regnum Aragoniæ Rota noluit decidere, ibid.
Conſenſus extendi poteſt etiam poſt obitum reſignantis, ſi, eo vivente, ſupplicatio fuit ſignata, & datata ex Conſtitutionibus Alexandri VI. & Leonis X. diſcept. 5. n. 1.
Et præſtari poteſt per procuratorem dicti reſignantis, ibidem.
Limita, ſi ſupplicatio nondum fuerat datata parva data, ibid. n. 2.
Declara, ut ibid. n. 3. & plur. ſeqq.
Vide *Conſenſus*, *Reſignatio*.

Læſio.

Fumus læſionis ſufficit; & non requiritur rigoroſa meritorum diſcuſſio ad obtinendum aperitionem oris adverſus indulta Apoſtolica cum clauſula *ſublata*, & decreto *irritanti*, diſcept. 22. n. 2.

Lætitia.

Juſta cauſa recedendi a ſponſalibus eſt, ſi vir fuit deceptus in lætitia, & improviſa occaſione, diſcept. 52. num. 80.

Leve.

Ardua a non arduis, & gravia a levibus diſtinguere difficillimum eſt, & valde reſolutum, diſcept. 16. n. 73. in fine.
Epiſcopus etiam in levibus nihil poteſt ſtatuere, & definire in criminalibus ſine conſenſu Capituli, ibidem num. 6.
Vide *Capitulum*, *Conſenſus*.

Lex.

Lex aut regula generalis non debet abrogari propter fraudem aliquorum, quando poteſt particulariter procederi, diſcept. 5. n. 49.
Indefinita propoſitio legis ſemper æquipollet univerſali, & non patitur reſtrictionem; ſecus indefinita hominis, quæ patitur reſtrictionem, diſcept. 16. n. 40.
Tantum generaliter, & indefinite ſi loquitur de negotiis, intelligitur de omnibus etiam gravibus & arduis, ibid.
Lex ubi voluit, expreſſit, ubi non expreſſit, dicendum eſt noluiſſe, ibid. n. 38.
In re dubia lex dicitur favere conſuetudini, ibidem, numer. 18.
Lex ad caſus ſolitos, & frequenter contingibiles reſpicit, non autem ad extraordinarios, diſceptation. 17. num. 37.
Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, diſcept. 34. num. 23.
Quod lex non requirit, nec nos requirere debemus, diſcept. 17. n. 9.
Leges ſi narrant factum, non inde ſequitur, quod ita determinent, aut aliquid diſponant de jure, ibidem, num. 8.
Nemo poteſt facere, quominus leges habeant in ſuo fundamento, diſcept. 25. n. 12. in fine.
Lex fundationis operatur, ut regula ſuperveniens incompatibilis cum ea non intret, ibid. n. 13.
Lex fundatoris reſervans jus inſtituendi Epiſcopo ſimul, & Capitulo eſt contraria Concilio Tridentino, ibidem, num. 12.
Interpretari tamen debet modo licito: ut nempe inſtitutio ſpectet ad Epiſcopum cum conſilio Capituli, vel potius cum conſenſu Capituli, ibid.
Licitum eſt fundatoribus in limine fundationis apponere conditiones etiam juri contrarias de conſenſu Ordinarii, ibid. n. 9. & 51.
Dummodo tamen non ſint contra ſubſtantiam beneficii, ibid. n. 9.
Et dummodo non adjiciantur ex intervallo poſt factam fundationem, ibid.
Lex reſervationum excluſiva non eſt contra ſubſtantiam beneficii, ibid.
Privilegium Apoſtolicum ex cauſa fundationis beneficii legem continens reſervationum excluſivam non cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, ibidem, numer. 8.

Lex fundationis excludens reſervationes non debet per Superiorem deleri, ſed admitti, & religioſe ſervari, ibid. n. 9.
Non ſolum reſpectu fundatoris viventis, qui poteſt fundationem omittere, niſi ſua lex approbetur, ſed etiam poſtquam in teſtamento relicta fuit erectio cum dicta lege, ibid.
Lex fundationis valet, quod beneficium non poſſit cadere ſub reſervationibus, nec poſſit conferri niſi per certum Prælatum, diſcept. 22. n. 42.
Inſtitutio debet reſervari Epiſcopo, & non alteri inferiori, non obſtante contraria lege fundationis, ſi ſtat poſt Concilium Tridentinum; ſecus ante Concilium, ibidem.
Limita, ſi Papa etiam poſt Concilium talem legem approbaret, ibid.
Vide *Fundatio*.
Statutum dicitur lex particularis loci, diſcept. 4. numer. 13.
Potentia ſuccedendi auferri poteſt per ſtatutum, ſicut per legem, ibid.
Statutum ac idem operetur, quod lex deferendo vel auferendo hæreditatem ſuccedere volenti in Jurepatronatus, ibid.
Femina non admittitur ad ſucceſſionem in Jurepatronatus per mortem ultimi, ſi hæreditas primi non eſt ei delata a lege, ibid. n. 42.
Quid ſi hæreditas primi ſit ei delata a lege, & ablata per hominem, ibid.
Lex, quando requirit appoſitionem diei, ſufficit, quod appareat ubicunque, diſcept. 5. n. 11.
Lex in Eccleſiis innumeratis præfixit numerum tacitum beneficiatorum, & in genere, ut nempe tot ponantur Clerici, quot poſſunt abſque penuria ex redditibus Eccleſiæ ſuſtentari, ibid. n. 23. & 25.
Statuta particularia Eccleſiarum proprios ritus habentium faciunt ceſſare legem generalem, & diſpoſitionem ceremonialis, diſceptat. 15. ibidem numer. 2. & 6.
Matrimonium uti Sacramentum obſtringitur legibus Eccleſiæ, diſcept. 2. n. 78.
Ad validitatem matrimonii inter infideles, & Eccleſiæ non ſubditos ſufficit, ſi legibus gentilitiis vel arbitrio ſubrantium impoſitis celebretur, ibid.
Lex particularis privilegii non autem Concilium unice attendi debet circa gratiam gaudendi fructibus & aliis emolumentis tempore vacantiæ, diſcept. 1. n. 31. in fine.
Amplia, etiamſi gratia ſit conceſſa ad limites Concilii, quia Concilium dicitur conſideratum tantum pro deſignando tempore vacantiæ, ibid.
Habere Doctorem punctualem eſt habere caſum legis, diſcept. 6. n. 24.
Habere Doctorem punctualem in terminis abſque contradictore idem eſt ac verſari in caſu legis, diſcept. 13. n. 37. & 50.
Papa non cenſetur derogaſſe legi fundationis ſine ſpeciali mentione, diſcept. 27. n. 9. & 11.
Jura Epiſcopalia non ſunt impoſitiones, ſed Sacrorum Canonum leges perpetuæ, & juris communis diſpoſitiones, diſcept. 35. n. 4.
Cathedraticum competit ex lege Diœceſana in ſignum ſubjectionis, ibid. n. 3. & 5.
Ultimum Decretum Sacræ Congregationis Rituum pro lege attendi, & ſervari debet, diſceptat. 43. numer. 15.
Stylus Romanæ Curiæ facit jus, ſicut lex Canonica, & Conſtitutio Papalis, diſcept. 47. n. 14.
Conſtitutio Synodalis fundata in præexiſtenti conſuetudine ſervanda eſt tanquam lex municipalis, diſcept. 50. num. 21.
Sententia Pontificia eſt lex non ſolum pro illis cauſis, in quibus emanavit, ſed in omnibus ſimilibus, num. 2. V.
Idem de Imperialibus deciſionibus, & ſanctionibus, ibidem.
Ordo Carthuſianorum nunquam a legibus ſuis, & bonis inſtitutionis ſanctoque propoſito cecidit, numer. 6. V.
Id cenſetur diſpoſitum, & in lege, ſeu ſtatuto demandatum, quod fuit obſervatum, n. 7. V.
Obſervantia interpretativa non dicitur inducere novum jus ſcriptum contra jus ſcriptum, ſed declarat ipſam legem, ſeu ſtatutum, quod remanet in ſua vi, & uti lex ſic interpretata diſponit propria virtute, non autem alterius juris, n. 7. V.
Obſervantia vigens in aliquo Ordine Regulari ſervanda eſt tanquam lex, n. 10. V.
Leges ex ſuis partibus ſunt interpretandæ, numer. 21. V.
Ita ſe habet ſtatutum ad ſtatutum, ſicuti lex ad legem, ibidem.
Expreſſum in una parte legis ſupplendum eſt, vel interpretative extendendum ad alteram partem, in qua fuit omiſſum, ſi alias, deficientibus verbis, ad utramque partem poſſit trahi legis effectus per ſimilitudinem rationis, ibid.
Privilegia perpetua æquantur legi, & habentur, ac ſi in corpore juris eſſent inſerta, n. 26. V.
Vide *Privilegium*.
Una lex aliam declarat, & priores ad poſteriores trahuntur, & poſteriores ad priores, n. 30. V.
Leges quædam in particulari. Vide *Textus*.

Liber.

Liberculus Papæ non attenditur, ſed decretum Conciſtoriale, ſive rogitus Cardinalis Vicecancellarii, diſcept. 9. n. 70.
Papa prænominando unam Eccleſiam alteri in ſuo liberculo non præjudicat juri partium, ibid.
In libro taxæ utraque Eccleſia prænominatur, & quare, ibid. n. 72.
Frater Didacus Bravo pater Provinciæ Angelorum fuit auctor libelli inſcripti *Manuale Tabellionum*, ibidem num. 95.
In dicto liberculo aſſignantur peculiares formæ ſervandæ in materia diſpoſitionum pro Fratribus Minoribus, ibid.
Fratres Minores in libro *Manuale Tabellionum* habent formulas Inſtrumentorum, cum quibus valide obtinent inſtitutiones, & legata ad eorum favorem, diſcept. 2. num. 78.

Liberatio.

Liberatio a carceribus cum pœna ſupponit culpam præambulam, diſcept. 34. n. 8.

Libertas.

In diſpoſitionibus reſtrictivis libertatis de jure communi competentis non fit extenſio ex identitate rationis, diſcept. 6. n. 6.
Amplia, ut neque fiat extenſio ex majoritate rationis, ibidem.
Renunciatio beneficii eſt amiſſio magni juris, ob quam impeditur libertas egredi volentium de Religione, ibid. n. 14. 47. & 58.
Libertas eligentibus reſtringi nequit ad paucos, diſcept. 21. n. 22.
Juſpatronatus gentilitium non fit hæreditarium in ultimo, quando in ejus reſervatione adſunt clauſulæ, & verba reſtrictiva, & tunc, deficientibus vocatis, expirat, & Eccleſia acquirit libertatem, diſcept. 33. num. 3.
Fundator ſi expreſſe ſibi Juſpatronatus non reſervavit, & paſſus eſt prima vice beneficium libere conferri, cenſetur declaraſſe beneficium fuiſſe liberum, ſecundum *Lambertinum*, diſcept. 4. n. 72.
Reprobatur in hoc *Lambertinus*, ibidem n. 73. & plur. ſeqq.
In matrimonio requiritur omnimode libertas, & major quam in aliis contractibus, diſcept. 52. numer. 63. & 66.
Metus levis non impedit libertatem conſenſus, diſcept. 52. n. 7.
Metus reverentialis non dicitur gravis ad impediendam libertatem conſenſus, niſi ſimul concurrant graves minæ, & quod minans ſolitus fuerit illas exequi, ibid. num. 8.
Minæ abuſivæ, & inconſiderato calore iracundiæ prolatæ etiam graviſſimæ non excludunt libertatem conſenſus in matrimonio, ibid. n. 14.
Adjectio pœnæ etiam ratione lucri ceſſantis prohibita eſt per Sacros Canones in ſponſalibus ad conſulendum omnimode libertati matrimonii, diſceptat. 52. num. 5.
Et ſolum peti poteſt refectio damni, quando quis injuſte reſilit, & ratione ſponſalium ſunt factæ expenſæ, ibidem.
Vide *Conſenſus*, *Matrimonium*.
Libertas, ſtatus. Vide *Status*.

Libido.

Vir eſt minus libidini obnoxius, quam femina, diſcept. 52. n. 54.
Femina licet magis ardeat, minus quam vir ardorem oſtendit, & vir qui minus ardet, magis quam femina ardorem manifeſtat, ibid.

Licentia.

Atteſtationes ſuper ſtatu libero differunt a licentiis contrahendi matrimonia conceſſa vagabundis, diſcept. 20. num. 4.

In Con-

In Cancellaria Abbatiali recognoſci ſtatus liberos, & eorum atteſtationes probatur, ex quo in ea reperiuntur licentiæ Ordinariorum vicinorum, ibidem numero 8.
Correctio facta per miniſtros præſumitur rite, & recte facta de licentia eorum, ſine qua fieri non poterat ad excludendum delictum, diſcept.9. n.32.
Abſens ob exilium a Magiſtratu vel Principe datum non tenetur oſtendere licentiam Superioris, diſceptat.34. n.25. & ſeqq.
Abſens ex cauſa neceſſaria inimicitiarum abſque licentia Superioris non excuſatur ad lucrandum fructus & diſtributiones, ibid. n.24.
Limita in eo, qui diſcedit coactus ad evitandum vitæ periculum, ibid. n.25.
Sacerdotes Jovis apud gentiles Flamines Diales nuncupati abeſſe non poterant etiam ex cauſa neceſſaria ob adverſam valetudinem abſque licentia Summi Pontificis, ibid. n.24.
Vide *Abſentia*.
Licentiam dare qui poſſint perſonis Eccleſiaſticis ſubjiciendi ſe examini in foro laicali, diſcept. 20. numero 25.
Pro fundationibus Conventuum requiritur licentia Ordinarii, diſcept.3d. n.1.
Vide *Conventus*.
Canonicus litigans cum Capitulo ſuper Canonicatu ſeu fructibus, qui injuſte denegantur, lucratur fructus, & diſtributiones, in abſentia, etiam abſque licentia Superioris, diſcept.37. n.1.
Ubi agitur de Prælatis, & aliis curam animarum habentibus, etiam ſtante cauſa juſta, & neceſſaria ad abeſſendum, peti debet licentia Superioris, ibid. numero 3.
Limita in caſu abſentiæ propter aliquod munus & Reipublicæ officium, ibid.
Curati licentiati a jure ex cauſis legitimis expectare debent judicium Epiſcoporum ſuorum ſuper neceſſitate, & qualitate earundem cauſarum, ibid.
Et in caſu impotentiæ petendi licentiam cum primum poterunt, debent Epiſcopos ſuos de abſentia, & cauſis facere certiores, & ceſſantes incipetent eſſe in culpa, ibid.
Canonici, ſeu beneficiati in caſibus, in quibus ſunt licentiati a jure, non indigent licentia hominis, ſeu Superioris, ibid. n.4.
Limita, ſi agatur de cauſis abſentiæ voluntariæ, ſive cauſa ſit expreſſa a jure, ſive non, ibidem numero 6.
Contrarium contra *Garziam*, & *Rotam*, ibid.
Verba *de licentia Sedis Apoſtolicæ* in cap. *ſuper ſpecula de Magiſtris* intelligenda ſunt de licentia ſpeciali non de generali contra *Gieſſam*, ibid.
Abſens ex cauſa litis ſuper juribus beneficii, & in utilitatem Eccleſiæ non habet neceſſitatem licentiæ ſuperioris, ut licentiatus a jure, ib. n.7.
Contrarium, ibid.
Licentia in abſentia requiritur ad evitandum contemptum Superioris, ibid.
Amplia, etiamſi in cauſis abſentiæ expreſſis in jure, ibidem.
Declara, hanc ampliationem procedere in abſentia voluntaria ex cauſis in jure expreſſis, nempe litis, peregrinationis, ſtudii, & ſimilibus; ſecus in abſentia neceſſaria, coacta, & violenta, quia tunc nullus ineſſe poteſt contemptus, ibidem numero 8. & numero 9.
Licentia pro abſente non ſolum requiritur ad evitandum contemptum, ſed etiam ad effectum, ut Superior examinare valeat veritatem cauſæ, ibidem numero 10.
Declara procedere in abſentia Prælatorum, & Parochorum; ſecus in Canonicis, & aliis beneficiatis, nam quoad iſtos requiritur ſolum ad evitandum contemptum, ibid.
Licentia petita, & obtenta non relevat ad effectum lucrandi fructus, ſeu diſtributiones in abſentia, ſi cauſæ non ſunt veræ, nec a jure approbatæ, ibid.
Licentiæ datæ per Capitulum peragendi funera abſque illius interventu ſupponunt antecedens jus in eodem Capitulo accedendi in funeribus ſuorum Parochianorum, diſcept.50. n.23.

Ligare.

Nihil tam naturale, quam eodem genere quodque diſſolvere, colligatum eſt, n.4. V.

Ligna.

Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania fundationes Conventuum non acceptant abſque determinata eleemoſyna olei, piſcium, lignorum, & ſimilium, diſcept. 2. num. 83.

Limina.

Cardinales de Epiſcopatibus proviſi non poſſunt in adminiſtratione Eccleſiæ ſe ingerere ante præſtitum juramentum fidelitatis, & de viſitando Apoſtolorum limina, ex Conſtitutione Sixti V. diſcept. 12. numero 28.

Linea.

Reſervato Jurepatronatus pro deſcendentibus per lineam maſculinam non veniunt feminæ deſcendentes ex maſculis, diſcept.14. n.2. & 3.
Juſpatronatus reſervatum certi generi perſonarum, puta deſcendentibus maſculis, & linea maſculina extincta, feminis, repugnat qualitati ſimpliciter hæreditariæ, diſcept.4. n.23.
Amplia, etiamſi poſtea fiat mentio de hæredibus & ſucceſſoribus prædictis, quia intelligitur de hæredibus, & ſucceſſoribus deſcendentibus, nec mutant vel ampliant diſpoſitionem, ibid.
Quidquid ſit, an reputetur hæreditarium vel mere gentilitium ad effectum computandi voces patronorum in capita vel in ſtirpes, ibid.
Juſpatronatus reſervatum pro deſcendentibus maſculis, & deficiente linea maſculina, pro feminis, per mortem ultimi maſculi non tranſit ad ejus hæredes, ſed ad feminam ſuperſtitem in reſervatione contemplatam, ibid. n.20.
Vocatis feminis ex linea effectiva, non veniunt feminæ ex linea contentiva, ibid. n.26.
Erecto beneficio pro conſanguineis ſuis, & conjugis non datur prælatio ex ordine ſcripturæ inter unam & alteram lineam, quia cenſentur redactæ in unam, ſed attenditur ſola prælatio proximitatis, diſcept.7. numero 3.
Idem ſi fundatum ſit *pro illis de genere meo, & matris meæ*, ibid.
Limita in paritate gradus, quando conſtat, fuiſſe conſideratum ordinem tacitum, & ſubintellectum, ibidem num. 4.
Maritus fundans pro conſanguineis ſuis, & uxoris cenſetur conſideraſſe ordinem tacitum, & ſubintellectum ratione majoris affectionis erga ſuos, ibid.
Filius præſumitur habere parem affectionem erga utramque lineam, ex qua ipſe proceſſit, ibid.
Declara procedere in materia inſtitutionis beneficiorum; ſecus in fideicommiſſis, & majoratibus, ibidem.
Caſtill. *Controverſ. lib.* 5. *cap.* 67. *n.* 28. examinatur, & reprobatur, ibid.
An attendatur ordo ſcripturæ necne, multum attenditur obſervantia, ibid. n.5.
Ubi potiuſitas eſt in linea, vel ſexu, remotior lineæ vel ſexus præfertur proximiori, ibid n.10.
Pro illis de genere meo, & matris meæ, ib. & non ſtat copulative, nec disjunctive cum prælatione ſecundum ordinem ſcripturæ, ſed parificative, ut præſentandus accipiatur de una vel alia linea arbitrio patronorum, ibid n.11.
Maxime, ſi plura ſint beneficia fundata, quam ſit veriſimile adeſſe utrinque conjunctos, qui poſſint præſentari, ibid. n.12. & 31.
Declara, ut ſtet copulative & requiratur utraque conjunctim, quando fundator vocat duplicem caſatam vel lineam per modum unius, puta, ſi vocat in ſingularis ſuam familiam, quam explicat de utraque caſata; ſecus ubi vocatur duplex linea per modum duplicis caſatæ ſubſtantive, ibid. n.13.
Juſpatronatus poteſt ſimul eſſe hæreditarium in una lineu, & gentilitium in alia quoad exercitium, firma remanente individua ſubſtantia proprietatis, diſceptat. 33. num 2.
Juſpatronatus gentilitium in ultimo de familia fit hæreditarium, & tranſit ad ejus hæredes, & jam, etiam extraneos, etiamſi ſpectet ad duas lineas, quia una defecta non tranſit in aliam, ſed ad hæredes ultimi pro illius portione, ibid.
Limita, niſi conſtet contraria obſervantia, ibid.
Vide *Juſpatronatus gentilitium*, *Juſpatronatus paſſivum*.
Juſpatronatus gentilitium, ſeu familiare maſculinum probatum ex obſervantia, ſi qualitas maſculinitatis deficit in uno columnello, pro hujus portione fit hæreditarium, & non devolvitur ad maſculum alterius lineæ, diſcept 26 n.16.
Declara procedere, ſi obſervantia probet illud ab origine diviſum in plures lineas; ſecus ſi probet utranque lineam illud habuiſſe a communi ſtipite, quia tunc devolveretur ad maſculum alterius lineæ, ibidem numero 17.
Vocato ad Juſpatronatum ſive activum, ſive paſſivum proximiore fundatori, vel ſeniore familia, aut aliter qualificato, ſi iſte reperiatur in ultera linea, admittitur

titur excluſive ad non qualificatos, de linea, ubi Juſpatronatus fecerat ingreſſum, ib. n. 18.
Idem in fideicommiſſo, ib. n. 18.
Ubi feminæ ſuccedunt per poſterius, intelligitur diſcretive in qualibet linea ſubalterna, ibidem numero 3.
Declara, niſi obſervantia probaret ſucceſſionem eſſe ſaltuariam favore maſculorum, ibidem.
Vel niſi verba fundamenta idem inferrent diſtinguendo duas lineas maſculinam, & femininam cum prælatione maſculorum, ibidem.

Lis.

Ultimus ſtatus præſentandi non ſuffragatur etiam intra limites meri poſſeſſorii, quando habet in ventre expreſſum errorem tituli nulli, & vitioſi, & præſentatus ab eo rejici debet, diſcept. 28. n. 7.
Amplia, etiamſi error, ſeu vitium requireret altiorem indaginem, ibidem.
Declara procedere, ſi verus patronus opponat ſe integra ante inſtitutionem dicti præſentati; ſecus ſi apponat poſt inſtitutionem, tunc enim non removetur, non obſtante mala fide poſſeſſoris, ibidem numero 7.
Subdeclara, ut, ſtante mala fide poſſeſſoris, poſſit inſtitutum repræſentare verus patronus, ibid.
Exiſtens in actuali poſſeſſione præſentandi ad unum beneficium dicitur eſſe in poſſeſſione etiam quoad illud beneficium ejuſdem fundationis, & poteſt allegare ultimum ſtatum etiam in vacatione ejus beneficii, ad quod nondum præſentavit, & continuare in præſentando, pendente lite ſuper proprietate, ibidem n. 9. & 10.
Amplia, etiam non obſtante inhibitione Judicis, ibid. num. 11.
Limita, quando lis verteret ſuper ipſa poſſeſſione, ibidem.
Declara limitationem, ut etiam hoc caſu poſſit præſentare, & præſentatio facta teneat, ſed ſuperſedere debeat in inſtitutione præſentati uſque ad exitum litis, ibidem.
Vacatio beneficii de Jurepatronatus ſi contingat, pendente lite ſuper proprietate, non eſt inſtituendus præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed expectandus eſt exitus litis, ibid. n. 12.
Contrarium, ibid. n 12. & 13.
Limita hoc contrarium, quando proprietas eſſet clara contra ultimum ſtatum, quia tunc procederet prima opinio, ibid. n 13.
Etiam poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere fructus poſt motam litem perceptos, ibid. n. 12.
Declara procedere in fructibus, quibus poſſeſſor locupletatur; ſecus in fructibus honoris, quales ſunt electio, & præſentatio, ibid.
Ultimus ſtatus ab altera parte proteſtatus cum clauſulis præſervativis *omnium, & quorumcumque jurium* non conſtituit alium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ib. num 13.
Contrarium, ſi deficiant in præſervatione jurium verba *tam in poſſeſſorio, quam in petitorio*, ibidem, numero 15.
Idem procedit in præſervativa jurium utriuſque partis adjecta per Judicem, ibid.
Poſt Concilium Tridentinum manutentio ad formam c. *Conſultationibus* non habet locum in Jurepatronatus potentium, ſi præſentationes fuerunt admiſſæ abſque cauſæ cognitione, non ſervatis ſervandis, ibidem, numero 16.
Limita, quando præſentationes poſt Concilium fuerunt admiſſæ cum cauſæ cognitione, ibid.
Cauſa cognita ad hunc effectum debet probari ex actis, citato promotore Fiſcali, & non ſtatur aſſertioni Ordinarii, ibid.
Limita in antiquis, quia tunc ſtandum eſt aſſertioni Ordinarii circa cauſæ cognitionem, etiamſi de ea non conſtet ex actis, & quando dicatur in antiquis, ibidem.
Sublimita, ſi aliunde probetur non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem, ibid n. 16.
Cap. Conſultationibus procedit non ſolum, ubi quæſtio eſt inter compatronos, ſed etiam ubi eſt cum Ordinario, contra *Fagnanum*, ibid.
Subrogatio ut concedatur, requiritne lis ſuper titulo beneficii, & quod petatur vigore collationis jam ſecutæ, non ut ſibi debitum, diſcept. 31. n. 1. Dubitatur de iſta theorica, ibid.
Non habet locum dicta theorica in beneficiis electivis, ſeu Juriſpatronatus, ibid. n. 2.
Ex actione perſonali interdum non contrahitur vitium litigioſi ſuper titulo beneficii, ibid. n. 1.
Pendente lite ſuper beneficio inter duos electos, ſi alter, lite non terminata, moriatur, non poteſt fieri nova electio, ibid. n 2.
Idem procedit, quando lis eſt inter duos præſentatos, ibidem.
Si duo in concurſu ad Parochialem renunciantur idonei, quorum unus ab Ordinario ſit prælectus, & alter ab irrationabili judicio appellaverit, defuncto prælecto lite pendente, non eſt danda ſubrogatio competitori ſuperſtiti, ibid. n. 3.
Contrarium, n 4.
Ceſſat hæc quæſtio, quando ſubrogatio fuit obtenta, ib. num. 6.
Si lis eſt inter duos concurrentes ad beneficium debitum certo generi perſonarum, uno interim moriente, datur alteri ſubrogatio, ibidem, numero 6.
Canonicus litigans cum Capitulo ſuper Canonicatu, ſeu fructibus, qui injuſte denegantur, lucratur fructus, & diſtributiones in abſentia etiam abſque licentia Superioris, diſcept. 37. n. 1.
Et non obſtante exceptione, quod potuerit litigare per procuratorem, ibid.
Ratio, cur ſic litigans lucretur diſtributiones, non eſt, quia habetur pro præſente, ſed reſpectu damnorum, & intereſſe, neque ex iſto caſu poteſt inferri ad alios, ibid. n. 5.
Si lis fuerit ſuper jure votandi, & anniverſariis, ſeu ſuper minima parte fructuum, non lucratur, quia poteſt tractari per procuratorem, ibidem, numero 2.
Lis promota per beneficiatos ſuper participatione augmenti redituum Eccleſiæ eſt juſta cauſa abſentiæ, quia reſpicit defenſionem jurium, & bonorum beneficii, ibidem.
Ratio litigandi per procuratorem non procedit in lite ad utilitatem Eccleſiæ, ſed ad commodum proprium, ibidem.
Abſens ex cauſa litis ſuper juribus beneficii, & in utilitatem Eccleſiæ, non habet neceſſitatem licentiæ Superioris, ut licentiatus a jure, ibidem, numero 7.
Contrarium, ibidem.
Et quod etiam hoc caſu requiratur licentia ad evitandum contemptum Superioris, ibidem, numero 8. & num. 9.
Lis reputatur juſta cauſa abeſſendi, ſi tangat ſtatum perſonæ beneficiati, ibid n 13.
Lis pro cauſa gravi reſpiciente ſtatum perſonæ beneficiati, ſeu beneficii eſt juſta cauſa abſentiæ, ibidem, num. 18.
In cauſis levibus ſufficit litigare per procuratorem; ſecus in gravibus reſpicientibus ſtatum perſonæ ipſius beneficiati, ſeu beneficii, ibid.
Lis mota ſuper fructibus Canonicatus, poſtquam jam vacaverat ob non dimiſſionem alterius incompatibilis, non impedit dictam vacationem, diſcept. 8. numero 35.
Gratis derogationis Juriſpatronatus in totum, attenta lite ſuper eo, non eſt attendenda, ſi patronus tam ante, quam poſt litem motam erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, diſcept. 4. n 55.
Contrarium, quod ſufficiat verificari litem eo modo, quo fuit narrata vertere inter Ordinarium, & patronos, ibid. n. 56.
Limitatur hoc contrarium, ſi de tempore gratiæ patronus jam præſentaverat, ſtante clauſula *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, ibidem.
Vide *Clauſula*.
Lis inter Epiſcopum, & patronos non ſufficit, ut dicatur beneficium litigioſum, maxime ad effectum inducendi reſervationem vigore *cap. 1. & 2. ut lit. pend. in ſexto*, ibid. n 60.
Limita, ſi ſpecifice fuit narrata lis inter Epiſcopum, & patronos, ibid. n 60.
Pro executione gratiæ ſufficit verificare litem eo modo, quo fuit narrata Pontifici, ibid.
Pendente lite ſuper proprietate patronatus, patroni non prohibentur continuare in eorum quaſi poſſeſſione præſentandi, & dicta quaſi poſſeſſio dat eis jus validum, ibid n. 57.
Electoribus non licet variare, etiam non ſecuta publicatione, ſi præceſſit coarctatio pro nova electione ad certas perſonas, maxime, ſi inter illas certas perſonas lis pendeat ſuper dicta electione, & per obitum unius, alterius electio neceſſario evaſit, ibidem, numero 111.
Si lis eſt non ſolum inter electos, ſed etiam cum electoribus, licet non ſit ſuper titulo beneficii, omnis variatio interdicta remanſit, ibid. n 112.
Abſentia ex cauſa litis quando ſit legitima necne remiſſive, diſcept 34. n. 29.
Abſens ſine licentia Superioris non lucratur fructus, & diſtributiones in abſentia voluntaria, puta cauſa ſtudii, vel litis; ſecus in abſentia neceſſaria, ſeu violenta, ut propter carcerationem vel exilium, ibidem, n. 23.

Lis no-

Lis notorie nolla non interrumpit triennalem poſſeſſionem, diſcept. 24. n. 47.
Maxime, ſi nullitas provenit ex defectu Juriſdictionis, ibidem.
Actus prænominationis, qui dedit cauſam controverſiæ, non venit attendendus, diſcept. 9. n. 78.
Domitii Corbuli lis in Senatu cum Silla juvene, quod ei ſeniori loco non deceſſiſſet inter ſpectacula, ibid. num. 45.
Stuprator, qui matrimonium contraxit invalide per metum cum ſtuprata, non poteſt cogi per Judicem ad contrahendum de novo in faciem Eccleſiæ validum matrimonium cum eadem, ſi hoc medio tempore de facto contraxit cum alia, etiam pendente lite ſuper primo matrimonio, & contra inhibitionem ſpecialem Judicis, diſcept. 52. n. 59.
Stuprator de jure non poteſt aliud matrimonium contrahere, nec promoveri ad ſacros Ordines, aut ingredi Religionem, ſi tenetur ſtupratam ducere, maxime, pendente lite ſuper validitate prioris matrimonii; ſecus quando non tenetur ducere, ſed ad dotem tantum, ibid.

Literæ Apoſtolicæ.

Literæ Gregorii XII. poſt declarationem Concilii Piſani non ſunt legitimi Pontificis, diſcept. 9. n. 72.
Literæ, quas Papa dirigit Capitulis occaſione proviſionis Eccleſiarum vocantur concluſiones, ibid.
Aſſertiva in literis ad ſupplicationem partis non præjudicat tertiis, ibid. n. 34.
Pro executione literarum Apoſtolicarum ſufficit verificatio narratorum eo modo, quo in ſupplicatione fuit expoſitum, & legitur in literis, diſceptat. 4. numero 126.
Proviſus Apoſtolicus tenetur probare Eccleſiam eſſe numeratam pro verificatione ſuarum literarum, diſcept. 27. n. 62 & ſeqq.
Vide *Eccleſia*.
Literæ Apoſtolicæ juſtificatæ ſunt exequendæ, diſcept. n. n. 59.
Valor beneficii, Clericatus, & idoneitas reſultant ex ipſis literis in forma gratioſa expeditis, ibidem.
Clauſula in literis appoſita, *dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum*, præſervat ius alterius iam præſentati, ibid. n. 61.
Præſentatio dependens a pertinentia Juriſpatronatus, quæ altiorem requirit indaginem, non ſufficit ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum, ibidem n. 64.
Literæ præſentati per majorem partem vocum Univerſitatis patronæ exequuntur, licet ſint poſteriores, quando habens literas anteriores non fuit a majori parte præſentatus, diſcept. 13. n. 29.
Stante pari numero vocum, literæ præſentati ab habente vocem pinguiorem ſunt exequendæ, ibib. num. 30. & 56.
Nova præſentatio valida non ſuffragatur pro executione literarum, quæ non fuerunt expeditæ vigore dictæ præſentationis, ſed alterius invalidæ, & expediri debet nova proviſio, ibid. n. 47.
Literæ pro præſentato cum derogatione medietatis vocum ob malam expreſſionem remanent obreptitiæ, & non ſunt exequendæ, ibid. n. 55.
Literæ pro præſentato cum derogatione medietatis vocum ſunt inutiles, ſi impetrans non probat ſe præſentatum a medietate patronorum, ibid.
Et tunc impetrans non eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum alterius proviſi, ibid.
In literis gratiæ attenditur data, non præſentatio ſupplicationis; ſecus in reſcriptis pœnitentialibus, diſcept. 5. n. 18.
Conſenſus extendi ſolet ſub eadem data literarum reſignationis, diſcept 6. n. 38.
Sola turbiditas, & dubietas, an beneficium cadat necne ſub reſervatione, ſufficit ad denegandam executionem literis Apoſtolicis, diſcept. 25. numer. 29. & 40.
Ex literis, quas Papa ſcribit Civitati, & populo unius ex Cathedralibus unitis, non arguitur ad prænominationem in Bulla proviſionis, diſcept. 9. numero 32.
Solet Papa hujuſmodi literas ſcribere ſeparatim populo utriuſque Cathedralis prænominando eam, ad quam literæ diriguntur, ibid.
Cardinalibus propter eorum præeminentiam creditur circa eorum proviſiones, etiamſi literas non oſtendant, diſcept. 12. n. 11. & 13.
Literæ proviſionis, ſi non juſtificatur vacatio ex capite narrato, non ſunt exequendæ ex alio diverſo capite inducente vacationem, ibid. n. 30.
Amplia, non obſtante clauſula, *ſive præmiſſo, ſive aliquovis modo* &c. ibid.
Literis in omnibus juſtificatis debetur executio, diſcept. 23 n. 38.
Juſtificatio literarum omnino requiritur pro executione illarum, ibid. n. 45.
Ad effectum denegandi executionem literarum ſatis eſt poſſe aliquatenus dubitari, an beneficium cadat necne ſub reſervatione, diſcept. 17. n. 64.
Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam, diſcept. 27. n. 36.
Quæ non retardatur per commiſſionem cum clauſola *arbitrio*, quando ſunt juſtificatæ, ibid.
Limita, quando adeſt aliquis dubietas, ibidem, numero 46.
Literæ Apoſtolicæ in omnibus juſtificatæ celerem expeditionem requirunt, ibid n. 44.
Non retardatur earum executio ſimplici exceptione turbida, & irrelevanti, ibid. n. 47.

Literæ Teſtimoniales.

Abbas dare poteſt teſtimoniales de vita, & moribus eorum, qui illi ſubjiciuntur in criminalibus ſaltem cumulative cum Epiſcopo, diſcept. 20. n. 12.
Non tamen ſufficiunt, ſed requiruntur etiam illæ Epiſcopi, ibid. n. 28.

Locus.

Fratres Minores veniunt præferendi omnibus Sacerdotibus extraneis, tam ratione loci, quam ratione præcepti teſtatoris, ſi iſte mandavit celebrari per ipſos in eorum Eccleſiis, diſcept 2. n. 12.
Dimitii Corboli lis in Senatu cum Silla juvene, quod ei ſeniori loco non deceſſiſſet inter ſpectacula, diſcept. 9. n. 45.
Loca Abbatiæ non ſunt propriæ Juriſdictionis ordinariæ Epiſcopi, ſi ſint cumulative ſubjecta ordinariæ juriſdictioni Abbatis, diſcept. 20. n. 20.
Declara, ut ſint in illis cauſis, quas cognoſcit Epiſcopus, ibid. n 28.
Ordinarius aliquorum locorum, licet quis ſit, non ideo ſequitur, quod illa loca ſint ejus propriæ ordinariæ juriſdictionis, ibid. n. 20.
Abbas poteſt ſe intitulare Judicem Ordinarium eorum locorum, in quibus habet juriſdictionem ordinariam etiam cumulative cum Epiſcopo, ibid. n. 21.
Differunt, ſe intitulare Ordinarium & Judicem Ordinarium loci, ibid n. 23.
In Eccleſiis locorum Regularium ſi exerceatur cura animarum perſonarum ſecularium, Epiſcopus non habet juriſdictionem ordinariam, niſi quoad ea, quæ dictam curam, & ſacramentorum adminiſtrationem concernunt, ibid. n. 24.
Vide *Abbas*, *Epiſcopus*, *Juriſdictio*.
Sola conſuetudo generalis Provinciæ ſufficit ad probandum conſuetudinem alicuius loci particularis in Provincia contenti, diſcept. 24. n. 25. in fine.
Amplia, etiamſi talis conſuetudo in aliquibus Eccleſiis non ſervetur, quia attenditur id, quod facit major pars, ibid.
Conſuetudo non extenditur de una Eccleſia ad aliam, ibidem,
Limita ad effectum coadjuvandi probationes conſuetudinis loci particularis ex conſuetudine generali, ibidem.
Primus locus in ſiniſtro choro eſt ſecundus comparative ad primum in choro dextero, ibidem, numero 76.
Cardinalium ſimul creatorum præcedentia non regulatur ab ordine, quo Papa illos in creatione nominavit, ſed unicuique locus aſſignatur ſecundum gradum debitum, diſcept. 9. n. 70.
Declara, niſi prænominatio fiat per promotionem diſtinctam in eodem Conciſtorio, ibid.
Cathedrales unitæ ſi ſint pares, & una non ſit dignior altera, denominatio ſumitur ab ea, in qua reperitur, & reſcribit Epiſcopus, diſcept. 9. n. 12.
Secus de jure, ſi altera ſit dignior, ibid. n. 49.
Cathedralibus duabus unitis, ſi circa electiones Canonici diſcordent de loco, alternative fieri debent modo in una, modo in alia Eccleſia, ibidem, numero 14.
Canonici ſi concordant de loco electionis non intrat alternativa, ibid. n. 18.
In proviſionibus Apoſtolicis in locum electionum ſuffectis Romæ ſucceſſit locus loci electionis, ibid.
Locus, ubi fit electio, præferendus eſt loco, ubi non fit, ibid. n. 29.
Alternativa prænominationis ratione alternativæ loci electionis ceſſat electio, & actus localitatis, ibidem.

Privi-

Digitized by Google

Privilegium Habitus Cappæ, & Rocchetti, aut Mozzetæ eſt perſonale, quod non circumſcribitur loco, diſcept. 49. n. 9.
Summus Pontifex ſi extra urbem decederet, ſepeliendus eſſet in majori Eccleſia loci obitus, diſcept. 51. numer. 24.
Idem de Cardinali, ſi decederet, antequam deveniret ad urbem, & titulum obtineret, ibid.
Diſtinctio locorum, & Provinciarum ejuſdem Religionis eſt prorſus accidentalis, n. 24. V.

Lotherius.

Lotherius negans per ſolam ſignaturam Papæ gratiam perfici reprehenditur, diſcept. 5. n. 9.
Idem reprehenditur confudens conſenſum parvum cum formali, ibid. n. 39.

De Luca.

Cardinalis de Luca de Jurepatr. diſcurſ. 61. tenens inſtitutos inæqualiter habere Juſpatronatus inſolidum quoad proprietatem tantum, non etiam quoad exercitium, & Rota eum ſecuta examinantur, & reprobantur; & quando procedat eorum opinio, diſcept. 4. numer. 29.

Lucrum.

Adjectio pœnæ etiam ratione lucri caſſantis prohibita eſt per Sacros Canones in ſponſalibus ad conſulendum omnimode libertati matrimonii, diſcept. 32. n. 6.
Et ſolum peti poteſt reſarcitio damni, quando quis injuſte reſilit, & ratione ſponſalium ſunt factæ expenſæ, ibid. n. 7.

Luminaria.

Legati pecuniæ pro luminaribus ſunt capaces Fratres Minores, diſcept. 2. n. 37.
Et dicitur eis relictum modo licito, ſi teſtator voluit eleemoſynas applicari ad fabricam, luminaria, Sacriſtiam, & alios uſus, quam ipſorum Fratrum, ibidem n. 39.

M

Macula.

IN beneficio curato præferri debet, qui non habet maculam circa mores alteri, qui fuit alias inquiſitus ſuper crimine ex Lotherio, diſcept. 41. n. 1.
Contrarium, ibid. n. 1
Diſtingue, ut in beneficiis curatis, aut aliis juriſdictionem in ſubditos habentibus, criminoſus ad meliorem frugem redactus præferendus ſit ei, qui nullam maculam habet; ſecus in beneficio ſimplici, ibidem.
In exercitio Epiſcopatus, & aliorum officiorum juriſdictionalium aliquando melius ſe gerunt, qui antea criminoſi fuere, quam innocentes, qui elati quandoque degenerant, ibid.

Madraco.

Conventus Fratrum Minorum Madraconis annuis eleemoſynis fruitur, diſcept. 2. n. 90.

Magis.

Dictio *Piu toſto* latinæ *magis* ſtat comparative, quando ponitur inter duo extrema inæqualia, & includit poſitivum, diſceptat. 32. n. 4.
Si vero ponatur inter duo contraria, dicitur ſtare electivo, ibid.

Magiſter.

Regulæ expoſitoribus, & Magiſtris credendum eſt in domeſticis, diſcept. 2. n. 79.
Caſſius Juriſconſultus ſententiam Magiſtri ſui defendebat, diſceptat. 29. n. 6.

Magiſtratus.

Magiſtratus ſeculares poſt Canonicos in diſtributione candelarum præferuntur reliquis Presbyteris de gremio Eccleſiæ, diſcept. 15. n. 7.
Beneficiatus caui ex motivo prudentiali Principis aut magiſtratus non dicitur culpa ſua impeditus reſidere, & lucratur fructus, & diſtributiones, diſcept. 34. numer. 12.
Exilium prudentialiter datum ſive a Principe, ſive a magiſtratu ſupremo jure Principis habente non poteſt annumerari inter pœnas capitales, tanquam temporale non perpetuum, ibid. n. 19.
Vide *Abſentia.*
Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, ſi quis mittitur in exilium vel carceratur injuſte per magiſtratum, diſcept. 37. n. 9.

Major.

Metus reverentialis non datur in majore erga minorem, diſcept. 32. n. 10.
Metus reverentialis ut conſideretur in ſorore reſpectu fratris majoris, requiritur, quod frater ſtet in domo loco patrisfamilias gubernando minorem, ibid.

Majoratus.

Feminæ regulariter excluduntur a prærogativa majoratus, & primogenituræ, diſcept. 14. n. 24.
Filius præſumitur habere parem affectionem egra utranque lineam, ex qua ipſe proceſſit, in materia inſtitutionis beneficiorum; ſecus in fideicommiſſis, & majoratibus, diſcept. 7. n. 4.

Majores, Majoritas.

Habens ſepulchrum majorum, ibeo debet ſepeliri, non in Eccleſia Parochiali, diſcept. 51. numer. 19. & ſequentibus.
Laicus ſepeliendus eſt in ſepulchro majorum privative ad propriam Parochiam ratione affectionis, & præſumptæ voluntati, ibid. n. 83.
Majores noſtri non ſemper evangelizant, diſcept. 4. numer. 80.
Par in parem non habet imperium, aut majoritatem, diſcept. p. n. 36.
Majoritas unius Eccleſiæ ſupra aliam dignoſcitur ex prænominatione, ibid. n. 1.
Majoritas habitus majoritatem perſonæ deſignat, diſcept. 49. n. 3.
Scriptorum, & majorum intellectui, & interpretationi ſtandum eſt, n. 29. V.
Amplia, etiam in interpretatione Conſtitutionum, & Diplomatum Summorum Pontificum, ibid.

Malitia.

Permutans coram Ordinario beneficium patronatum malitioſe abſque conſenſu patroni, nulliter permutat, & eo privatus remanet, diſcept. 29. n. 16.
Malitia adeſſe dicitur ad hunc effectum, quando ſciebat adeſſe patronum, ibid.
Vide *Permutatio.*

Malum.

Ad metum gravem requiritur, quod grave ſit malum, quod timetur, nempe mors, vel cruciatus corporis, diſcept. 32. n. 11.
Malorum omnium ſentina otioſitas, diſcept. 2. n. 84. in fine.

Malus.

Nemo repente mutatur de bono in malum, ſed paulatim, diſcept. 21. n. 3.

Mandatum.

Mandatum procuræ ad aliquid faciendum non importat factum, niſi quando actualiter executioni demandetur, diſcept. 6. n. 26.
Reſignatio dicitur fieri tempore præſtiti conſenſus, non autem tempore mandati ad conſentiendum, ibid. n. 26. & 53.
Contrarium, & quod conſenſus retrotrahitur ad diem mandati, ibid. n. 26.
Prima eſt verior, ibid. n. 26. & 28.
Reſignatio perfecta dicitur vigore conſenſus præſtiti, non autem ex ſtipulatione mandati procuræ ad reſignandum, ibid. n. 35. & ſeqq. n. 38. & 43.
Procurator ad reſignandum poteſt revocari per mandatum ante conſenſum in Cancellaria præſtitum, ibid. n. 27. & 53.
Amplia, etiamſi promiſerit cum juramento illum non revocare, ibid. n. 27.
Diſpoſitio Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de regular.* habet locum in reſignatione beneficii per Novitium facta, licet mandatum confecerit ante ingreſſum, ſi conſenſus præſtetur poſt ingreſſum, ibid. n. 26.
Ratihabitio ſubſecuta æquiparatur mandato præcedenti, diſcept. 24. n. 21.
Intimatio mandati de immittendo cum præcepto de reſpondendo in fructibus non interrumpit triennalem, ibid. n. 32.

Geſta per procuratorem revocatum, ſi revocationem ſciverit, non valent, diſcept. 6. n. 28.
In hiſquæ ſolo animo geruntur, factum procuratoris retrotrahitur ad tempus mandati, ibid.
Reſignatio beneficii non retrotrahitur ad tempus conſenſus præſtiti per procuratorem, ibid.
Procurator ad reſignandum poteſt revocari per mandantem ante conſenſum in Cancellaria præſtitum, ibid. num. 27.
Amplia, etiamſi mandans promiſerit cum juramento illum non revocare, ibid.
Mandatum procuræ ad aliquid faciendum non importat factum, niſi quando actualiter demandatur executioni, ibid. n. 26.
Eligentes de mandato alterius non ex propriæ facultatis, ſed ex mandati viribus recipiunt auctoritatem, n. 9. V.
Mandans alicui, quod eligat prout de jure, quomodo intelligatur, n. 10. V.
Ea tantum mandari poſſunt, quæ quis habet jure ſuo, non alieno beneficio, ibidem.

Maniſeſtum.

Manifeſtum eſſe dicitur etiam illud, quod poteſt probari, diſcept. 52. n. 101.
Declara, ſi jam ſecuta ſit propalatio a certo auctore; ſecus propalatione non ſecuta, quia tunc non deſinit eſſe occultum etiam id, quod poteſt probari, ibid.

Mantua.

Statutum Mantuæ excludit perpetuo feminas ab hæreditate paterna, extantibus maſculis, diſcept. 14. numer. 31.
An excludat a ſucceſſione Juriſpatronatus hæreditarii, ſeu mixti, ibidem.

Manus.

Quando Superior manus appoſuit aliquem deſtituendo, non decet, quod inſtitutio, & ordinatio ad inferiorem revertatur, n. 16. V.
Collatio beneficiorum omnium, in quibus Summi Pontifices manum appoſuerunt, ad ſolam Sedem Apoſtolicam pertinet, & ceſſant omnes facultates Ordinariorum, vel aliorum inferiorum collatorum, ibidem.
Manuale vide *liber*.

Manualitas.

Non expreſſa manualitas beneficii non reddit gratiam ſubreptitiam, diſcept. 23. n. 24.
Et Abbas poteſt removere proviſum a Papa de beneficio manuali, ibid. n. 25.
Declara procedere, ſi Papa ſimpliciter conferat beneficium; ſecus ſi conferat perpetuo quoad vixerit, ibid.

Manutentio.

Poſt Concilium Tridentinum manutentio ad formam c. *Conſultationibus* non habet locum in Jurepatronatus potentum, ſi præſentationes fuerunt admiſſæ abſque cauſæ cognitione, non ſervatis ſervandis, diſcept. 28. num. 16.
Limita, quando præſentationes poſt Concilium fuerunt admiſſæ cum cauſæ cognitione, ibid.
Cauſa cognitæ ad hunc effectum debet probari ex actis, citato promotore Fiſcali, & non ſtatur aſſertioni Ordinarii, ibid. n. 16.
Limita in antiquis, quia tunc ſtandum eſt aſſertioni Ordinarii circa cauſæ cognitionem, etiamſi de ea non conſtet ex actis, & quando dicatur in antiquis, ibidem.
Sublimita, ſi aliunde probetur non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem, ibid.
Capit. Conſultationibus procedit non ſolum ubi eſt cum Ordinario, contra *Pegnanum*, ibid.
Ultimus ſtatus ad effectum manutentionis non requiritur, quod ſit cum cauſæ cognitione, ſed ſufficit inſtitutio ad præſentationem effectuata, etiam nulliter data per Vicarium, ibid. n. 16.
Etiam in patronatu ex privilegio, ſi validitas tituli ſit dubia, & diſputabilis, ſufficit, quaſi poſſeſſio pro manutentione patroni, ibid.
Declara procedere contra Ordinarium; ſecus contra regulam reſervatoriam, & proviſum Apoſtolicum ex reſervatione menſium, ibid.
Contra reſervationem regulæ 8. non ſuffragatur ultimus ſtatus ad concedendam manutentionem patrono ex privilegio, niſi probet illud fuiſſe conceſſum ex cauſa onerosa præponderante, ibid.

Poteſt dari manutentio Patrono ex privilegio ac inſtituto illius præſentato, & per contrarium ſententia in petitorio favore alterius, ſive proviſi Apoſtolici, ſive ab Ordinario, ibid.
Et tunc res judicata in petitorio abſorbet poſſeſſorium ex diſpoſitione Concilii, ibid. n. 16.
Vide etiam *Juſpatronatus quoad præſentationem*, & *quoad lites*, & V. *Poſſeſſio*.

Marchio.

Marchiones de Canicte totius Religionis Minorum patronatus obtinuerunt, aſſignata collecta pro Capitulis generalibus in Italia, diſcept. 2. n. 92. & ſeqq.

S. Maria.

S. Mariæ de Pillar antiquam Collegialitatem Rota uti Judex declaravit, diſcept. 8. n. 24.

Maritus.

Maritus fundans pro conſanguineis ſuis, & uxoris cenſetur conſideraſſe ordinem tacitum, & ſubintellectum ratione majoris affectionis erga ſuos, diſcept. 8. numero 4.

Maſculus.

Appellatione deſcendentium per lineam maſculinam non veniunt feminæ deſcendentes ex maſculis, diſceptat. 14 n. 3. & ſeqq.
Contrarium, ibid. n. 4. & ſeqq. de veriori.
Diſtingue, ut prima opinio procedat in fideicommiſſis, contraria vero eſt in materia indifferenti Juriſpatronatus, ibid. n. 5. & ſeqq.
Verba reſtrictiva vocationis ad maſculos operantur feminarum excluſionem, extantibus maſculis; ſecus iſtis deficientibus, quia feminæ poſt maſculos admittuntur, ibid. n. 3.
Declara procedere, quando ab initio verba vocationis ſunt generalia apta complecti feminas, & poſtea additur reſtrictio; ſecus vero ſi ipſa verba vocationis ab initio ſunt reſtrictiva, quia tunc feminæ ſemper excluduntur, ibid. n. 3. & 12.
Nomine poſterorum veniunt feminæ deſcendentes, & agnatæ poſt maſculos, etiamſi vocentur poſteri per lineam maſculinam, ibid. n. 22.
Ad conſervationem nobiliſſimæ familiæ facilius inducitur admiſſio maſculorum, & feminarum excluſio, ibidem n. 24.
Appellatione deſcendentium per rectam lineam maſculinam veniunt feminæ per poſterius, ibidem, numero 10.
Feminæ ſuccedunt poſt maſculos, etiamſi vocentur maſculi cum taxativa tantum, ibid. n. 21.
Ad excludendum feminas per poſterius, neceſſe eſt, quod vocentur maſculi deſcendentes per lineam maſculinam, ibid. n. 9.
Ad acquirendam Eccleſiæ libertatem non ſufficiunt verba taxativa, quando fuerunt adjecta favore maſculorum; ſecus ſi fuerunt adjecta limitative ad Juſpatronatus, ibid. n. 12.
Juſpatronatus reſervatum pro deſcendentibus maſculis, & deficiente linea maſculina pro feminis, per mortem ultimi maſculi non tranſit ad ejus hæredes, ſed feminam ſuperſtitem in reſervatione contemplatam, diſcept. 4. n. 20.
Si vocantur feminæ poſt maſculos, facilius Juſpatronatus reputatur hæreditarium, & non agnatitium, ibidem n. 2.
Juſpatronatus reſervatum certo generi perſonarum, puta deſcendentibus maſculis, & linea maſculina extincta feminis, repugnat qualitati ſimpliciter hæreditariæ, ibid. n. 23.
Amplia, etiamſi poſtea fiat mentio de hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, quia intelligitur de hæredibus, & ſucceſſoribus deſcendentibus, nec mutans vel amplians diſpoſitionem, ibid.
Quid quid ſit, an reputetur hæreditarium, vel mere gentilitium ad effectum computandi voces patronorum in capita, vel in ſtirpes, ibid.
Appellatione feminarum non veniunt maſculi deſcendentes ab eis, ibid. n. 26.
Statutum excluſivum feminarum, extantibus maſculis, non habet locum in feudo mixto, ibid. n. 16.
Et operatur tantum in feudo mere hæreditario, non autem in alio ſimpliciter non hæreditario, ibid.
Et operatur tantum in rebus hæreditariis, & juribus, quæ cum hæreditate deferuntur, ibid. n. 17.
Operatur in Jurepatronatus ſimpliciter hæreditario; ſecus in non ſimpliciter hæreditario ſeu mixto, ibidem.

Ex con-

Digitized by Google

Ex conceſſione Juriſpatronatus facta primo loco ad favorem duorum fratrum maſculorum arguitur ad ſucceſſivam quoque maſculorum vocationem, diſcept. 14. numer. 34.
Declara, ut importet prælationem maſculorum, non tamen totalem excluſionem feminarum per poſterius, & maſculis defectis, ibid. n. 25.
In Jurepatronatus favore domus, ſeu familiæ ſuccedunt nedum maſculi, ſed etiam feminæ, diſcept. 26. n. 1. & 2.
Obſervantia reſtricta ad maſculos in Jurepatronatus operatur tantum eorum prælationem in concurſu feminarum, ibid. n. 2.
Et adhuc feminæ ſuccedunt in eo per poſterius, ibid.
Feminæ non veniunt in Jurepatronatus maſculino, ſeu reſtricto ad maſculos, ibid. n. 4.
Inſtrumento fundationis deficiente, ſi Juſpatronatus deducatur præſumptive ex obſervantia centenaria favore maſculorum, cenſetur familiare, ſeu potius gentilitium maſculinum, & in eo non veniunt feminæ neque per poſterius, ibidem n. 4. & 5.
Contrarium, n. 7. Diſtingue, ut n. 8.
Vocabulum *maſculorum* non eſt aptum comprehendere feminas etiam per poſterius, ibid. n. 6.
Maſculus præſentans cum expreſſione deſcendentiæ a tali non inducit obſervantiam favore deſcendentium ſimpliciter, ſed favore deſcendentium maſculorum, ibid. n. 8.
Maſculus præſentans expreſſa qualitate majoris natu inducit obſervantiam favore majoris natu de domo, & feminæ veniunt in eo per poſterius, ibid. n. 9.
Etiamſi præſentaſſet uti natu major maſculus. Auctor dubitat hoc caſu, ibid.
Si maſculi præſentarunt exprimendo, quod Juſpatronatus ſpectat ad familiam, domum ſeu genus, tunc obſervantia favore maſculorum inducit tantum prælationem, & feminæ veniunt per poſterius, ibidem, numer. 10.
Si autem obſervantia circa expreſſiones ſit difformis attenditur expreſſio facta in primis præſentationibus, ibidem.
Præſentationes ſemper factæ per maſculos agnatos abſque ulla feminarum, vel extraneorum mixtura excludunt præſumptionem juris ex *Clem. plures de jurepatr.* diſcept. 53. n. 6. & n. 29.
Declara non procedere, niſi probetur, feminas, & extraneos extitiſſe hæredes, & tamen ſolos agnatos, & maſculos admiſſos fuiſſe ad præſentandum, ibid. num. 6.
Et eoſdem hæredes extraneos, ac feminas voluiſſe præſentare, fuiſſe rejectas, & acquieviſſe, ibid.
Limita hanc declarationem, ſi adeſt decurſus obſervantiæ per ſeculum, quia tunc eſt veriſimile, quod feminæ, & extranei hæredes non defuerint, ac Juſpatronatum habere non neglexerint, ibidem, numero, 7. & 29.
Sublimita, ubi adſunt ſtatuta feminarum excluſiva propter maſculos, ibid. n. 8.
Excluditur præſumptio dictæ *Clem. plures*, ſi in præſentationibus fuit articulata, ſeu probata per teſtes ſola deſcendentia legitima, & maſculina a communi ſtipite, non autem qualitas hæreditaria, ibidem, numero 21.
Unus tantum maſculus de familia ſi præſentavit, exiſtente alio maſculo, Juſpatronatus arguitur hæreditarium, ibid. n. 24.
Vide etiam *Femina*. Et vide *Juſpatronatus quoad feminarum excluſionem*.

Materia.

Materia objectiva non eſt de facili credenda, & præſumenda, ſed contra illam capienda eſt omnis interpretatio, diſcept. 21. n. 5.
In materia indifferenti decimarum exemptionis, conceſſionis in feudum, & ſimilibus, titulus oneroſus dicitur etiam, qui provenit ex aliquo facto, & meritis conceſſioni æquivalentibus, diſceptat. 22. numero 18.
Secus in materia Juriſpatronatus, ibid. n. 19.
Cauſa oneroſa in materia Juriſpatronatus debet reſpicere utilitatem ſolius Eccleſiæ, & beneficii in ſervitutem redacti, ibid. n. 22.
In aliis autem materiis ſufficit, quod reſpiciat utilitatem Principis concedentis, ibid.
Materia Juriſpatronatus eſt indifferens, diſcept. 26. numer. 1.

Matrimonium.

Matrimonium conſideratur vel ut ſacramentum, vel ut humanus contractus, diſcept. 2. n. 79.
Matrimonium uti Sacramentum obſtringitur legibus Eccleſiæ, ibidem.
Matrimonii ad validitatem inter infideles, & Eccleſiæ non ſubditos ſufficit, ſi legibus gentilitiis vel arbitrio nubentium impoſitis celebretur, ibid.
Atteſtationes ſuper ſtatu libero differunt a licentia contrahendi matrimonium conceſſa vagabundis, diſceptat. 20. n. 9.
Item differunt a cognitione cauſarum matrimonialium, ibidem.
Matrimonium enunciatum inter patrem, & matrem oſtendit filium eſſe legitimum, diſcept. 7. n. 19.
Enunciativa in antiquis probat matrimonium, ſi de eo non agatur principaliter, ſed incidenter, ibidem, numer. 20.
Spurius non naſcitur ex matrimonio, & qui natum dicit ex matrimonio excludit ſpurietatem, ibidem, numero 21.
Amplia, etiamſi non ſpecificet nomen matris, ibid.
Solutio pro diſpenſatione matrimonii non reſtituitur, ſi matrimonium non ſequetur, diſcept. 32. n. 24.
Modica coactio licita eſt parentibus, & conſanguineis ad matrimonium, diſcept. 32. n. 23.
Et poſſunt impellere per ſimplices increpationes verborum, dummodo non intercedat atrocitas facti, ibidem.
Idem eſt, nullam adeſſe coactionem, ac adeſſe modicam, ibid.
Minæ eluſoriæ, & inconſiderate calore iracundiæ prolatæ, etiam ſi graviſſimæ, non excludunt libertatem conſenſus in matrimonio, ibid. n. 14.
Etiam ex actibus ſubſequentibus poteſt purgari metus in ſponſalibus, ibid. n. 17.
Metus ex propria cogitatione, & vana opinione non attenditur ad invalidandum matrimonium, aut ſponſalia, ibid. n. 22.
Ad annullanda ſponſalia prout ad annullandum matrimonium probari debet metus gravis, & cadens in conſtantem virum, nec ſufficit metus levis, ibidem, num. 7.
Ad metum gravem inducendum in materia matrimonii, & ſponſalium requiritur, quod præceſſerit atrocitas facti, hoc eſt verbera, arma, carcer, & ſimilia, ibid. n. 11.
Metus pro nullitate ſponſalium probandus eſt in tempore actus, vel paulo ante, ibid.
Voluntas muliebris, præſertim circa matrimonium, regulariter eſt momentanea, varia, & mutabilis, ibid. num. 5.
Sponſalia contrahi poſſunt ſub conditione conſenſus parentum, &, ſi parentes non conſentiant, evaneſcunt, nec poteſt contrahens adſtringi ad matrimonium, diſcept. 52. n. 1.
Et matrimonium ſub tali conditione contractum ſuſpenditur uſque ad eventum ejuſdem conditionis, & conſenſu parentum non accedente, corruit ipſo jure, ibidem, n. 1.
Et nemo ex contrahentibus tenetur talem conſenſum procurare, ſed ei ſolum incumbit, qui cupit contractum perfici, ibid. n. 2.
In ſponſalibus conditionalibus nullum conſideratur detrimentum famæ mulieris, ſi ob defectum conditionis matrimonium non ſequatur, ibid. n. 4.
Nec ex eis oritur juſtitia publicæ honeſtatis, ibid.
Adjectio pœnæ etiam ratione lucri ceſſantis prohibita eſt per ſacros Canones in ſponſalibus ad conſulendum omnimodæ libertati matrimonii, ibidem, numero 6.
Et ſolum peti poteſt reſarcitio damni, quando quis injuſte reſilit, & ratione ſponſalium ſunt factæ expenſæ, ibid. n. 7.
Sponſalia ſi contrahantur in faciem Eccleſiæ, ſervata forma a Sacro Concilio præſcripta in matrimonio, & poſtea ſequatur copula, tranſeunt in matrimonium, ibid. n. 8.
Contrarium, ibid. n. 9. & ſeqq.
Notatur *Sanchez* dicens, quod ſi tam ſponſalia, quam copula fierent coram Parocho, & teſtibus, tranſirent in verum matrimonium, ibid. n. 12.
Ante Concilium ſponſalia de futuro per ſubſecutam copulam tranſibant in matrimonium; ſecus eſt poſt Concilium, ibid. n. 10.
Solemnitates requiruntur per Concilium in matrimonio contracto per verba de præſenti; ſecus in ſponſalibus, quia adhuc remanet determinanda ſecundum diſpoſitionem juris communis, ibid. n. 11.
Contracto matrimonio coram Parocho, & teſtibus per verba de præſenti ſub conditione licita, iſta poſtea purificata non tenentur, conjuges iterum coram Parocho, & teſtibus contrahere, ſed poſſunt matrimonium legitime conſummare ſecundum Canoniſtas, ibidem, numer. 13.
Contrarium, & quod debeant iterum contrahere, ſervata forma Concilii ſecundum Theologos, ibidem.

Dubi-

Dubitatum pluries circa hoc in Sacra Congregatione Concilii, & quomodo fuerit reſponſum, ibid.
Author ipſe tuetur ſententiam Theologorum, ibid. numer. 14.
Matrimonium eſt actus legitimus, qui non recipit conditionem neque diem, ibid. n. 15.
Matrimonium per verba de præſenti, ſed ſub conditione, non dicitur contractus matrimonii, ſed reſolvitur in ſponſalia de futuro, ibid.
Conditio ſuſpendit conſenſum ad matrimonium, ibidem.
Conſenſus ſuſpenſus, & dependens ab eventu conditionis futuræ non eſt conſenſus de præſenti, ſed de futuro, nec valet inducere matrimonium, quod requirit conſenſum de præſenti, ibid.
Contracto matrimonio per verba de præſenti ſub conditione, ſi ea pendente contrahatur aliud matrimonium per verba de præſenti abſque conditione, hoc ultimum erit validum, ibidem, numero 13. & num. 23.
Matrimonium per verba de præſenti pendens a futura conditione non habet vim matrimonii, neque ſponſalium, ſed eſt quid medium inter ſponſalia, & matrimonium, ibid.
In matrimonio conditionato ſolemnitates Conciliares debent intervenire de tempore impletæ conditionis, ibidem, n. 26.
Contraria ſententia Canoniſtarum originem habuit ante Concilium, ſed non procedit, attento jure Concilii, ibid. n. 17. & ſeqq.
Opinio Canoniſtarum præferenda eſt Theologis in hac materia, ibid. n. 17.
Matrimonium conditionatum tunc dicitur perfici, quando conditio impletur, ibid. n. 19.
Solemnitates Conciliares requiruntur ſuper matrimonio puro, & perfecto, non ſuper imperfecto, ſeu conditionato, ibid.
Conſenſus in matrimonio conditionato, adimpleta conditione, remanet purus uſque ab initio, vigore retractionis, ibid.
Solemnitates Conciliares in matrimonio conditionato ſtant in ſuſpenſo, conditione pendente, ſed illa adimpleta vigore retrotractionis liberi conſenſus dicuntur adjectæ matrimonio puro, ibid. n. 19.
Contrarium, ac quod fictio retrotractionis non ſuppleat imperfectionem matrimonii conditionati adhuc, ut ſolemnitates Conciliares dicantur adjectæ matrimonio puro, ibidem. n. 20. & ſeqq.
Solemnitates Conciliares quare in matrimonio fuerunt præſcriptæ, ibid. n. 21.
Reprobantur Sanchez, & ejus aſſeclæ tenentes in matrimonio conditionato intercedere conſenſum de præſenti, ibid. n. 22. & ſeqq.
Matrimonium per procuratorem, contractum valet, etiamſi Parochus, & teſtes non viderint literas, in quibus continetur poteſtas procuratoris, ibidem, numer. 24.
Matrimonium inter conſanguineos ex diſpoſitione Apoſtolica valet, etiamſi diſpenſatio non fuerit oſtenſa Parocho, & teſtibus, ibid.
Parocho debet conſtare de mandato procuræ, ut valide aſſiſtat matrimonio per procuratorem celebrando, ibidem.
Matrimonium conditionatum non eſt verum matrimonium de præſenti, ſi conditio ſit de futuro; ſecus ſi contrahatur ſub conditione de præterito, vel de præſenti, ibid. n. 26.
Matrimonium contractum ſub conditione de præterito, vel de præſenti quæ exiſtit, eſt validum ab initio, num. 26. & 29.
Matrimonium contractum ſub conditione de præterito, vel de præſenti quæ non exiſtit, eſt nullum ab initio, ibid.
Matrimonium, ſi contrahatur ſub conditione de præterito vel de præſenti quæ exiſtit, debet conditio elici, & impleri coram Parocho, & teſtibus, & quare, ibid.
Si tamen non impleatur conditio coram Parocho, & teſtibus, adhuc matrimonium eſt validum, & verum, ibid. n. 27.
Et ſi ſubſecutus copula, non conſtito de implemento conditionis, præſumitur pro validitate matrimonii, niſi claro probetur non exiſtentia conditionis, ibidem.
Et ſi matrimonio ita contracto notibetus aliud matrimonium, Eccleſia debet impedire ſecundum, donec conſtet de non implemento conditionis, ibidem, numer. 28.
Pollicitus contrahendi aliud matrimonium de facto, non impeditur, quin valeat primum contractum ſub conditione de præterito, vel de præſenti, quæ exiſtit, licet de ea non ſit doctum, ibid.
Conditio de præterito, vel de præſenti in matrimonio non ſuſpendit actum; ſecus conditio de futuro, ibid. num. 29.
Contracto matrimonio ſub conditione de præterito, vel de præſenti, donec doceatur de implemento conditionis, Ordinarius debet prohibere cohabitationem contrahentium, ibid n. 30.
Matrimonium ſub conditione de præterito, vel de præſenti, quæ non exiſtit, non ratificatur per copulam, ibid.
Contracto matrimonio ſub conditione de futuro, præſentia Parochi, & teſtium omnino requiritur in implemento conditionis, vel in receſſu a conditione, ibid. n. 31.
Nec copulam, quæ receſſum inducit, reddit matrimonium validum, ibid.
Receſſus à conditione in contractu matrimonii appoſita de jure Conciliari debet fieri coram Parocho, & teſtibus, ibid.
Matrimonium contractum, inter perſonas inhabiles ſub conditione ſi Papa diſpenſaverit, non efficitur validum obtenta diſpenſatione, niſi renovetur conſenſus coram Parocho, & teſtibus, ibid. n. 33.
Contrarium, ibid. n. 33.
Prima opinio eſt verior, & ſequenda, ibid.
Declara, non requiri novum conſenſum, ſi Papa diſpenſavit in radice, ibid. n. 32. & n. 34. & ſeqq.
Papa diſpenſando in matrimonio dat facultatem contrahendi, non approbandi, quod illicite ab initio factum eſt, ibid. n. 32.
Novus conſenſus non requiritur, quando Papa diſpenſat in radice in gravibus jure tantum poſitivo prohibitis; ſecus ſi ſunt prohibita jure divino, ibid. n. 34. & ſeqq.
Matrimonia condiſionata non decent dignitatem tanti Sacramenti, ibid. n. 36. & 40.
Parochus male facit, qui abſque urgentiſſima cauſa aſſiſtit matrimoniis conditionatis, ibid.
Prohibendum eſſet Parochis, ne intereſſent matrimoniis conditionatis abſque expreſſa licentia Ordinarii, ibid.
Matrimonium ſimpliciter contractum, ſi antea præceſſerat conditio, quæ poſtea defecerit, & copula non fuerit ſubſecuta, eſt invalidum, ibid. n. 37.
Error circa qualitatem corporis vel fortunæ, ſeu divitiarum, & nobilitatis non viciat matrimonium, ibidem.
Limita; quando illa qualitas fuit appoſita per viam conditionis, ibid.
Amplia limitationem, etiamſi conditio non fuerit expreſſa in actu matrimonii coram Parocho, & teſtibus, ſed ſufficit, quod præceſſerit, ibid n. 38.
Si quis præmiſſa proteſtatione, quod omnia quæ dicet vel faciet, non faciet animo contrahendi matrimonium, & ſucceſſive matrimonium contrahat, adhuc matrimonium erit validum, non obſtante præcedenti proteſtatione, ibid.
Declara procedere, ſi præcedens proteſtatio facta fuit parte abſente; ſecus ſi parte præſente, & conſentiente, ibid.
Item declara matrimonium invalidari ex proteſtatione præcedenter facta, etiam abſente parte, dummodo fiat ob juſtam cauſam, ut ſi is qui proteſtatur, timet compelli ad matrimonium, ibid.
Proteſtatio facta ante matrimonium illud annullat, quando totaliter, & abſolute removet conſenſum illud contrahendi, ibid. n. 39.
Item illud annullat præcedens conditio, non adimpleta, ibid.
Matrimonium pure contractum, & abſque expreſſione alicujus conditionis in faciem Eccleſiæ, licet partes antea convenerint de conditione, quæ non exiſtit, attento jure Conciliari, adhuc dicendum eſt validum in foro externo, quidquid ſit in foro interno, ibid. n. 40. & plur. ſeqq.
Pure contrahentes matrimonium coram Parocho, cenſentur receſſiſſe a conditione ante appoſita eodem momento temporis, ibid. n. 42. & 43.
Conſenſus purus datus in faciem Eccleſiæ effectu juris pure operatur, & purum matrimonium inducit, ibid. num. 42.
Pacta circa matrimonium non expreſſa in faciem Eccleſiæ dicuntur non eſſe de hoc mundo quoad forum externum, ibid. n. 44.
Non eſt permittendum, ut ſub pallio matrimonii poſſint iniri concubinatus, ibid. n. 45.
Matrimonium ficte celebratum per verba de præſenti eſt matrimonium in foro externo, non autem in interno, ibid. n. 46.
Idem de matrimonio ſub conditione præambula parti expreſſa, non tamen Parocho, & teſtibus, Auctor vero non reſolvit, ibid. n. 46. & 47.
Si conditio præcedens expreſſa fuit, parte abſente, ſine dubio non annullat matrimonium poſtea pure contractum, ibid. n. 47.

Pro-

Proteſtatio clandeſtina præcedens facta ab eo, qui timet compelli ad matrimonium, ut evitetur ſcandalum imminens, ſuffragatur ad annullandum matrimonium poſteà poſte contractum, ibid. n. 48.
Neque tunc ſubſecuta copula illud validat, ſed iterandæ ſunt ſolemnitates Concilii, ibid.
Limita, quando illius nullitas eſſet adeo occulta, quod in foro externo probari non poſſet, ibid.
Quid, ſi clandeſtina proteſtatio fiat a ſtupratore, qui timet ad matrimonium cum ſtuprata compelli, ibidem, num. 49.
Metus juſte incuſſus non annullat matrimonium, ibid.
Stupratorem non juvat proteſtatio præambula, ſi eſt vir æqualis conditionis, & matrimonium poſtea pure contractum valet, non obſtante proteſtatione, ibidem.
Vide plura in verbo *Stuprum*.
In matrimonio requiritur omnimoda libertas, & major quam in aliis contractibus, ibid. n. 63 & 66.
Matrimonium ab ægroto contractum cum filia medici aliter mederi nolentis, eſt validum, ibidem, numero 66.
Limita, ſi deficeret alter medicus, ibid.
Matrimonium rei cum filia Judicis, ut mortis pœnam evitet, eſt invalidum, ibid.
In materia matrimoniali parentes, conſanguinei, & affines admittuntur ad probandum, ibidem, numero 70.
Sive agatur de valore matrimonii, ſive de eo diſſolvendo, ibid.
Limita, ſi adeſt diſparitas inter conjuges, ibid.
Amplia, etiamſi diſparitas reſultet ex qualitate, & numero amicorum, quos unus ex conjugibus haberet, ibid. n. 70.
Declara, ut repoſitum ſit in arbitrio Judicis fidem hujuſmodi teſtium ponderare ex qualitate cauſæ pendentis, & conditione paris, vel diſſimili perſonarum, tam in nobilitate, quam in divitiis, & aliis circumſtantiis, ibid.
Sponſalia contracta de præſenti idem importat quod matrimonium jam factum, ibid. n. 74.
Præſumptio matrimonii contracti non inducitur, ſtante diſparitate tam divitiarum, quam nobilitatis inter virum, & mulierem, ibid. n. 76.
Et ſtante hac diſparitate, conſenſus ſemper præſumitur fictus, ibid. n. 77.
Promiſſio non ſerio, & mature, ſed inconſulto facta, non inducit obligationem ad matrimonium, ibid. numer. 78.
Sponſalia etiam de præſenti hodie ſunt invalida, ſi non ſuit ſervata forma Concilii Tridentini, ibidem, numer. 82.
Amplia, etiam in matrimoniis Hæreticorum, & Schiſmaticorum, ſi in eorum Parochia Decretum Concilii ſuit publicatum, ibid.
Mater non habet jus impediendi matrimonium filii, niſi in defectum patris, & avi, ibid. n. 83.
Cauſæ aliquæ non ſolum impediunt matrimonium contrahendum, ſed etiam dirimunt contractum, & quæ non ſint, ibid. n. 84.
Omiſſio denunciationum abſque legitima cauſa non dirimit matrimonium contractum, ſed impedit contrahendum, ibid.
Item contradictio patris matrimonio cum ſponſa indigna, ibid. n. 84. & 85.
Ex diſpoſitione Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. c. 1. de matrim.* conſenſus patris non requiritur ad validitatem matrimonii filiifamilias, ibid. n. 86.
Declara ut matrimonium factum abſque tali conſenſu valeat, ſed antequam contrahatur, poteſt pater illud impedire, ibid.
Dicta diſpoſitio Concilii ut correctoria juris communis antiqui eſt reſtringenda ad id, quod expreſſe correxit, ibidem.
Concilium Tridentinum juſſit fieri denunciationes matrimoniales, ut patresfamilias poſſent ſe opponere, & impedire, ibid.
Acerrima diſcordia inter conjunctos ſponſi cum illis ſponſæ ſub evidenti periculo alicujus peſſimi exempli eſt juſta cauſa impediendi matrimonium, ibidem, numer. 87.
Et Prælatus tenetur tale matrimonium impedire, ibidem.
Prælatus tenetur impedire matrimonium filiifamilias volentis nubere cum ſponſa nimis paupere, ob timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, ibidem num. 90.
Et Parochi de ſtylo, & de jure nequeunt ſubere denunciationes, ſed debent expectare reſponſum Epiſcopi, vel ejus Vicarii, ibid. n. 91.
Nec Ordinarius tali caſu poteſt remittere denunciationes, ibid.
Contractis ſponſalibus de futuro per occultam promiſſionem, & privatam apocham habentem vim publici inſtrumenti, an partes concorditer recedendo poſſint cum conſanguineis ſponſi, vel ſponſæ reſpective matrimonium contrahere abſque diſpenſatione Apoſtolica ſuper impedimento juſtitiæ publicæ honeſtatis, ibid. n. 92. & ſeq.
Et utrum teſtes adhibiti confidentialiter in apocha, non obſtante mutua partium obligationis remiſſione, teneantur vigore decreti in denunciationibus appoſiti revelare occultam promiſſionem futurarum nuptiarum, ibidem.
Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ propter inita ſponſalia cum conſanguineis ſponſi, vel ſponſæ, non multum habet rationis, & deberet aboleri, ſecundum *Hoſtienſem*, ibid. n. 93. & ſeqq.
Multi Canones in materia matrimoniorum, & ſponſaliorum non bene omnia ponderarunt, ibid. n. 94.
Canones inducentes impedimentum publicæ honeſtatis ſunt valde exorbitantes a jure communi, & quantum fieri poteſt reſtringendi ad limites modicæ rationis cui innituntur, ibid. n. 95.
Sunt tamen obſervandi, quia ſic placuit Papæ ſtatuere, cui in talibus eſt credendum, ibid.
Ratio impedimenti publicæ honeſtatis juſtitiæ conſiſtit in externa, & apparenti decentia, juxta quam non videtur convenire, ut dicatur uxor unius, quæ fuit ſponſa conſanguinei, & econtra, ibidem, numero 96.
Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ non oritur ex ſponſalibus a principio validis, & poſtea mutuo contrahentium conſenſu diſſolutis, ibidem, numero 97.
Contrarium, ibid.
Impedimentum publicæ honeſtatis juſtitiæ non reſultat ex ſponſalibus occultis, ibid. n. 98.
Et occulta dici poſſunt, licet facta ſint per privatam apocham ſubſcriptam a duobus teſtibus, & a partibus ibidem.
In contrahendis matrimoniis quandoque magis honeſtas, quam rei veritas conſiderari debet, ibid.
Matrimonium clandeſtinum non cauſat impedimentum publicæ honeſtatis, ibid. n. 99.
Nec illud cauſant ſponſalia occulta, quando ſunt nulla utpote revocata, ibid.
Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex ſponſalibus apparenter validis, & occulto defectu invalidis, ibidem.
Ex ſponſalibus validis, & poſtea mutuo conſenſu revocatis, ſi nota ſunt, adhuc ſubſiſtit impedimentum publicæ honeſtatis, ibid.
Qualitas externæ apparentiæ, in qua fundatur impedimentum publicæ honeſtatis, non poteſt adaptari occultis ſponſalibus, ibid. n. 100.
Occultum dicitur impedimentum ad matrimonium, quamvis ab aliquibus ſciatur, ibid. n. 101.
Nec dicitur publicum ex eo, quod in Civitate ſciatur, niſi etiam notum ſit in Vicinia, vel Parochia, ibid. n. 101. & ſeqq.
Sponſalia nota ſolum teſtibus confidentibus non eſt de facili periculum, ut in foro externo detegantur, ibid. num. 102.
Teſtes confidentiales adhibiti in apocha ſponſalium non tenentur illa denunciare in vim decreti appoſiti in publicationibus matrimonii, ibidem, numer. 103. & ſeqq.
Eccleſia obligat ad reſervandum ea tantum impedimenta, quæ de tempore publicationum exiſtunt ibidem, num. 103.
Factum ſponſaliorum publicatum tantum parit impedimentum publicæ honeſtatis, non autem factum occultum, ibid.
Teſtes confidentiales adhibiti in apocha ſponſalium, ſi illa revelarent, facerent conſurgere impedimentum, quod antea non aderat, ibid. n. 105.
Scientes occultam cognationem inter eos, quorum publicatur matrimonium, tenentur propalare ad evitandam futuram fornicationem, ibid.
Teſtes confidentiales in apocha ſponſalium adhibiti, ſi factum ſic propalatum, & cogantur ſubjicere ſe examini, tenentur ex vi juramenti propalare factum denunciatum modeſtius ad circumſtantias ipſis notas, ibidem, n. 106.
Impedimentum publicæ honeſtatis ex occultis ſponſalibus licet non adſit, poteſt tamen ſupervenire, & pendet a futura revelatione, qua ſecuta, ſurgit honeſtas illius cauſativa, ibid.
Sed poſt contractum matrimonium non eſt amplius locus denunciationi, ibid. n. 107.
Impedimentum publicæ honeſtatis non oritur in occultis ſponſalibus, ſi, factis denunciationibus, non apparet aliquod impedimentum, ibid.
Reliqua vide in verbo, *Metus*, *Sponſalia*.

Me-

Matrix,

Præcedentia in denominatione debetur uti matrici antiquiori Eccleſiæ, de cujus diœceſi erat Collrgiata poſtea in Cathedralem erecta, & illi oonita, diſceptat. 9. num. 9.
Eccleſia matrix perdit matricitatem, ſi inferior Eccleſia in Collegiatam erigatur, ibid. n. 44.

Mauri,

Romani milites contra Mauros, & Numidas ſpe Victoriæ inducti ſunt, ut vincerentur, diſcept. 11. n. 24.

Medicus,

Matrimonium ab ægroto contractum cum filia medici aliter mederi nolentis eſt validum, diſceptation. 32. num. 66.
Limita, ſi deficeret alter medicus, ibid.

Medietas,

Gratificatio, & derogatio medietatis vocum ſunt duo diverſa, diſceptar. 4. n. 46
Derogatio medietatis non applicatur reſpectu unius patroni, vel Univerſitatis, quæ vice unius fungitur, ibid.
Conſenſus unius eſt indiviſibilis, ibid.
Unus ex pluribus præſentatis ab eodem patrono poteſt obtinere gratificationem, non autem derogationem pro medietate, ibid.
Neque tunc quis dicitur habere medietatem vocis, ſed omnes habent integram vocem, ibid.
Garzias *de benef. part.* 8. *cap.* 1. reprobatur, ibid. n. 45. & 46.
Univerſitatis vel Collegii vota ſi ſcindantur in duas medietates, harum neutra Univerſitatem repræſentat, aut ejus aſſenſum conſtituit, ibid. n. 45.
Et non intrat favore præſentati ab una medietate, durante adhuc termino, collatio Apoſtolica per viam gratificationis, nec gratia cum derogatione medietatis vocum, ibid. n. 44.
Vide *derogatio*,

Medium,

Non poteſt fieri acceſſus ab uno gradu extremo inferiori ad unum extremum ſuperiorem, rupto medio, ibid. num. 10.
Filius medio patris fit hæres primi acquirentis, ibid.
Hæres hæredis mediate eſt hæres primi, ibid.

Membrum.

Membra non annexa quando veniant ſub proviſione Apoſtolica, diſcept. 10. n. 23.

Mendicantes.

Gregorius XV. communicavit Ordini Carthuſienſi omnia privilegia, & gratias tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus quibuſvis aliis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium per quoſvis Summos Pontifices indulta, n. 31. V.

Mendicitas.

Prius laborandum, quam mendicandum Fratribus Minoribus, & quare, diſcept. 2. n. 84.
Minorum paupertas expoſcit, ut prius honeſto labori rerum ſpiritualium incumbant, quam ad mendicandum recurrant, ibid. n. 83. & 84.
Paupertatis Seraphicæ ſectatores verius dicuntur, qui laboris mercede vivunt, quam qui moleſti ſunt fidelibus mendicando, ibid. n. 85.
Fratres Minores ſi legata annua recuſent, ut mendicent victum, Inſtituti minus obſervatores videntur, ibid.
Divus Franciſcus aſſignavit ſuis Fratribus quatuor vivendi modos, ſcilicet de labor itio, de oblationibus, de mendicationibus, & recurſu ad pecuniam, ibidem num. 80.
Sola civilis actio ſtatoi, & mendicitati Fratrum Minorum repugnat, ibid. n. 79.
Mendicitas Minorum ut exacte ſervetur, non eſt opus, ut quotidie exerceatur, nec ut omnia neceſſaria ea ea proveniant, ibid. n. 82.
Illa ſolum dicitur quantitas exceſſiva certarum eleemoſynarum, quæ mendicitatem a Conventu prorſus excludit, vel opus avaritiæ creditur non ſublevandæ neceſſitatis, ibid.
Summam ducatorum 1450. annuorum aſſignata pro Conventu Victoriæ non excludit mendicitatem, quia detractis detrahendis non eſt ſufficiens ad alendum 24. Fratres, & ſervos, ibid. n. 95.
Fratres Minores poſſunt licite frui eleemoſyna tradita ab eo, qui vovit dare illam quotannis, nec eorum paupertati, ac mendicitati repugnat, ibidem numero 78.
Legata ipſis relicta per modum annuæ certæ aſſignationis ſunt deſtructiva puræ mendicitatis, & quotidiani quæſtus, ibid. n. 47.
Divus Franciſcus voluit, ſuos Fratres prius de laboris pretio, quam mendicatione victitare, ibidem numero 73.

Mens,

Intentio & mens in animo retenta nihil operatur, diſcept. 21. n. 19.
Actus judicandus eſt qualis apparet, non qualis fieri forcaſſe voluit, ibid.
Mens hominis eſt naturalis, & facillime naturam ſequitur, diſcept. 53. n. 33.

Mentio.

Juſpatronatus reſervatum certo generi perſonarum, puta deſcendentibus maſculis, & linea maſculina feminis, repugnat qualitati ſimpliciter hæreditariæ, etiamſi poſtea fiat mentio de hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, quia intelligitur de hæredibus, & ſucceſſoribus deſcendentibus, nec mutant, vel ampliant diſpoſitionem, diſcept. 40. n. 20. & 21.
Quidquid ſit, an reputetur hæreditarium, vel mere gentilitium ad effectum computandi voces patronorum in capita, vel in ſtirpes, ibid. n. 23.
Cathedraticum non comprehenditur in diſpoſitione generali, niſi de eo facta fuerit expreſſa mentio, diſcept. 35. n. 8. & ſeqq.
Charitativum ſubſidium non ſecus ac Cathedraticum requirit mentionem ſpecialem, ibid. n. 17.
Aliud eſt requiri mentionem, & derogationem ſpecialem Concilii, aliud non præſumi ſublatum jus debitum ex Concilio, niſi de eo facta ſit mentio ſpecialis in diſpoſitione, ibid. n. 19.

Merces,

Dignus eſt operarius mercede ſua, diſcept. 2. n. 80.
Divus Paulus ea laboris mercede victum ſibi parabat, ibid. n. 84.
Notatur *Caſtropal.* dicens, quod ſi Capellanus celebret per ſe ipſum, ſtipendium ei cedat, non uti Beneficii proventus, ſed uti merces laboris perſonalis, diſcept. 40. n. 5.
Merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, non imputantur in congruam Archipreſbyteri curam actualem exercentis, diſceptat. 46. numer. 7.
Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus beneficii, ſed merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, ibid.
Diſtingue, ut num. 8.

Meritum.

Titulus meritorum & effuſionis ſanguinis in bello contra hoſtes fidei non reputatur oneroſus ad acquiſitionem Juriſpatronatus, diſcept. 22. n. 17. & ſeqq.
In materia indifferenti decimarum exemptionis, conceſſionis in feudum, & ſimilibus, titulus oneroſus dicitur etiam, qui provenit ex aliquo facto, & meritis conceſſionis æquivalentibus, ibid. n. 18.
Secus in materia Juriſpatronatus, ibid. n. 19.
Stante paritate votorum in repetitis ſcrutiniis poteſt Epiſcopus præferre eum, quem majoribus ſtudiis, ac meritis juvari cognoſcit, diſcept. 4. n. 205.
Opinio, quod in collatione ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, ſi Epiſcopus unum, Capitulum alium nominet, gratificatio debeatur nominato ab Epiſcopo, non procedit ſi nominatus a Capitulo præponderet in meritis, & tunc Papa conferre poſſet cui vellet, etiam tertio vel jure præventionis, vel jure devoluto, ibid. num. 41.

Merlinus.

Merlinus deciſ. 181. dicens perfectionem gratiæ incipere a die datæ reprehenditur, diſceptation. 5. numer. 42.

Mæſtitia.

In corde mœſtiſſimo ſtare non poſſunt riſus, & gaudia ficta, diſcept. 32. n. 28.

Metus.

Metus pro nullitate ſponſalium probandus eſt in tempore actus vel paulo ante, diſcept. 32. n. 6.
Timores, & minæ ſubſecutæ non attenduntur ad infringendam ſponſalitiam promiſſionem præcedenter ſtipulatam, ibid.
Nec ſunt juſta cauſa ea diſſolvendi, ibid.
Ad annullanda ſponſalia prout ad annullandum matrimonium probari debet metus gravis, & cadens in conſtantem virum, nec ſufficit metus levis, ibidem numer. 7.
Metus levis non impedit libertatem conſenſus, ibid.
Metus reverentialis in quibus conſideretur, ibidem numer. 8.
Metus reverentialis non dicitur gravis ad impediendam libertatem conſenſus, niſi ſimul concurrant graves minæ, & quod minans ſolitus fuerit illas exequi, ibid.
Metus in perſonis, in quibus reverentialis non conſideratur, non dicitur gravis, niſi tres ſimul conditiones concurrant, & quales, ibid. n. 9. & 10.
Metus reverentialis non datur in majore erga minorem, ibid. n. 10.
Metus reverentialis ut conſideretur in ſorore reſpectu fratris majoris, requiritur quod frater ſtet in domo loco patrisfamilias gubernando minorem, ibidem.
Ad metum gravem requiritur, quod grave ſit malum, quod timetur, nempe mors, vel cruciatus corporis, ibid. n. 11.
Ad metum gravem inducendum in materia matrimonii, & ſponſalium requiritur, quod præceſſerit atrocitas facti, hoc eſt, verbera, arma, carcer, & ſimilia, ibid.
Si frater objurgans ſororem ad illius reſponſionem tacuit, & fugam arripuit, dicendum eſt potius, fratrem timuiſſe, quam ſororem, ibid.
Metus ex propria cogitatione, & vana opinione non attenditur ad invalidandum matrimonium aut ſponſalia, ibid. n. 12.
Puella annuens ſponſalibus, quia parentes ſic deſiderant, non aperiendo eis ſuam voluntatem, dicitur voluntarie conſentire, & non poteſt allegare timorem, ibid.
Ad metum gravem requiritur, quod illum incutiens ſit potens, & minas probabiliter executurus, ibid. num. 9. & 14.
Metus ex hoc capite quando excludatur, ibid. numero 14.
Ad metum gravem requiritur, ut illum patiens tacite reſiſtere non poſſit, ibid. n. 15.
Et non admittitur in eo, qui facile poteſt occurere malo adeundo, ibid.
Nec in puella, quæ poterat aufugere in monaſterium, ibid.
Metus non probatur per teſtes de illo deponentes, quando alii fide digni contrarium deponunt, ibid.
Magis creditur duobus teſtibus deponentibus de metu, quam mille contra metum aſſeverantibus, ibidem numer. 16.
Limita, quando per excluſionem metus concurrunt præſumptiones, & conjecturæ, quia tunc magis attenduntur teſtes pro libertate, quam pro coactione conſenſus, ibid. n. 16.
Etiam ex actibus ſubſequentibus poteſt purgari metus in ſponſalibus, ibid. n. 17.
Metus in ſponſa excluditur, ſi abſente eo, qui metum incutere prætenditur, ſponſum in domo excipiat, illiuſque munera accepter, ac geſtet, ibid.
Item ex epiſtolis amatoriis miſſis ad ſponſum, abſente eo, qui metum incutere prætenditur, ibidem numer. 19.
Argumenta quædam benevolentiæ erga ſponſum excluſiva metus in puella recenſentur, ibid. n. 21.
Metus excluditur ex inveriſimilitudine, quod puella coram Judice, & conſanguineis violentari potuerit ad nuptias inviſas, ibid. n. 22.
Ad arguendum vel excludendum metum attendi debet indoles metum paſſi, & inferentis, ibid.
Sponſalia bene & non meticuloſe ſtipulata ſunt effectuanda, ibid. n. 23.
Preces importunæ, quæ proveniunt a perſona, cui debetur reverentia, inducunt metum, ex quo contractus ſponſalium reſcindi poteſt, ibid. n. 26.
Impugnans promiſſionem ſponſalitiam tanquam metu extortam fatetur illam præceſſiſſe, ibidem numero 1.
Allegans metum in contractu ſponſalium facto in loco, ubi facilis erat recurſus ad Superiores, debet illum probare evidentiſſime, ibid. n. 2.
Matrimonium invalidatur ex proteſtatione præcedenter facta, etiam abſente parte, dummodo ſi fiat ob juſtam cauſam, ut ſi is, qui proteſtatur, timet compelli ad matrimonium, diſcept. 32. n. 38.
Proteſtatio clandeſtina præcedens facta ab eo, qui timet compelli ad matrimonium, ut evitetur ſcandalum imminens, ſuffragatur ad annullandum matrimonium poſtea pure contractum, ibid. n. 48.
Neque tunc ſubſecuta copula illud validat, ſed iterandæ ſunt ſolemnitates Concilii, ibid.
Limita, quando illius nullitas eſſet adeo occulta, quod in foro externo probari non poſſet, ibid.
Quid ſi clandeſtina proteſtatio fieret a ſtupratore, qui timet ad matrimonium cum ſtuprata compelli? ibid. num. 49.
Vide *Stuprum*,
Metus juſte incuſſus non annullat matrimonium, ibid.
Timor famæ in puellis ſi minetur quis illas promulgare impudicas, potens eſt facere illas ſuccumbere, & ſtuprum pati, ibid. n. 52.
Stuprator diſparis conditionis tam in nobilitate, quam in divitiis, ſi, præmiſſa clandeſtina proteſtatione ſuper metu, matrimonium pure contrahat, nullum eſt matrimonium, ibid. n. 55.
Amplia, etiamſi copulam extorſerit, data ſpe matrimonii, ſed ficte, ibid.
Maxime, ſi mulier colligere potuit fictionem ex conjecturis, ibid.
Defloratot etiam diſparis conditionis ſub vera promiſſione matrimonii tenetur ducere defloratam in uxorem, & tunc proteſtatio præcedens ſuper metu non annullat matrimonium pure ſubſequens, ibidem numero 56.
Amplia, etiamſi ex matrimonio timerentur ſcandala, quando concurrit juramentum, ibid.
Contrarium, ibid.
Repertus in ſtupro & coactus ab attinentibus ſtupratæ armata manu matrimonium contrahens, nullum eſt matrimonium, etiamſi ſtuprator ad id de jure teneretur, & cogi poſſet per Judicem, ibidem numero 57.
Attinentes ſtupratæ non poſſunt auctoritate propria, & privata cogere ſtupratorem ad matrimonium, licet poſſint inſtare coram Judice, ut compellatur, ibid.
Declara annullari matrimonium contractum in illo actu coactionis parentum armata manu; ſecus matrimonium poſtea contractum cum præcedenti proteſtatione metus, ibid.
Non videtur injuſtum, ut quis per minas diſponat aliquem ad faciendum de per ſe, quod facere de jure tenetur, ibid. n. 58.
Judex agnoſcens invaliditatem matrimonii a ſtupratore cum ſtuprata per metum contracti debet declarare nullum matrimonium, & cogere ſtupratorem ad contrahendum de novo matrimonium cum eadem in faciem Eccleſiæ, ibid.
Limita, ſi hoc medio tempore ſtuprator matrimonium cum alia de facto contraxit, ibid. n. 59.
Etiamſi contraxiſſet ſecundum matrimonium, pendente lite ſuper primo, & contra inhibitionem ſpecialem Judicis, ibid.
Conſenſus periculoſus non pendet ab intentione inferentis metum, ſed ab ipſo metu materiali, a quo cogitur directe, & præciſe, ibid. n. 64.
Omne id, quod promittitur cauſa evitandi periculum, eſt metu coactum, ibid.
Fraudes, quæ concurrunt in matrimonio cum ſtuprata metu parentum minitantium contracto, & ejuſdem peſſimi effectus, ibid. n. 65. & ſeqq.
Matrimonium ſi contrahat juvenis repertus cum puella de nocte, ad terrorem illius attinentium minitantium illi necem, eſt nullum ipſo jure, ibid n. 61.
Declara procedere, ſi mortem minantur animo cogendi illum ad matrimonium, vel niſi contrahat; ſecus, ſi minantur ſimpliciter ad vindictam, quam ut effugiat, ipſe offert puellam ducere in uxorem, ibidem.
Contrarium, & quod indiſtincte ſit nullum etiamſi minæ non dirigantur ad factum matrimonii, ibid. num. 62. & ſeqq.
Nulla major coactio, quam facere actum metu inſtantis mortis, ſive metus dirigatur ad illud factum, ſive non, ibid.
Solus timor, vel alterius periculi probat conſenſum coactum ad aliquid dandum, vel ſe obligandum, licet metus ille non inferatur ad aliquod dandum, vel obligandum, ibid.
Diſſenſus, & indignatio patris inducit juſtum metum exhæreditationis in filio, & illi præbet juſtam cauſam recedendi a ſponſalibus, ibid. n. 81.
Amplia, etiam non obſtante juramento in apocha promiſſionis appoſito, ibid.
Vide *Coactio*, *Mina*, *Sponſalia*, *Timor*, *Matrimonium*, *Stuprum*,

Mi-

Digitized by Google

Miles, Militia.

Romani milites contra Marſos & Numidas ſpe victoriæ inducti ſunt, ut vincerentur, diſcept. 11. n. 24.
Habens brachia impedita, alligata & more catenis eſt incapax laborandi, & militandi, diſceptatione 47. numer. 15.

Minæ.

Timores, & minæ ſubſecutæ non attenduntur ad infringendam ſponſalitiam promiſſionem præcedenter ſtipulatam, diſcept. 32. n. 6.
Nec ſunt juſta cauſa ea diſſolvendi, ibid.
Metus reverentialis non dicitur gravis ad impediendum libertatem conſenſus, niſi ſimul concurrant graves minæ; & quod minans ſolitus fuerit illas exequi, ibid. n. 8.
Ad metum gravem requiritur, quod illum incutiens ſit potens, & minas probabiliter executurus, ibidem num. 9. & 10.
Metus ex hoc capite quando excludatur, ibidem numero 14.
Frater ætate minor præſumitur inhabilis ad valide minandum, & minas exequendum erga ſororem ætate majorem, ibid.
Minæ ebrioſitate, & inconſiderate calore iracundiæ prolatæ, etiamſi graviſſimæ, non excludunt libertatem conſenſus in matrimonio, ibid.
Matrimonium ſi contrahat juvenis repertus cum puella de nocte ad terrorem illius attinentium minantium illi necem, eſt nullum ipſo jure, diſcept. 32. num. 61.
Declara procedere ſi mortem minantur animo cogendi illum ad matrimonium, vel niſi contrahat; ſecus, ſi minantur ſimpliciter ad vindictam, quam ut effugiat, ipſe offert puellam ducere in uxorem, ibid.
Contrarium, & quod indiſtincte ſit nullum, etiamſi minæ non dirigantur ad factum matrimonii, ibidem num. 59. & ſeqq.
Parentes ſtupratæ in flagrantis criminis deprehenſione naturaliter, & plerumque habent impetum occidendi, & ſe vindicandi, non autem cogendi ad matrimonium, ibid. n. 64.
Matrimonium ſtupratoris cum ſtuprata metu parentum minitantium mortem eſt validum, ſive minæ, & metus tendant ad matrimonium, ſive ſimpliciter dirigantur ad vindictam, quando ſtuprator in flagranti deprehenſus, de jure tenebatur potiſſe ad matrimonium, ibid. n. 67.
Si vero ſtuprator nullo modo tenebatur ad matrimonium, tunc illud eſt invalidum, ſive minæ mortis ad illud tendant, ſive ſimpliciter ad vindictam, ibidem num. 69.
Et ſi tenebatur alternative ad matrimonium, vel ad dotem, validum erit, ſi minæ ſolum fiant animo vindictæ; ſecus ſi ad inducendum ad matrimonium, ſed auctor dubitat de iſta diſtinctione, ibidem numero 68.
Parentes ſi minarentur accuſationem coram Judice, niſi ſtuprator puellam deſponſaret, matrimonium tali metu contractum eſſet validum, ibid. n. 69.
Declara procedere, ubi accuſatio eſſet juſta, puta ſi ſtuprator tenebatur præciſe ad matrimonium, vel ad pœnam, ſecus ſi ad nihil, vel ad pœnam tantum tenebatur, ibid.
Vide ſupra *Metus, Coactio.*
Non videtur injuſtum, ut quis per minas diſponat aliquem ad faciendum id per ſe, quod facere de jure tenetur, ibid. n. 58.

Miniſter.

Quæ ſit quantitas eleemoſynarum moderata, vel exceſſiva reſpectu Fratrum Minorum, miniſtrorum, & cuſtodum arbitrio remiſſum eſt, diſcept. 2. num. 82.
Si error eſt clauſus in decreto Conciliatriali, correctio fieri poteſt a miniſtro abſque participatione R. P. D. Auditoris Sanctiſſimi, diſcept. 9. n. 31.
Correctio facta per miniſtros præſumitur juſte, & recte facta de licentia eorum, hoc quia fieri non poterat, ad excludendum delictum, ibid. n. 32.
Præſumitur pro validitate actus, & pro legalitate perſonæ & officialis, ibid.
Miniſtri induti paramentis ſacris aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione oleorum, tanquam cooperatores Epiſcopo conjunguntur, & ab eo non debent in honore ſeparari, diſcept. 15. num. 9.
Et iſta conjunctio prævalet illi generali, quæ conſideratur inter Epiſcopum, & Capitulum, ibidem numer. 10.
Dubitat de hoc auctor, & firmat contrarium, quando adeſt ſtatutum Eccleſiæ ita diſponens, ibidem num. 12. & ſeqq.
Prior majoris Carthuſiæ eſt etiam uti talis Miniſter generalis totius Ordinis Carthuſienſis, num. 19. V.

Minor.

Metus reverentialis non datur in majore erga minorem, diſcept. 32. num. 10.
Metus reverentialis ut conſideretur in ſorore reſpectu fratris majoris, requiritur, quod frater ſtet in domo loco patrisfamilias gubernando minorem, ibid.
Frater ætate minor præſumitur inhabilis ad valide minandum, & minas exequendum erga ſororem ætate majorem, ibid. n. 14.

Miſericordia.

Priores, Rectores, Vicarii, & Prioriſſæ Ordinis Carthuſianorum, tenentur petere miſericordiam in Capitulo generali, & quomodo, num. 3. V.
Et Capitulum faciendo miſericordiam alicui, eum deſtituit, & removet, ibid.
Prior majoris Carthuſiæ eſt ſubjectus Capitulo generali non minus, quam cæteri Priores, & tenetur in illo miſericordiam petere, num. 20. V.

Miſſa.

Canonicus Miſſam celebrans privatam tempore divinorum non dicitur intereſſe, nec gaudet diſtributionibus, diſcept. 1. n. 26.
Fratres Minores poſſunt recipere quidquid eis traditur pro celebratione Miſſarum, & anniverſariorum per viam eleemoſynæ, diſcept. 2. n. 3.
Legato cum onere Miſſarum ſunt adimplenda ex parte hæredis abſolute, & indiſtincte, ſive Fratres ſint capaces, ſive non; ibid. n. 4.
Vide *Frater Minor.*
Miſſæ ſemper ſunt celebrandæ, & mens teſtatoris eſt implenda, ne anima illius debitis ſuffragiis defraudetur, ibid.
Sublata actione civili, adhuc tenetur hæres celebrari facere Miſſas per Fratres legatarios ex obligatione naturali fidelitatis, & conſcientiæ, ibid. n. 14.
Onera Miſſarum deducenda ſunt de valore beneficii ſimplicis, in quo non adeſt obligatio celebrandi per ſe ipſum, ſecus ſi agatur de Capellania Sacerdotali, ſeu beneficio reſidentiali, & requirente perſonale ſervitium, diſcept. 40. n. 1.
Contrarium, reprobato *Garcia*, & *ſequacibus*, ibid. n. 2. & ſeqq. & n. 5.
Impenſa pro celebratione Miſſarum, quas beneficiatus poſſet celebrare per ſe ipſum, licet ad id non teneatur, eſt voluntaria, non neceſſaria, ibid.
Celebratio Miſſarum eſt ſervitium beneficii, ſive Capellania ſit ſimplex, ſive Sacerdotalis, ibidem numero 3.
Etiamſi per alium exerceatur, ibid.
Conſuetudo eximens ab onere reſidendi in beneficio ſimplici non tollit, quin celebratio Miſſarum alteri commiſſa cenſeatur voluntaria, non neceſſaria, ibid.
Notatur *Caſtropal.* dicens, quod ſi Capellanus celebret per ſe ipſum, ſtipendium ei cedat, non uti beneficii proventus, ſed uti merces laboris perſonalis, ibidem num. 5.
Beneficium ſi pro Miſſis celebrandis ſuit erectum, ſtipendium earum eſt proventus beneficii, ibid.
Fundator in erectione Capellaniæ cum onere Miſſarum dicitur aſſignaſſe omnes reditus pro Miſſis, ibidem.
Et licet Titularis alteri per quem celebrare facit ſolvat minus, & reſiduum ſibi applicet, tamen illud reſiduum non deſinit eſſe ſtipendium Miſſarum, ibidem.
Unicus reditus aſſignatus Capellaniæ non poteſt ſcindi, & diverſo jure cenſeri, licet pars ejus diſtribuatur deputata ad celebrationem Miſſarum pro exonerando Titulari, ibid.
Onera Miſſarum an ſint detrahenda a reditu beneficii, ad cujus titulum quis petit promoveri, ad effectum conſtituendi ſummam requiſitam ex Conſtitutione Innocentii XII. quæ incipit *Speculatores*, ibidem numer. 8.
Non ſunt detrahenda, niſi in fundatione cautum fuerit, quod in caſu impedimenti tenetur beneficiatus celebrare per alium, ibid. n. 9.
Et dummodo interim donec aſcendat ad Sacerdotium, pro rata Miſſarum aliunde habeat, unde vivere poſſit, ibid.

Meſſis.

Fructus meſſis cruſſæ debentur omnibus Canonicis, qui reperiuntur tempore eorum diſtributionis, non illis ſolum, qui aderant tempore, quo ſunt maturati, diſcept. 31. n. 13.

Mater.

Mater non habet jus impediendi matrimonium filii, niſi in defectum patris, & avi, diſcept. 52. n. 83.

Mitra.

Mitra Epiſcoporum & Abbatum in Synodis Provincialibus quomodo differat inter ſe, diſceptation. 49. numer. 5.

Mobile.

Cor hominis eſt mobilius omni mobili, diſceptation. 51. num. 43.

Modicum.

Modicum & nihil fructuum videntur æquiparari, diſcept. 8. n. 17. in fine.

Modicum & nihil æquiparantur, diſcept. 34. numer. 2. diſcept. 29. n. 7.

Modica coactio licita eſt parentibus & conſanguineis ad Matrimonium, diſcept. 38. n. 13.

Modus.

Unus modus illicitus per teſtatorem expreſſus non vitiat alium modum licitum, diſcept. [illegible]

Expreſſio illicita non vitiat legatum uſusfructus relictum ſub modo licito, olim Fratribus Minoribus, ibidem.

Legatum Fratribus Minoribus caducatur, ſi fuit expreſſus ſolus modus illicitus, ut ſi legata ſit proprietas fundi ad habendum, & poſſidendum jure proprio, & in perpetuum, ibid. n. 19.

Legatum Fratribus Minoribus relictum modo licito valet abſque dubio, ibid. n. 34.

Expreſſio unius modi liciti non vitiat alium licitum, ibid. n. 43.

Vide *Fratres Minores.*

Factum præponderat verbis, & attenditur effectus, non modus, diſcept. 17. n. 59.

Patroni poſſunt inter ſe convenire circa modum, & formam præſentandi, diſceptat. 23. numero 35. 40. & 44.

Verba ſubjunctivi modi, ſeu temporis ſemper important tempus futurum, n. 28. V.

Moleſtia.

Ad interrumpendam triennalem requiritur moleſtia judicialis illata ex actu validio, vel extrajudicialis præſeferens actum turbativum poſſeſſionis, diſceptat. 54. num. 36.

Moleſtiæ extrajudiciales, & de facto, adhoc ut interrumpant triennalem, requiritur, quod ſint illatæ circa ipſam poſſeſſionem & perceptionem fructuum, ibid. n. 38. & ſeq.

Et ſimplex conatus non ſufficit, niſi turbetur poſſeſſor, mediante facto poſitivo, ibid.

Molinus.

R. P. D. *Joſeph Molinus Sacra Rota Auditor Decanus* laudatur, diſcept. 45. n. 10. in fine.

Monachus.

Pacis fuit, ſolitarius & Monachum fieri, diſcept. 6. numer. 48.

Monacho, & Religioſo indiſtincte prohibetur extra ſuum monaſterium manere, & divagari, diſceptat. 23. numer. [illegible]

Et procedit prohibitio non ſolum, quando intitulatur extra monaſterium ab beneficia ſecularia, ſed etiamſi obtineat aliquod hoſpitale ad ſolum regimen, & adminiſtrationem, ibid.

S. Pachomius primus Monachorum in communi vivendi Pater, num. 12. V.

Ejus Regulam ſi dictavit Angelus, ibid.

Carthuſianorum propoſitum, cunctis ſæculorum Eccleſiæ Monachorum inſtitutis præferendum, numero 12. V.

Monachi Benedictini antiquitus non regebantur ab uno tantum capite generali, ſed unumquodque monaſterium a ſuo particulari Superiore ſeu Abbate gubernabatur, num. 14. V.

Monachi olim ſubjecti erant auctoritati Epiſcoporum, num. 24. V.

Vide etiam *Monaſterium.*

Monaſterium.

Monaſterium habens jus conferendi hoſpitale ſeculare non poteſt illi præficere perſonam Regularem, diſcept. 23. num. 8.

Per unionem monaſterio hoſpitale ſeculare non efficitur Regulare, ſi monaſterium ſubſequens contrariis obſervantia, ibid. n. 19.

Ordinarius monaſterii ſeu Conventus Regularis nemo poteſt vocari, niſi ejus proprius & particularis Prælatus, diſcept. 20. n. 24.

Proprius monaſterii Prælatus eſt Abbas, non autem Epiſcopus, ibid. n. 22. & 28.

Abbas pro Parochiis monaſterio annexis poteſt deputare Vicarium ſine aliqua approbatione Epiſcopi, ibidem num. 27.

An habeat facultatem benedicendi concionatores deſtinatos pro Eccleſia monaſterii, & aliis Parochialibus intra diſtrictum Abbatiæ, ibid. n. 26.

Quod non habeat, ibid. n. [illegible]

Epiſcopus donans eccleſiam monaſterio exempto cum capellis habitis, & habendis, donaſſe cenſetur, ut ſic exemptas, non autem quoad proventus temporales ipſius Epiſcopi, ibid. n. 30.

Novitiatus poteſt incohari etiam cum habitu ſeculari permanendo in monaſterio, diſceptat. 6. numero 52.

Singulariter in Carthuſianis, ibid.

Vide *Novitius.*

Monaſterium legitime ſuccedit in jurepatronatus, & in omnibus juribus ſuarum monialium, diſcept. 4. num. 21.

Sanctus Benedictus geſſit præfecturam generalem monaſteriorum omnium, quæ ipſe extruxerat, num. 14. V.

Et id fuit familiare omnibus monaſticorum Ordinum parentibus, ibid.

Diſpoſitio Concilii Tridentini *cap. 6. ſeſſ. 25. de Regular.* licet præſcribat formam electionis, non tamen jubet ſemper electiones fieri, nec obſtat quin Prælatus ſuperior auctoritate ſui officii, prætermiſſa electione, poſſit alicui monaſterio, vel Provinciæ de Superiore providere, n. 5. V.

Capitulum generale habet auctoritatem ſupra omnes domos, & monaſteria, & Provincias, n. 18. V.

Et poteſt facere ordinationes, quibus reſtringantur privilegia, & facultates, ſive perſonis ſive monaſteriis ſibi ſubditis competentes, n. 19. V.

Fere omnium Ordinum monaſticorum Priores, ſive Abbates monaſteriorum locales eliguntur per Capitula generalia, ſive alia Capitula majorum, nulla relicta quoad hoc facultate Capitulis Conventualibus, ſive localibus, n. 31. V.

Enumerantur plures Regularium Ordines, in quibus ita ſervatur, ibid.

Vide ſupra *Monachus.*

Mondriezius.

Mondriezius Duvarj fuit primus Præpoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Ægidii Civitatis Cremonenſis, diſcept. 8. num. 1.

Monialis.

S. Pius V. bona Conventualium in Hiſpania monialibus applicavit ſub obligatione ſolvendi certam quantitatem annuatim Minoribus, injuncto illis onere ſatisfaciendi officiis, ad quæ tenebantur Conventuales, diſcept. 2. n. 80.

Pariſiis Fratres de Avemaria annuam perpetuam eleemoſynam a monialibus habent, ibid. n. 90.

Vide ſupra *Monaſterium.*

Monitorium.

Productio monitorii, & ſimplices citationes non interrumpunt triennalem, diſcept. 54. n. 51.

Monſtrum.

Non debent in eadem Civitate apparere duo capita, quaſi monſtrum, diſcept. 44. n. 6.

Mora.

Dilatio in gratia eſt mora, non conditio, differens, non ſuſpendens, diſcept. 3. n. 9.

Mon-

Stante pacto, quod in caſu reſervationum, nec ullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legitima poſſit Papa vel Ordinarius conferre, negligente patrono, eſt locus præfixioni termini arbitrio Ordinarii, quo elapſo, proviſio fieri poteſt jure devoluto, diſcept. 21. num. 21.
Sed etiam poſt terminum patronus admitti debet ad purgationem moræ, ſi velit ſtatim præſentare, re adhuc integra, idest, proviſione non ſecuta, ibid.

Mors.

Extenſio conſenſus etiam poſt mortem reſignantis de jure communi fieri poteſt, diſcept. 5. n. 27.
Procurator poſt mortem conſtituentis poteſt cœpta per eum conſumere, non autem nova inchoare, ibidem.
Extenſio conſenſus poſt mortem indiſtincte prohibita fuit ex Conſtitutione S. Pii V. qua fuerunt correctæ priores Conſtitutiones Alexandri VI. & Leonis X. ibidem numer. 23.
Vide *Conſenſus*, *Reſignatio*.
Donatio pure, & libere facta inter vivos dicitur perfecta, etiamſi vires habere tantum debeat poſt obitum donantis, ibid. n. 9.
Duobus habentibus æqualia ſuffragia majorem partem electorum conſtituentia, ſi alter eorum moriatur, electio in ſuperſtite remanet neceſſaria, diſcept. 4. n. 106. & 111.
Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt, quando quis ob inimicitias capitales cogitur ſtatim deſcendere ad evitandum imminens periculum mortis, diſcept. 37. num. 9.
Xenia data per novos Cardinales non pertinent ad Cameram Pontificis creatoris prædefuncti, ſi mors illius contingat ante expeditionem Legatorum cum Birettis, vel antequam Legati ad locum deſtinatum pervenerint Biretta tradiderint, & acceperint xenia, diſcept. 51. num. 3.
Cubiculariis Pontificis debentur xenia, etiam non exacta tempore mortis ejuſdem, ſi jam ante mortem habebant jus ad exigendum, ibid. n. 8.
Fructus beneficii maturati, & ſeparati a ſolo tempore mortis beneficiati, licet non exacti, pertinent ad hæredes illius, non ad ſucceſſorem in beneficio, ibid. num. 11.
Hæres Cameræ extinctæ per mortem Pontificis ſunt illius cubicularii poſt finitum officium, non autem Cameræ Pontificis ſucceſſoris, ibid. n. 12.
Camera Pontificis extinguitur per mortem ipſius, ibid. num. 14.
Matrimonium ſi contrahat juvenis repertus cum puella de nocte, ad terrorem iſtius attinentium minitantium illi necem, eſt nullum ipſo jure, diſcept. 52. num. 61.
Declara procedere, ſi mortem minantur animo cogendi illum ad matrimonium, vel niſi contrahat; ſecus ſi minantur ſimpliciter ad vindictam, quam ut effugiat, ipſe offert puellam ducere in uxorem, ibidem.
Contrarium, & quod indiſtincte ſit nullum etiamſi minæ non dirigantur ad factum matrimonii, ibid. n. 62. & ſeqq.
Nulla major coactio, quam facere actum metu inſtantis mortis, ſive metus dirigatur ad illud factum, ſive non, ibidem.
Solus timor mortis, vel alterius periculi probat conſenſum coactum ad aliquid dandum, vel ſe obligandum, licet metus ille non inferatur ad aliquid dandum vel obligandum, ibid.
Matrimonium Rei cum filia Judicis, ut mortis pœnam evitet, eſt validum, ibid. n. 66.
Matrimonium ſtupratoris cum ſtuprata metu parentum minitantium mortem an, & quando ſit validum nec ne, ibid. n. 67.
Vide *Stuprum*.

Mortuaria.

Canonici privilegiati in abſentia quoad diſtributiones non poſſunt gaudere anniverſariis, & mortuariis, diſcept. 1. n. 10.
Mortuaria, & candelæ aut cerei ſi diſtribuuntur ad manus ſingulorum, non debentur abſentibus etiam legitime; ſecus ſi dantur inſeparare Camerario, aut alteri Capitulum repræſentanti, ibid. n. 33.

Mortuus.

Conſenſus mortui non datur, nec ſupplicatio, diſcept. 5. n. 41.
Vide *Conſenſus*, *Reſignatio*.

Mos.

Abbas dare poteſt teſtimoniales de vita & moribus eorum, qui illi ſubjiciuntur in criminalibus ſaltem cumulative cum Epiſcopo, diſcept. 20. n. 12.
Non tamen ſufficiunt, ſed requiruntur etiam illæ Epiſcopi, ibid. n. 28.
Fundator præſumitur ſe conformare cum more Regionis, diſcept. 25. n. 15.
In beneficio curato præferri debet, qui non habet maculam circa mores, alteri, qui fuit alias inquiſitus ſuper crimine, ſecundum *Lotherium*, diſceptation. 41. num. 1.
Contrarium, ibid. n. 2.
Diſtingue, ut ibid.
Indigna ſponſa dicitur, quando attento more Regionis, aliiſque circumſtantiis, ſponſus abſque parentum, ac parentelæ dedecore copulari non poteſt, diſcept. 52. num. 88.

Mozzetta.

Ornamenta Mozzettæ, & Rocchetti inſigniora non denotant Juriſdictionem, & geſtari poſſunt non ſolum in Eccleſia, ſed etiam in proceſſionibus, & aliis functionibus Eccleſiaſticis, diſcept. 49. n. 9.

Mulcta.

Si Judex terminavit officium ſuum tempore, quo mulcta erat decreta, ſed non nondum incamerata, adhuc ad eum pertinet, & non ad ſucceſſorem in officio, diſcept. 51. n. 5.
Amplia, etiam in terminis ſtatuti ordinantis deberi Judici mulctam incorporatam, & exactam, ibid.

Mulier.

Mulieres, quæ virum non habent, vacare dicuntur; & quare, diſcept. 17. n. 37.
Mulieres pro receſſu a ſponſalibus aliquando cauſam rationabilem falſam adducunt, occultando veram irrationabilem, diſcept. 32. n. 25.
Voluntas mulieris nubendi concivi potius quam extero facile mutari potuit, attenta dignitate viri, & illius patriæ, ibid. n. 5.
Voluntas muliebris præſertim circa matrimonium, regulariter eſt momentanea, varia, & mutabilis, ibid.
Præſumptio Juris, juxta quam nemo præſumitur mutare voluntatem, non procedit in muliere, ibid.
In ſponſalibus conditionalibus nullum conſideratur detrimentum famæ mulieris, ſi ob defectum conditionis matrimonium non ſequatur, diſcept. 52. n. 4.
Nec ex eis oritur juſticia publicæ honeſtatis, ibid.
Et ſi ex eis conſiderari poſſet aliquod præjudicium mulieris, ipſi ſibi imputare deberet, quare ſub tali conditione contraxerit, & nihil imputari viro, qui ſub honeſta conditione non improbata contraxit, ibidem.
Mulier, quæ jam alteri nupſit, nullum damnum allegare poteſt in conditione ſuæ famæ, vel in fundamento ſcandali, aut alterius cujuſvis cauſæ, in effectuatione priorum ſponſalium, ibid. n. 7.
Naturalis verecundia fuit grande frœnum muliebris appetentiæ, & incontinentiæ, ibid.
Stuprator diſparis conditionis ſub ficta promiſſione nubendi non tenetur nubere, nec ad dotem, ſi mulier viderit, vel videre poterit ſe decipi; ſecus ſi fuerit ignara qualitatis viri, vel iſte taliter promiſit, ut illa ei prudenter crediderit, ibidem numero 56.
Mulieri actrici non ſufficit probare promiſſionem in genere, & fieri debet ſemper interpretatio contra ipſam, ut promiſſio intelligatur de ſolis ſponſalibus in futurum, ibid. n. 75.
Præſumptio matrimonii contracti non inducitur, ſtante diſparitate tam divitiarum, quam nobilitatis inter virum & mulierem, ibid. n. 76.
Et ſtante hac diſparitate, conſenſus ſemper præſumitur fictus, ibid. n. 77.
Cauſa juſta recedendi a ſponſalibus eſt diſparitas divitiarum, & nobilitatis inter virum, & mulierem, ibid. num. 80.
Vide etiam *Puella*, *Sponſa*.

Mulus.

Privilegium concedens Prælatis inferioribus uſum Pontificalium ita operatur ſicut genitalia in mulis, quæ ſunt ſterilia, & infructuoſa, diſcept. 43. n. 7.

Munus,

Metus in ſponſa excluditur, ſi, abſente eo, qui metum incutere prætenditur, ſponſam in domo excipiat, illiuſque munera acceptet, ac geſtet, diſcept. 38, num. 17.
Munera jam debita intelliguntur etiam exacta quantum ad effectum juris, licet nun exacta de facto, diſcept. 51. n. 6.
Xenia ſeu munera dari ſolita per Cardinales promotos cubiculariis participantibus, an ſpectent ad cubicularios Pontificis, qui creavit, & de tempore diſtributionis munerum mortuus eſt, vel ad illos Pontificis ſucceſſoris, ibid. n. 1.
In materia voluntaria xeniorum & munerum totum regulatur ab intentione donantis, ibid.
Vide *Xenia*.
In caſu abſentiæ propter aliquod munus, & Reipublicæ officium non eſt neceſſaria licentia Superioris, etiam ubi agitur de Prælatis, & aliis curam animarum habentibus, diſcept. 37. n. 3.

Mutatio,

Mutationes antiquorum inſtitutorum, & rituum regulariter vergunt in peius, diſcept. 5. n. 48.
Qui declarat quidquid de jure ſubauditur, nihil diſponit, nihil variat, nihil immutat, diſcept. 57. n. 31. in fine.
Potius præſumitur perſeverantia in eodem propoſito, quam mutatio voluntatis, diſcept. 19. n. 9.
Nemo repente mutatur de bono in malum, ſed paulatim, diſcept. 31. n. 3.
Ad inducendam mutationem primævi ſtatus ſæcularitaris hoſpitalis in regularem non ſufficit quadragenaria, niſi ſimul concurrant bona fides, poteſtas, & voluntas Superioris, diſcept. 23. n. 8.
Prior Regularis non habet poteſtatem mutandi ſtatum ſecolarem hoſpitalis, ibid. n. 9.
Legatus non poteſt immutare ſtatum ſecularem hoſpitalis in regularem, ibid. n. 12.
Solus Papa poteſt immutare ſtatum ſecularem hoſpitalis, ibid. n. 10.
Vide *Hoſpitale*.
Mutatio voluntatis non præſumitur, diſcept. 26. n. 14.
Non procedit hoc in muliere, diſcept. 32. n. 5.
Voluntas muliebris, præſertim circa matrimonium, regulariter eſt momentanea, varia & mutabilis, ibidem.
Voluntas mulieris nubendi cuncivi potius quam extero facile mutari potuit, attenta dignitate viri, & illius patriæ, ibid.
Ex obſervantia immutari poteſt natura Juriſpatronatus, & de hæreditario fieri gentilitium, vel mixtum, diſcept. 53. n. 17.
Et mutatur illius qualitas per duas tantum præſentationes effectuatas inter compatronos, ibid.
Et dicta immutatio non poteſt impugnari ab hæredibus, & ſucceſſoribus eorum, qui mutationem induxerunt, ibid. n. 18.
Si tamen mutatio facta eſſet de gentilitio in hæreditarium, poſſet impugnari a ſucceſſive vocatis, & venientibus ex perſona propria, ibid. n. 19.
Limita, ſi iſti eſſent hæredes eorum, qui mutationem induxerunt, ibid.
Mutatio qualitatis Juriſpatronatus gentilitii in hæreditarium valida eſt abſque conſenſu Ordinarii, ibidem.
Mutatio Officialium aliter fieri nequit, quam deſtituendo remotos a gradu, & inſtituendo alios ſubrogatos, num. 3. V.

N

Narrativa.

IN Secretaria Brevium dantur expeditiones juxta narrativam patentium, diſcept. 9. n. 33.
Aſſertiva in literis ad ſupplicationem partis non præjudicat tertii, ibid. n. 34.
Narrativæ factæ ab anteceſſoribus ſufficiunt ad probationem valoris requiſitam a regula 4. Cancellariæ, diſcept. 25. n. 30.
Narrata ſi non juſtificantur, gratia omnino concidit, diſcept. 38. n. 14.
Amplia etiam in iis, quæ non retraxiſſent Pontificem a conceſſione gratiæ, ſtante clauſula *ut aſſeris*, ibid. num. 15.
Clauſula *ut aſſeris* obligat narrantem ad juſtificandum aſſertum, ſi literis uti velit, ibid.
Captioſa, & obſcura narrativa, ex qua Papa poteſt decipi, gratia reddit ſubreptitiam, diſcept. 48. num. 10.

Natalia,

Privilegium Concclaviſtarum diſpenſat etiam ſuper defectibus natalium, diſcept. 30. n. 30.
Non eſt majus diſpenſare ſuper defectu natalium, quam ſuper irregularitate ob caſtrationem ex cauſa cantus, ibid.
Nihil peccaverunt in defectu natalium, qui ſic ſunt nati, ibid.

Nativitas,

Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, n. 4. V.

Natura,

Natura Juriſpatronatus quoad illius Eccleſiaſticitatem ſeu laicalitatem omnino deſumitur ex qualitate bonorum, quæ fuerunt in illius erectione erogata, diſcept. 25. n. 41.
Nihil tam naturale, quam eodem genere quodque diſſolvere, colligatum eſt, n. 4. V.

Naturalis,

Mens hominis eſt naturalis, & faciliime naturam ſequitur, diſcept. 53. n. 35.
Ex generali conſuetudine, & uſu loquendi totius Italiæ naturales dicuntur de domo, & familia, ibidem num. 39.
Naturales comprehenduntur in diſpoſitionibus ad commodum illorum de familia, ubi concurrit uſus Regiminis, & communis agnitio eorum pro legitimis, & de domo, ibid.
Verbum *Familia* quandocunque ex circumſtantiis, intelligitur naturaliter, non civiliter, ibidem numero 38.
Naturales ex ſoluto & ſoluta progeniti minora in jure patiuntur obſtacula, quam illegitimi ſuſcepti ex damnato coitu, tam ad effectus honorificos, quam ſucceſſionis, ibid. n. 40.
Juſpatronatus facilius tranſit ad naturales familiæ, quam ad penitus extraneos, ibid. n. 41.
Vide etiam *Legitimus*, *Illegitimus*, *Natalia*.

Neceſſitas,

Fratribus Minoribus licet triticum, & alia ſuprabunter ultra neceſſitatem accipere, ut illa commutando, vel vendendo alia neceſſaria ſibi quærant, diſcept. 2. n. 82.
Illa ſolum dicitur quantitas exceſſiva certarum eleemoſynarum, quæ mendicitatem a Conventu prorſus excludit, vel opus avaritiæ creditur non ſublevandæ neceſſitatis, ibid.
Potentium ſupplicationes & inſtantiæ vim habent neceſſitatis, diſcept. 32. n. 26.
Idem in donis eorum.
Exceſſivitas numeri Religioſorum conſiderari debet juxta neceſſitatem populi in ſpiritualibus, diſceptat. 36. num. 8.

Negligentia.

Nulla datur negligentia in collatore, qui non adeſt, diſcept. 12. n. 42. & 49.
Beneficia de collatione alicujus dignitatis ſi vacant illa, dignitate vacante, non dicuntur ad Superiorem devoluta, quia non datur negligentia in inferiore, dignitate vacante, ibid. n. 42.
Epiſcopus, licet ex propria culpa ſit ſuſpenſus, tamen habetur pro legitime impedito, nec imputatur de negligentia, diſcept. 34. num. 21.
Pactum, quod etiam in caſu reſervationum Apoſtolicarum, nec ullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legitima poſſit Papa vel Ordinarius conferre abſque præſentatione, comprehendit etiam caſum negligentiæ patronorum in præſentando infra quadrimeſtre, diſcept. 22. num. 42.
Erit tamen locus præfixioni termini arbitrio Ordinarii, quo elapſo, proviſio fieri poterit jure devoluto, ibidem.
Sed etiam poſt terminum patronus admitti debet ad purgationem moræ, ſi velit ſtatim præſentare, re adhuc integra, ideſt proviſione non ſecuta, ibidem.

Nemo.

Nemo præſumitur juri ſui imprudenter renunciare, diſcept. 53. num. 25.

Nemo

Digitized by Google

Nemo dat quod non habet, numero 20. V.
Nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam id quo ipſe potitur, ibid.

Nepeſinus.

Epiſcopus Sutrinus; & Nepeſinus denominatur a digniori, diſcept. 9. n. 11.

Nepos.

Ad evitandam vocationem extranei excluſicam agnatorum verba debent impropriari, & filiorum nomine comprehendi nepotes, diſcept. 14. n. 15.

Nero.

Nero, ut eſſet indifferens cum Quadrato & Corbulo ſuper gloria pacis Parthorum contendentibus, quid fecerit, diſcept. 9. n. 58.
Nero Citenenſibus agros uſurpatos conceſſit, diſcept. 49. num. 7.
Neronis cum quodam Pythagore nefandum conjugium coram populo celebratum, diſcept. 52. n. 12.

Nicolaus.

Declarationes Nicolai III. Clementis VIII. & Urbani VIII. ſupre capacitate Fratrum Minorum retinendi legata annua, diſcept. 2. n 80.
Auctor Regulæ 8. fuit Nicolaus V. diſcept. 25. numero 13.
Sed vide, ibid. n. 30. & 51.
Declara, ut illam in ſcriptis redegerit, ſed jam antea vigeret illa, & aliæ regulæ, ibidem, numero 13. & 51.
Fundationes etiam ante Nicolaum V. poſſunt cenſeri excluſivæ reſervationis menſium, ibidem, numero 13.

Niger.

Rubrica habens ſenſum perfectum ſufficit ad decidendum, quomodo intelligi debeant contenta in nigro, diſcept. 16. n. 38.

Nihil.

Modicum & nihil æquiparantur, diſcept. 29. num. 7. & diſcept. 34. n. 2.
Modicum, & nihil fructuum videntur æquipari, diſcept. 1. n. 17. in fine.
Nihil in mundo tam clarum, quod non valeat aliqua dubitatione, ſeu hominum cavillatione offuſcari, diſcept. 4. n. 126.

Nobilitas.

Ad conſervationem nobiliſſimæ familiæ facilius inducitur admiſſio maſculorum, & feminarum excluſio, diſcept. 14. num. 24.
In materia ſanguinis, & nobilitatis, confeſſio non præjudicat fratri confitentis, diſcept. 7. n. 58.
Nec confeſſio patris præjudicat filio, ibid.
Ubi illegitimi gaudent nobilitate parentum, filius legitimus ſpurii debet admitti ad beneficium de Jurepatronatus, etiamſi verba fundationis ſint credita, & non narrativa, ibid. n. 24.
In Hiſpania ex conſuetudine filii illegitimi gaudent nobilitate parentum, ibid.
Nobilis non præſumitur voluiſſe committere actum facinoroſum, & propriæ nobilitati indecorum, diſcept. 32. num. 14.
In Hiſpania illegitimi gaudent nobilitate parentum, ac veniunt appellatione illorum de agnatione, domo & caſata, diſcept. 41. n. 3.
Error circa qualitatem divitiarum, & nobilitatis non vitiat matrimonium, diſcept. 52. n. 37.
Limita, quando illa qualitas fuit appoſita per viam conditionis, ibid.
Amplia limitationem, etiamſi conditio non fuerit expreſſa in actu matrimonii coram Parocho, & teſtibus, ſed ſufficit quod præceſſerit, ibidem, numero 38.
Stuprator diſparis conditionis tam in nobilitate, quam in divitiis, ſi, præmiſſa clandeſtina proteſtatione ſuper metum, matrimonium pure contrahat, nullum eſt matrimonium, ibid. n. 55.
Amplia, etiamſi copulam extorſerit, data ſpe matrimonii ſed ficte, ibid.
Maxime ſi mulier colligere potuit fictionem ex conjecturis, ibidem.
Vide *Stuprum*.

Præſumptio matrimonii contracti non inducitur, ſtante diſparitate, tam divitiarum, quam nobilitatis inter virum, & mulierem, ibid. n 76.
Et ſtante hac diſparitate, conſenſus ſemper præſumitur fictus, ibid. n. 77.
Diſparitas divitiarum, & nobilitatis inter virum, & mulierem eſt juſta cauſa recedendi a ſponſalibus, ibid. num. 80.
Inclinandum magis pro qualitate familiari, ſeu gentilitia Juriſpatronatus, quam pro hæreditaria in familia nobili, ſeu alicujus qualitatis, diſcept. 53. numero 14.

Nolle.

Ejus eſt nolle, qui poteſt, n. 4. V.
Nolens ſervare promiſſa ſponſalia compelli poteſt per cenſuras moderatas, ut de nolente fiat volens, diſcept. 52. num. 81.
Si tamen ſit pertinax, debet Judex eum abſolvere, etiam nolentem, ibid.

Nomen.

Probans eſſe quem filium Petri N. non probat deſcendentiam a fundatore, ſi aderant in civitate plures ejuſdem nominis, & cognominis, diſcept. 7. numero 29. & 31.
Limita, ſi habet præſentationem a patrono, ibid. numero 30.
Item limita, ſi frater ejus fuit alias præſentatus, & obtinuit beneficium per ſententiam, rejecta tali exceptione canonizantem parentelam, ibid.
Expreſſio nominis decani dicitur facta tanquam de perſona clariori intra Capitulum, & non probat juriſdictionem reſidere penes ſolum decanum, diſcept. 24. num. 77.
Nomen Præpoſiti per ſe non adaptatur Parocho, vel Plebano, diſcept. 8. n. 16.
Poteſt tamen eſſe Parochus, retento nomine Præpoſiti, ex quo cura animarum eſt penes Collegium, & exercetur per Præpoſitum tanquam caput ejuſdem, ibidem.
Jura Collegii remanent etiam in uno, & apud ipſum ſtat nomen totius Univerſitatis, ibid. n 19.
Caſtrum Durantis, dum in Civitatem, & Cathedralem erectum eſt, aſſumpſit nomen Urbaniæ ab Urbano VIII. diſcept. 9. n. 76.
Nomen patroni verificatur & prædicatur de quocunque poſſidente, & habente Juſpatronatus, licet extraneo, & non de genere fundatoris, diſcept. 38. n. 4.
Cardinales Titulares nomen ſumunt a ſua Eccleſia, ut facit mulier reſpectu ſui viri, diſcept. 51. n. 23.

Nominatio.

Nominatus ab inferiore metitur jus ſuum non a nominante, ſed a Superiore inſtituente, diſcept. 12. numero 49.
Electio impropria & larga, in qua unuſquiſque publice, & palam manifeſtat in Capitulo votum ſuum, reſolvitur in ſimplicem nominationem, diſcept. 24. numero 2.
Et ſufficit ad eam ſimplex conſenſus Collegii quomodolibet explicatus, ſive verbis, ſive factis, ibid. num. 5. 58. & 59.
Decretum reſervationis appoſitum in proviſione ſecundi Beneficii incompatibilis tollit omnem aliam diſpoſitionem & jus, ſive providendi, ſive nominandi, etiam Cardinalium, diſcept. 27. n. 37. & 42.
Conſenſus alterius collatoris ſuperveniens poſt liberam proviſionem Apoſtolicam non habet vim nominationis, ſed potius redolet agnitionem proprii non juris, ibid. n. 43.

Notitia.

Aliud eſt procedere ſine figura Judicii, aliud procedere ex notitia privata, & ſecretis, diſcept. 21. numero 50.
Prælatus etiamſi poſſit ex ſecretis notitiis electionem caſſare in prima inſtantia, tenetur tamen illas manifeſtare in gradu appellationis, pendente cauſa coram Judice Superiore, ibid. n. 51.
Et illi non creditur circa cauſas, ex quibus aſſerit irritaſſe, ibid. n. 52.
Cauſa irritandi electionem, etiamſi deſumi poſſit ex privatis notitiis, & ſecretis, debet tamen eſſe gravis, & rationabilis, & quæ apte ſit juridice probari, ſi fuerit neceſſe, ibid. n. 13. & 14.

Maxime, ſi tendant ad probandam inaptitudinem, & inhabilitatem electi, ibid. n. 16.
Atteſtationes ſuper habilitate electi prævalent contrariis ſecretis notitiis, ibid. n. 17.
Vide *Electio*.

Novitas, Novum.

Novitas contra inveteratam conſuetudinem non eſt permittenda, diſcept. 9. n. 35.
Non quidquid vetus eſt, melius eſt, nec quidquid eſt novum, reſpui debet, n. 11. V.

Novitius.

Novitius ſi non profiteatur, & ad ſeculum revertatur, non recuperat beneficia renunciata intuitu ingreſſus in Religionem, diſcept. 6. n. 2.
Contrarium, ibidem, numero 12. & ſeqq. & num. 46. & 47.
Ex diſpoſitione Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* nulla renunciatio Novitii valet, niſi fiat cum certis ſolemnitatibus, & cum conditione, quod effectum non ſortiatur, niſi ſecuta profeſſione, ibidem, numero 3.
Solemnitates a Concilio requiſitæ in renunciatione per Novitium facienda non habent locum in reſignatione beneficiorum, ibid. n. 4. & ſeqq.
Novitius ſi non profiteatur, & ad ſeculum revertatur, non recuperat beneficia reſignata, ſi habet aliunde unde ſe alat; ſecus, ſi non habet, vel ſit ordinatus ad titulum ejuſdem beneficii, ibid. n. 8. & 10.
Novitius ſi non profiteatur, & revertatur ad ſeculum, recuperat beneficia reſignata, de veriori, & magis communi, ibid. n. 12. & ſeqq. & 57.
Auctores contrariæ opinionis refelluntur, ibid. num. 15. & 16.
Non eſt præſumendum ingreſſurum Religionem voluiſſe reſignare beneficium, quod ſolum habebat in bonis, etiam quando profeſſionem non emitteret, ibid. num. 21.
Nullitas renunciationis ob non ſervatas ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *c.* 16. locum habet, etiamſi Novitius poſtea fuerit profeſſus, ibid. n. 20.
Et beneficium ex capite dictæ nullitatis poſſet impetrari contra reſignatarium a Dataria tanquam vacans per profeſſionem, ibid.
Conſtitutio Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* non habet locum in renunciationibus, quæ fiunt per Novitium ante habitus ſuſceptionem, ibidem, numero 23. num. 51.
Amplia, etiamſi renunciatio expreſſe fieret intuitu Religionis, ibid.
Diſpoſitio Conciliaris habet locum in reſignatione beneficii per Novitium facta, licet mandatum confecerit ante ingreſſum, ſi conſenſus præſtetur poſt ingreſſum, ibid. n. 26.
Conſenſus reſignationi ſi præſtetur intra annum Novitiatus reſignantis, non adhibitis ſolemnitatibus Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* reſignatio nulla remanet, ibid. n. 36. 38 & 60.
Admiſſus ad ingreſſus Religionis, & ad Novitiatum, & ingreſſus Monaſterium raſus caput corona monaſtica renuncians, vel aliter diſponens de ſuis bonis per mediam horam ante ſuſceptum actualiter habitum Novitiorum, tenetur ſervare ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* ibid. n. 25. & 52.
Raſus caput corona monaſtica, etiam ante actualem ſuſceptionem habitus, dicitur Novitius, ibid. num. 25. & 52.
Qui prævio admiſſionis & acceptationis decreto jam degit in Cœnobio, & raſo capite in formam coronæ monaſticæ Inſtituti Religioſi tenacem propoſitum oſtendit, ille non ut ſecularis, ſed potius ut vere Novitius dijudicatur, ibid. n. 42. & 59.
Novitiatus poteſt inchoari etiam cum habitu ſeculari, permanendo in monaſterio, ibid. n. 52.
Signanter in Carthuſianis, ibid.
Non repugnat, ut Novitii probentur etiam in veſte ſeculari antequam habitu & tonſura monaſtica donentur, ibid, n. 42. & 69.
Novitii olim, ſolum expleto tyrocinii tempore, habitum monaſticum induebant, ibid.
Vide etiam *Conſenſus*, *Profeſſio*, *Reſignatio*.
Nubere Vide *Nuptiæ*.

Nullitas.

Nullitas renunciationis ob non ſervatas ſolemnitates Concilii *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* locum habet, etiamſi Novitius poſtea fuerit profeſſus, diſcept. 6. numero 20.
Et Beneficium ex capite dictæ nullitatis poſſet impetrari contra reſignatarium a Dataria tanquam vacans per profeſſionem, ibidem.
Probari debet ſcientia nullitatis electionis in Epiſcopo aliiſque collatoribus gradatim, ut ſit locus proviſioni Apoſtolicæ jure devoluto, juxta Lateranenſis ſtatuta Concilii, diſcept 24. n. 39.
Limita, ſi Eccleſia ſit exempta, quia tunc devolutio fit ad Papam, ibid n. 41.
Item limita, ſtante clauſula *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, quia per eam Papa cenſetur voluiſſe conferre jure præventionis concurrendo cum ordinariis collatoribus, ibid. n. 40.
Sublimita hoc, ſi apponatur alia clauſula, *& de devolutione detur diſpoſitive*, per quam Pontifex dicitur declaraſſe, ſe nolle concurrere cum Ordinariis, eoſque prævenire, ibid.
Gratia revalidatoria debet expediri intra tres menſes ex decreto apponi ſolito per reviſores ſupplicationis ſub pœna nullitatis, diſcept. 12. n. 51.
Simile decretum ſolet aboleri per Subdatarium, ibidem.
Vel per Regentem Cancellariæ concedi licentia expediendi, non obſtante lapſo dicti temporis, ibid. numero 52.
Tale decretum reſpicit ſolum intereſſe Officialium Datariæ, & Cancellariæ, quorum favore dumtaxat non autem partis apponitur, ibid.
Paria ſunt non eſſe, & nulliter eſſe, diſcept. 47. numero 16.
Egreſſus de Religione ob nullitatem profeſſionis non recuperat beneficia reſignata, diſcept. 48. n. 11.
Contrarium, ibid.

Numerus.

In Univerſitate licet ſeculari major pars non conſiſtit in ſolo numero, ſed in dignitate, auctoritate, ac merito perſonarum, diſcept. 13. n. 56.
Numerus in Eccleſia poteſt ſe referre ad numerum Canonicorum, & ad numerum Præbendarum, diſcept. 17. num. 5.
Vide plura *de Eccleſia numerata, vel non numerata* in Verbo *Eccleſia*.
Major pars ſuffragiorum in electione computari debet completive reſpectu ad totum Capitulum, quando actus explicandus eſt collegialiter, non comparative ad minorem numerum reſpectu coelecti, diſcept. 4. num. 133.
Prælatus coarctare non poteſt electores ad eligendum unum ex certo numero propoſitorum ab ipſo, diſcept. 31. num. 22.
Ex correſpondentia numeri Præbendarum, & aliorum membrorum ad numerum Canonicatuum præſumitur annexio, diſcept 10. n. 28.
Et facit, ut reſervatio, ſeu affectio ſuper Canonicatu afficiat Præbendam, & alia annexa conſecutive, ibidem.
Vide *Canonicus*.
Conventum fundari poſſe, etiam diſſentientibus aliis Regularibus ejuſdem loci, quando iſtorum Conventus habent numerum exceſſivum Religioſorum, tenet Cardinalis de Luca, ſed auctor non probat, diſcept. 36. num. 8.
Exceſſivitas numeri Religioſorum conſiderari debet juxta neceſſitatem populi in ſpiritualibus, ibid.

Numidæ.

Romani milites contra Mauros & Numidas ſpe victoriæ inducti ſunt, ut vincerentur, diſcept. 11. n. 24.

Nuptiæ.

Voluntas nubendi potius in patria, quam extra, eſt ordinaria in omnibus puellis juxta naturalem inclinationem, diſcept. 32. n. 3.
Non tamen probat averſionem nubendi extra, præſertim ubi non concurrit civis ſponſus cum extero, ibidem.
Voluntas mulieris nubendi concivi potius, quam extero, facile mutari poteſt, attenta dignitate viri, & illius patriæ, ibid. n. 5.

Nutus.

In electione extra formam capit. *quia propter* votum explicari poteſt etiam nutibus, V. G. vultu, manu, ac etiam pedibus, diſcept. 24. n. 11.

O

Obedientia.

TOta Monachorum Religio obedientia eſt, & ſine obedientia Monachus nihil eſt, n. 34. V.

Obitus.

Notitia obitus reſignantis ſuperventa ante conſenſum, & ſic, gratia nondum perfecta inducit malam fidem in Officialibus Datariæ, adeout non valeant amplius recipere cenſum, diſcept. 5. n. 58.
Obſervantia extendendi conſenſum poſt obitum reſignantis procedit, data ignorantia obitus in Officialibus Datariæ; ſecus, data obitus ſcientia, ibid.
Conſenſus formalis ſuperveniens etiam poſt obitum reſignantis retrotrahitur ad diem parvi conſenſus, ſeu parvæ datæ, ibid. n. 55.
Vide *Conſenſus*, *Data*, *Reſignatio*.
Eccleſia Titularis vacare dicitur per obitum Cardinalis, diſcept. 51. n. 27.

Obligatio.

Obligatio duplex eſt, alia propria, & ſtricta, alia fidelitatis, diſcept. 2. n. 78.
Obligatio propria duo requirit extrema, alterum, in quo ſit obligatio, alterum, quod ad illam exequendam jus obtineat, ibid.
Obligatio fidelitatis obſtringit obligatum ad aliquid præſtandum, ſed nullum jus tribuit alteri, ut illum in Judicio conveniat, ibid.
Vnicens aliquid dare Xenodochio tenetur in conſcientia etiam ante acceptationem, licet nullum jus adhuc habeat Xenodochium, ibid.
Legata in teſtamento ex defectu juris invalido debet hæres in conſcientia, ſi illi conſtet de mente teſtatoris, licet contra eum non detur civilis actio, ibidem, num. 86.
Ad conſiſtentiam actionis ſufficit, quod mutua fidelitatis obligatio adſit in partibus, licet non ſit actio civilis, ibid. n. 78.
Obligatio fidelitatis licet actionem civilem non tribuat, non per hoc dicitur invalida, & caduca, ibidem.
Legata facta Fratribus Minoribus non ſunt caduca in totum, ſed ſolum in obligatione civili, non autem in naturali, qua tenetur hæres illis præſtare eleemoſynas, ibid. n. 15.
Obligationis propriæ incapaces ſunt Fratres Minores, ibid. n. 78
Vide *Fratres Minores*.
Hæres aut executor tenentur obligatione naturali erga defunctum pro totali adimplemento ejus voluntatis, ibid. n. 46.
Obligatio propria eſt juris vinculum, quo quis ex neceſſitate adſtringitur, ibid. n. 78.
Obligatio duplex eſt, ſtricta, & largior, ibid.
Promiſſio non ſerio & mature, ſed inconſulte facta, non inducit obligationem ad Matrimonium, diſcept. 52. n. 78.
Stipulatio eſt quædam veluti proprietas comitans pactorum obligationem, diſcept. 2. n. 90.
Etiam apud perſonas obligationis civilis incapaces oritur obligatio ſecundum leges contrahentium arbitrio impoſitas, ibid. n. 86.
Sublata actione civili, adhuc tenetur hæres celebrari facere Miſſas per Fratres legatarios ex obligatione naturali fidelitatis, & conſcientiæ, ibid. n. 14.
Clemens VII. conceſſit facultatem Syndico Conventus tranſigendi cum hæredibus ſuper legatis, quorum Fratres erant incapaces, quia hæredes remanebant naturaliter obligati, ibid.
Omnis conſenſus conditionalis, deficiente conditione, eſt nullus, ac omnino deſinit obligare, diſceptat. 52. num. 3.
Ex facto a jure improbato nulla naſci poteſt obligatio, ibid. n. 32.
Solus timor mortis, vel alterius periculi, probat conſenſum coactum ad aliquid dandum, vel ſe obligandum, licet metus illi non inferatur ad aliquod dandum vel obligandum, ibid. n. 62. & ſeqq
Obligatio non inducitur ex verbis jocoſe, aut per adulationem, & ficte prolatis, ibid. n. 77.

Obſcurum.

Captioſa, & obſcura narrativa, ex qua Papa poteſt decipi, gratiam reddit ſubreptitiam, diſcept. 48. n. 10.

Obſervantia.

Provincia Turoniæ olim Conventualium Obſervantiam acceptavit, & in Ordine Minorum Obſervantiæ incorporata eſt, diſcept. 2. n. 59.
Petrus Mona de Molions Nobilis Turitanus inſtituit ſeptem legata pia favore Minorum de Obſervantia Conventus S. Petri de Sirchis, ibid. n. 1.
Fratres Minores de Obſervantia non poſſunt poſſidere cenſus, & bona ſtabilia, ibid. n. 1.
Vide *Fratres*.
Statutum Eccleſiæ præſumitur Apoſtolica auctoritate confirmatum ex Obſervantia 30. vel 40. annorum, diſceptat. 15. n. 23.
Obſervantia providendi per Sedem Apoſtolicam de Canonicatibus, uti de vacante in menſe reſervato, aut per reſignationem, non facit numeratam Eccleſiam, quæ erat receptitia, diſcept. 17. n. 41.
Amplia, etiamſi adeſſent collationes per annos 40. & fuiſſent executæ ab habente jus eligendi, ibidem, numer. 42.
Nec obſervantia quadragenaria proviſionum Ordinarii, aut Capituli immutari poteſt ſtatus Eccleſiæ receptitiæ in præjudicium Univerſitatis loci, ibidem, numer. 47.
Limita, ubi poſt immutationem concurreret obſervantia 30. annorum præſumens beneplacitum Apoſtolicum, ibid. n. 45.
Vel ubi concurreret juſta cauſa, ibid.
Obſervantia ſtatum Eccleſiæ proximior attendi debet in concurſu remotioris in petitorio, ibidem, numer. 48.
Obſervantiam legitime inductam etiam ex unico actu non poſſunt deſtruere actus remoti ſupervenientes, ibidem.
Obſervantia, ut immutare poſſit ſtatum Eccleſiæ, requirit ſcientiam, & patientiam intereſſe habentis, ibid. num 49.
Limita, quando actus eſſent multiplices & frequentes, quia tunc ſcientia, & patientia præſumeretur, ibidem.
Item limita in præjudicium Datariæ, quando dubitatur, an novum ſtatutum immutaverit antiquum ſtatutum Eccleſiæ receptitiæ, quia tunc obſervantia eorum, qui fecerunt ſtatutum, non eſſet extenſiva, ſed interpretativa, ibid. n. 50.
Procedit hoc contrarium, ſi donatur jus præſentandi; ſecus ſi donatur Juſpatronatus, ibidem, numero 66.

Etiamſi donetur ſolum jus præſentandi, intelligitur privative, non cumulative, ſi verba donationis talia ſint, ut privativam includant, ibid.

Fundator beneficii, vel Eccleſiæ ſi extraneum nominat in patronum, intelligitur cumulative cum ſe ipſo, & propriis hæredibus, non privative, ibidem, numero 67.

Si fundator in erectione beneficii reſervet Juſpatronatus favore extranei, iſte ſolus erit patronus, & non hæredes teſtatoris, ibid. n. 68.

Declara procedere poſt obitum fundatoris, quia ipſe, dum vivit, non intelligitur excluſus, ibid.

Conſilium 4. *Calderini* declaratur procedere, quando fundator non ſolum extraneo, ſed etiam ſibi Juſpatronatus reſervavit, ibid. n. dd & ſeqq.

Favor Eccleſiæ eſt pauciores habere patronos, & ex eorum pluralitate dicitur magis gravata Eccleſia, ib. num. 70.

Beneficium Juriſpatronatus libere ab Ordinario conferri non implicat, quia intelligitur, ſi patrono placuerit, ibid. num 75.

Et ſuſtinetur patrono volente, ibid.

Et ſi intra quadrimeſtre non præſentat neque reclamet, cenſetur approbare collationem factam de libero, ibidem.

Declara pro vice, non in perpetuum, ibid.

Collatio libere facta de beneficio Juriſpatronatus jure etiam ordinario, cenſetur ſub tacita conditione ſi patronis placuerit, ibid. n. 90.

Et tunc conſenſus etiam ſuperveniens validat actum collationis, ibid.

Collatio beneficii de Juriſpatronatus libere facta per Epiſcopum jure ordinario, & originario valet, & patrono non reclamante intra tempus datum ad præſentandum ſuſtinetur, ibid n. 91.

For-

Fortius ſi poſtea Patronus conſentiat, ibid.

Collatio libera beneficii, quod eſt de Jurepatronatus, eſt invalida ab initio vigore decreti *irritantis in c. decernimus 16. quaeſt.* 1 ibid. n. 97.

Reconvalidatur tamen, & valet uſque ab initio, ſi Patronus, cujus favore decretum emanavit, approbat, quia cenſetur facta ſub conditione, *ſi Patrono placuerit*, ibid. n. 98.

Amplia, etiamſi tacite ſolum conſentiat, non reclamando, nec præſentando durante tempore ad id conceſſo, ibid.

Patronus non reclamando, nec præſentando in tempore cenſetur conſentire liberæ collationi vel præſentationi alteri factæ, & juri ſuo renunciare, ibidem, num. 99.

Ideo non attenditur præjudicium Patroni a ſpreto reſultans, ibid.

Collatio beneficii de Jurepatronatus tanquam de devoluto, ſpreto Patrono, non convalidatur, etiamſi ille poſtea neglexerit in tempore præſentare, ibidem, numer. 100.

Secus ſi collatio facta eſt uti de libero, & auctoritate ordinaria, ibid.

Epiſcopus ſi uti ceſſionarius Patronorum conferat, poteſt proviſionem unico actu expedire, nec eſt neceſſe, quod prius coram Vicario præſentet, & poſtea inſtituat, ibid. n. 101.

In adminiſtratione generica confraternitatis patronæ cadit etiam jus præſentandi illi competens, ibidem, numer 84.

In dubio facienda eſt interpretatio pro habente præſentationem patroni, diſceptation. 7. numer. 24. 29. & ſeqq.

Sententia lata ſuper parentela inducit bonam fidem in Patrono præſentante, & firmat ultimum ſtatum, ſecundum quem præſentatio debet ſuſtineri, ibid. numer. 31.

Patroni poſſunt inter ſe convenire circa modum, & formam præſentandi, diſception. 13. numer. 35. 46. & 57.

Habentes vocem in præſentatione etiam moniti non poſſunt cogi ad intereſſendum, & præſentandum, durante quadrimeſtre, nulla urgente neceſſitate, ibidem, num. 47.

Patronus dicitur quaſi pater, eo quia fundando & ædificando deducit Eccleſiam de non eſſe ad eſſe, & dotando ad bene eſſe, diſcept. 22. n. 21.

Ad quem pertineat probare, quod præponderet augmentum necne, an præſentato per Patronum, vel proviſo Apoſtolico, ibid. n. 30 & ſeqq.

Diviſo exercitio Juriſpatronatus mixti inter Patronum laicum, & Eccleſiaſticum, an quando vacat in turno Eccleſiaſtici cadat ſub reſervatione, ibid. num. 34 & ſeqq.

Diviſio exercitii non dividit Juſpatronatum, nec immutat illius naturam, ſed remanet mixtum, & non fit Eccleſiaſticum in turno Patroni Eccleſiaſtici, ibid. n. 35. & ſeqq.

Diviſo exercitio Juriſpatronatus mixti inter Patronum laicum, & Eccleſiaſticum reſervationes non intrant in turno Eccleſiaſtici, ibid. n. 37.

Contrarium, ibid. n. 34.

Poteſt tamen Papa in turno Eccleſiaſtici conferre jure concurſus, ibid. n. 37.

In paritate vocum ſi extraneus obtineret proviſionem Apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum, nec non gratificationem, expreſſa circumſtantia, quod alter compræſentatus erat de familia fundatoris, gratia eſſet ſubreptitia, ibid. n. 38.

Et procedit favore præſentati, non ſolum ſi ſit de familia fundatoris, ſed etiamſi ſit tantum de genere ipſorum patronorum, ibid.

Immo & de genere exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.

Pactum, quod Patroni non arctentur termino juris ad præſentandum, & ſit in eorum libera facultate non præſentare pro quocunque tempore ſibi beneplacito, valet in erectione Capellaniæ pro Miſſis; ſecus ſi agatur de Collegiali, Parochiali, aut ſimili, quæ indigeat ſponſo, & Rectore, ibid. n. 40.

Debet tamen hoc caſu Ordinarius præfigere Patronis terminum, & quare, ibid.

Sed ante dictam præfixionem non poſſet impetrari a Dataria, licet Capella diu vacaſſet, ibid.

Pactum, quod etiam in caſu reſervationum Apoſtolicarum, nec ullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legitima poſſit Papa vel Ordinarius conferre abſque præſentatione, comprehendit etiam caſum negligentiæ Patronorum in præſentando infra quadrimeſtre, ibid. num. 41.

Erit tamen locus præfixioni termini arbitrio Ordinarii, ibid.

Sed etiam poſt terminum Patronus admitti debet ad purgationem moræ, ſi velit ſtatim præſentare, re

adhuc integra, ideſt, proviſione non ſecuta, ibidem.

Patronis Hoſpitalium ſecularium eſt præfixus terminus duorum menſium ad faciendam commiſſionem, diſcept. 23. n. 22.

Juſpatronatus laicale quocunque tempore vacet, ad Patronorum præſentationem venit providendum, diſcept. 25. n. 41.

Erecta Eccleſia patronata in Collegiatam, Patronus amittit jus præſentandi quoad primam dignitatem, firmo tantum remanente dicto jure, quoad reliqua beneficia de Collegio, ibid. n. 36.

Patrono melius eſt ſe fundare in centenaria præſentationum, quam producere titulum; & de ratione, diſcept. 33. n. 29.

Onus probandi quantitatem augmenti incumbit proviſo Apoſtolico uti de reſervato, ſi Patronus ſit in longæva quaſi poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis; alias ſecus, ibid.

Augmentum ſi exprimeretur in ſcutis 50, & antiqui redditus in ſcutis 60. per non expreſſum, non excluderetur æqualitas per proviſum Apoſtolicum adverſus Patronum exiſtentem in longæva quaſi poſſeſſione præſentandi in menſibus reſervatis, ibidem, numer. 32.

Juſpatronatus partim ad laicum, partim ad Eccleſiaſticum ſpectans conferri poteſt a Papa & ſignari ſupplicatio cum clauſula *accedente conſenſu ſolius patroni laici*, diſcept. 3. n. 7.

Juſpatronatus etiamſi pro tertia tantum parte ſit laicale, & pro aliis duabus Eccleſiaſticum, admittitur in Dataria renunciatio ad favorem, accedente conſenſu ſolius Patroni laici, diſcept. 3. n. 2.

Papa habet abſolutam poteſtatem in Jurepatronatus Clericorum, & in collatione per ipſum facta non attenditur præjudicium Patroni Eccleſiaſtici, ibidem, numer. 7.

Papa abſtinet a derogatione Juriſpatronatus mixti propter ſolum præjudicium laicorum, ne retrahantur a fundationibus, ibid. n. 8.

Laicus ſi non poſſet ſolus conſentire liberæ collationi Juriſpatronatus mixti, diſſentiente compatrono Eccleſiaſtico, pateretur præjudicium ex communione cum Eccleſiaſtico, ibid. n. 9.

Juſpatronatus reſervatum certo generi perſonarum, puta deſcendentibus maſculis, & linea maſculina extincta fœminis, repugnat qualitati ſimpliciter hæreditariæ, quidquid ſit, an reputetur hæreditarium vel mixtum gentilitium ad effectum computandi voces Patronorum in capita, vel in ſtirpes, diſceptat. 4. num. 23.

Bulla Urbani VIII. ſuper confirmatione Conventus Victoriæ cum patronatu Comitum de Tribiana in tota Provincia Cantabriæ Minorum Obſervantium, diſcept. 2. n. 101. & ſeqq.

In fundatione dicti Conventus aſſignantur ab eiſdem Comitibus Patronis annua 1450. ducata, diſcept. 2. num 95.

Marchiones de Cannete totius Religionis Minorum Patronatum obtinuerunt, aſſignata collecta pro Capitulis Generalibus in Italia, ibidem, numer. 92. & ſeqq.

Propter novius Guardiani ignorantiam Fratres eleemoſynæ ſubſidio, & Patroni effectu ſuæ voluntatis fraudari non eſt congruum, ibid. n. 97.

Podium, ſeu Tribunam in Eccleſia Patronis conſtitui, communiſſimum eſt in Hiſpania, ibidem, numero 98.

Romæ tamen ſolè Sanctiſs. conceditur, ibid.

Servus manumiſſus, licet fiat liber, adhuc debet honorem reverentialem Patrono in memoriam antiquæ ſervitutis, diſcept. 9. n. 44.

Beneficia de Jurepatronatus apud Sedem vacantia per reſignationem Papa confert de conſenſu Patronorum, diſcept. 27. n. 19.

Item confert, accedente conſenſu Patronorum, quando vacant per incompatibilitatem, ibid. n. 20.

Præſentatus a Patrono putativo, qui non erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, removetur ab Eccleſia, comparente vero Patrono, re amplius non integra, diſceptat. 28. n. 1.

Præſentatus a Patrono putativo, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, non removetur ab Eccleſia, comparente vero Patrono, re amplius non integra, ibid. n. 1. & 2.

Limita primo, ſi eſſet poſſeſſor malæ fidei, ibid. n. 1.

Limita ſecundo, ſi verus Patronus re integra ante inſtitutionem præſentati a putativo præſentet, & doceat de Jurepatronatus per rem judicatam, publicum inſtrumentum, vel confeſſionem partis, ibid. n. 2.

Præſentatus a Patrono putativo exiſtente in quaſi poſſeſſione, ſed opponente re integra vero Patrono, ſi inſtituatur, non tamen removetur, ſi poſtea Patronus putativus ſuccumbat in petitorio, ibid. n. 5.

Et victoria patrono vero deſerviet ſolum pro futuris vacationibus, ibid.
Præſentatus a poſſeſſore malæ fidei, etiam poſt inſtitutionem removetur, ſi verus Patronus opponat re integra ante inſtitutionem; ſecus ſi opponat poſt inſtitutionem, tunc enim non removetur, non obſtante mala fide poſſeſſoris, ibid. n. 7.
Declara, ut, ſtante mala fide poſſeſſoris, poſſit inſtitutum repræſentare verus Patronus, ibid.
Cap. *Conſultationibus de jurep.* procedit non ſolum, ubi quæſtio eſt inter compatronos, ſed etiam ubi eſt cum Ordinario, ibid. n. 16.
Ultimus ſtatus ad effectum manutentionis non requiritur, quod ſit cum cauſæ cognitione, ſed ſufficit inſtitutio ad præſentationem effectuata, etiam nulliter data per Vicarium, ibid. n. 16.
Etiam in patronatus ex privilegio, ſi validitas tituli ſit dubia, & diſputabilis, ſufficit quaſi poſſeſſio pro manutentione, ibid. n. 16.
Declara procedere contra Ordinarium; ſecus contra regulam reſervatoriam, & proviſum Apoſtolicum ex reſervatione menſium, ibid.
Contra reſervationem regulæ 8. non ſuffragatur ultimus ſtatus ad concedendam manutentionem Patrono ex privilegio, niſi probet illud fuiſſe conceſſum ex cauſa onerosa præponderante, ibid.
Poteſt dari manutentia Patrono ex privilegio, ac inſtitutio illius præſentato, & per contrarium ſententia in petitorio ſavore alterius, ſiva proviſi Apoſtolici, ſive ab Ordinario, ibid.
Et tunc res judicata in petitorio abſorbet poſſeſſorium ex diſpoſitione Concilii, ibid. n. 16.
Collationes factæ ab Ordinario jure devoluto eum non conſtituunt in quaſi poſſeſſione libere conferendi, nec præjudicant poſſeſſioni Patronorum, ibid.
Amplia, etiamſi devolutio non exprimatur in collatione, ſed ex actis colligatur fuiſſe lapſum tempus Patronis ad præſentandum ante collationem, ibid.
Nomen Patroni verificatur, & prædicatur de quocunque poſſidente, & habente Juſpatronatus, licet extraneo, & non de genere fundatoris, diſceptation. 38. num. 4.
In beneficiis patronatis prælatio debetur in paritate vocum præſentato, qui eſt de ſanguine fundatoris, & ei qui eſt de genere Patronorum, ſeu præſentatium, ibid. num. 1.
Favor prælationis in paritate vocum attribuitur æqualiter illis de familia fundatoris, ſeu Patronorum, ibid. num. 3.
A fortiori debetur dicta prælatio, ſi præſentatus ſit compatronus, ibid n. 5.
Quod præferatur in paritate vocum præſentatus, qui eſt de familia Patronorum, ſeu præſentantium non procedit, ſi concurrit præſentatus de familia fundatoris, ibid n. 6.
Præſentatus de familia fundatoris præfertur præſentato de familia Patronorum, ſeu præſentantium, ibid.
In paritate vocum præferandus eſt præſentatus, qui eſt unus de compatronis, & de familia fundatoris, ibid. num. 7.
Gratia derogationis, & gratificationis eſt ſubreptitia & nulla, ſi non fuit expreſſum Summo Pontifici, quod alter præſentatus erat unus ex compatronis, & de familia fundatoris, ibid n. 8.
Clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, in proviſionibus Apoſtolicis præſervat jus alteri competens ex præſentatione, præſertim, ex qua præſentatus omnino veniat inſtituendus, ut ſi ſit compatronus, & de familia fundatoris in paritate vocum, ibidem.
Singularis, & nominatim facta enumeratio, & deſtinatio in uno, & eodem verborum contextu inter Patronos operatur aſſignatam unicuique propriam, & ſingularem vocem, ibid. n. 9.
Deſcendentia ab eo, qui alias præſentavit aut proviſioni beneficii conſenſit tanquam Patrono, non denegatur gratificatio, licet non probetur præciſa deſcendentia ab eo qui fundavit Juſpatronatus, ibidem numer. 12.
Jus alimentorum Patrono debitorum non tranſit in extraneum, ad quem devenit Juſpatronatus, cum non ſit de ſanguine fundatoris, diſcept. 39. n. 1.
Contrarium, ibid. n. 2.
Roccius dicens Patrono conſanguineo fundatoris pauperi, etiam poſt tranſlatum Juſpatronatus in extraneum divitem, alimenta deberi, confutatur, ibidem, numer. 2.
Excluditur præſumptio Juris *Clem. plures de jurepatr.* & probatur Juſpatronatus gentilitium, ſi unio beneficii conſenſu Patronorum facta revocata fuit ad inſtantiam Patronorum, qui ſupervenerunt, diſcept. 53. num. 13. & 24.
Contrarium, ibid. n. 13.
Conſenſus Patronorum in capita præſtitus collationi beneficii, nullo expreſſo nomine hæreditario, eſt validiſſimum argumentorum qualitatis gentilitiæ, ibidem, num. 26.
Geſta per præſentatum, vel illius procuratorem circa qualitatem Juriſpatronatus non præjudicant Patronis, qui præſentarunt in cauſa non exiſtentibus, ibidem, num. 34.
Reliqua vide in verbo *Juſpatronatus*, *Conſenſus*, *Derogatio*.

Paulus.

Divus Paulus ex laboris mercede victum ſibi parabat, diſcept. 2 n. 84.
Particula *ſtatutorum* Pauli II. circa Minoribus Obſervantiæ relicta, ibid. n. 167. & ſeqq.
Pauli IV. Declaratio in Bull. *ex Clem.* § *ſupplentes*, quod acceptatio legatorum annuorum pro Miſſis non repugnet paupertati Minorum, ibid. n. 80.

Pauper.

Prælatus tenetur impedire Matrimonium filii-familias volentis nubere cum ſponſa omnia paupere, ob timorem inimicitiæ, & ſcandali inter conſanguineos, diſcept. 52. n. 89.
Et Parochi de ſtylo, & de jure nequeunt facere denunciationes, ſed debent expectare reſponſum Epiſcopi vel ejus Vicarii, ibid. n. 91.
Nec Ordinarius tali caſu poteſt remittere denunciationes, ibidem.
Fundato beneficio pro Clerico oriundo, & paupere, ſi conferatur non oriundo, nec pauperi, an poſſit impetrari, diſcept. 22. n. 39.
Beneficium collatum perſonæ non qualificatæ poteſt impetrari, quando qualificatio reſpicit favorem perſonarum vocatarum, ut quod ſit pauper, oriundus, & ſimilis, ibid.
Et proviſio facta de qualificato abſque compariſione, & oppoſitione alicujus qualificati eſt valida, ibid.
Stante lege fundationis, quando conferatur pauperi, & vacet, ſi poſt proviſionem acquirat quandocunque aliud beneficium, quantumvis ſimplex, & compatibile, ex quo deſinat eſſet pauper, non vacabit per aſſecutionem aliorum compatibilium, ſi de primo proviſus non fuit uti pauper, & qualificatus, ibidem, num. 39.
Vide *Qualitas*.

Paupertas.

Eleemoſyna perpetua Fratribus incapacibus legata non repugnat ſtatui altiſſimæ paupertatis, diſcept. 2. numer. 29.
Legata annua perpetua redolent ſpeciem immobilium, & repugnant paupertati Regulæ Minorum, ibidem, num. 47.
Amplia, etiamſi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Miſſarum, ibid.
Fratrum Minorum paupertati non repugnat habere perpetuum anniverſarium certæ quantitatis pro Sacrificiis a teſtatore ordinatum, ibid. n. 75.
Exigere annuos reditus non repugnat paupertati Minorum, ſecundum D. Bonaventuram, dummodo Jus ipſi non acquirant, nec diſponens contrahat ullam obligationem præter illam conſcientiæ, ibidem, numer. 77.
Volens dare quotannis certam eleemoſynam Fratribus Minoribus tenetur ad largiendum; ſed Fratres nullam actionem habent erga illum, ibidem, numero 78.
Poſſunt tamen licite frui dicta eleemoſyna, nec eorum paupertati, ac mendicitati repugnat, ibid.
Pauli IV. declaratio in Bulla ex *Clem.* § *ſupplentes*, quod acceptatio legatorum annuorum pro Miſſis non repugnat paupertati Minorum, ibid. n. 80.
Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania paupertatis Seraphicæ rigidiſſimi obſervatores vulgo reputantur, ibid. num 83.
Minorum paupertas expoſcit, ut prius honeſto labori rerum ſpiritualium incumbant, quam ad mendicandum recurrant, ibid. n. 83. & 84.
Paupertatis Seraphicæ ſectatores verius dicuntur, qui laboris mercede vivunt, quam qui moleſti ſunt fidelibus mendicando, ibid. n. 85.
Legata pro ſtudiis etiam perpetua non repugnat paupertati Fratrum Minorum, ibid n. 89.
Declara, dummodo adminiſtratio ipſis non relinquatur, ibidem.
Clementina exivi §. *annui reditus* quomodo intelligi debeat, ibid.
Vide etiam *Fratres*; *Mendicitas*, *Pauper*.

Per-

Peccatum.

Amor præcipue puellas inducit ad peccandum, tanquam magis extimulatas ad appetendum virum, diſcept. 32. num. 34.

Pecunia.

Legati pecuniæ pro luminaribus ſunt capaces Fratres Minores, diſcept. 2. n. 37.
Vide *Fratres*.
Pecunia legata Canonicis præſentibus in choro officiis celebrandis ſi datur ad manus ſingulorum, debetur etiam privilegiatis legitime abſentibus; ſecus ſi datur inſeparate Camerario, aut alteri Capitulum repræſentanti, diſcept. 2. n. 33.

Pœna.

Præſumptiones, & pœnæ non ſunt duplicandæ, diſcept. 34. num. 22.
Liberatio a carceribus cum pœna ſupponit culpam præambulam, ibid. n. 8.
Exilium inter pœnas capitales connumeratur, ib.
Exilium prudentialiter datum non poteſt annumerari inter pœnas capitales tanquam temporale non perpetuum, ibid. num. 10.
Sive detur a Principe, ſive a Magiſtratu ſupremo jura Principis habente, ibid.
Pœna ſive ordinaria, ſive arbitraria abſque probatione criminis nequit irrogari, ib. n. 13.
Beneficiatus impeditus reſidere, etiamſi ſit in culpa, lucratur fructus, & diſtributiones, quando non ipſa culpa ſed pœna culpæ, eſt cauſa proxima, & immediata impedimenti, ibid. n. 21.
Et culpa illi non nocet, niſi ſit præordinata ad finem non reſidendi, ibid.
Declara, ut ibidem.
Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.* ſtatuit neqnis promoveatur ad ſacros Ordines abſque titulo beneficii, quod poſſideat, innovando pœnas antiquorum Canonum. Et quænam ſint dictæ pœnæ, diſcept. 40. num. 6.
Articulus juris dubius excuſat a pœna privationis utriuſque beneficii retinentem primum poſt aſſecutionem ſecundi inſufficientis cum expreſſa diſpenſatione Epiſcopi, diſcept. 42. n. 6.
Poteſt tamen privari legitime, data proviſo electione, ſeu optione, ut alterum, quod maluerit, retineat, ibidem.
In pœnalibus non fit extenſio de beneficiis ad penſiones, diſcept. 47. n. 6.
Declara, non fieri ubi agitur de ſententia, aut decreto particulari; ſecus ubi agitur de lege generali, ib. num. 10.
Et tunc non dicitur extenſio, ſed comprehenſio ex identitate rationis introducta etiam de ſtylo Romanæ Curiæ, ibidem.
Nullo exiſtente contractu ex defectu conditionis, & conſenſus, nullus ex eo naſci poteſt effectus, aut pœna, diſcept. 52. n. 3.
Pœna conventionalis ſi apponatur in ſponſalibus conditionalibus, conditione non purificata, ſicut contractus principalis, corruit, evaneſcit etiam pœna, ib. num. 5.
Adjectio pœnæ etiam ratione lucri ceſſantis prohibita eſt per ſacros Canones in ſponſalibus, ad conſulendum omnimodæ libertate matrimonii, ibidem, numero 6.
Et ſolum peti poteſt reſarcitio damni, quando quis injuſte reſilit, & ratione ſponſalium ſunt factæ expenſæ, ibid. n. 7.

Pœnitentiaria.

In literis gratiæ attenditur data, non præſentatio ſupplicationis; ſecus in reſcriptis pœnitentialibus, diſcept. 5. num. 18.
Romæ Pœnitentiariis apud S. Joannem Lateranen. certa eleemoſynæ quantitas eſt aſſignata, diſcept. 2. numero 92.

Pennenſis.

Felinus fuit Epiſcopus Eccleſiarum Pennen. & Hadrien. diſcept. 9. n. 53. in fine.
Votum R. P. D. Paſſionei Segretarii Congregationis Conſiſtorialis in cauſa Pennen. & Hadrien. prænominationis, ib. n. 62. & plur. ſeqq.
Collegiata Eccleſia Hadrien. erat de Diœceſi Pennen. cui fuit unita, ib. n. 2. & 9.
Eccleſia Pennen. erat Cathedralis uſque a temporibus Apoſtolorum, diſcept. 9. n. 8.
Decreta Sacrarum Congregationum Concilii Trident ac Epiſcoporum & Regularium ſuper alternativa functionum Epiſcopalium ſervanda in Eccleſiis Pennen. & Hadrien. unitis, ib. n. 85. & plur. ſeqq.
Breve Gregorii XIII. ſuper præcedentia Capituli Pennen. ib. n. 83.

Penſio.

Onus penſionis non tranſit in Præbendam optatam, ſi mutatur titulus; ſecus ſi non mutatur, diſcept. 10. num. 9.
Penſio citra ſimoniæ labem extingui poteſt, accepto pretio abſque beneplacito Apoſtolico, diſcept. 11. numero 2.
Contrarium, ibid. num. 3. Hæc ſecunda eſt verior, numero 4.
Penſionem extinguere pretio mediante non licet abſque conſenſu Papæ, licet tamen cedere, & vendere commoditatem penſionis, ibidem, numero 5. 8. & numero 12.
Declara procedere, ſi vere vendatur ſola commoditas; ſecus ſi ipſa penſio, quia tunc non evitatur ſimonia, ibid. n. 6. & 12.
Suſpecta eſt hujuſmodi venditio fructuum penſionis, niſi contrarium appareat certo, & evidenter, ibidem, numero 6.
Et prohiberi deberet; & quare, ibid. n. 7.
Vendi non poteſt fructus vel commoditas penſionis niſi ad triennium vigore *extrav. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* ibid.
Actus ſimoniacus extinctionis, ſeu venditio penſionis, etiamſi temporaliter tantum fuerit vendita, vel extincta, punitur privatione penſionis in perpetuum, ib. n. 8. 20. & ſeqq.
An penſio ipſa vel ſola commoditas deducta ſit in contractu, voluntas partium attenditur non cortex verborum, ibidem.
Declara procedere, ubi actum eſt per viam ceſſionis; ſecus ſi per viam extinctionis, ibidem, numero 9. & num. 10.
Extinctio applicari non poteſt ad commoditatem penſionis, ſed pernecesse cadit ſuper titulo, ibid. numero 10.
Sive extinſio ſit temporalis ſive perpetua, ibidem.
Ubi contractus fit cum titulari, præſumitur extinctio, niſi apertiſſimis verbis conſtet de ſola ceſſione actum fuiſſe, quidquid ſecus ſit ubi cum tertio agitur, ibid. n. 11. & 12.
Remiſſio, & condonatio obligationis ſolvendi penſionem differt a ceſſione commoditatis ejuſdem, ibid. n. 14. & 15.
Remiſſio obligationis ſolvendi penſionem poteſt fieri in totum vel in parte, ſimpliciter vel ad tempus abſque auctoritate Superioris, ibidem.
Declara, dummodo fiat gratis; ſecus ſi mediante pecunia, ibidem.
Ceſſionis commoditatis penſionum formulæ, ibidem, numero 15.
Extinctionem tituli penſionis potius quam ceſſionem commoditatis, quæ verba indicant, ibid. num. 16. & ſeqq.
Si verba ſonant in extinctionem, & feriunt ſubſtantiam penſionis, nihil juvat ſecreta intentio penſionarii contraria, ibid. n. 19.
Penſio extincta temporaliter pute ad vitam titularis poſt illius mortem reviviſcit, ibid. n. 20.
Limita, ſi fuit extincta abſque Apoſtolico aſſenſu, quia tunc non poteſt reviviſcere abſque nova auctoritate Papæ, ibid. n. 21.
Non eſt in privata facultate partium extinguere ad tempus, & poſt tempus dare reviviſcentiam penſionibus, ibidem.
Penſio extingui poteſt tam perpetuo, quam temporaliter, ibid. n. 22.
Etiamſi temporaliter tantum extinguatur, adhuc ſit vera extinctio, licet poſt tempus reſolubilis virtute pacti, ibidem.
Jus & facultas exigendi penſionem, ſi cedatur etiam cum clauſulis generalibus *omnia jura &c. ad habendum &c.* dicitur ceſſio commoditatis, non tituli, ib. num. 24.
Facultas transferendi penſionem vigore Indulti exerceri non poteſt in ea penſione, cujus commoditas alteri ceſſa ſit, diſcept. 47. n. 27.
Contrarium, ibid. n. 28. & ſeqq.
Limita hoc contractum, ubi ex ceſſione ampliſſima colligeretur in cedente animus a ſe abdicandi omne jus tam commoditatis, quam tituli, ibidem, numero 20.
Transferens penſionem poſtquam illius commoditatem alteri ceſſerat, tenetur ceſſionario ad damna, & intereſſe, donec vivit & durat jus ceſſionarii, ibidem, num. 19.

Cadens

Cedens commoditatem penſionis tenetur ceſſionario ad damna & intereſſe, ſi poſt ceſſionem dat cauſam extinctioni penſionis per matrimonium, profeſſionem in Religione, militiam, vel delictum, ibid.

Habens indultum conferendi reſervata non cenſetur habere indultum reſervandi penſiones, diſcept. 30. numero 1.

Epiſcopus etiam Cardinalis non poteſt reſervare penſionem perpetuam, niſi agatur de cauſa reſpiciente utilitatem Eccleſiæ, ibid. n.2.

Limita in caſu concordiæ, ibid.

Et circa juſtificationem cauſæ non ſtatur aſſertioni Epiſcopi etiam Cardinalis, ſed aliunde probanda eſt, ibid. num.3.

Penſio perpetua auctoritate Ordinarii nulliter reſervata revalidatur, ſi penſionarius fiet Conclaviſta, ibidem, num. 4.

Limita, ſi penſio eſſet ſimoniaca, ibid. n.5.

Penſio ab Ordinario reſervata pro perſona nominanda eſt ſimoniaca, ibid. n.4.

Privilegium Conclaviſtarum diſpenſat ab irregularitate pro beneficiis, & penſionibus jam obtentis, non tamen pro obtinendis, ibid. n.6.

Tranſlatio penſionis Eccleſiaſticæ in eum, qui ſubreptitie, illegitime ac nulliter tonſuratus fuit, eſt nulla, diſcept.47. n.1.

Ad acquirendam capacitatem penſionis non ſufficit impreſſio characteris Clericalis, ſed requiritur etiam illius habilitas, ſeu executio, ibid. n.4.

Nulliter tonſuratus eſt incapax penſionis, ac ſi non haberet characterem, ibid.

Et eſt ut purus laicus quoad effectus ſibi proficuos, ibidem.

Limita, ſtante bona fide Ordinantis, & ordinati ab Ordinario non ſuo, quia bona fides excuſat ad ſuſtinendum actum, & evitandam pœnam, ibid. n.5.

In pœnalibus non fit extenſio de beneficiis ad penſiones, ibid. n.6.

Clericatus requiritur tam pro aſſequendis beneficiis, quam pro penſionibus Eccleſiaſticis, quidquid ſecus ſit in laicalibus, ibid. n.7. & ſeqq.

Penſiones aliæ ſunt Eccleſiaſticæ & ſpirituales, aliæ laicales, ibid. n.13.

Penſionis Eccleſiaſticæ non eſt capax laicus, ſed tantum Clericus; ſecus in penſione laicali, ibid.

Diſtinctio inter perſonas Eccleſiaſticas & laicales non ſolum reſultat ex ſtylo Romanæ Curiæ, ſed etiam ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, ibid. n.14.

Penſio Eccleſiaſtica reſervata non Clerico totaliter corruit, & eſt nulla, ibid. n.7.

Nec transferri in eum poteſt penſio reſervata uti Clerico cum facultate transferendi in perſonas capaces, ibidem.

Datur paritas inter beneficia, & penſiones Eccleſiaſticas, ibid. n.12.

Committens actum ſimoniacum eodem modo privatur de jure penſionibus, ſicut beneficiis, ibid.

Incapacitas beneficiorum ſtatuta a ſacris Canonibus contra filios Hæreticorum locum habet etiam in penſionibus, ibid. n.11.

Extenſio in pœnalibus de beneficiis ad penſiones non fit, ubi agitur de ſententia aut decreto particulari; ſecus ubi agitur de lege generali, ibid. n.10.

Et non dicitur extenſio, ſed comprehenſio ex identitate rationis introducta etiam de ſtylo Romanæ Curiæ, ibidem.

Beneficia, & penſiones pari paſſu ambulant quoad requiſitum Clericatus, ibid. n.8.

Capacitas ad beneficia, & penſiones naſcitur ab Ordine, ibid num.16.

Effectus Ordinis non conſiſtunt in ſola adminiſtratione Altaris, & Eccleſiæ, ſed etiam in capacitate Clericali ad beneficia, & penſiones, ibid. n.15.

Peregrinatio.

Abſens cauſa peregrinationis ſine licentia Superioris non lucratur fructus, & diſtributiones, diſcept. 34. num. 23.

Licentia requiritur ad evitandum contemptum Superioris in abſentia voluntaria, etiam ex cauſis in jure expreſſis, nempe litis, peregrinationis, ſtudii, & ſimilibus, diſcept.37. n.8. & 9.

Perfectio.

Dilatio non ſuſpendit, neque actum imperfectum reddit, ſed actum trahit ad certam diem pro executione, non pro perfectione, diſcept.9. n.9.

Periculum.

Caſus abſentiæ coactæ, & violentæ eſt; quod ob inimicitias capitales cogitur quis ſtatim diſcedere ad evitandum imminens periculum mortis, diſcept. 37. numero 9.

Omne id, quod promittitur cauſa evitandi periculum, eſt metu coactum, diſcept.52. n.64.

Permutatio.

Reſignare, & permutari non poſſunt beneficia Eccleſiæ non numeratæ, diſcept.17. n.72.

Limita, ſi Papa ex certa ſcientia qualitatis Eccleſiæ admitteret reſignationem, & permutationem, ibidem, num. 72.

Facultas admittendi reſignationes, & permutationes beneficiorum fuit Ordinariis ſuſpenſa, & reſervata Sedi Apoſtolicæ beneficia poſt dictam ſuſpenſionem reſignata, vel permutata, diſcept.29. n.1.

Poſtea vero dicta facultas eis reſtituta fuit ex certis cauſis tantum, ibid. n.2.

Ordinarii beneficia dimiſſa conferre prohibentur ſuis, aut dimittentium conſanguineis, & familiaribus etiam per fallacem circuitum, ibid.

Non procedit hæc prohibitio in beneficiis permutatis, ibid. num.6.

Vide reſolutionem Sacræ Congregationis, ibidem, numero 19.

Ordinarii poſſunt admittere permutationes, quæ canonicis Sanctionibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis permittuntur, ibid. n.3.

Sed ſi admittant contra formam ſacrorum Canonum, & Sanctionum Apoſtolicarum, durat ſuſpenſio, & reſervatio ex Conſtitutione 42. S. Pii V. ibidem, numero 4.

Ordinarius non poteſt admittere permutationes beneficiorum abſque cauſa utilitatis, vel neceſſitatis Eccleſiæ, ibid.

Sive utilitatis permutantium, quæ ſaltem reductive tendat ad utilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ, ibidem.

Nec poteſt admittere permutationem cum beneficio nuncupato *de Pertica*, nempe nullius, vel exigui valoris, ibid. n.4. & 7.

Declara procedere in illis beneficiis, quæ vere ſunt nullius, vel penitus exigui valoris, qui pro nihilo reputatur, nec ſufficit quælibet modicitas valoris, vel inæqualitas etiam magna, ibid. n.7.

Beneficiorum fictorum perſonatus nuncupatorum prohibetur permutatio cum beneficiis veris ex Conſtitutione Pii IV. ibid. n.8

Permutatio beneficiorum fraudulenta dicitur, quando adeſt præjudicium expectantis, ibid. n.9.

Hodie expectativæ ſunt ſublatæ per Concilium, ideo ceſſant conjecturæ fraudis in permutatione, ibid.

Contrarium, quia adhuc poteſt fraus intervenire in præjudicium collatoris, ibid. n.10.

Et tale præjudicium conſideratur non ſolum in Ordinario, ſed in Papa, ibid.

Nec eſt præjudicium eventuale etiam reſpectu Papæ, ib. num. 10.

Reſpectu Sedis Apoſtolicæ etiam præjudicium eventuale eſt conſiderabile, ibid.

Permutatio ex quibus conjecturis fraudulenta dicatur, ibid. num.11.

Permutatio fraudulenta valet in præjudicium commutantium, non in eorum commodum, ibidem, numero 12.

Non valet in præjudicium collatorum, & beneficia permutare poſſunt impetrari, ibid.

Inæqualitas, & aliæ conjecturæ fraudis non attenduntur in permutatione facta coram Papa, ſed coram Ordinario, ibid. n.13.

Limita, ubi militat præjudicium tertii, ibid.

In permutatione facta coram Papa derogatur Juripatronatus, ſi de eo ſit facta mentio, ibid. n.14.

Et non reputatur præjudicialis patrono permutatio ob poſſibilem cauſam mortis unius, quam alterius, ibid. num. 15.

Quid de hoc ſentiat auctor, ibid. n.15.

Permutans cum Ordinario beneficium patronatum malitioſe abſque conſenſu patroni, nulliter permutat, & eo privatus remanet, ibid. n.16.

Malitia eſſe dicitur ad hunc effectum, quando ſciebat adeſſe patronum, ibid.

Et ſi conſenſum petiit, illoque denegato permutavit, quia tunc perdit beneficium, quod uti vacans conferri poteſt ad præſentationem patroni, ibid.

Amplia, non obſtante clauſula *non alias, aliter, nec alio modo* in reſignatione appoſita, quia nihil operatur, ubi adeſt culpa reſignantis, ibid. n.16.

Item

Item ampliùs, ut ſi poſt dictam primam permutationem nullam, altera fieret coram Papa, quia hæc quoque eſſet nulla, ibid. n. 17.

Etiamſi in ſecunda adeſſet conſenſus Patroni ignorantis primam, ibid.

Facta reſignatione nulla coram Ordinario, ſi altera fiat ad favorem ejuſdem coram Papa, non facta mentione de prima nulla, ſecunda quoque nulla eſt, ibidem.

Reſignatio, & permutatio facta coram Ordinario nulla eſt abſque conſenſu alterius collatoris, ad quem beneficii collatio ſpectabat, ibid. n. 18.

Et in hoc eadem militat regula de conſenſu collatoris, ac de illo Patroni, ibid.

Idem militat de conſenſu Rectoris habitualis habentis jus nominandi ad Vicariam perpetuam, ibid.

Perſeverantia.

Potius præſumitur perſeverantia in eodem propoſito, quam mutatio voluntatis, diſcept. 29. n. 6.

Perſona.

Legitum intelligitur juxta conditionem perſonæ, ad quam eſt directum, diſcept. 2. n. 17.

Juſpatronatus etiam mixtum non poteſt tranſire in extraneos, donantibus perſonis contemplatis, diſcept. 4. num. 24.

Forma a Concilio Tridentino præſcripta in perſonis potentibus ad probandum jus præſentandi principalem Prælaturam, non intrat, ſi ex inſtrumento conſtat, quod dotarunt, vel fundarunt Eccleſiam Conventualem, diſcept. 21. n. 44.

Preces importunæ, quæ proveniunt a perſona, cui debetur reverentia, inducunt metum, ex quo contractus ſponſalium reſcindi poteſt, diſceptat. 32. numer. 26.

Privilegium Camerale non eſt directum ad liberanda beneficia, ſed reſpicit perſonas, diſceptation. 35. numer. 14.

Vide etiam *Privilegium*.

Perſonatus.

Beneficia ficta nuncupata *Perſonatus* quid ſint, diſcept. 29. n. 8.

Eorum permutatio cum beneficiis veris prohibetur ex Conſtitutione Pii IV. ibid.

Pertica.

Ordinarius non poteſt admittere permutationem cum beneficio nuncupato *de Pertica*, nempe nullius, vel exigui valoris, diſcept. 29. n. 4. & 7.

Declara procedere in illis beneficiis, quæ vere ſunt nullius, vel penitus exigui valoris, quæ pro nihilo reputantur: nec ſufficit quælibet modicitas valoris, vel inæqualitas etiam magna, ibid.

Pertinentia.

Præſentatio pendens a pertinentia Juriſpatronatus, quæ altiorem requirit indaginem, non ſuffiœt ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum, diſcept. 4. num. 64.

Peſtis.

Abſens ex cauſa peſtis non lucratur diſtributiones, niſi ea graſſetur, & probetur legitima conſuetudo, quod diſtributiones dari conſueverint abſentibus ex juſta cauſa, diſcept. 37. n. 25.

Talis conſuetudo non requiritur in aliis juſtis cauſis abſentiæ, ſignanter ob rationabilem corporis neceſſitatem, ibid.

Abſentia ex cauſa peſtis eſt ob rationabilem corporis neceſſitatem, ibid.

Petiot.

Frater Elias Petiot Miniſter Provincialis Minorum Obſervantiæ Provinciæ Toroniæ, diſcept. 3. numer. 58. & 59.

Petitorium.

Poteſt dari manutentio Patrono ex privilegiis, ac inſtitutio illius præſentato, & per contrarium ſententias in petitorio favore alterius, ſive proviſi Apoſtolici, ſive ab Ordinario, diſcept. 28. n. 16. in fine.

Et tunc res judicata in petitorio abſorbet poſſeſſorium ex diſpoſitione Concilii, ibid.

Petrus.

Petrus Moros de Molines ſeptem annua perpetua legata reliquit Patribus S. Petri de Syrchis Minoribus Obſervantiæ S. Franciſci, diſcept. 2. n. 2. & 36.

Pignatellus.

Notatur Pignatellus, quod Doctrinam Fagnani tranſcripſerit, ſuppreſſo ejus nomine, diſcept. 32. n. 21.

Piper.

Piperis, cinnamomi, & cariopoli annuam perpetuam eleemoſynam dant Reges Luſitani Fratribus Minoribus in Provincia Angelorum, diſcept. 2. n. 90.

Piſces.

Diſcalceati, & Recollecti in Hiſpania fundationem Conventuum non acceptant abſque determinata eleemoſyna olei, piſcium, lignorum, & ſimilium, diſcept. 2. num. 83.

Pius.

Beneficiorum fictorum perſonatus nuncupatorum permutatio cum veris prohibetur ex Conſtitutione Pii IV. diſcept. 29. n. 8.

S. Pius V. bona Conventualium in Hiſpania Monialibus applicavit ſub obligatione ſolvendi certam quantitatem annuatim Minoribus, injuncta iſtis onere ſatisfaciendi officiis, ad quæ tenebantur Conventuales, diſcept. 2. num. 80.

S. Pius V. fuit auctor reſervationis beneficiorum vacantium, Sede Epiſcopali vacante, diſceptat. 12. numer. 7.

Extenſio conſenſus poſt mortem indiſtincte prohibita fuit ex Conſtitutione S. Pii V. qua fuerunt correctæ priores Conſtitutiones Alexandri VI. & Leonis X. diſcept. 5. n. 23.

Dictam Conſtitutionem Pii abrogavit Gregorius XII. & renovavit antiquas Alexandri VI. & Leonis X. dictam extenſionem permittentes, ibid. n. 24. & 26.

Bulla S. Pii V. prohibens Ordinariis beneficia reſignata conferre conſanguineis, & familiaribus non eſt uſu recepta in Hiſpania, diſcept. 22. n. 31.

Neque comprehendit Cardinales Epiſcopos, ibid.

Ordinarii ſi admittant permutationes beneficiorum contra formam ſacrorum Canonum & Sanctionum Apoſtolicarum, durat ſuſpenſio, & reſervatio ex Conſtitutione 42. S. Pii V. diſcept. 29. n. 4.

Conſtitutio S. Pii V. aſſignans Vicariis perpetuis diverſarum Parochialium Urbis omnia emolumenta funeralium ultra congruam, locum habet in funeribus etiam non Parochianorum, attenta declaratione Alexandri VII. diſcept. 50. n. 42.

Contrarium eſt verius de jure, ſecluſa dicta declaratione, ibid.

Pix toſta. Vide dictio *Magis*.

Placentia.

Dux Farneſius, ne Parmæ magis vel Placentiæ favere videatur, ſe inſcribit P. & P. Dux, diſcept. 9. numer. 58.

Plauſus.

Conſenſus Epiſcopi, & Parochi, & aliorum intereſſe habentium, dicitur taciti interveniſſe fundationi Conventus, quando introductio Religioſorum in novum Conventum facta fuit ſolemniter cum proceſſione, aliiſque actibus publicis, & nemo reclamavit, immo fundatio plauſum habuit, diſcept. 36. n. 8.

Plebanus.

Nomen Præpoſiti per ſe non adaptatur Parocho, vel Plebano, diſcept. 8. n. 26.

Pluralitas.

Favor Eccleſiæ eſt pauciores habere Patronos; & ex eorum pluralitate dicitur magis gravata Eccleſia, diſceptat. 4. n. 70.

Probans eſſe quem filium Petri N. non probat deſcendentiam a fundatore, ſi aderant in Civitate plures ejuſdem nominis, & cognominis, diſcept. 7. numer. 29. & 31.

Vide *Filius*.

Pluvia

Pluviale.

Abbati Collegiatæ pontificaliter celebranti non licet adhibere omnes Canonicos ſacris veſtibus paratos, & octo pluvialia, diſcept. 44. n. 7.
Fortius, quando in Collegiata nulla reperitur dignitas, cui conveniat aſſiſtentia cum pluviali, ibidem, numer. 9.

Podium.

Podium, ſeu Tribunam in Eccleſia Patronis conſtitui communiſſimum eſt in Hiſpania, diſceptat. 2. numer. 98.
Romæ tamen ſoli Sanctiſſimo conceditur, ibid.

Pontifex.

Sacerdotes Jovis apud Gentiles *Flamines Diales* nuncupati abeſſe non poterant, etiam ea cauſa neceſſaria ob adverſam valetudinem abſque licentia Summi Pontificis, diſcept. 34. n. 24.
Reliqua vide in verbo *Papa*.

Pontificalia.

Pontificalia quænam dicantur, diſcept. 20. n. 3.
Pontificalia intelliguntur ea, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis, & quorum non eſt capax Prælatus inferior, ibid.
Epiſcopus concedendo omnimodam juriſdictionem Abbati, reſervatis ſibi pontificalibus tantum, dicitur ſe ſpoliaſſe omnibus iis, quæ ſunt juriſdictionis, & quorum Prælatus inferior eſt capax, ibid.
Appellatione pontificalium non comprehenditur uſus Throni, ſeu Baldachini, diſcept. 43. n. 6.
Uſus pontificalium conceſſus Prælatis inferioribus quid comprehendat, ibid. n. 7.
Privilegium concedens Prælatis inferioribus uſum pontificalium non poteſt extendi ad uſum Baldachini, ibidem.
Et eſt ſtricte intelligendum, ibid.
Et ita operatur ſicut genitalia in mulis, quæ ſunt ſterilia, & infructuoſa, ibid.
Sedes Abbatum pontificaliter celebrantium eſt Sedes cum poſtergali, abſque umbraculo ſeu Baldachino, ibid. n. 6. in fine.
Abbates, & alii Prælati inferiores, licet plurium uſum pontificalium habentes, non poſſunt erigere Baldachinum, niſi hoc habeant ex privilegio ſpeciali, ibidem, n. 8.
Hoc privilegium conceſſum eſt Abbatibus Caſſinenſibus, Olivetanis, & quibuſdam aliis, & a Sacra Congregatione Rituum extenſum ad Canonicos Regulares S. Salvatoris, ibid.
Decretum Congregationis Rituum anni 1659. intelligitur de Prælatis inferioribus, qui in privilegio pontificalium habent comprehenſum etiam uſum Baldachini, ibid. n. 9. & ſeqq.
Abbas habens uſum pontificalium poteſt more Epiſcopi uti Baldachino, dum celebrat in pontificalibus, ibid. n. 1. & ſeqq.
Contrarium, ibid. n. 5. & ſeqq.
Abbates Seculares, & Regulares habentes uſum pontificalium poſſunt uti Baldachino in tribus anni feſtivitatibus modeſte ſine auro & pompa, ibidem, numer. 4.
Erigere Thronum ſeu Baldachinum prohibetur Prælatis inferioribus tam Secularibus, quam Regularibus ſive exemptis, ſive non exemptis indiſtincte, etiamſi illis competat uſus pontificalium, ibid. n. 6.
Abbati Collegiatæ pontificaliter celebranti non licet adhibere omnes Canonicos ſacris veſtibus paratos, & octo pluvialia, diſcept. 44. n. 7.
Fortius, quando in Collegiata nulla reperitur dignitas, cui conveniat aſſiſtentia cum pluviali, ibidem, numer. 9.
Abbas ſi adſit prima dignitas in Collegiata habens uſum pontificalium eſt argumentum inſignitatis Collegiatæ, diſcept. 49. n. 2.

Populus.

Epiſcopus, ſaltem de æquitate ad evitanda populi diſpendia & incommoda, tenetur in remotioribus partibus ſuæ Diœceſis deputare alias perſonas, quæ recipiant depoſitiones ſuper ſtatu libero, diſcept. 20. numer. 7.
Prælatus inviſus a populo, licet injuſte, & ab eo ferociter talis habitus, non debet mitti ad reſidentiam, ſed poteſt, ac debet cogi renunciare, dato ſibi bono cambio alibi ad evitanda ſcandala, diſcept. 34. num. 18. & ſeqq.

Legata perpetua Fratribus Minoribus pro anniverſariis, & Miſſis, ut adimpleantur ex parte hæredis, debet Judex auctoritatem ſuam interponere ſive ex officio, ſive ad inſtantiam cujuslibet de populo, diſcept. 2. numer. 40.
Conſenſus populi requiritur pro fundationibus Conventuum, diſcept. 36. n. 1.
Conſenſus populi ad fundationes Conventus requiſitus debet eſſe datus in Conſilio generali, & non ſufficit in Conſilio particulari Decurionum, & Officialium, nec minus inſtatim quæſitus, ibid. n. 3.
Subſtantia requiſitorum ad fundationem Conventus tota conſiſtit in conſenſu populi, quodque non concurrat præjudicium tertii, ſeu aliorum Regularium, qui in diſtrictu quatuor milliarium exiſtunt, ibidem, numer. 7.
Exceſſivitas numeri Religioſorum conſiderari debet juxta neceſſitatem populi in ſpiritualibus, ibidem, numer. 8.

Portio.

Portiones privilegiatæ quid ſint, diſceptation. 17. numer. 7.
Portiones privilegiatæ, & Præbendæ diſtinctæ æquiparantur, ibid.
Eccleſia ſi non habet Præbendas diſtinctas, ſed habet portiones privilegiatas, adhuc dicitur numerata, ibidem.
Singularis, & nominatim facta enumeratio, & deſtinatio in uno & eodem verborum contextu inter hæredes, operatur datam unicuique ſimilem portionem, diſcept. 39. n. 9.
Et inter Patronos operatur aſſignatam unicuique propriam, & ſingularem vocem, ibid.

Portionarii

Portionarii non ſunt de Capitulo, diſceptation. 15. numer 7.
Parati etiam exteri præferri debent in communione portionariis, ibid.
Exteros interponi inter Clerum Eccleſiæ, & portionarios non eſt indecorum, ibid.

Portugallia.

Regula 8. Cancellariæ eſt recepta in Regno Portugaliæ, diſcept. 25. n. 14.
Reges Luſitani in Provincia Angelorum dant Fratribus Minoribus annuam perpetuam eleemoſynam piperis, cinnamomi, & cariopoli, diſcept. 2. n. 90.

Poſitiones.

Habens pro ſe rem probatam non tenetur reſpondere poſitioni, diſcept. 7. n. 23.

Poſſeſſio, Poſſeſſor.

Præceptum prohibitivum aliquid faciendi ſupponit obſervantiam, & poſſeſſionem in eo, cui fit prohibitio, diſcept. 26. n. 13.
Præſentatus a vero Patrono præfertur præſentato ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione, qui nondum fuit inſtitutus, diſcept. 4. n. 57.
Et tunc non attenditur ultimus ſtatus quaſi poſſeſſionis, ſed proprietas abſorbet poſſeſſorium, ibid.
Secus ſi præſentatus ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione fuiſſet inſtitutus, quando verus dominus præſentat, ibid.
Gratia derogationis Juriſpatronatus in totum, attenta lite ſuper eo, non eſt attendenda, ſi Patronus tam ante, quam poſt litem motam erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid. n. 55.
Contrarium, quod ſufficerat verificari litem eo modo, quo fuit narrata vertens inter Ordinarium, & Patronos, ibid. n. 56.
Limitatur hoc contrarium, ſi de tempore gratiæ Patronus jam præſentaverat, ſtante clauſula; *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, ibid.
Pendente lite ſuper proprietate patronatus, Patroni non prohibentur continuare in eorum quaſi poſſeſſione præſentandi, & dicta quaſi poſſeſſio dat eis jus validum, ibid. n. 57.
Donans alteri Juſpatronatus, ſi poſtea præſentet vigore quaſi poſſeſſionis præſentandi, in qua ante donationem exiſtebat, donatario ſe opponente, non eſt admittenda talis præſentatio, ibid. n. 65.
Vide *Donatio*.
Proviſio ab Ordinario de beneficio, & poſſeſſori ſufficit vincere per non jus actoris, ibid. n. 92.
Ex actu etiam unico acquiritur ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio præſentandi, diſcept. 13. n. 36.

Ulti-

Digitized by Google

Ultimus ſtatus attenditur, rejecto indagine tituli, ad [illegible] gravium Apoſtolicum, ibid.

Longæva quaſi poſſeſſio præſentandi in menſibus ordinariis non relevat ab onere probandi onerobitatem, ſeu præponderantiam [illegible] diſceptation. 22. numer. 31.

Longæva quaſi poſſeſſio præſentandi in menſibus [illegible] relevat præſentandum ab onere juſtificandi æquivalentiam [illegible] onera [illegible] Apoſtolicum [illegible], ibid. n. 33.

Non tamen ſufficit unus actus, ſed requiritur longæva poſſeſſionem, ibid.

Traditio poſſeſſionis facta per Capitulum, conſenſum [illegible] inducit, & [illegible], diſceptat. 24. n. 13. 60. & 70.

Non tamen dare poteſt per ſe jus electionis, ſed corroborando, & explicando præcedentes contenſus, ibid. [illegible]

[illegible] Ordinarii opponere per ſe poſſeſſor ad tuendam ſuam poſſeſſionem, quando eſt ipſo jure [illegible], ibid. n. 45.

Regula de triennali defendit poſſeſſorem etiam adverſus [illegible] Apoſtolicam, ibid. n. 46.

[illegible] interrumpit triennalem poſſeſſionem, ibid. n. 47.

Maxime, ſi [illegible] ex defectu jurisdictionis, ibid.

Moleſtiæ extrajudiciales & de facto, adhuc ut interrumpant triennalem, requiritur, quod ſint illatæ circa ipſam poſſeſſionem, & perceptionem fructuum, ibid. n. 48. & ſeq.

Et ſimplex conatus non ſufficit, niſi turbetur poſſeſſor, mediante facto poſitivo, ibid.

Simplices citationes [illegible] non interrumpunt triennalem [illegible] n. 50.

[illegible] & nulliter [illegible] interruptionem poſſeſſionis, ibid. n. 51.

[illegible] & ſimplices citationes, ibidem.

[illegible] mandari de [illegible] cum præcepto de [illegible] in fructibus, ibid. n. 52.

Citatio nulla etiam ex alio capite, quam ex defectu jurisdictionis, non interrumpit triennalem, nec [illegible], ibid. n. 54. & ſeqq.

Præſcriptio facilius interrumpitur, quam pacifica poſſeſſio, ibid. n. 54.

Citatio valida reſpectu jurisdictionis, ſed male executa, [illegible] proceſſus, non interrumpit pacificam poſſeſſionem, ibid. n. 55.

[illegible] triennalem requiritur moleſtia [illegible] ex actu valido, vel extrajudiciali [illegible] ſ. ferens actum turbativum poſſeſſionis, ibidem numero 56.

Citatio nulla ex alio capite, quam ex defectu jurisdictionis [illegible] annalem, ibid.

Regulæ de annali dicitur ſatisfactum, ſi per proviſum [illegible] adverſus annalem poſſeſſorem [illegible], diſceptat. 12. numero 32.

[illegible] juris præſentandi ponens ſaltem arguit indubitatum beneficii erectionem de bonis prophanis, diſcept. 25. n. 19. 20. & 45.

[illegible] a fundatore beneficii prolata oſtendunt dotalæ de bonis patrimonialibus, ibid. n. 20 & 46.

Per non dimiſſionem primi Canonicatus intra ſimeſtre a die adeptæ poſſeſſionis ſecundi ipſo jure vacat uterque, diſcept. 8 n. 29.

Limitatur ex generali conſuetudine Germaniæ retinendi plures Canonicatus, & Præbendas in diverſis Collegiatis, ibid. n. 30.

Contrarium, niſi interveniat Apoſtolica diſpenſatio, ibidem n. 31.

Paſſim tamen concedit Apoſtolica diſpenſatio pro Canonicatibus Germaniæ, ibid.

[illegible] prorogavit vacationem Eccleſiæ uſque [illegible] Epiſcopatus, quæ de jure durabat [illegible] ad electionem, ſeu proviſionem, diſcept. 12. n. 15. 34. & ſeqq.

[illegible] Cancellariæ reſervat beneficia vacantia, Sede Epiſcopali vacante, non ſolum uſque ad proviſionem [illegible] uſque ad poſſeſſionem Eccleſiæ [illegible] ab eis adeptam, ibid. n. 1. & 32.

[illegible] Pius V, ibidem numero 7.

[illegible] Cardinalis, Eccleſia non vacat uſque ad poſſeſſionem, ſed ſtatim eſt conſummata vacatio [illegible] n. 35.

[illegible] omnia, quæ ſunt [illegible], ibid.

Conſuetudo non conferendi beneficia [illegible] adeptam [illegible] poſſeſſionem non ſe extendit ad Epiſcopos Cardinales, ibid. n. 37. & ſeq.

Beneficium vacans tempore, quo Ordinarius literas jam [illegible], & Capitulo [illegible], licet nondum poſſeſſionem ceperit, non dicitur reſervatum Sedi Apoſtolicæ, nec [illegible] Regula 1. Cancellariæ, ibid. n. 54.

Contrarium, ibid. n. 54. & 55.

Limita hoc contrarium, ſi per eum non ſtetit, [illegible] poſſeſſionem apprehenderet, ſed id evenit culpa Capituli, ibid. n. 56. & ſeqq.

Hodierna præſentata tanquam actus mere præparatorius nil commune habet cum ſubſtantia gratiæ, ibidem, num. 56.
[illegible] habet [illegible] conſenſum, ad quem retrotractio fieri poſſit, ibid.
[illegible] omnes [illegible] expeditionis gratiæ ponentur ſub die præſentatæ ſupplicationis, plerumque & ad occurrendum diſpoſitioni regulæ de viginti, ibidem, numer. 57.
[illegible] tamen [illegible] extendi ſub alia die, & de facto, quandoque ponuntur, & totum pendet ab arbitrio Datarii, ibid.
[illegible] expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi [illegible] per Conſtitutionem Gregorianam, ibid.
Item ad conſervandum ad ſalem [illegible] [illegible] fructus beneficii, ibid.
Item, ut [illegible] poſſit complere ætatem ad beneficium requiſitam, ibid.

Præſentatio, Præſentatus.

Juſpatronatus mixtum, quoad tempus præſentandi, reputatur Eccleſiaſticum, & conceditur ſemeſtre, diſc. pt. 3. [illegible]
Præſentatus a vero patrono [illegible] præſentato [illegible] in quaſi poſſeſſione, qui nondum fuit inſtitutus, diſc. pt. 4. [illegible] 27.
Et ſunt non attenditur [illegible] quaſi poſſeſſionis, ſed proprietas [illegible] poſſeſſionem, ibid.
Secus, ſi præſentatus ab [illegible] in quaſi poſſeſſione fuiſſet inſtitutus, [illegible] patronus præſentaſſet [illegible]
Si duo ſint patroni, quorum unus habet pinguiorem vocem, puta, quia plus congruit [illegible] præſentatus ab habente pinguiorem vocem [illegible] præſentato ab alio, [illegible]
[illegible] præſentatus ab alio patrono eſſet de genere, & familia fundatoris, quia tunc [illegible] deberet, ibid.
Major pinguedo vocis habentis majorem quotam hereditatis non dat prælationem, ſi præſentatus ab altero [illegible] de familia, & genere fundatoris, & ille debet inſtitui, ibid. n. [illegible]
Proviſio Apoſtolica cum derogatione, & gratificatione obtenta per præſentatum ab habente pinguiorem vocem in concurſu conſanguinei præſentati ab alio coherede, non expreſſa præſentatione, & concurſu conſanguinei, eſſet ſubreptitia ſtante clauſula, dummodo [illegible] altari jus [illegible], ibidem, numero [illegible]
Clauſula, dummodo [illegible] [illegible] præferat [illegible] altari competens ex præſentatione, ibidem.
Univerſitas vel Collegium habens Juſpatronatus ſi dividitur in duas partes habentes æqualia vota, quarum una unum, alia alium præſentat, [illegible] præſentatio ſalva, & eſt locus gratificationi, penſatis meritis utriuſque præſentati, ibid. n. [illegible]
Contrarium, quod nulla præſentatio valeat, & Lambertinus auctor primæ opinionis intelligitur, ibid. num. [illegible] & ſeqq.
Sciſſa Univerſitate vel Collegio in duas partes habentes æqualia vota circa præſentationem, adhuc illa pars dicitur major, & ſanior, quæ præſentavit digniorem, ibid. n. 34.
Et ſic dignior ubi ſolus electus debet in inſtitutione gratificari per actum juſtitiæ, & in hoc ſenſu ſalvatur Doctrina Lambertini, ibid.
Si autem cum paritate votorum concurrit paritas meritorum in præſentatis, electio non eſt concluſa, nec eſt locus gratificationi Ordinarii, aut alterius inferioris a Papa, ibid. n. 35.
Explicatur Add. n. ad Buratt. [illegible] 509. ubi dubitat de opinione Gloſſæ, ibid.
Præſentari ab Univerſitate, vel Collegio, ſi paria vota bis in ſcrutinio utrique ſortiuntur, Papa ſolus poteſt gratificare, etiam pendente, adhuc termino, ad eligendum; inferior vero non poteſt gratificare, ſed tantum providere jure devoluto, elapſo [illegible] termino, ib.
De opinione, quod Papa gratificare poſſit in dicto caſu, etiam pendente termino ad eligendum, auctor dubitat, ibid. n. 36.
Papa in dicto caſu non poteſt gratificare, pendente termino, ſed tantum, eo tranſacto, conferre jure devoluti, ibid. n. 37. & ſeqq.
Gloſſa, & Doctores contrarium tenentes reprobantur, ib.
Pendente termino ad eligendum, poteſt Univerſitas vel Collegium toties, quoties ſibi videbitur, iterare ſcrutinium, donec ſequatur electio per majorem partem, ibidem.
Poteſt tamen etiam, durante termino, adiri Superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum; quo elapſo, ad ipſum devolvatur electio, ibid. num. 39.
Patroni plures ſingulares, ſi diſcordant in præſentatione, eſt locus gratificationi, ibid. n. 42.
Non procedit, quando illi plures conſtituunt unicam vocem individue, ut in Univerſitate, & Collegio, quia tunc attenditur tantum factum a majori parte, & ſi partes ſint æquales, nulla dici poteſt facta præſentatio, ibid.
Ideo hoc caſu nulla eſſet proviſio Apoſtolica facta, pendente termino ad præſentandum favore unius ex præſentatis, vel etiam tertii, ibid.
Declara, ut collatio facta per Papam vel Ordinarium, termino durante, pendeat ab eventu, & valeat ſi patroni non recitament, vel in termino non eligant, ib. num. 43.
Non tamen [illegible], durante termino, collatio Apoſtolica per viam gratificationis, nec gratia cum derogatione medietatis vocum, ibid. n. 44.
Unus patronus poteſt præſentare plures cumulative, ib. num. 45.
Unus ex pluribus præſentatis ab eodem patrono poteſt obtinere gratificationem, non autem derogationem pro medietate, ibid. n. 46.
Neque tunc quis dicitur habere medietatem vocis, ſed omnes habent integram vocem, ibid.
Gratian. de Benef. part. 3. c. [illegible] reprobatur, ibid. num. 45. & ſeqq.
Patronus præſentans ignoranter inhabilem aut non idoneum non gaudet novo termino a die rejectionis, ſed tantum admittitur ad novam præſentationem, durante primo termino, ibid. n. 47.
Hæc ſententia impugnatur per auctorem, ibid. n. 48. & plur. ſeqq.
Prima procedit, ſi ſcienter præſentavit inhabilis; ſecus ſi ignoranter, & de ratione diſtinctionis, ibidem n. 49. & ſeqq.
Exponitur textus in cap. cum nos de Off. ord. in quo fundatur opinio contraria, ibid. n. 48.
Lambertinus, & alii primam opinionem ſecuti refutantur, ibid. n. 50. & plur. ſeqq.
Præſentans indignum præſumitur ſcienter eum præſentare, ibid. n. 54.
Electores præſumuntur ſcire qualitates electi, ibid.
Declara, intelligi de qualitatibus notoriis, & apparentibus; ſecus de occultis, ibid.
Appellatione indigni venit etiam non idoneus, ibid.
Gratia derogationis juriſpatronatus in totum, attenta lite ſuper eo, non eſt attendenda, ſi patronus, tam ante, quam poſt litem motam erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid. n. 55.
Contrarium, quod ſufficiat verificari litem eo modo, quo fuit narrata vertens inter Ordinarium, & patronos, ibid. n. 56.
Limitatur hoc contrarium, ſi de tempore gratiæ patronus jam præſentaverat, ſtante clauſula, dummodo non ſit alteri jus quæſitum, ibid.

Clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum*, cenſetur præſervare præſentationem jam factam, ibid.

Pendente lite ſuper proprietate patronatus, Patroni non prohibentur continuare in eorum quaſi poſſeſſione præſentandi, & dicta quaſi poſſeſſio dat eis jus validum, ibid. n. 57.

Clauſula in literis appoſita, *dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum*, præſervat jus alterius jam præſentati, ibid. n. 61.

Declara, ut præſervet tantum jus validum, & radicatum, non autem jus invalidum, & non radicatum, ibid.

Præſentatio facta poſt lapſum quadrimeſtre Patronis conceſſum non tribuit jus validum, & radicatum præſentato, ibid.

Patronis laicis competit jus variandi in præſentatione, ibid. n. 62.

Et ſi primus præſentatus reprobetur, poſſunt alium præſentare, ibid.

Declara, dummodo varient intra quadrimeſtre; ſecus, ſi eo elapſo, etiamſi non idoneum bona fide præſentaſſent, ibid.

Deciſio 91. coram Priolo adducta pro contraria ſententia declaratur, ibid. n. 63.

Præſentatio dependens a pertinentia Juriſpatronatus, quæ altiorem requirit indaginem, non ſufficit ad retardandam executionem literarum Apoſtolicarum, ibid. n. 64.

Donans alteri Juſpatronatus, ſi poſtea præſentet vigore quaſi poſſeſſionis præſentandi, in qua ante donationem exiſtebat, donatario ſe opponente, non eſt admittenda talis præſentatio, ibid. n. 65.

Patrono donanti neque competit jus ſaltem cumulative præſentandi poſt donationem, ibid.

Contrarium, quod Patronus cenſeatur donaſſe jus præſentandi cumulative non privative, ibid.

Declara, procedere hoc contrarium, ſi donatur jus præſentandi, ſecus ſi donatur Juſpatronatus, ibidem, numer. 66.

Juſpatronatus eſt quædam cauſa univerſalis quorundam fructuum, & jurium, quorum unum eſt jus præſentandi, ibid.

Si donatur tantum jus præſentandi in principali diſpoſitiva, poſtea vero in aliis partibus inſtrumenti promiſcue nominetur Juſpatronatus, & confundantur iſta duo, adhuc donatio intelligitur de ſolo jure præſentandi, ibid.

Obſervantia in dubio declarat, an Juſpatronatus, vel ſolum jus præſentandi fuerit donatum, ibid.

Etiamſi donetur ſolum jus præſentandi, intelligitur privativa, non cumulative, ſi verba donationis ſaltaſſint, ot privativam includant, ibid.

Poſt ceſſionem generalis adminiſtrationis præſentare non poteſt amplius cedens, ibid. n. 82.

In adminiſtratione generica Confraternitatis patronæ cadit etiam jus præſentandi illi competens, ibidem, numer. 84.

Collatio beneficii de Jurepatronatus libere facta per Epiſcopum jure ordinario, & originario valet, & Patrono non reclamante intra tempus datum ad præſentandum, ſuſtinetur, ibid. n. 91.

Fortius, ſi poſtea Patronus conſentiat, ibid.

Collatio libera beneficii, quod eſt de Jurepatronatus; eſt invalida ab initio vigore decreti irritantis *in cap. decernimus 16. quæſt.* 1. ibid. n. 97.

Reconvalidatur tamen, & valet uſque ab initio, ſi Patronus, cujus favore decretum emanavit, approbat, quia cenſetur facta ſub conditione, *ſi Patrono placuerit*, ibid. n. 98.

Amplia, etiamſi tacite ſolum conſentiat non reclamando, nec præſentando, durante tempore ad id conceſſo, ibid.

Patronus non reclamando, nec præſentando in tempore, cenſetur conſentire liberæ collationi, vel præſentationi alteri factæ, & juri ſuo pro illa vice renunciare, ibid. n. 99.

Ideo non attenditur præjudicium Patroni a ſpretu reſultans, ibid.

Collatio beneficii de Jurepatronatus facta tanquam de devoluto ſpreto Patrono non convalidatur, etiamſi iſte poſtea neglexerit in tempore præſentare, ibidem, numer. 100.

Secus, ſi collatio facta eſt uti de libero, & auctoritate ordinaria, ibid.

Collatio uti de devoluto non ſpectat Ordinario ante devolutionem, nec in actu, nec in habitu, ibidem, num. 101.

Collatio uti de libero pertinet ad juriſdictionem in Epiſcopo ſaltem habitu reſidentem etiam intra tempus ad præſentandum conceſſo, & ſolum exercitium illi intra dictum tempus interdicitur, ibid.

Collatio uti de libero facta, etiam pendente termino ad præſentandum, promanat a poteſtate univerſali, & ordinaria Epiſcopi, non a jure aliquo ſpeciali, ibid.

Epiſcopus, ſi uti ceſſionarius patronorum conferat, poteſt proviſionem unico actu expedire, nec eſt neceſſe, quod prius coram Vicario præſentet, & poſtea inſtituat, ibid. n. 102.

In dubio facienda eſt interpretatio pro habente præſentationem Patroni, diſceptation. 7. numer. 14. 29. & ſeqq.

Fundato beneficio pro illis de parentela ſua, & matris, videntur prædilecti conjuncti ex utroque latere, etiamſi conjunctus ex uno tantum latere fuiſſet a Patronis præſentatus, ibid. n. 31.

Habens ſolus qualitates a fundatore requiſitas beneficium obtinet; ac ſi ſolus præſentatus fuiſſet, ibidem.

Literæ præſentati per majorem partem vocum Univerſitatis patronæ exequuntur, licet ſint poſteriores, quando habens literas anteriores, non fuit a majori parte præſentatus, diſcept. 13. n. 29.

Stante pari numero vocum, literæ præſentati ab habente vocem pinguiorem ſunt exequendæ, ibid. num. 30. & 56.

Præponderantia vocis conceſſa a Principe laico quando poſſit ſuffragari in materia ſpirituali præſentationis, ibid. n. 33. & ſeqq. n. 57.

Rex poteſt diſponere, quod unus habeat pinguiorem vocem quoad omnia negotia Univerſitatis in genere, quæ pinguedo ſuffragatur etiam in præſentationibus, ibid. n. 34. 46. & 57.

Vox pinguior conceſſa generaliter Patritio a Prorege ſuffragatur etiam in electionibus, & nominationibus ad beneficia, ibid. n. 37.

Univerſitas laicorum nequit transferre Juſpatronatus in extraneum abſque conſenſu Epiſcopi, poteſt tamen conſecutive aggregando illum in Concilium, quia talis aggregatio operatur, ut debeat præſentare, ibid. n. 34. & 46.

Patroni poſſunt inter ſe convenire circa modum, & formam præſentandi, ibidem, num. 35. 46. & numer 57.

Ex actu etiam unico acquiritur ultimus ſtatus, & quaſi poſſeſſio præſentandi, ibid. n. 36.

In Jurepatronatu paſſivo an præſentatus conſanguineus inhabilis poſſit habilitari per diſpenſationem, contradicente altero conſanguineo habili æque vocato, ibid. n. 38. & plur. ſeqq.

Si vocati ſint habiles de tempore vacationis, non datur habilitatio in præjudicium juris quæſiti alteri tunc habili, ibid. n. 39.

Amplia ſive habiles ſit æqualiter, & contemporanee vocatus, ſive per prius & poſterius ac ſubſidiarie vocatum, ibid. n. 39.

Vide *Diſpenſatio*, *Habilitas*.

Simplex præſentatio ad beneficium de Jurepatronatu eſt actus mere laicalis; quia expletur per laicos tam maſculos, quam fœminas, ibid. n. 46.

Habentes vocem in præſentatione, etiam minores non poſſunt cogi ad intereſſendum, & præſentandum, durante quadrimeſtre nulla urgente neceſſitate, ibid. numer. 47.

Nova præſentatio valida non ſuffragatur pro executione literarum, quæ non fuerunt expeditæ vigore dictæ præſentationis, ſed alterius invalidæ, & expediri debet nova proviſio, ibid. n. 47.

Literæ pro præſentato cum derogatione medietatis vocum ſunt inutiles, ſi impetrans non probat ſe præſentatum a medietate Patronorum, ibid. n. 55.

Et tunc impetrans non eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum alterius proviſi, ibidem.

Literæ pro præſentato cum derogatione medietatis vocum ob malam expreſſionem remanent obreptitiæ, & non ſunt exequendæ, ibid.

Ubi plures ſunt præſentati, nemini quæritur jus ad rem ex tali præſentatione, diſceptation. 4. numer. 117.

In paritate vocum inſtituendus eſt præſentatus, qui eſt de familia fundatoris ad excluſionem extranei compræſentati, diſcept. 22. n. 38.

Et ſi extraneus obtineret proviſionem Apoſtolicam cum derogatione medietatis vocum, necnon gratificationem, non expreſſa circumſtantia, quod alter compræſentatus erat de familia fundatoris, gratia eſſet ſubreptitia, ibid.

Et procedit favore præſentati non ſolum ſi ſit de familia fundatoris, ſed etiam ſi ſit tantum de genere ipſorum Patronorum, ibid.

Immo, & de genere exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.

Pactum, quod Patroni non arceantur termino juris ad præſentandum, & ſit in eorum libera facultate non præſentare pro quocunque tempore ſibi beneplacito, valet in erectione Capellaniæ pro Miſſis; ſecus ſi agatur de Collegiali, Parochiali, aut ſimili, quæ indiget ſponſo, & Rectore, ibid. n. 40.

Debet tamen hoc caſu Ordinarius præfigere Patronis terminum, & qualem, ibid.
Sed ante dictam præfixionem non poſſet impetrari a Dataria, licet Capella diu vacaſſet, ibid.
Pactum, quod etiam in caſu reſervationum Apoſtolicarum, nec ullo caſu, aut quavis de cauſa etiam legitima poſſit Papa, vel Ordinarius conferre abſque præſentatione, comprehendit etiam caſum negligentiæ Patronorum in præſentando intra quadrimeſtre, ibidem, num. 41.
Erit tamen locus præfixioni termini arbitrio Ordinarii, ibid.
Et elapſo termino hominis, proviſio fieri poterit jure devoluto, ibid.
Sed etiam poſt terminum Patronus admitti debet ad purgationem moræ, ſi velit ſtatim præſentare, re adhuc integra, idest proviſione non ſecuta, ibidem.
Fundatio & dotatio non ſufficiunt ad acquirendum jus præſentandi principalem Prælaturam in Eccleſia Collegiata, vel Conventuali, niſi in limine fundationis reſervetur ex privilegio Apoſtolico, ibid. n. 43.
Et ſi Papa ex intervallo illud concedat, erit conceſſio gratioſa, ibid.
Et cadet ſub revocatione Concilii Tridentini, ibid.
Nec non ſub reſervatione Apoſtolica, ibid.
Forma a Concilio Tridentino præſcripta in perſonis potentibus ad probandum jus præſentandi principalem Prælaturam, non intrat, ſi ex inſtrumento conſtat, quod dotarunt vel fundarunt Eccleſiam Conventualem, ibid. n. 44.
Derogatio Apoſtolica medietatis vocum cum aſſertive præſentationis alterius medietatis valet, etiamſi de tempore gratiæ præſentatio non adeſſet, ſed ſupervenerit, ibid. n. 45.
Intellige, ſi ſupervenerit intra quadrimeſtre & fiat coram Superiore infra dictum tempus, ibid.
Et coram Papa debet exhiberi nominatio in Camera, ſeu Cancellaria intra dictum terminum, ibid.
Amplia, ut etiamſi gratia emanaſſet ſuper præſentatione jam facta, ſed invalide, adhuc ſubſiſtat, ſi intra terminum nova, & valida præſentatio superveniat, ibid.
Præſentatio nulla habetur pro non facta, & non obſtat devolutioni ob lapſum temporis ad præſentandum, ibid. n. 21.
Regula 8. hodie 9. Cancellariæ impedit in tertiis menſibus, non autem perpetuo excludit jus præſentandi, diſcept. 25. n. 2.
Eſt compatibilis cum facultate præſentandi toties, quoties caſus vacationis evenerit, nec per iſtam dicitur illi derogatum, quia intelligitur, nullo interveniente impedimento, ibid.
Juſpatronatus laicale quocunque tempore vacet, ad Patronorum præſentationem venit providendum, ibid. num. 41.
Præſentato a Patronis laicis, & reprobato ab examinatoribus Synodalibus, datur appellatio ad utrunque effectum, diſcept. 13. n. 4. & 49.
Regula 2. Cancellariæ non reſervat beneficia, quæ ſunt ſimultaneæ collationis, vel præſentationis, diſcept. 12. num. 44.
Papa reſervando ſibi beneficia, quæ ſunt liberæ collationis, vel præſentationis dignitatum vacantium, utitur jure ſuo, & neminem lædit, ibid. n. 45.
Probans eſſe quem filium Petri N. probat deſcendentiam a fundatore, licet adeſſent in civitate plures ejuſdem nominis, & cognominis, ſi habet præſentationem a Patrono, diſcept. 7. n. 30.
Item probat, ſi frater ejus fuit alias præſentatus, & obtinuit beneficium per ſententiam, rejecta tali exceptione canonizantem parentelam, ibid.
Sententia lata ſuper parentela inducit bonam fidem in Patrono præſentante, & firmat ultimum ſtatum, ſecundum quem præſentatio debet ſuſtineri, ibid. numer. 31.
Maſculus præſentans cum expreſſione deſcendentium ſimpliciter, ſed favore deſcendentium maſculorum, diſcept. 26. n. 8.
Maſculus præſentans, expreſſa qualitate majoris natu, inducit obſervantiam favore majoris natu de domo, & feminæ veniunt in eo per poſteriùs, ibidem, numer. 9.
Etiamſi præſentaſſet non major natu maſculus, ſed Auctor de hoc dubitat, ibid.
Si maſculi præſentarunt exprimendo, quod Juſpatronatus ſpectat ad familiam, domum, ſeu gentem, tunc obſervantia favore maſculorum inducit tantum prælationem, & feminæ veniunt per poſterius, ibidem, numer. 10.
Si autem obſervantia circa expreſſiones ſit difformis, attenditur expreſſio facta in primis præſentationibus, ibid.
Præſentatus a Patrono putativo, qui non erat in quaſi poſſeſſione præſentandi, removetur ab Eccleſia, comparente vero Patrono, diſcept. 28. n. 1.
Præſentatus a Patrono putativo, qui erat in quaſi poſſeſſione præſentandi non removetur ab Eccleſia, comparente vero Patrono re amplius non integra, diſcept. 28. n. 1. & 5.
Limita primo, ſi verus Patronus re integra ante inſtitutionem præſentati a putativo præſentat, & docet de Jurepatronatus per rem judicatam, publicum inſtrumentum, vel confeſſionem partis, ibidem, numer. 2.
Limita ſecundo, ſi eſſet poſſeſſor malæ fidei, ibidem, num. 8.
Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi, quæ requirantur remiſſive, ibid.
Ad acquirendam quaſi poſſeſſionem præſentandi requiritur, quod præſentatio facta fuerit bona fide, vel ſaltem non mala, ibid.
Necnon ſcientia, & patientia ejus, in cujus præjudicium quaſi poſſeſſio quæritur, ibid.
Præſentatus a Patrono putativo exiſtente in quaſi poſſeſſione, ſed opponente re integra vero Patrono, ſi inſtituatur, non tamen removetur, ſi poſtea Patronus putativus ſuccumbat in petitorio, ibid. n. 5.
Et victoria Patrono vero deſerviet ſolum pro futuris vacationibus, ibid.
Obſervantia centenaria deducta ex præſentationibus, & inſtitutionibus per publicum documentum pacificis, & effectuatis, æquivalet probationi per publicum inſtrumentum fundationis; ſecus ſi obſervantia deducatur ex teſtibus, enunciativis, adminiculis, & ſimilibus, ibid. n. 6.
Ultimus ſtatus præſentanti non ſuffragatur etiam intra limites meri poſſeſſorii, quando habet in ventre repreſſum errorem tituli nulli, & vitioſi, & præſentatus ab eo rejici debet, ibid. n. 7.
Amplia, etiamſi error ſeu vitium requireret altiorem indaginem, ibid.
Declara procedere, ſi verus Patronus opponat re integra ante inſtitutionem dicti præſentati; ſecus ſi opponat poſt inſtitutionem, tunc enim non removetur, non obſtante mala fide poſſeſſoris, ibid. n. 7.
Subdeclara, ut ſtante mala fide poſſeſſoris inſtitutum poſſit repræſentare verus Patronus, ibid.
Ultimus ſtatus in quaſi poſſeſſione præſentandi non tranſit in filium, & in hæredes, nec illis ſuffragatur in poſſeſſorio, ibid. n. 8.
Exiſtens in actuali poſſeſſione præſentandi ad unum beneficium dicitur eſſe in poſſeſſione, etiam quoad aliud beneficium ejuſdem fundatoris, & allegare poteſt ultimum ſtatum etiam in vacatione ejus beneficii, ad quod nondum præſentavit, ibid. n. 9.
Et poteſt continuare in præſentando, pendente lite ſuper proprietate, ibid. n. 10.
Amplia, etiam non obſtante inhibitione Judicis, ibid. num. 11.
Limita, quando lis verteret ſuper ipſa poſſeſſione, ibidem.
Declara limitationem, ut etiam hoc caſu poſſit præſentare, & præſentatum facta teneat, ſed ſuperſederi debeat in inſtitutione præſentati uſque ad exitum litis, ibid.
Vacatio beneficii de Jurepatronatus ſi contingat, pendente lite ſuper proprietate, non eſt inſtituendus præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſed expectandus eſſet exitus litis, ibidem, numer. 12.
Contrarium, ibid. n. 12. & 13.
Limita hoc contrarium, quando proprietas eſſet clara contra ultimum ſtatum, quia tunc procedit prima opinio, ibid. n. 13.
Etiam poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere fructus poſt motam litem perceptos, ſed non procedit in fructibus honoris, quales ſunt electio, & præſentatio, ibidem, num. 12.
Ultimus ſtatus ab altera parte proteſtatus cum clauſulis præſervativis *omnium, & quorumcunque jurium* non conſtituit alium in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid. num. 15.
Contrarium, ſi deficiant in præſervativa jurium verba *tam in poſſeſſorio, quam in petitorio*, ibid.
Idem procedit in præſervativa jurium utriuſque partis adjecta per Judicem, ibid.
Poſt Concilium Tridentinum manutentio ad formam *cap. Conſultationibus* non habet locum in Jurepatronatus patronum, ſi præſentationes fuerunt admiſſæ abſque cauſæ cognitione, non ſervatis ſervandis; ſecus ſi fuerunt admiſſæ cum cauſæ cognitione, ibidem, num. 16.
Vide, *Manutentio*.
Pendente lite inter duos præſentatos, ſi alter non terminata lite moriatur, non poteſt fieri nova præſentatio, diſcept. 31. n. 2.
In beneficio patronatus prælatio debetur in paritate vocum

cum

cum præſentato, qui aſt de ſanguine fundatoris, diſcept. 39. n. 1.
Idem procedit in eo, qui eſt de genere patronorum, ſeu præſentantium, ibid.
Quod præferatur in paritate vocum præſentatus, qui eſt de familia Patronorum, ſeu præſentantium non procedit, ſi concurrit præſentatus de familia fundatoris, ibid. n. 6.
Præſentatus de familia fundatoria præfertur præſentato de familia Patronorum, ſeu præſentantium, ibidem.
In paritate vocum præferendus eſt præſentatus, qui eſt unus de compatronis, & de familia fundatoria, ibid. num. 7.
Gratia derogationis, & gratificationis eſt ſubreptitia, & nulla, ſi non fuit expreſſum Summo Pontifici, quod alter præſentatus erat de familia fundatoris, ibidem, num. 8.
Clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum* in proviſionibus Apoſtolicis præſervat jus alteri competens ex præſentatione, ibid.
Præſertim ſi ſit præſentatio, ex qua præſentatus veniat omnino inſtituendus, ut ſi ſit compatronus, & de familia fundatoris in paritate vocum, ibid.
Præſentatio aliqua ſi fuit facta per patrem ſimul & filium, excludit Juris præſumptionem ex *clem. plures de jurepatr.* diſcept. 53. n. 3.
Contrarium, quia filius poteſt præſentare ſimul cum patre tanquam hæres avi vel patrui, ibid.
Limita, ſi in omnibus aliis vacationibus ſoli patres præſentarunt, licet tunc haberent filios, ibid.
Si præſentationes fuerunt factæ in capita, non in ſtirpes, excluditur præſumptio juris, de qua *clem. plures*, ibid. n. 4.
Amplia, etiamſi poſtea procurator alicujus Patroni præſentaſſet in ſtirpes, non in capita, quando non haberet mandatum procuræ ad variandum modum præſentandi, & quando præſentaſſet pro omni vero jure Patrono competenti, ibid.
Item excluditur dicta præſumptio, ſi in aliqua ex præſentationibus aſſertum fuerit Juſpatronatus ſpectare ad familiam, ſeu domum, ſeu caſatam, ibid. n. 5 & 27.
Secus, ſi dictum ſit ſpectare ad aliquas perſonas de domo, ſeu familia; & de ratione differentiæ, ibid.
Præſentationes ſemper factæ per maſculos agnatos abſque ulla feminarum, vel extraneorum mixtura excludunt præſumptionem juris *clem. plures*, ibid. num. 6. & 29.
Declara non procedere, niſi probetur, feminas, & extraneos extitiſſe hæredes, & tamen ſolos agnatos, & maſculos admiſſos fuiſſe ad præſentandum, ibidem, num. 6
Et eoſdem hæredes extraneos, ac feminas voluiſſe præſentare fuiſſe rejectas, & acquieviſſe, ibid.
Limita hanc declarationem, ſi adeſt decurſus obſervantiæ per ſæculum, quia tunc eſt veriſimile, quod feminæ, & extranei hæredes non defuerint, ac Juſpatronatus habere non neglexerint, ibidem, numer. 7. & 29.
Sublimita, ubi adſunt ſtatuta feminarum excluſiva propter maſculos, ibid. n. 8.
Conjectura, quod extranei non præſentaverint, ſed ſemper agnati, non eſt attendenda ad excluſionem præſumptionis *clem. plures de jurep.* ibid.
Præſentatio facta titulo hæreditario in ultimo ſtatu attenditur pro excluſione Juriſpatronatus gentilitii, ibidem, n. 9
Præſentatio eorum, qui repudiarunt paternam hæreditatem, ſi ſit admiſſa, excluditur præſumptio *clem. plures*, ibid. n. 10.
Contrarium, quia potuit præſentare uti hæres alterius aſcendentis vel patrui, ibid.
Excluditur dicta præſumptio, ſi in præſentationibus fuit articulata, ſeu probata per teſtes ſola deſcendentia legitima, & maſculina a communi ſtipite, non autem qualitas hæreditaria, ibid. n. 11.
Vel ſi fuit habita mentio familiæ, & deſcendentiæ, nunquam vero hæreditariæ qualitatis, ibid.
Item, ſi præſentationes factæ forent per plures de familia pro eorum ratis abſque expreſſione portionum, ibid. n. 12.
Contrarium, quia poſſunt referri ad voces tam in capita, quam in ſtirpes, & uti æquivoco non inferunt qualitatem gentilitiam Juriſpatronatus, ibid.
Excluditur præſumptio jus *clem. plures*, & probatur Juſpatronatus gentilitium, ſi præſentavit unus ſolus de familia, licet adeſſent filiæ, & hæredes alterius ex compatronis, ibid. n. 14.
Unus tantum maſculus de familia ſi præſentavit, exiſtente alio maſculo, Juſpatronatus arguitur hæreditarium, ibid.
Mutatur Juſpatronatus natura per duas tantum præſentationes effectuatas inter compatronos, ibid. n. 17.
Soli Juriſpatronatus gentilitio convenit, ut filius, vivente patre, admittatur ad præſentandum, uti compatronus, ibid. n. 22.
Præſentatio expleta cenſetur per filiumfamilias nomine proprio non hæreditario aliorum, niſi contrarium doceatur, ibid. n. 23.
Ultima præſentatio effectum ſortita ſufficit ad firmandum ultimum ſtatum pro qualitate gentilitia Juriſpatronatus, ibid. n. 31.
Geſta per præſentatum vel illius procuratorem circa qualitatem Juriſpatronatus non præjudicant Patronis, qui præſentarunt in cauſa non exiſtentibus, ibidem, num. 34.
Fundator ſi uſus eſt verbis civilibus in reſervatione Juriſpatronatus gentilitii non admittuntur ad præſentandum procedentes a radice infecta, ibid. n. 35.
Stante obſervantia præſentandi non Sacerdotem, qualitas Sacerdotalis enunciata in fundatione cenſetur ſtare tantum demonſtrative, diſcept. 39. n. 13.
Vide etiam *Electio*, *Juſpatronatus*.

Præſentia.

Præſentia aliud, aliud intereſſentia, diſcept. 1. n. 4.
Reſidentia aut præſentia ſunt diverſa ab intereſſentia, ibid. n. 11.
Diſtributiones non veniunt ſub verbis reſtrictis ad reſidentiam, aut præſentiam, ibid. n. 11. & 12.
Privilegium abſentiæ, ſi dicit, *lucretur fructus ac ſi præſens eſſet*, non lucratur diſtributiones, ibidem, numer 4.
Si dicat, *ac ſi præſens eſſet*, & *Divinis officiis intereſſet*, poteſt recipere diſtributiones, ibid.
Si dicat, *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret*, *aut præſens eſſet*, non includunt verba hæc diſtributiones, ibid. n. 11.
Præſentia, & aſſiſtentia in choro debet intelligi cum effectu, & operatione, non autem quod quis dormiat in Eccleſia, aut nihil agat, ibid. n. 25.
Reſidentia coarctata in ipſa Eccleſia importat præciſam corporalem præſentiam in Eccleſia & choro, ibid.
Vide *Abſentia*, *Diſtributiones*, *Reſidentia*.

Præſervativa.

Præſervativa Jurium Eccleſiarum unitarum intelligitur quoad alios, non vero comparative ad ipſa corpora unita, diſcept. 9. n. 54.
Vel refertur ad ipſas Eccleſias in caſum unionis diſſolutæ, ibid. n. 55.
Proviſiones Apoſtolicæ habentes in ventre præſervativam conſenſus Patronorum, potius confirmant, quam ceſſare faciant Juſpatronatus, diſcept. 4. n. 57.
Clauſula in literis appoſita, *dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum*, præſervat jus alterius jam præſentati, ibid. n. 61.
Declara, ut præſervet tantum jus validum, & radicatum, non autem jus invalidum, & non radicatum, ibid.

Præſumptio.

Præſumitur pro validitate actus, diſcept. 9. n. 30.
Et pro legalitate perſonæ, & officialis, ibid.
Correctio facta per miniſtros præſumitur rite, & recte facta de licentia eorum, ſine qua fieri non poterat, ad excludendum delictum, ibid.
Præſumptio eſt pro juſtitia ſententiæ, niſi contrarium probetur, diſcept. 7. n. 20.
Præſumptio juſtitiæ aſſiſtens facto Judicis ceſſat, ſi non conſtat ex actis de ulla probatione delicti, diſcept. 34. num. 13
Juramentum neceſſarium ad aliquem actum non eſt probandum interveniſſe, ſed præſumitur, diſceptat. 12. num 29
Secus, ſi ageretur de juramento voluntario, non de requiſito per legem, ibid.
Dicta præſumptio non militat, ſi per viam conditionis apponatur in Bulla proviſionis obligatio juramenti, ibid. n. 27. & ſeqq.
De electione quoties conſtat, illa præſumitur valida, & canonica, itaut contrarium dicenti incumbat onus concludenter probandi, juris ordine ſervato, diſcept. 4. num. 127.
Scientia & patientia Datariæ ad obſervantiam requiſita præſumitur, ſi collatio Datariæ in menſe reſervato non habuit effectum in concurſu cum proviſo ab Ordinario, diſcept. 17. n. 51.
Præſentans indignum præſumitur ſcienter præſentare, diſcept. 4. n. 54.
Electores præſumuntur ſcire qualitates electi, ibid.
Declara, intelligi de qualitatibus notoriis, & apparentibus; ſecus de occultis, ibid.
Potius præſumitur perſeverantia in eodem propoſito, quam mutatio voluntatis, diſcept. 19. n. 6.

Judicium & conſenſus multorum electorum excludit præſumptionem inhabilitatis, & inſufficientiæ electi, diſcept. 21. n. 6.
Materia objectiva non eſt de facili credenda, & præſumenda, ſed contra illam capienda eſt omnis interpretatio, ibid. n. 5.
Præſumptiones, & pœnæ non ſunt duplicandæ, diſcept. 34. n. 22.
Quæ fiunt incontinenti, præſumuntur inesse, diſcept. 6. num. 25.
Præſumptio novi tituli non eſt præſumptio novæ voluntatis, diſcept. 26. n. 12.
Mutatio voluntatis non præſumitur, ibid. n. 14.
Obſervantia non operatur niſi unam præſumptionem, & non duas, quando una non venit in conſequentiam alterius, ibid.
Super una præſumptione & facto incerto non poteſt fundari alia præſumptio, ibid. n. 15. & 16.
Stante uno teſtamento, non poteſt ſimul præſumi, quod adſit novum, & quod contineat legatum in primo non expreſſum, ibid.
Præſumptio juris, juxta quam nemo præſumitur mutare voluntatem, non procedit in muliere, diſcept. 32. numer. 5.
Non præſumitur in aliqua diſpoſitione ſublatum fuiſſe Epiſcopo jus Diœceſanum propter monſtruoſitatem, quod Eccleſia ſita in Diœceſi remaneat ſine ſubjectione, diſcept. 35. n. 7.
Actus fieri prohibitus abſque prævis certis ſolemnitatibus, & cauſis, ſi fuerit factus cum auctoritate Judicis, præſumitur pro ejus decreto, quod omnia rite ac recte proceſſerint, etſi contrarium oſtendatur, diſcept. 36. n. 5.
Valor narratus in ultima proviſione, ſi non juſtificetur per proviſum, talis cenſetur, qualis fuit narratus in præcedentibus gratiis, diſcept. 38. n. 14.
Præſumptio matrimonii contracti non inducitur, ſtante diſparitate tam divitiarum, quam nobilitatis inter virum, & mulierem, diſcept. 52. n. 76.
Et ſtante hac diſparitate, conſenſus ſemper præſumitur fictus, ibid. n. 77.
In materia præſumptionis ſponſalium attenditur etiam diſparitas divitiarum, & bonorum, ibid.
Præſumptio juris ex clem. plures de Jurep. quibus conjecturis tollatur Vide *Juſpatronatus hæreditarium*.
Et vide in verbo *Textus*.
Juſpatronatus pervetuſtum præſumitur gentilitium, non hæreditarium, diſcept. 35. n. 22.
Nemo præſumitur jure ſuo imprudenter renunciare, ibidem, n. 25.
In dubio, cum fundationis inſtrumentum non reperitur, præſumitur fundatorem Juriſpatronatus potius uſum fuiſſe verbis naturalibus, quam verbis civilibus, ibid. num 35.
In materia Juriſpatronatus adverſus ultimum ſtatum non admittuntur præſumptiva argumenta, ſed requiruntur certæ probationes reſultantes ex partis confeſſione, re judicata, aut publico inſtrumento, ibidem, num. 42.
Etiam in terminis præſcriptionis centenaria æquiparatur immemorabili, & facit præſumi adeſſe quidquid fuerit neceſſarium pro validitate actus, n. 8. V.
Et hæc dicitur præſumptio juris, & de jure, quæ non admittit probationem in contrarium, ibid.
Vide *Centenaria*.

Pretium.

Merces & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, non imputantur in congruam Archipresbyteri curam actualem exercentis, diſceptation. 46 numer. 7.
Diſtributiones quotidianæ non ſunt fructus beneficii, ſed merces, & pretium laboris, quæ debentur tantum inſervienti, ibid.
Diſtingue, ut n. 8.
Penſio num citra ſimoniæ labem extingui poſſit, accepto pretio abſque beneplacito Apoſtolico, diſcept. 11. n. 3. & ſeqq.
Vide *Penſio*.

Præventio.

In collatione ſimultanea Epiſcopi, & Capituli, ſi Epiſcopus unum, Capitulum alium nominet, poteſt Papa & Legatus, etiam termino ad conferendum durante, jure concurſus prævenire conferendo, diſceptat. 4 numer 40.
Nec Papa tenetur tunc uni ex nominatis conferre, aut gratificari digniori, ibid.
Pinguiorem hoc caſu cenſeri vocem Epiſcopi, qui ſentiat, ibid. n. 41.
Bonum eſſet, ſi ſervaretur in praxi hæc opinio, & quare, ibid.
Stante clauſula, *dummodo non ſit alteri jus quæſitum* Papa cenſetur voluiſſe conferre jure præventionis concurrendo cum Ordinariis collatoribus, diſceptat. 24. numer. 40.
Limita, ſi apponatur alia clauſula, & de devolutione detur diſpoſitive, per quam Pontifex dicitur declarare ſe nolle concurrere cum Ordinariis, eoſque prævenire, ibid.
Inter habentes Juriſdictionem cumulative, non privative, eſt locus præventionis, n. 23. V.

Primogenitura.

Feminæ regulariter excluduntur a prærogativa majoratus, & primogenituræ, diſcept. 14. n. 24.
A fideicommiſſis, & primogenituris ad Juſpatronatus valet argumentum, ibid. n. 33.

Princeps.

Præponderantia vocis conceſſa a Principe laico quando poſſit ſuffragari in materia ſpirituali præſentationis, diſcept 13. n. 33. & ſeqq. n. 57.
In Jurepatronatus quidquid Princeps concedit contra jus, ſemper dicitur ex gratia, ſeu privilegio, diſcept. 23. num. 11.
Princeps quando ſignat, gratiam facit, & in eo tempore præſumitur velle datam apponi ab officiali, diſcept. 5. n. 9.
Beneficium Principis ſi non eſt perſonale, ſed publicum redactum in corpore juris, dies non eſt neceſſarius, ibid. n. 10.
Princeps ſi donat caſtrum alteri Principi paris dignitatis, transfert in ipſum majorem juriſdictionem; ſecus ſi donat inferiori, diſcept 20. n. 30.
Reſcriptum Principis derogatorium tranſactionis vel non valet omnino, vel validum remanet tantum ex gratia, diſcept. 22. n. 10. & 13.
Limita, ſi tranſactio fuerat nulla ipſo jure, & Princeps, auditis partibus, cauſaque cognita, nullitatem declaravit, ibid. n. 12. & ſeqq.
Secus, ſi tranſactio emanaverat ſuper jure dubio & diſputabili, ibid. n. 13. & 14.
Vide *Reſcriptum*, *Tranſactio*.
In alia materia quam Juriſpatronatus cauſa onoroſa ſufficit, quod reſpiciat utilitatem Principis concedentis, ibid. n. 33.
Impotentia accedendi ad reſidentiam ex facto Magiſtratus aut Principis dicitur juſtum impedimentum non reſidendi, ut ſic impeditus non amittat fructus, & diſtributiones, diſcept. 34. n. 13.
Declara procedere in impedito ut publice; ſed injuſte, vel ut privata alicujus; ſecus ſi ex facto juſto Principis aut Magiſtratus, ibid. n. 12.
Beneficiatus impeditus reſidere ex vi majoris poteſtatis, nempe ex facto Judicis vel Principis, dicitur habere juſtam abſentiæ cauſam, ibid. n. 10.
Cauſa exilii poteſt dici juſta reſpectu Principis condemnantis, licet non ſit juſta reſpectu condemnati, ibid. n. 16. & ſeqq.
Exilium prudentialiter datum non poteſt annumerari inter pœnas capitales, tanquam temporale non perpetuum, ſive detur a Principe, ſive a Magiſtratu ſupremo jura Principis habente, ibid. n. 19.
Factum Principis inter caſus fortuitos connumeratur, qui culpa vacant, ibid. n. 23.
Princeps, aut alius habens parem poteſtatem concedens alteri juriſdictionem, non cenſetur abdicatiae illam transferre, ſed tantum cumulative concedere, numer. 22. V.
Capitulum generale gerit perſonam Principis magis, quam Generalis, qui Capitulum in Superiorem recognoſcit, & ab illo ſuam poteſtatem habet, ibid.
Violentus ſpoliator rei alienæ non eſt confovendus in ſpolio ex reſcripto Principis, diſcept. 49. n. 7.
Declara procedere, ubi agitur de præjudicio tertii; ſecus ſi de præjudicio ſolius Principis concedentis, ibidem.
Maxima, ſi quod uſurpatum eſt, fuit longo tempore poſſeſſum, ibid.
Nero Cirenenſibus agros uſurpatos conceſſit, ibid.
Vide etiam *Papa*, *Rex*.

Prior, Priorissa.

Prior Regularis non habet poteſtatem mutandi ſtatum ſecularem Hoſpitalis, diſcept. 23. n. 9.
Non omnia apud Priores meliora, dictum Taciti, diſcept. 4. n. 80.
Capitulum generale Carthuſianorum habet abſolutam poteſtatem removendi, ſeu confirmandi Priores, & alios in locum depoſitorum ſubſtituendi, ſeu de novo ordinandi, n. 2. & plur. ſeqq. V.

Etiam Prior majoris Carthuſiæ, ſeu Miniſter generalis poteſt reliquos Priores deponere, n.2. V.
Priores, Rectores, Vicarii, & Prioriſſæ Ordinis Carthuſianorum tenentur petere miſericordiam in Capitulo generali, & quomodo, n.3. V.
Electio Priorum localium Carthuſienſis Ordinis quando ſpectet ad domos eorum particulares, numero 15. & ſeqq. V.
Prior majoris Carthuſiæ eſt etiam uti talis Miniſter generalis totius Carthuſienſis, n.19. V.
Prior majoris Carthuſiæ eſt ſubjectus Capitulo generali non minus, quam ceteri Priores, & tenetur in illo miſericordiam petere, n.20. V.
Carthuſiani præter Generalem ſeu Priorem majoris Carthuſiæ non habent Prælatos medios unius nationis, vel Provinciæ, n.22.
Qui ſint Viſitatores Ordinis Carthuſienſis, & de eorum facultatibus circa abſolutionem Priorum in actu viſitationis, n.19. & ſeqq. V. n.22. ſeqq.
Priores Carthuſianorum nunquam dici potuerunt perpetui, n.25 V.
Fere omnium Ordinum Monaſticorum Priores, ſive Abbates Monaſteriorum locales eliguntur per Capitula generalia, ſive alia Capitula majorum, nulla relicta quoad hoc facultate Capitulis Conventualibus, ſive localibus, n 31. V.
Enumerantur plures Regularium Ordines, in quibus idem ſervatur, ibid.
In Religione Benedictina Priores prius dicebantur, qui poſtea Abbatiali dignitate fuerunt donati, numero 34. V.

Privatio.

Canonicus ut propter abſentiam privetur Canonicatu expectari debent tres anni, in quorum primo privatur medietate fructuum, in ſecundo omnibus fructibus, & in tertio titulo Canonicatus, diſcept. 34. numero 3.
Statutum prohibens Canonicis non reſidentibus perceptionem medietatis fructuum non tollit pœnam privationis ex diſpoſitione juris, diſcept.8. n.32.
Secus in aliis Capellaniis, quæ, ſecluſa peculiari lege fundationis, reſidentiam non requirunt, ibid.
Sacerdos accuſatus de crimine, ſi delictum probatum eſt, intrat pœna ordinaria depoſitionis & privationis beneficii, diſcept.34. n.26.
Regula Cancellariæ procedit etiamſi privatus ſive depoſitus fuerit abſens, & ſolum per procuratorem ſe defenderit, vel verus contumax exiſterit, numero 17. V.
Articulus juris dubius excuſat a pœna privationis utriuſque beneficii retinentem primum poſt aſſecutionem ſecundi, etiam inſufficientis ab Epiſcopo, licet expreſſe diſpenſantis, diſcept.42. n.6.
Poteſt tamen privari legitime, data proviſo electione, ſeu optione, ut alterum quod maluerit retineat, ibidem.
Actus ſimoniacus extinctionis ſeu venditionis penſionis, etiamſi temporaliter tantum fuerit vendita vel extincta punitur privatione penſionis in perpetuum, diſcept. 11. n 8. 20, & ſeqq.
Vide *Penſio*.

Privilegium.

Privilegium Juriſpatronatus non dicitur gratuitum, ſed oneroſum ob benemerita ſervitia præſtita, vel propter pecuniam, diſcept.33. n.25.
Contrarium, ibid.
Privilegium Juriſpatronatus ex augmento ſaltem non coæquali ſi ſit conceſſum ab anno primo Pontificatus Innocentii VIII. uſque ad Conſtitutionem Adriani, cenſetur per iſtam revocatum, non obſtante obſervantia, tam ante, quam poſt Conſtitutionem, diſcept.33. num. 25.
Declara, dummodo inæqualitas clare conſtet ex lectura privilegii, alias manuteneri deberet patronus exiſtens in longæva poſſeſſione, niſi contrariæ probationes eſſent claræ, & abſorberent poſſeſſorium, ibidem.
Conſilium 82. Ancharani, quod Juſpatronatus gentilitium in ultimo fiat hæreditarium, non procedit in Jurepatronatus conceſſo ex privilegio, ibidem, numero 9.
Nec procedit in conceſſo ex privilegio habente admixtam juſtitiam, ſeu cauſam oneroſam augmenti dotis, ſi non præponderet antiquæ doti, vel ſaltem ſit illi coæquale, ibid. n.10.
Privilegium Juriſpatronatus dicitur potius ex juſtitia, quam ex gratia, quando eſt ex augmento præponderante, vel æquali antiquæ doti, ibidem, numero 10. & ſeqq.
Et intrat hoc caſu conſilium Ancharani pro tranſmiſſione ad hæredes extraneos, ibidem, numero 15. & ſequentibus.
Nec ſubjacet reſervationi Regulæ 8. hodie 9. Cancellariæ, ibid. n.14.
Fundans ſeu dotans Eccleſiam, ſeu Conventualem obtinet privilegium Apoſtolicum in limine fundationis pro reſervatione Juriſpatronatus, ibid. n.12.
Non tamen dicitur Juſpatronatus ex privilegio, ſed ex fundatione, vel donatione, & eſt tranſitorium ad extraneos, ibid.
Privilegium Juriſpatronatus, ut cenſeatur de juſtitia, debet augmentum vel ſuperare antiquam dotem, vel eſſe illi coæquale, ibid. n.15.
Si Eccleſia parum habeat, & non ſit commode dotata, non tamen concedi poteſt Juſpatronatus per Ordinarium, ſed requiritur privilegium Apoſtolicum, ibidem.
Augmentum ſi plus importat, quam antiquus reditus Eccleſiæ, itaut iſte reſpectu augmenti reputetur nullius conſiderationis, Juſpatronatus licet ex privilegio, competere dicitur ex juſtitia, & intrat conſilium Ancharani, ibid. n.16.
Illegitimi ſunt incapaces Juriſpatronatus ex privilegio, ibid. n. 20.
Limita, ſi privilegium ſit de juſtitia ex cauſa ſaltem coæqualis dotationis, ibid.
Privilegium Apoſtolicum ex cauſa fundationis beneficii legem continens reſervationum excluſivam non cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, diſcept.25. numero 8.
In Jurepatronatus quidquid Princeps concedit contra jus, ſemper dicitur ex gratia, ſeu privilegio, diſcept. 25. num. 11.
Juſpatronatus de jure ex tribus tantum cauſis valide acquiri poteſt, ſcilicet fundationis, dotationis, & conſtructionis, acquiſitio ex quovis alio titulo eſt mere gratioſa, & ex privilegio, ibidem, numero 16. & 17.
Privilegium Juriſpatronatus conceſſum ex mera gratia cadit ſub regula 8. hodie 9. Cancellariæ, ibid. numero 4.
Et conferri poteſt ab Ordinario habente indultum conferendi beneficia reſervata, ibid.
Si ſit conceſſum cum derogatione concordiæ ex cauſa reparationis, debet reparatio concludenter probari, ibid. num. 5.
Et non ſufficit hoc caſu aſſertio Pontificis concedentis in motu proprio, ibid.
Et reparatio hoc caſu intelligenda eſt de totali reædificatione non de ſimplici reparatione, ibid. n. 17.
Privilegium Gregorii XV. ut poſſint Capitulares Collegiatæ Eccleſiæ oppidi de Xativa ſe abſentare per tempus conceſſum a Concilio, non obſtantibus ſtatutis, diſcept.1. n.1.
Privilegium diſpenſativum a ſtatutis Eccleſiæ ordinantibus perpetuam reſidentiam eſt ſtricte intelligendum, ibid. n.9.
Et ſi in uno poteſt optari, non debet ad aliud extendi, ibidem.
Privilegium abſentiæ an concedat necne diſtributiones, diſtinctio Gloſſæ, ibid. n.4.
Privilegium ſi dicit *lucretur fructus, ac ſi præſens eſſet* non lucratur diſtributiones, ibid.
Si dicat, *ac ſi præſens & divinis officiis intereſſet*, poteſt percipere diſtributiones, ibid.
Privilegium ſi loquatur ſolum de fructibus, non veniunt diſtributiones, ibid. n.8.
Si dicat, *emolumenta quæcunque*, veniunt diſtributiones, ibidem.
Facultas percipiendi emolumenta quæcunque in diſpenſatione a reſidentia, ſi intelligeretur etiam de diſtributionibus, vergeret in enorme præjudicium cultus divini, ibid. n.9.
Canonici privilegiati in abſentia quoad diſtributiones non poſſunt gaudere anniverſariis, & mortuariis, ib. num. 10.
Idem procedit quoad illas diſtributiones, quæ in pane, & in vino conſiſtunt, ibid.
Declara, niſi omnes diſtributiones in pane, & vino conſiſterent, ibid.
Privilegium abſentiæ ſi dicat, *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret, aut præſens eſſet*, non includunt verba hæc diſtributiones, ibid. n. 21.
Privilegium abſentiæ ſi dicat, *lucretur fructus perinde ac ſi reſideret & intereſſet divinis officiis* in choro, veniant diſtributiones, ibid. n.12 & 13.
Et tunc colligitur, Pontificem nomine fructuum intellexiſſe etiam diſtributiones, ibid.
Privilegium abſentiæ continens verba capacia comprehendere etiam diſtributiones in ſuo proprio, & ſtricto ſignificatu, licet dicat, *perinde ac ſi reſideret*, adhuc extenditur ad diſtributiones, ibid. n.13.
Intereſſentiæ verbum quando adeſt, non reſtringit privilegium verbum *fructuum*, ibid.

Pri-

Privilegium mentionem faciens de diſtributionibus, eas continendo expreſſe, vel æquipollenter non reſtringitur per verbum *reſidentiæ*, ſed intelligitur etiam de intereſſentia, ibid.

Verba privilegii, quæ important diſtributiones in ſuo ſignificatu, & exprimunt ipſam intereſſentiam, ſine dubio comprehenduntur diſtributione, ibid. n. 14.

Si omnes reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus, tunc expreſſione fructuum in privilegio abſentiæ veniunt diſtributiones, ne privilegium redderetur inutile, ibid. n.17.

Si ultra expreſſionem fructuum privilegium continet verba, *& emolumenta quæcunque*, mentione emolumentorum veniunt diſtributiones, licet non omnes reditus, ſed major pars redituum in diſtributionibus conſiſtat, ne privilegium ſit fere inutile, ibid.

Verba, *& emolumenta quæcunque* poſt expreſſionem fructuum in privilegio abſentiæ oſtendunt, Pontificem voluiſſe præter fructus aliquid aliud dare Canonicis, ib. num.18.

Privilegium abſentiæ concedens fructus, & alia emolumenta, dictio *alia* refertur ad ſimilia, fructibus præcedenter expreſſis, ibid. n 20.

Si tamen concedat emolumenta quæcunque, privilegium porrigitur nedum ad ſimilia, ſed etiam ad diverſa, & diſſimilia ſupra expreſſa, ibid

Privilegium abſentiæ conceſſum Cruceſignatis quomodo ſit conceptum, ibid. n 22.

Verbum *integre*, & verba *in Eccleſiis reſidentes* expreſſa in privilegio abſentiæ intereſſentiam inferunt, ſecundum Hoſtien. ibid.

Contrarium, ſecundum Jo. Andr. ibid. n.23.

Concordantur, ibid. n 27.

Privilegium lucrandi in abſentia ſi habet verba capacia includendi diſtributiones in ſuo ſignificatu, tunc reſidentia in Eccleſia importat etiam intereſſentiam, ib. num 27 & 30.

Si non adſit ſatis capacitas verborum, ſed potius reſtrictio, tunc reſidentia non infert intereſſentiam, ibidem.

Privilegium mentionem faciens de fructibus beneficii non dicitur habere verba capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtrictionem, ibid.

Item ſi dicat de percipiendo ipſo beneficio, ibid.

Quando verba privilegii non ſunt capacia includendi diſtributiones, ſed potius reſtricta ad fructus, oportet, quod intereſſentia explicetur per verba clara infallibilia, & quæ concludant perneceſſe, ibid. n 28

Reſidentia in Eccleſia infert intereſſentiam perneceſſe, ſi concurrunt verba capacia ſignificandi diſtributiones; quia tunc non debet extendere privilegium, ſed ſimulatur verbis præcedentibus, ibid. n.29.

Et intelligenda venit in tota latitudine ſignificatus magis frequentis, nempe de reſidentia cum effectu, ibidem.

Et adverſus ultimum ſtatum non admittuntur præſumptiva argumenta, ſed requiruntur certæ probationes reſultantes ex Partis confeſſione, ex judicata, aut publico inſtrumento, ibid.
Ultima præſentatio effectum ſortita ſufficit ad firmandum ultimum ſtatum pro qualitate gentilitia Juriſpatronatus, ibid. n.31.
Ultimus ſtatus pro qualitate Juriſpatronatus non deſumitur ex actibus æquivocis, & ad adverſam cauſam trahibilibus, ibid. n.33.
Sententia, ſeu Judicatum ſi emanavit cum ſuppoſito qualitatis gentilitiæ ultro per colitigantes admiſſæ, ita eadem eſt eorum confeſſioni ad declarandum naturam Juriſpatronatus, maxime ad imprimendum ultimum ſtatum, diſcept. 53. n.9.
Vide etiam *Juſpatronatus quoad præſentationem*, *Poſſeſſio*.
Proviſiones Apoſtolicæ regulariter non mutant ſtatum, diſcept 8. n.23.
Judicatum probat conſuetudinem præcedentem, & facit ſtatum contra omnes prætendentes habere jus prohibendi Capitulum ob interventu funeribus, diſcept.50. num.12.
Decretum Judicis per modum proviſionis, licet non faciat ſtatum, tamen ſi cauſa non proſequatur, vel per concordiam terminetur, ex acquieſcentia Partis ſuccumbentis, ſatis reſultat illius non jus, diſcept. 38 num.15.
Atteſtationes ſuper ſtatu libero, in quo conſiſtant, diſcept.40. n.1.
Atteſtationes ſuper ſtatu libero dare pertinet ad Abbatem, uti habens juriſdictionem ordinariam, ibid.n.2.

Atte-

Digitized by Google

Atteſtationes dare ſuper ſtatu libero poteſt Prælatus inferior, nec eſt de hiis quæ reſpiciunt Ordinem, ibid. n.4. & n.11.
Teſtes examinandi ſuper ſtatu libero, ut plurimum ſunt pauperes, & diuturno labore vivunt, ibid. n.d.
Epiſcopus ſeltem de æquitate ad evitanda populi diſpendia, & incommoda, tenetur in remotioribus partibus ſuæ Diœceſis deputare alias perſonas quæ recipiant depoſitiones ſuper ſtatu libero, ibid. n.7.
In Cancelleria Abbatiali recognoſci ſtatus liberos, & eorum atteſtationes probatur ex quo in ea conſequentur licentiæ Ordinationum viciniorum, ibid. n.8.
Concilium Tridentinum *ſeſſ.24. cap.7. & in de Reform.* non prohibet Prælatis inferioribus dare atteſtationes ſuper ſtatu libero, ibid. n.9.
Atteſtationes ſuper ſtatu libero differunt a licentia contrahendi matrimonia conceſſa Vagabundis, ibid.
Item differunt a cognitione cauſarum matrimonialium, ibidem.

Statutum.

Statutum dicitur lex particularis loci, diſcept.4. n.13.
Statutum in idem operatur, quod lex deferendo, vel auferendo hæreditatem ſuccedere volenti in Jurepatronatus, ibid.
Potentia ſuccedendi auferri poteſt per ſtatutum ſicut per legem, ibid.
Teſtator deferens Juſpatronatus ſuis gentilibus cum qualitate hæreditaria cenſetur, ſe voluiſſe conformare potius cum ſtatuto, quam cum jure communi, ib. n.14.
Feminæ non poſſunt ſuccedere in feudo, emphyteuſi, vel Jurepatronatus mixtis, ubi excluduntur a ſtatuto extantibus maſculis, ibid.
Declara, ut tunc excludantur temporaliter tantum, & durantibus maſculis; ſecus ſi ſtatutum ſit perpetuo excluſivum, ibid.
Contrarium, quod ſtatutum excluſivum non habeat locum in Jurepatronatus mixto, ibid. n.15.
Statutum excluſivum feminarum ſtantibus maſculis, non habet locum in feudo mixto, ibid. n.16.
Et operatur tantum in feudo mere hæreditario, ibid.
Et operatur tantum in rebus hæreditariis, & Juribus, quæ cum hæreditate deferuntur, ibid. n.17.
Operatur in Jurepatronatus ſimpliciter hæreditario; ſecus in non ſimpliciter hæreditario, ſeu mixto, ibid.
Statutum excluſivum feminarum, & quando excludet a ſucceſſione in Jurepatronatus mixto, diſcept.14. n.31.
Ubi adſunt ſtatuta feminarum excluſiva propter maſculos præſentationes ſemper factæ per maſculos, etiam per ſeculum, non excludunt præſumptionem juris *clem. plures de Jurep.* diſcept 53. n.8.
Statutum Mantuæ excludit perpetuo feminas ab hæreditate paterna, extantibus maſculis, diſcept.14. n.31.
An excludat a ſucceſſione Juriſpatronatus hæreditarii, ſeu mixti, ibid.
Id cenſetur diſpoſitum, & in lege, ſeu ſtatuto demandatum quod fuit obſervatum; n.7. V.
Obſervantia interpretativa non dicitur inducere novum jus ſcriptum contra jus ſcriptum, ſed declarat ipſam legem, ſeu ſtatutum quod remanet in ſua vi, & uti lex ſic interpretata diſponit propria virtute, non autem alterius juris, n.7. V.
Conſuetudine abrogari poteſt tam jus commune, quam ſtatutarium, n.18. V.
Præſertim, ſi jus quod alicui tribuitur, non eſt prohibens, ſed concedens, ibid.
Electio facienda per renunciationem, ab eo fieri debet in cujus manibus facta fuit renunciatio, niſi aliter in caſu particulari ſtatuta ſpecialiter decernant, ibid.
Statutum unum ab alio declarationem recipere debet, num. 21. V.
Ita ſe habet ſtatutum ad ſtatutum ſicut lex ad legem, ib.
Expreſſum in una parte legis ſupplendum eſt vel interpretative extendendum ad alteram partem, in qua fuit omiſſum, ſi aliis deficientibus verbis ad utramque partem poſſit trahi legis effectus per ſimilitudinem rationis, ibid.
Epiſcopus in Synodo ſtatuere non poteſt in gravibus, & arduis cum ſolo conſilio Capituli, ſed requiritur etiam conſenſus, diſcept.1d. n.20. & ſeqq. uſque ad 35.
Contrarium ut ſufficiat conſilium, & non teneatur ſequi, ibid. n.3d. & plur. ſeqq. & n.62. & plur. ſeqq.
Epiſcopus habet intentionem in jure fundatam, ut ad eum ſpectet condere, & reformare ſtatuta, ib. n.36. ib n.d2.
Et in hoc nullam habet communionem cum Capitulo, & ſufficit, quod requirat Conſilium, ibid. num. 36. & 37.
Et ſi Capitulum non aſſignata juſta cauſa contradicit, nihilominus valet conſtitutum, ibid. n.37.
Sequeretur abſurdum, ſi Epiſcopus in condendis ſtatutis, & in corrigendis ſubditorum exceſſibus cogeretur habere conſenſum Capituli, ibid. n.42.
Statuta, & Conſtitutiones in Synodo fieri debent cum ſolo conſilio Capituli, ſeu deputatorum ab eo, ibid. n.56. ibid. n d7. & ſeqq.
Sive agatur de arduis, ſive de non arduis, ibid. n.5d. ibid. n d4. & plur. ſeqq.
Jus ſtatuendi quod Epiſcopi habent a Papa, a jure communi, & Conciliis univerſalibus, non eſt ſimplicis juriſdictionis, ſed meri Imperii, & juris Monarchici, ibid. n.5d. & ſeqq.
Et non eſt ſcindibile, nec communicabile cum Capitulo, ibid. n.56.
Contrarium, ibid. n.d1.
Doctores firmantes Epiſcopum ſtatuere non poſſe in ardua abſque conſenſu Capituli, etiam ultra caſus a jure expreſſos reprehenduntur, ibid. n d7. & ſeqq.
Statutum Eccleſiæ, quod in ea recipiantur tot Clerici, quot ex redditibus abſque penuria ſuſtentari poſſunt, non facit eam numeratam, etiamſi taxaret in certa quantitate ſuſtentationem non penurioſam, diſcept.17. n.31. & ſeqq.
Taxatio ſummæ pro ſuſtentatione abſque penuria in Eccleſia receptitia fieri poteſt per Conſtitutionem Synodalem, & per ſtatutum Eccleſiæ, ibid. n.31.
Statutum, quod tot recipiantur Canonici quot ſuſtentari poſſunt ad rationem ſcutor. 25. ex. gr. pro quolibet, & ſi augeantur reditus creſcant Canonici, licet non determinet decreſcentiam, non dicitur fixaſſe illum primum numerum, ibid. n.37.
Obſervantia ſtatuto Eccleſiæ proximior attendi debet in concurſu remotioris in petitorio, ibid. n.48.
Statutum a Papa confirmatum, quod ſtatur dicto unius in certis caſibus valet, diſcept.4. n.113.
Maxime in facto proprio, ibid.
Statutum Eccleſiæ dans alicui votum præponderans reſtringitur ad illos actus capitulares, qui fiunt viva voce, & per vota publica, ibid.
Limita, ſi expreſſe loquatur de actibus explicandis per ſecreta ſuffragia, quia tunc ſtandum eſſet declarationi habentis votum præponderans, ibid.
In electione Dignitatis inferioris ſervandum eſt ſtatutum, vel conſuetudo Eccleſiæ, ibid. n.134.
Statutum ſi permittat, ut electores nolentes uni, vel alteri ex concurrentibus votum præbere ſuffragia ponant in urna ſeparata ad hunc effectum deſtinata, tunc de ſuffragiis in illa urna repertis nulla habetur conſideratio, ibid. n.135.
Nec computantur in præjudicium eorum qui proprium certæ perſonæ ſuffragium præſtiterunt, ibid.
Et perinde eſt ac ſi ſic votantes non interfuiſſent Capitulo, quod in ceteris Canonicis dicitur tantum conſolidatum, ibid. n.136.
In Reſervatione ſpeciali non ſufficit enunciatio reſultans ex correſpondentia numeri Præbendarum, & aliorum membrorum ad numerum Canonicatuum, ut afficiat etiam Præbendam & alia annexa, niſi adſit derogatio ſtatutis, & conſuetudinibus de optanda cum mentione ſpeciei Præbendæ, vel domus, diſcept.10. n. 11.
Si Papa in proviſione derogavit ſtatutis, & conſuetudinibus de optando, veniunt non ſolum membra annexa ſeparabiliter, ſed etiam ſeparata, & temporalia, ib. n.13.
Debet tamen conſtare de voluntate Papæ, quod ea contulerit in ſpecie, volendo, quod proviſus habeat omnia poſſeſſa per Canonicum defunctum, ibid.
Quid ſi ante datam proviſionis Apoſtolicæ jam in Eccleſia facta eſſet optio membri temporalis. Quod tunc derogatio ſtatutis de optando non tollet jus antea quæſitum tertio per optionem conſummatam, ibid.
Contrarium, & quomodo procedat prima opinio, ibid.
Decretum irritans operatur quod derogatio ſtatutis de optando locum habeat cum omnibus inde ſecutis, ib.
Statutum reſtrictum ad negotia particularia, vel etiam generale non extenditur ad alia negotia etiam ejuſdem ſpeciei, in quibus viget ſpecialis conſuetudo contraria, diſcept.24. n.29.
Statutum requirens conſenſum majoris partis poteſt æque bene intelligi de majori parte comparative, ac complective, ibid. n. 30. 67 & d8.
Statutum prohibens Canonicis non reſidentibus perceptionem medietatis fructuum non tollit pœnam privationis ex diſpoſitione juris, diſcept.8. n.3e.
Secus in illis Capellanis quæ ſecluſa peculiari lege fundationis reſidentiam non requirunt, ibid.
Etiam in terminis ſtatuit ordinantis deberi Judici mulctam incorporatam, & exactam, ſi Judex terminavit officium ſuum tempore, quo mulcta erat decreta, ſed nondum incamerata adhuc ad eum pertinet, & non ad ſucceſſorem in officio, diſcept.51. n. 5.
Statutum Cleri Romani, *cap.4.* § d. non diſponit de ſepultura Cardinalium, ibid. n.9a.
Statuta particularia Eccleſiarum proprios ritus habentium faciunt ceſſare legem generalem, & diſpoſitionem Ceremonialis, diſcept.15. n.1. n. & 6.
Præſertim, ſi non adeſt textus clarus in contrarium, ib. n.d.
Statutum Eccleſiæ quod præſumitur Apoſtolica authoritate confirmatum eſt obſervantia 30. vel 40. annorum, ib. n.13.

Coo-

Digitized by Google

Conjunctio inter Epiſcopum, & miniſtros in paramentis Sacris, & aſſiſtentes non prævalet illi conjunctioni generali, quæ conſideratur inter Epiſcopum, & Capitulum, quando adeſt ſtatutum Eccleſiæ ita diſponens, ibid. n.11. & ſeqq.
Statuta Eccleſiæ ordinantia perpetuam reſidentiam concernunt favorem cultus divini, diſcept.4. n.9.
Privilegium adictis ſtatutis diſpenſativum eſt ſtricte intelligendum, ibid.
Et ſi in uno poteſt operari, non debet ad aliud extendi, ibidem.

Stipendium.

Teſtator legans annuum ſtipendium pro ſimplici eleemoſyna manuali Miſſarum per Fratres celebrandarum, gravando pro ſolutione ſua bona, & horum reſpectu heredes, non dicitur relictum modo illicito, & talia legata debentur Fratribus, neque ſunt in aliqua parte caduca, diſcept.8. n.16.
Legatum Fratribus Minoribus dicitur modo illicito, etiamſi fortes relinquantur, quando principalis intentio Teſtatoris fuit legare ſimplices eleemoſynas pro ſtipendio Miſſarum, & capitalia reliquiſſe pro ſimplici ſecuritate earundem eleemoſynarum, ibid. n.17.
Beneficium, ſi pro Miſſis celebrandis fuit erectum ſtipendium earum eſt proventus beneficii, diſcept.40. n.5.
Fundator in erectione Capellaniæ cum onere Miſſarum dicitur aſſignare omnes reditus pro Miſſis, & licet Titularis alteri per quem celebrare facit minus ſolvat, & reſiduum ſibi applicet, tamen illud reſiduum non deſinit eſſe ſtipendium Miſſarum, ibid.
Notatur Caſtropal. dicens quod ſi Capellanus celebret per ſe ipſum, ſtipendium ei cedat non ut beneficii proventus, ſed ut merces laboris perſonalis, ibid.

Stipulatio.

Stipulatio eſt quædam veluti proprietas comitans pactorum obligationem, diſcept.6. n.96.
Super legatis annuis Fratribus Minoribus relictis ſcripturæ, & inſtrumenta conficere poſſunt & invicem ſtipulari, ib.
Stipulatio tamen, dicitur proprie interveniſſe pro parte tantum heredum fundatoris, & pro parte Fratrum ſolum improprie, ibid.
Et oritur ex ea ſola fidelitatis obligatio, ibid.
Si vera ſtipulatio inter fundatores, & Fratres Minores interveniſſet in fundatione, nulla eſſet fundatio, ib. n.97.
Et quomodo huic nullitati occurri poſſet, ut fundatio valida fiat, ibid.

Studium.

Breve Urbani VIII. ſuper diſtractione bonorum ad Patres olim Conventuales Provinciæ Turonæ, & ſuper retentione annuorum legatorum pro ſtudiis, & aliis utilitatibus Fratrum Minorum, diſcept.2. n.58. & ſeqq. uſque ad 6d.
Annua legata pro ſtudiis etiam perpetua non repugnant paupertati Fratrum Minorum, ibid. n.89.
Declara dummodo adminiſtratio ipſis non relinquatur, ibidem.
Abſens cauſa ſtudii ſine licentia Superioris nemo lucratur fructus, & diſtributiones, diſcept.34. n.23.
Abſentia ex cauſa ſtudii non requirit licentiam, diſcept. 37. num 6.
Contrarium contra Garzium, & Rotam, ibid.
Licentia requiritur ad evitandum contemptum Superioris etiam ex cauſa in jure expreſſa, in abſentia voluntaria, nempe ſtudii, litis, peregrinationis, & ſimilium; ſecus in abſentia neceſſitate coacta, & evidenta, ibid. n.8. & 9.
Indultum abſendi ex cauſa ſtudii non debet concedi niſi ad triennium, ad effectum lucrandi fructus, ib. n.16.
Non tamen conceduntur diſtributiones, ſed omnes fructus in illis conſiſtentes, vel in illis non cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ, ibid.
Et quomodo intelligantur illa verba cum aliquibus fructibus tenuis Præbendæ, ibid.
Indultum abeſſendi cauſa ſtudii non eſt concedendum majoribus 25. annorum, ibid. n.27.
Et conceſſum ad triennium habenti ætatem 24. annor. poſt annum expleta ætate 25. annorum capiunt, ibid.

Stuprum.

Judex cogens defloratorem ad ducendam virginem defloratam, non dicitur vim inferre, nec deflorator dicitur coactus, quia rationabiliter invitus, diſcept.1. n.27.
Clandeſtina proteſtatio ſi fiat a ſtupratore, qui timet ad matrimonium cum ſtuprata compelli, an ſuffragetur ad annullandum matrimonium poſtea pure contractum, diſcept.52. n.49.
Stupratorem non juvat proteſtatio præambula, ſi eſt vir æqualis conditionis, & matrimonium poſtea pure contractum valet, non obſtante proteſtatione, ibid.
Stuprator æqualis conditionis poteſt de jure directe cogi ad ineundum matrimonium cum ſtuprata, & quid ſi dotem obtuliſſet, & parentes recuſaſſent, ibid.
Stuprator non tenetur præciſe ad nubendum, ſed alternative ad dotandum, vel ad nubendum, ibid.
Declara procedere in ſtupro ſimpliciter commiſſo; ſecus ſi cum promiſſione, & ſub ſpe data contrahendi matrimonii, quia tunc præciſe cogi poteſt ad nubendum, ibid.
Amplia, etiamſi promiſſio fuerit ficta, ibid.
Limita ut, ibid.
Stuprator, ſi non oblata dote, ſed præmiſſa proteſtatione, matrimonium poſtea pure contrahat, etiamſi ſtuprum non ſit commiſſum ſub ſpe nubendi, matrimonium erit validum, ibid. n.50.
Quod tamen ſi dotem poſtea offerat potens annullari matrimonium metu contractum, præmiſſa proteſtatione clandeſtina, ibid.
Stuprator non violentus, cui puella conſenſit vehementibus perſuaſionibus, importunis precibus, & aſſiduis blanditiis, & muneribus tenetur nubere, vel dotare, ibid. num.51.
Si autem puella conſenſit blandis verbis leviter non vehementer rogata, adhuc tenetur ad dotem, vel ad matrimonium in foro externo; ſecus in foro interiori, ibidem.
Et ſi puella abſque ulla perſuaſione conſenſit ſtupro, at quaſi virum attraxit ad concubitum, tunc in utroque foro ſtuprator ad nihilum tenetur, ibid.
In foro externo puella, ſive precibus importunis [illegible], ſive levibus ſit corrupta, debet in uxorem duci aut dotari, ibid.
Diſtinctionem inter preces leves, & vehementes Auctor non admittit in virgine, ſed tantum in vidua, & corrupta, & quare, ibid. n.52.
Virgo etiam [illegible] amore diligens, non niſi importunis precibus copiam ſui facit, ibid.
Timor [illegible] in puellis, ſi [illegible] quæ illas [illegible] re impudicas, potens eſt facere illas ſuccumbere, & ſtuprum pati, ibid.
Virginum [illegible] non [illegible] percuſſæ conſentiant in copulam, ibid.
Alia [illegible] inducunt aliquem Juvenem in domum, ut deprehendatur in ſtupro, & [illegible] dote ſubarrhata, ibid. n.55.
Puella non ſemper a viro ſeducuntur [illegible], ibid.
Stuprator diſparis conditionis ſub ficta promiſſione nubendi non tenetur nubere, ibid. n.56.
Nec tenetur ad dotem, ſi mulier viderit, vel videre potuerit ſe decipi; ſecus ſi fuerit ignara qualitatis viri, vel iſte taliter promiſerit, ut illa ei prudenter crediderit, ib.
Vide alia plura in verbo [illegible] Stuprator.
Judex agnoſcens invaliditatem matrimonii a ſtupratore [illegible] contracti debet declarare nullum matrimonium, & cogere ſtupratorem ad contrahendum de [illegible] matrimonium cum eadem in facie Eccleſiæ, ibid. n.58.
Limita, ſi hoc medio tempore ſtuprator cum alia contraxit de hoc facto, ibid. n.59.
Etiamſi contraxiſſet ſecundum matrimonium, pendente lite ſuper primo, & contra inhibitionem ſpecialem Judicis, ibid.
Stuprator de jure non poteſt aliud matrimonium contrahere, ſi videtur ſtupratam ducere, ibid. n.59.
Nec promoveri ad ſacros Ordines, aut ingredi Religionem, ibid.
Maxime pendente lite ſuper validitate prioris matrimonii, ibid.
Secus, quando non tenetur ducere, ſed ad dotem tantum, ibid.
Matrimonium ſi contrahat Juvenis repertus cum puella de nocte, ad terrorem illius [illegible] minitantium illi necem, eſt nullum ipſo jure, ibid. n.61.
Declara, procedere ſi mortem minantur animo cogendi illum ad matrimonium, vel niſi contrahat; ſecus ſi minantur [illegible] ad [illegible], quam ille effugiat ipſe offert puellam ducere in uxorem, ibid.
Contrarium, & quod indiſtincte ſit nullum, etiamſi minæ non dirigantur ad factum matrimonii, ibid. n.62. & ſeqq.
Nulla major coactio quam facere aliquid metu inſtantis mortis, ſive metus dirigatur ad illud factum ſive non, ibidem.
Solus timor mortis vel alterius periculi probat conſenſum coactum ad aliquid dandum, vel ſe obligandum, licet metus ille non inferatur ad aliquid dandum, vel obligandum, ibid.
Parentes ſtupratæ in flagranti criminis deprehenſione naturaliter, & plerumque, habent impetum occidendi, & ſe vindicandi, non autem cogendi ad matrimonium, ibid. n.64.

[illegible], quæ contrahunt in matrimonium cum ſtuprata metu parentum minitantium contracto, & ejuſdem poſſint gravari, ibid. n.65. & ſeqq.
Matrimonium ſtupratoris cum ſtuprata metu parentum minitantium contractum eſt validum, ſive minæ, & metus tendant ad matrimonium, ſive ſimpliciter dirigantur ad vindictam, quando ſtuprator inſtigante deprehenſus de jure tenebatur præciſe ad matrimonium, ibid. num. 67.
Si vero ſtuprator nullo modo tenebatur ad matrimonium, tunc illud eſt invalidum, ſive minæ mortis ad illud tendant, ſive ſimpliciter ad vindictam, ibid. n.69.
Et ſi tenebatur alternative ad matrimonium, vel ad dotem, validum erit, ſi minæ ſolum fiant animo vindictæ; ſecus ſi ad inducendum ad matrimonium, ſed de iſta diſtinctione Auctor dubitat, ibid. n.68.
Parentes ſi minarentur accuſationem coram Judice, niſi ſtuprator puellam deſponſaret, matrimonium tali metu contractum eſſet validum, ibid. n.69.
Declara procedere, ubi accuſatio eſſet juſta, puta ſi ſtuprator tenebatur præciſe ad matrimonium, vel ſaltem alternative ad matrimonium, vel ad pœnam; ſecus ſi ad nihil, vel ad pœnam tantum tenebatur, ibid.
Dure agendum contra matrimonia extorta a deprehenſis in ſtupro, ibid.
Ut plurimum parentes ſunt in culpa, dum puellæ ſtuprantur, ibid.
Reliqua vide in verbo *Matrimonium*, & verbo *metus*.

Stylus.

Secundum antiquum ſtylum Datariæ derogatur ſine ſormula Juriſpatronatus mixto, ſi major pars ſpectat ad Eccleſiaſticum, minor ad laicum; ſecus attenta nova [illegible], quæ ſervatur, diſcept.9. n.6.
Data gratiæ eſtque ad tempus datæ per Datarium apponendum, eſt interpretatio introducta de ſtylo, quæ [illegible], & perfectionem gratiæ [illegible] non poteſt, diſcept. 30. n. 9.
Stylus neque tollere jus quæſitum ex lege, niſi legitime [illegible] præſcriptum, ibid. n.43.
Modernus ſtylus parvæ datæ non potuit abrogare Conſtitutiones Pontificias, & diſpoſitionem juris communis, ibid.
Propterea ſolet variari. Dicta Taciti, & Pythagoræ ſuper hoc referuntur, ibid. n.49.
Differentia conſenſus parvi, & formalis aſſ ſublata ex [illegible] ſtyli circa appoſitionem datæ, ibid.
Conſenſus cauſalis reſignantis non fuit abrogatus ex innovatione ſtyli circa appoſitionem parvæ datæ, ibid. num. 48.
Etiam ex antiquo ſtylo ſola præſentatio ſupplicationis erat ſufficiens ad retrotrahendum, ubi plures concurrerent data tanquam prioritatem habuit, ib. n.53. & 54.
Varietas conſenſuum ſublata fuit ex noviſſimo ſtylo ibi, num. 56.
Parva data non fuit ſublata per modernum ſtylum, ſed ſolum mutata ratione temporis, cum prius extendebatur ante conſenſum, hodie vero poſt illum, ibid. num. 57.
In conflictu opinionum deferendum declarationibus, & ſtylo Datariæ, in materia beneficiali, diſcept. 6. n. 5.
Extenſio in pœnalibus de beneficiis ad perſonas inhabiles, ut de lege generali, non dicitur extenſio, ſed comprehenſio ex identitate rationis introducta etiam de ſtylo Romanæ Curiæ, diſcept.47. n.10.
Stylus Romanæ Curiæ facit jus, ſicut lex Canonica aut Conſtitutio Papalis, ibid. n.14.

Subdataria.

Decretum apponi ſolitum per Reviſorem ſupplicationi, quod gratia revalidatoria expediri debeat intra tres menſes ſub pœna nullitatis, ſolet abolert per Subdatarium, diſcept.12. n.51.

Subdiaconus.

Diaconus, & Subdiaconus aſſiſtentes celebranti, quare debeant eſſe Canonici, diſcept.25. n.5.
Septem Diaconi, totidem Subdiaconi, & duodecim Presbyteri aſſiſtentes Epiſcopo in conſecratione olei Sancti feria V. in Cœna Domini, an ſacra communione reſici debeant ante, vel poſt Capitulum, ib. ante n. 1.

Subjectio.

Eccleſia inferior, & ſubdita in Cathedralem erecta conſtituitur in gradu æqualitatis cum ſua Cathedrali, ſublata penitus omni reliqua ſubjectione, diſcept. 9. num. 37. & ſeqq.
Decianus, ut ibid. n.44.
Cathedraticum eſt jus Epiſcopale, quod datur pro honore Cathedræ in ſignum ſubjectionis, diſcept. 25. num. 2. & 5.
Non præſumitur in aliqua diſpoſitione ſublatum fuiſſe Epiſcopo jus Diœceſanum propter mutationem ſtatum, quod Eccleſia ſua in Diœceſi remaneat ſine ſubjectione, ibid. n.7.
Nunquam præſumitur, voluiſſe Papam per ſuum privilegium auferre proprio Diœceſano nativam ſubjectionem, & reddere Eccleſiam acephalam, ibid. n.10.

Subjunctivum.

Verba ſubjunctivi modi, ſeu temporis ſemper importat tempus futurum, n.28. V.

Subreptio.

Acta coram executore dato in gratia ſubreptitia ſunt nulla ex defectu Juriſdictionis, diſcept.24. n.47. & 53.
Fortius, quando coram eo fuit oppoſitum de ſubreptione gratiæ, ibid.
Et quando Papa in ſecundis literis declaravit nullitatem actorum, volendo quod valeant a die gratiæ poſterioris, ibid. n.53.
Per reſcriptum ſubreptitium non datur Juriſdictio, ibid.
Decretum reſervationis motu proprio appoſitum non poteſt de ſubreptione redargui, diſcept. 27. n.8. & 48.
Sed bene de defectu intentionis Papæ apponentis, ibid. num. 8.
Defectus intentionis in Principe motu proprio concedente, ex errore facti dicitur ſubreptio ipſa, ibid.
Ad tollendam ſubreptionem ſufficit, quod Papa potuerit in genere cogitare, ibid. n.40. & 48.
Decretum irritans [illegible] prætenſam ſubreptionem, ibid. n. 40.

Subrogatio, Subrogatum.

Subrogatum non poteſt eſſe majoris roboris & efficaciæ, quam id in cujus locum ſubrogatur; diſcept. 5. n. 16. in fine.
Subrogatio novæ Præbendæ in locum dimiſſæ fieri non poteſt in Præbendis inſeparabiliter annexis, in quarum optione contingit mutatio tituli; ſecus in annexis ſeparabiliter, diſcept.20. n.9. & ſeqq.
Subrogatio, ut concedatur, requiritur lis ſuper titulo beneficii, & quod petatur, vigore collationis jam ſecutæ, non uti ſibi debitum, diſcept.31. n.1.
Dubitatur de iſta Theorica, ibid.
Non habet locum iſta Theorica in beneficiis electivis, ſeu Juriſpatronatus, ibid. n.2.
Si duo in concurſu ad Parochialem renuncientur idonei, quorum unus ab Ordinario ſit prælectus, & alter ab irrationabili judicio appellaverit, defuncto prælecto lite pendente, non eſt danda ſubrogatio competitori ſuperſtiti, ibid. n.3.
Contrarium, ibid. n.4.
Ceſſat hæc quæſtio, quando ſubrogatio fuit obtenta, ib. num. 5.
Si lis eſt inter duos concurrentes ad beneficium debitum certo generi perſonarum, uno eorum moriente datur alteri ſubrogatio, ibid. n.6.
In ſubrogato concurrere debent eædem qualitates quæ reperiuntur in eo, in cujus locum fit ſubrogatio, ad effectum conſequendi ea quæ ab eadem qualitate dependent, diſcept.31. n.17.

Subſcriptio.

Injurioſum eſt, quod inferior præcedat in ſubſcriptione ſuperiorem, diſcept.9. n.4.

Subſidium.

S. R. E. Cardinales non ſunt exempti a charitativo ſubſidio, diſcept.33. n.19.
Familiares Papæ tametſi habeant plures immunitates, adhuc non ſunt exempti a charitativo ſubſidio, ibid. n.16. & ſeqq.
Ab exemptione quoad ſubſidia non debet inferri ad exemptionem quoad Cathedraticum, ibid. n.16.
Coccin. deciſ.1874. num.9. declaratur, ibid. num. 17. & num. 19.
Charitativum ſubſidium non ſecus ac Cathedraticum requirit mentionem ſpecialem, ibid. n.17.
Privilegium Camerale de quibus ſubſidiis veniat intelligendum, ibid.

Subſtantia.

Quando vis non ſtat in mera ſubſtantia ſed in qualitate actus, oportet non ſolum juſtificare ipſam ſubſtantiam, ſed etiam qualitatem eamque ejuſdem actus, diſcept. 53. num. 37.
Taxativa an excludat tranſmiſſionem Juriſpatronatus in extra-

extraneos attenditur ſubſtantia voluntatis fundatoris, potius quam cortex verborum, diſcept. 33. n. 5.

Suſtentatio.

Suſtentatio commoda, & ſubſtentatio abſque penuria, differunt inter ſe, diſcept. 17. n. 28.
Lex in Eccleſiis innumeratis præfigit numerum tacitum beneficiatorum, & in genere, ut nempe tot ponantur Clerici quot poſſunt abſque penuria ex redditibus Eccleſiæ ſuſtentari, ibid. n. 23. & 25.
Vide alio in verbo *Eccleſia verſic. in Eccleſiis receptitiis.*

Succeſſio.

Ad effectum ſuccedendi in Jurepatronatus mixto requiritur duplex qualitas, una ſanguinis, alia hæreditatis, diſcept. 4. n. 1. & ſeqq.
Qualitas hæreditaria non requiritur actualis in ſuccedere volente in Jurepatronatus mixto, ſed ſufficit habitualis, & in potentia, ſcilicet quod potuiſſet ab inteſtato ſuccedere tam primo, quam ultimo, & per eum non ſteterit quominus eorum hæreditatem adiret, ibidem, num. 4.
Filius ſuccedit in Jurepatronatus, licet non ſit hæres primi, nec ultimi, ſi pater alium inſtituit, ibid.
Item ſuccedit agnatus, ſi ultimus, cui ab inteſtato ſucceſſiſſet, alium inſtituit, ibid.
Feminæ capaces ſuccedendi in Jurepatronatus, qualiter dici poſſint excluſæ, ibid. n. 5.
Cenſentur excluſæ, ſi non habeant potentiam ſuccedendi ab inteſtato habitualem, ibid.
Item, ſi expreſſe renunciarunt hæreditati primi acquirentis, & ultimi poſſeſſoris, ibid.
In Jurepatronatus gentilitio vocati ſuccedunt, etiamſi repudiaverint hæreditatem, ibid. n. 5. & n. 25.
Filia ultimi poſſeſſoris, ſi ejuſdem hæreditati renunciavit cenſetur etiam hæreditati primi acquirentis renunciaſſe, & non ſuccedit in Jurepatronatus, ibidem, num. 7.
Agnatus tranſverſalis ſufficit, quod ſit hæres ultimi etiam in potentia (puta ſi iſte alium inſtituiſſet) vel e contra, quod repudiata hæreditate ultimi remaneat hæres primi pariter in potentia, ut habeat qualitatem hæreditariam requiſitam ad ſuccedendum, tam in feudo, quam in Jurepatronatus mixtis, ibid. n. 9.
Femina non admittitur ad ſucceſſionem in Jurepatronatus per mortem ultimi, ſi hæreditas primi non eſt ei delata a lege, ibid. n. 12.
Quid, ſi hæreditas primi ſit ei delata a lege, & ablata per hominem, ibid.
Statutum an idem operetur quod lex deferendo, vel auferendo hæreditatem ſuccedere volenti in Jurepatronatus, ibid. n. 13.
Potentia ſuccedendi auferri poteſt per ſtatutum ſicut per legem, ibid.
Feminæ non poſſunt ſuccedere in feudo, emphyteuſi, vel Jurepatronatus mixtis, ubi excluduntur a ſtatuto extantibus, ibid. n. 14.
Declara, ut tunc excludantur temporaliter tantum, & durantibus maſculis; ſecus, ſi ſtatutum ſit perpetuo excluſivum, ibid.
Contrarium, quod ſtatutum excluſivum non habeat locum in Jurepatronatus mixto, ibid. n. 15.
In tranſverſalibus ſufficit eſſe hæres primi acquirentis, & non ultimi ad ſuccedendum in feudo mixto, ibid. num. 16.
In filiis vero in tantum requiritur quod ſit hæres ultimi ſaltem potentia, in quantum non poteſt aliter effici hæres primi, ibid.
Monaſterium legitime ſuccedit in Jurepatronatus, & in omnibus juribus ſuarum Monialium, ibid. n. 21.
Inſtituti inæqualiter habent Juſpatronatus inſolidum non ſolum quoad proprietatem, ſed etiam quoad exercitium, ibid. n. 29.
Diſtinctio inter proprietatem, & exercitium Juriſpatronatus procedit in hæredibus mediatis, qui ſuccedunt in ſtirpes, non in primis, qui ſuccedunt in capita, ibid.
Ad ſuccedendum in Jurepatronatus mixto omnino neceſſaria eſt qualitas hæreditaria, vel reſpectu prioris, vel ſaltem reſpectu ultimi, diſcept. 14. n. 29.
Declara ſufficere, quod ſuccedere volens in Jurepatronatus potuiſſet utrique ſuccedere ab inteſtato, & per eum non ſteterit, quominus hæreditates eorum adierit, ibid.
Soror renuncians favore fratris omnibus prætenſionibus tam pro dote materna, quam pro omni alia cauſa, non dicitur renunciaſſe potentiæ, & habituali juri ſucceſſionis, nec per eam ſtare quominus ſuccedat primo acquirenti, ibid. n. 30. & 32.
Jus habituale univerſalis ſucceſſionis non cadit ſub nomine prætenſionum, ibid.
Statutum excluſivum feminarum an, & quando excludat a ſucceſſione in Jurepatronatus mixto, ibidem, num. 31.
In Jurepatronatus reſervato favore domus, ſeu familiæ ſuccedunt nedum maſculi, ſed etiam feminæ, diſcep. 26. n. 1. & 2.
Obſervantia reſtricta ad maſculos in Jurepatronatus operatur tantum eorum prælationem in concurſu feminarum, & adhuc feminæ ſuccedunt in eo per poſterius, ibid. n. 2.
Ubi feminæ ſuccedunt per poſterius, intelligitur diſcretive qualibet linea ſubalterna, ibid. n. 3.
Declara, niſi obſervantia probaret ſucceſſionem eſſe ſaltuariam favore maſculorum, ibid.
Vel niſi verba fundationis idem inferrent diſtinguendo duas lineas maſculinam, & femininam cum prælatione maſculorum, ibid.
Naturales ex ſoluto, & ſoluta progeniti minora in jure patiuntur obſtacula, quam illegitimi ſuſcepti ex damnato coitu tam ad effectus honorificos, quam ſucceſſionis, diſcept. 53. n. 40.
Reliqua vide in verbo *Hæreditas, Hæres, Femina, Juſpatronatus gentilitium, Vocatio.*

Succeſſor.

Succeſſor, an poſſit juvari in quaſi poſſeſſione præſentandi acquiſita per anteceſſorem, diſcept. 28. n. 8.
Præpoſitus non poteſt renunciare unioni factæ Præpoſituræ in præjudicium Eccleſiæ, & ſucceſſorum, diſceptat. 53. num. 25.
Anteceſſores non poſſunt præjudicare ſucceſſoribus in patronatu gentilitio, ibid. n. 13. & n. 24.
Fructus beneficii maturati, & ſeparati a ſolo tempore mortis beneficiati, licet non exacti, pertinent ad hæredes illius, non ad ſucceſſorem in beneficio, diſcep. 52. n. 11.
Hæres Cameræ extinctæ per mortem Pontificis ſunt illius Cubicularii poſt finitum officium, non autem Camera Pontificis ſucceſſoris, ibid. n. 12.
Camera Pontificis ſucceſſoris non eſt eadem, ſed diverſa a Camera Pontificis anteceſſoris, ibid. n. 15.
Camera unius Pontificis non ſuccedit, neque eſt hæres Cameræ alterius Pontificis, ibid. n. 10.
Xenia, ſeu munera dari ſolita per Cardinales promotos Cubiculariis participantibus, an ſpectent ad Cubicularios Pontificis qui creavit, & de tempore diſtributionis munerum mortuus eſt, vel illos ad Pontificis ſucceſſoris, ibid. n. 1. & ſeqq.
Legatum factum anteceſſori debetur ſucceſſori in dignitate independente, ut eſt Imperator, Papa, Epiſcopus, & ſimiles, ibid. n. 10.
Secus in dignitate dependente, ut eſt uxor Imperatoris, Vicarius Epiſcopi, & ſimiles, ibid.
Si Judex terminavit officium ſuum tempore quo mulcta erat decreta, ſed nondum incamerata, adhuc ad eum pertinet, & non ad ſucceſſorem in officio, ibid. n. 9.
Amplia etiam in terminis ſtatuti ordinantis deberi Judici mulctam incorporatam, & exactam, ibid.
Obſervantia contraria ei, quod eſt de Jure circa diſtributionem onerum inter Vicarium, & Rectorem non relevat, quia conniventia anteceſſorum non præjudicat ſucceſſoribus, diſcept. 30. n. 42.
Amplia, etiamſi eſſet per longum tempus, & quid ad illam requiratur, ibid.
Fructus Vicariæ perpetuæ vacantis ſpectant ad ſucceſſorem, ubi non intrat Camera, diſcept. 27. n. 32.
Diſtingue, ut procedat, ſi ejus Congrua conſiſtat in certis corporibus a beneficio diſmembratis, ſi vero conſiſtit in certa quantitate per Rectorem præſtanda, tunc extinguitur, ibid.
Inſpecto jure communi, & Sacrorum Canonum diſpoſitione Eccleſia non dicitur vacans niſi uſque ad electionem ſucceſſoris, diſcept. 12. n. 9. & n. 33.
Regula 2. Cancellariæ reſervat beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante non ſolum uſque ad proviſionem ſucceſſorum, ſed etiam uſque ad pacificam Eccleſiæ poſſeſſionem ab eis adeptam, ibid. n. 1. & n. 32.
Author hujus reſervationis fuit S. Pius V. ibidem, numer. 7.
Beneficia de collatione alicujus dignitatis, ſi vacant illa dignitate vacante, eorum collatio ſpectat jure proprio, & activo ad ſucceſſorem in dignitate non ad immediatum Superiorem, ibid. n. 37.
Neque hoc caſu dicuntur ad Superiorem devoluta, quia non datur negligentia in inferiore dignitate vacante, ibid. n. 37 & n. 42.
Verba in reſervatione Juriſpatronatus *Decernentes juſpræſentandi N. ejuſque hæredibus, & ſucceſſoribus* præſeferunt mentem Papæ diſponentis ad hæredes directam, diſcept. 4. n. 22.
Vide etiam ſupra *Succeſſio.*

Suſ.

Digitized by Google

Suffragium.

Sive Fratres ſint capaces legati cum onere Miſſarum, ſive non, Miſſæ ſemper ſunt celebrandæ, & mens teſtatoris adimplenda, ne anima illius debitis ſuffragiis defraudetur, diſcept. 2. n. 4.
Animæ teſtatorum non ſunt fraudandæ debitis ſuffragiis, ibid. n. 40. in fine.
Vide etiam *Miſſa, Teſtator.*
Illi debetur omni jure inſtitutio, in quem convenerunt tot ſuffragia majorem partem electorum conſtituentia, diſcept. 4. n. 102.
Duobus habentibus æqualia ſuffragia majorem electorum conſtituentia, ſi alter eorum moriatur, electio in ſuperſtite remanet neceſſaria, ibid. n. 106. & 151.
Ille, qui habuit minora ſuffragia, concurrere non poteſt cum habente plura conſtituentia majorem partem Capituli, ibid. n. 107.
In electionibus etiam ab Univerſitate ſeculari factis, de jure attenditur ſanior pars conſiſteos in dignitate, auctoritate, & merito eligentium, ſi electio fiat viva voce, & per ſuffragia, quæ dantur aperta, non autem ſi dantur ſecreta, ibid. n. 122.
Major pars ſuffragiorum in electione computari debet completive reſpectu ad totum Capitolum, quando actus explicandus eſt collegialiter, non comparative ad minorem numerum reſpectu coelecti, ibid. n. 133.
Statutum, ſi permittat, ut electores nolentes uni, vel alteri ex concurrentibus votum præbere, ſuffragia ponant in urna ſeparata adhunc effectum deſtinata, tunc de ſuffragiis in illa urna repertis nulla habetur conſideratio, ibid. n. 135.
Nec computantur in præjudicium eorum, qui pro certa perſona ſuffragium præſtiterunt, ibid.
Et perinde eſt ac ſi ſic votantes non interfuiſſent Capitulo, quod in ceteris Canonicis dicitur totum conſolidatum, ibid. n. 136.
Vide etiam *Electio, Votum, Vox.*

Summa.

Canonicis Collegiatæ oppidi ſummæ Nolanæ dioeceſis uſus Cappæ conceſſus fuit, licet Cathedralis illum non haberet, diſcept. 49. n. 6.

Superior.

Pendente termino ad eligendum, licet poſſit Univerſitas, vel Collegium toties quoties ſibi videbitur iterare ſcrutinium, donec ſequatur electio per majorem partem, poteſt tamen adiri Superior, ut compellat ad concordandum intra certum terminum, quo elapſo ad ipſum devolvatur electio, diſcept. 2. n. 39.
Superior tenetur electionem confirmare, etiamſi electus non ſit de propoſitis ab ipſo, diſcept. 21. n. 22.
Judici, vel alteri Superiori aſſerenti, ſe aliquid feciſſe ex juſta cauſa, non creditur, ibid. n. 14.
Amplia etiam in Superiore Regulari, ibid. n. 15.
Etiam Superiores Regulares ſunt homines ſicut alii, & obnoxii privatis paſſionibus, ibid.
Lex fundationis excludens reſervationes non debet per Superiorem deleri, ſed admitti, & religioſe ſervari, diſcept. 25. n. 9.
Non ſolum reſpectu fundatoris viventis qui poteſt fundationem omittere, niſi ſua lex approbetur, ſed etiam poſtquam in teſtamento relicta fuit erectio cum dicta lege, ibid.
Injurioſum eſt, quod inferior præcedat in ſubſcriptione Superiori, diſcept. 9. n. 1.
Nominatus ab Inferiore metitur jus ſuum non a nominante, ſed a Superiore inſtituente, diſcept. 12. n. 49.
Ubi agitur de Prælatis, & aliis curam animarum habentibus, etiam, ſtante cauſa juſta, & neceſſaria ad abeſſendum peti debet licentia Superioris, diſcep. 37. n. 7.
Limita in caſu abſentiæ propter aliquod munus, & Reipublicæ officium, ibid.
Canonici ſeu beneficiati in caſibus, in quibus ſunt licentiati a jure, non indigent licentia hominis, ſeu Superioris, ibid. n. 2.
Limita, ſi agatur de cauſis abſentiæ voluntariæ, ſive cauſa ſit expreſſa a jure, ſive non, ibid. n. 5.
Abſens ex cauſa litis ſuper juribus beneficii, & in utilitatem Eccleſiæ non habet neceſſitatem licentiæ Superioris, uti licentiatus a jure ibid. n. 7.
Contrarium, ibid.
Licentia in abſentia requiritur ad evitandum contemptum Superioris, ibid.
Amplia, etiam in cauſis abſentiæ expreſſis in jure, ib.
Declara, hanc ampliationem procedere in abſentia voluntaria ex cauſis in jure expreſſis, nempe litis, peregrinationis, ſtudii, & ſimilibus; ſecus in abſentia neceſſaria, coacta, & violenta, quia tunc nullus ineſſe poteſt contemptus, ibid. n. 8. & 9.
Licentia pro abſente non ſolum requiritur ad evitandum contemptum, ſed etiam ad effectum, ut Superior examinare valeat veritatem cauſæ, ibid. n. 10.
Declara procedere in abſentia Prælatorum, & Parochorum; ſecus in Canonicis, & aliis beneficiatis; nam quoad iſtos requiritur ſolum ad evitandum contemptum, ibidem.
Vide etiam *Abſentia, licentia.*
Potentis, & Superioris preces & dona vim habent jubendi, & cogendi, ibid. n. 52.
In omnibus Ordinibus Regularibus electiones, & inſtitutiones Superiorum ſunt dirigendæ ſecundum propria inſtituta, & ordinationes, ibid. n. 5. V.
Diſpoſitio Concilii *cap. 6. ſeſſ. 25. de Regular.* licet præſcribat formam electionis, non tamen jubet electiones ſemper fieri, nec obſtat, quin Prælatus, Superior auctoritate ſui officii, prætermiſſa electione, poſſit alicui Monaſterio, vel Provinciæ de Superiore providere, n. 15. V.
Monachi Benedictini antiquitus non regebantur ab uno tantum capite generali, ſed unum quoque Monaſterium a ſuo particulari Superiore, ſeu Abbate gubernabatur, n. 14. V.
Quando Superior manus appoſuit aliquem deſtituendo, non decet quod inſtitutio, & ordinatio ad inferiorem revertatur, n. 16. V.
Juriſdictio Capitulorum generalium eſt ſupra omnes alios Superiores, n. 18. V.
Capitulum generale habet authoritatem in ipſum Generalem, quem corrigere, & punire poteſt, & eſt ſemper illi Superior, n. 18. V.

Superſcriptio.

Superſcriptio in dorſo Apocæ facta per partem declarat quid intus contineatur, diſcept. 21. n. 18.

Superſtes.

Duobus habentibus æqualia ſuffragia majorem partem electorum conſtituentia, ſi alter eorum moriatur, electio in ſuperſtite remanet neceſſaria, diſcept. 4. num. 106. & 121.

Supplicatio.

Juſpatronatus partim ad laicum partim ad Eccleſiaſticum ſpectans, conferri poteſt a Papa, & ſignari ſupplicatio cum clauſula *accedente conſenſu ſolius patroni laici*, diſcept. 3. n. 7.
Qui ſupplicat pro reſignationis admiſſione illi peneceſſe conſentit, diſcept. 5. n. 3. & 4.
Conſenſus extendi poteſt etiam poſt obitum reſignantis, ſi eo vivente ſupplicatio fuit ſignata, & datata ex Conſtitutionibus Alexandri VI. & Leonis X ibid. n. 1.
Et præſtari poteſt per procuratorem dicti reſignantis, ib.
Limita, ſi ſupplicatio nondum fuerat datata parva data, ibid. n. 2.
Declara, ut n. 3. & plur. ſeqq.
Supplicatio ſtatim ac habet ſignaturam continet gratiam perfectam, licet careat parva data, ibid. n. 11. & n. 30.
Supplicatione ſignata, & nondum præſtito conſenſu per reſignantem, res adhuc dicitur integra, ibid. n. 15.
Datare ſupplicationem ſub die præſentatæ, vel ſub alia diverſa eſt in arbitrio Datarii, ibid. n. 16. & n. 20
In literis gratiæ attenditur data, non præſentatio ſupplicationis; ſecus in reſcriptis pœnitentialibus, ibid. n. 18.
Conſenſus extendi debet infra quindecim dies a die miſſæ ſupplicationis, ad regiſtrum, ex Conſtitutione Clementis VII. ibid. n. 22.
Dicta Conſtitutio non fuit obſervata, ibid. n. 23.
Conſenſus mortui non datur nec ſupplicatio, ibid. n. 41.
Etiam poſt ſignatam ſupplicationem ante conſenſum extenſum, & appoſitionem datæ res dicitur integra, & gratia non eſt perfecta, ibid. n. 51.
Porrecta ſupplicatione in vita reſignantis, poſt ejus mortem conſenſus expleri poteſt per ejus procuratorem, ibid. n. 52.
Declara procedere de ſtylo antiquo, & quando ultra ſignaturam aderat in ſupplicatione etiam parva data; ſecus ſi data deeſſet, ibid. n. 53.
Præſentata, ſeu adnotatio die, in qua ſupplicatio porrigitur in Dataria ſucceſſit hodie in locum antiquæ parvæ datæ, & valet operari eundem effectum, ibid. n. 54.
Contrarium, & de differentia, ibid.
Etiam ex antiquo ſtylo ſola præſentatio ſupplicationis non erat ſufficiens ad retroreactionem, niſi ulterius concurreret data tanquam externum habile, ibid.
Qui ſupplicat, conſentire videtur, ibid. n. 56.
Declara procedere ſecundum antiquum ſtylum, per quem etiam conſenſus tacitus in Reſignationibus admittebatur, & conſenſus explicitus requirebatur ſolum in expeditione literarum; ſecus ex nova praxi, juxta quam talis conſenſus tacitus fuit penitus abrogatus, ibid.

Quod

Digitized by Google

Quod omnes actus expeditionis gratiæ ponantur ſub die præſentatæ ſupplicationis plerumque fit ad occurrendum diſpoſitioni Regulæ de viginti, ibid. n. 57.
Poſſunt tamen poni, & extendi ſub alia die, & de facto quandoque ponuntur, & totum pendet ab arbitrio Datarii, ibid.
Actus expeditionis gratiæ non ponuntur ſub die præſentatæ ſupplicationis, ſed ſub alia ad protrahendum tempus præſcriptum publicationi literarum per Conſtitutionem Gregorianam, ibid.
Item ad conſervandum ad talem diem reſignanti fructus beneficii, ibid.
Item, ut reſignatarius poſſit complere ætatem ad beneficium requiſitam, ibid.
Vide etiam *Conſenſus*, *Gratia*, *Reſignatio*.
Potentiam ſupplicationes, & inſtantiæ vim habeant neceſſitatis, diſcept. 32. n. 26.

Suppoſitum.

Deficiente ſuppoſito, cum quo fundatio loquitur, ceſſare debet diſpoſitio derivativa ſuper eodem ſuppoſito fabricata, diſcept. 22. n. 39.

Suſpectus.

De jure etiam quoad Judices ordinarios admittitur deputatio alterius in locum ſuſpectorum, diſceptat. 13. num. 21.
Examinatores Synodales poſſunt ex cauſa ſuſpecti allegari, ibid. n. 17.
Et cauſa ſufficiens eſt quod ſemel reprobarunt, ib. n. 18.
Non eſt redeundum pro novo examine ad eos examinatores, a quorum mala relatione fuit appellatum, ibidem, num. 18. & n. 53.
Amplia, ut procedat non ſolum quoad examinatores Ordinarii, ſed etiam quoad examinatores Synodales Urbis, ibid. n. 19. & ſeqq.
Poteſt fieri deputatio aliorum examinatorum, etiam ad certum actum unius examinis in locum deficientium, aut ſuſpectorum, ibid. n. 20.
Et ſic deputati dicuntur etiam Synodales, ut illi, in quorum locum ſubrogantur, ibid.
Epiſcopus ſi ſit ſuſpectus deputatur alius in locum ejus ad faciendum concurſum, & præeligendum, ibid.
Vide etiam *Examen*, *Examinator*.

Suſpenſio.

Ordinatus cum ficto titulo incurrit ſuſpenſionem ipſo jure, diſcept. 40. n. 6.
Contrarium, niſi deceperit ordinantem, ibid. n. 7.
Vel niſi talis pœna imponatur per aliquam legem particularem Diœceſis, ibid.
Vide in Verbo *Reſignatio*.

Sutrinus.

Epiſcopus Sutrinus, & Nepeſinus denominatur a dignitate, diſcept. 9. n. 11.

Syndicus.

Clemens VII. conceſſit facultatem Syndico Conventus Minorum Obſervantiæ tranſigendi cum hæredibus ſuper legatis, quorum Fratres erant incapaces, quia hæredes remanebant naturaliter obligati, diſcept. 2. n. 14.
Hæres, licet cogi non poſſit a Fratribus Minoribus ad præſtandum legatum, cogi tamen poteſt per Syndicum Apoſtolicum tanquam unum de populo, non Fratrum nomine, ibid. n. 22.
Et poteſt cogi per Syndicum non tanquam unum de populo, ſed nomine Eccleſiæ Romanæ, ibid. n. 23.
Legata Fratribus Minoribus vini pro ſacrificiis, frumenti pro hoſtiis, pecuniæ pro luminaribus peti poſſunt a Syndico Apoſtolico nomine earum Eccleſiarum, ibid. num. 37.
Legata Fratribus Minoribus pro ſindonibus infirmorum, & pro pane albo miniſtrando infirmis valent, non tamen pro eis competit actio Syndico Apoſtolico, ſed datur officium Judicis, ibid. n. 38.
Ad legata Fratribus Minoribus relicta non poteſt agere Syndicus Apoſtolicus, uti Syndicus Fratrum, ſed tanquam unus de populo, ibid. n. 43.
Legata annua ipſi, & eorum Conventui facta, mediante aſſignatione, & conſtitutione certorum capitalium, vel cenſuum, poſſunt Fratres Minores recipere ab hærede, vel executore ſponte dantibus, præmiſſa proteſtatione B. Bonaventuræ, ſed non poſſunt moleſtare hæredem neque per ſe, neque per Syndicum etiam agentem tanquam unum de populo, ibid. n. 48.
Syndicus Apoſtolicus nomine Eccleſiæ Romanæ poteſt cum debitis circumſtantiis cogere hæredes, ut Teſtatorum mandata exequantur circa legata Fratribus Minoribus, ibid. n. 87.
Particula *Motus proprii* Innocentii XI. approbantis uſum Syndici Apoſtolici pro Fratribus Minoribus, ibid. n. 171.
Vide etiam *Fratres Minores*.

Synodus.

Synodus Diœceſana vix poteſt appellari Concilium, diſcept. 16. n. 58.
Et in ea nullus eſt, qui habeat juriſdictionem, niſi ſolus Epiſcopus, ibid.
Statuta, & Conſtitutiones in Synodo fieri debent cum ſolo conſilio Capituli, ſeu deputatorum ab eo, ibid. n. 56 & 63 & ſeqq.
Sive agatur de arduis, ſive de non arduis, ibid. n. 56. & n. 64. & plur. ſeqq.
Taxatio ſummæ pro ſuſtentatione abſque penuria in Eccleſia receptitia fieri poteſt per Conſtitutionem Synodalem, diſcept. 17. n. 31.
Mitra Epiſcoporum, & Abbatum in Synodis Provincialibus quomodo differant inter ſe, diſcept. 49. n. 5.
Parochi poſſunt prætendere eleemoſynam duplicatam pro tumulatione cadaverum, extra propriam Parochiam, ſi adeſt Conſtitutio Synodalis fundata in præcedenti conſuetudine, diſcept. 50. n. 21.
Conſtitutio Synodalis fundata in conſuetodine præexiſtendi ſervanda eſt tanquam lex municipalis, ibid.
Contrarium, & quod talis Conſtitutio non valeat, ibid. num. 22.
Declara, ut non valeat, ſi ſit in odium particularis perſonæ, puta quando eligitur ſepultura in Eccleſia Regularium; ſecus, ſi univerſaliter diſponat quoties ſepeliri contingat extra Parochiam, ibid.
Contrarium, ut non valeat, etiamſi univerſaliter diſponat, ibid. n. 23.
